9
18 K
24

T. IV. 8.

XXIX. m. 3.

9. 18. K. 24

Biblia in latino



SCHOLIA
IN QVATVOR EVANGELIA

Ex selectis Doctorum sacrorum Sententijs Collecta.

PER R.P. EMANVELEM SÀ,
Doctorem Theologum Societatis
IESV.

Addita & quædam ab eodem Auctore.

LVGDVNI,
APVD HORATIVM CARDON.
M.D.CII.

ORD. PRAED.

f. Ignatij Ciantey

[illegible] NAZ[illegible]
[illegible]CA
[illegible]ELE

REVERENDO ADMODVM IN CHRISTO PATRI FRANCISCO BORGIÆ PRÆPOSITO GENERALI SOCIETATIS IESV,

Emanuel Sà S.

EN tibi, Reuerende in Chriſto Pater, quod imperaſti vt facerem, feci; ſi non quàm velles fortè perfectum, at quantum potui, alijs multis, vt ſcis, occupationibus impeditus: ſpero tamen opus hoc, cùm Deo gratum, cuius eſt præcipuè cauſa elaboratum, tum noſtris quibus hoc compendio conſultum voluiſti, & alijs etiam qui vti volent, vtile futurum. Vale Pater plurimum in Chriſto reuerende, méque, vt ſoles, Deo commenda.

LECTORI.

ID quid ſit quod damus,& titulus indicat, & notationes operi præfixæ oſtendunt, quanto verò tuò commodo, aſsidua diligénſque lectio aperiet. Fecimus quod in nobis fuit, vt res tota & breuiter,& apertè traderetúr. Eſt id quidem præſtare difficile,ſed non deſpero fore , vt Lector hic multa eáque præclara,& ſumma cum breuitate,quæ nuſquam fortè alibi tam facile,reperiat. Quod nobis quanto labore coñſtiterit, nolo multis exaggerare : Illud tantùm peto ab iis qui legent,vt pro me Deum orent,id mihi pro eo ſatis fuerit , ſi bene opere hoc de Lectoribus merui. Vale.

NOTATIONES AD SCHOLIORVM INTELLIGENTIAM.

CONFLATVM opus magna ex parte ex ſanctorum Doctorum ſententijs, itemq́; ex Interlineari Gloſſa, & ea quæ dicitur Ordinaria. addidimus & nos alia, vt inferius dicetur.

2. *Ex Interlineari, ob eius maximam apud omnes auctoritatem, multa accepta, ea verò poſita ferè ſemper in principio interpretationum. Multa quidem in illa ob breuitatem obſcura, ſed ipſi hîc ſæpè citantur auctores vnde ea ſumpta, qui rem eandem fuſius explicant, nonnulla deprauata, aut alieno loco poſita, ſed id nos, quidquid eſt erroris, collatis varijs exẽplaribus, conſultiſq́; auctoribus, quoad eius fieri potuit, emendauimus. Multa in ſuum (vt putamus) certè in commodiorem, quàm quo antea fuerant locum, repoſuimus, quædam etiam prorſus corrupta, nullumq́; efficientia ſenſum, ne Lectori negotium faceſſerent, prorſus omiſimus; itemq́; illa quæ indoctos poſſent in errorem inducere: multa denique vno aut altero verbo addito illuſtrauimus.*

3. *Ex Gloſſa ordinaria ea tantùm exſcripſimus, quæ ad inſtitutum opportuna videbantur, ea tamen diligentia, vt nihil ſcitu dignum ex ea Lector poſſit deſiderare: vſi verò in ea citanda hoc ſigno Glo. nec voluimus illorum authorum nomina adſcribere, qui in ea citantur, quòd deprehenderimus multis in locis erratum eſſe. Maluimus itaque Gloſſæ nomen adponere, ſecuti quod certum eſt, idque cauentes, ne Lector erraret, dum putat eſſe Auguſtini, aut Hieronymi, aut alius Doctoris quod eis falsò in Gloſſa tribuitur.*

4. *Sanctorum ſententijs colligendis id egimus ſedulò, vt nec prolixitate Lector grauaretur; nec aliquid deſideraret, quamquam ſi id minus à nobis præſtitum eſt primis Matthæi capitibus, mirum nulli debet videri, fuit enim illud operæ noſtræ principiũ rudius, vt fit, & impolitius. Fuimus verò vſi ferè verbis quibus D. Thomas in catena, quamquam ſæpè auctoribus ipſis conſultis nonnulla mutauimus, ſimul vt breuitati conſuleretur, quæ nobis maximè cordi fuit.*

5. *Cùm auctoris alicuius nomen ſolùm adſcribitur, intelligendum eſt illud dixiſſe in Commentarijs ad eum locum, nam cùm alibi dixit, id additione aliqua ſignificatur, quod poteſt Lector facilè aduertere, quamquam in hoc fidem D. Thomæ, eorumq́; qui nuper eius opera emendarunt, ſecuti ſumus. Itaque ſi quando id*

fallet, non ea noſtra culpa eſt, quibus non tãtum otij fuit, vt ſemper auctores ipſos conſulere poſſemus, fecimus id quidem ſæpè, correximuſq́; non pauca, multa certè commodius certiuſque poſuimus.

6. *In Euangelium Matthæi cùm citatur Chry. intellige auctorem operis imperfecti, cùm verò Chry. in hom. Chryſoſtomum ipſum in Commentarijs in Matthæum. Fecimus id diſtinctionis neceſſariæ cauſa, quod ille author falsò citetur ſub Chryſoſtomi nomine, fuiſſet quidem apertius, ſi adſcripſiſſemus, auctor operis imperfecti, ſed id nimis longum viſum breuitati ſtudenti. Satis verò ſemel hic monuiſſe.*

7. *Ne quis fortè miretur in Interlineari, quæ ſic notatur. Int. aliquando auctoris alicuius nomen præponi, aliquando verò poſtponi, ſciendum eſt, cùm in principio ponitur poſt ſignum Int. eſſe partem ipſius Interlinearis, quæ ſic interdum ſolet citare auctores, quando verò in fine adijcitur, illud noſtrum eſt, qui pleriſq́; in locis indicare voluimus, vnde illa Interlinearis accepta ſit, quia verò accidet vt poſt eiuſmodi Adiectionem, citetur ſtatim auctor alius, tum intelligendum, priorem auctorem eſſe vnde, quemadmodum diximus, Interlinearis accepta eſt: poſteriorem autem eſſe auctorem ſententiæ quæ ſequitur. Semper enim Doctorum ſententijs eorum nomina præfigimus. Id verò quod diximus, vel hæc addita nota ¶ quam diſtinctionis gratia apponendam curauimus, Lectorem poterat facilè admonere. Aduertendum tamen aliquando auctorem quem poſt Interlinearem citamus, eundem eſſe qui & ſequentia dixerit, & ex quo præcedens interlinearis ſumpta ſit, quod vt Lector intelligeret, vſi ſumus huiuſmodi dictionibus, enim, autem, quia, & ſimilibus, quia verò interlinearis Gloſſa ſolet in eundem locum diuerſa notare, nos ea ita repoſuimus, vt ſigno hoc ¶ inter ſe diſtinguerentur.*

8. *Commentaria in Marcum quæ Hieronymi nomine & circumferuntur, & citantur à D. Thoma in catena, in Gloſſa ordinaria ſub Iſidori nomine citata interdum reperimus, id quod Lectorem admonere volui, ne erraret: quamquam & ego ſub Hier. nomine cito, ſecutus in hoc & in alijs quibuſdam quod eſt vulgo receptum.*

9. *Quæ interdum citantur hoc modo. Græc. Græci auctoris ſunt, quem Photius in catena Græca ἄδηλον, id eſt, incertum vocat, id quod ex illuſtriſſimo & doctiſſimo Cardinali Sirleto intellexi.*

10. *Vſi ſumus catena aurea D. Thomæ, non ſolùm impreſſa, ſed etiam manu ſcripta, codice ſcilicet vetuſtiſſimo ex Bibliotheca Marcelli Secundi Summi Pontificis, cuius nobis perliberaliter copiam fecit Reuerendiſſimus Dominus Heremius eius ex fratre nepos: quamquam quod ſuprà indicaui, ſæpè ſim coactus ipſos authores conſulere, quòd mihi multa ſuſpecta eſſent, nempe deprehendebam aut eſſe*

deprauata, aut eis auctoribus tribui, quorum non eſſent: itaque ne miretur Lector ſi viderit hæc noſtra non per omnia cum D. Thomæ citationibus conſentire. qui volet periculum facere, auctores ipſos legat, deprehendetq́; quàm multa reſtituerimus.

11. *Diſtinximus, quo tota res eſſet facilior, vniuerſam interpretationem in ſenſum Litteralem & Myſticum, quamquam non ignoramus, quædam poſita in Litterali quæ ad Myſticum, nonnulla etiam in Myſtico quæ ad Litteralem potiùs quibuſdam fortè pertinere videbuntur, noluimus in re hac nimia vti religione, contentis viam aperuiſſe quàm doctiores poſſint facili negotio explanare.*

12. *Addidimus numeros ad ſingulos locos, quò eſſent interpretationes inuentu faciliores. quia verò neceſſe interdum fuit quædam ſuis etiam Scholijs illuſtrare, quæ fuerant inter dictandum omiſſa, ne iam adſcriptos numeros perturbaremus, adhibuimus alphabeti litteras, & alia interdum ſigna, quod Lector facilè animaduertet.*

13. *Vſi ſumus editionè Complutenſi, quòd ea emendatiſſima haberetur, certè maxima diligentia ad correctiſſima exemplaria emendata: nemo itaque miretur, ſi qua viderit aliter ſcripta quàm nunc ſoleant, frequentiſſimum id in antiquis codicibus.*

14. *Adiunximus tandem aliunde collecta quædam, in eos præſertim locos qui lucem maiorem requirere videbantur. eáque ſeorſim poſuimus ſub Additionis titulo; noluimus enim cæteris immiſcere, quòd non eſſent tantæ auctoritatis, quanquam multa meo quidem iudicio non ſunt, quod ad veritatem attinet, inferiora: ſed de hoc, vt de opere toto, iudicabunt doctores, & noſtræ ignoſcent exiguitati. In ijs cùm ſcribitur, Græ. in principio quidem ſententiæ legendum Græcè, in fine verò Græciſmus. Sic Heb. in principio Hebraicè, in fine Hebraiſmus.*

EVANGELIVM SECVNDVM MATTHÆVM.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPVT I.

LIBER[1] generationis[2] Ieſu[3] Chriſti[4] filij Dauid[5], filij Abraham[a]. Abraham[6] genuit Iſaac.

SENSVS LITERALIS, IN CAP. I.

1. GLo. Hebræi libris à principiis nomen imponunt. Chry. in hom. Librum generationis nominat, quia Deum hominem factum eſſe, totius eſt diſpenſationis ſumma, & radix bonorũ omnium: hoc enim facto, cætera ſequebantur. Auctor. Notandum hîc obiter, myſterium Incarnationis & Redemptionis dici à Græcis doctoribus Oeconomiam ſeu diſpenſationem: fuit enim illud ſingulariſſimum quoddam Dei prouidentiæ opus, quo, velut domui paterfamilias, hominum generi conſulitur.
2. Glo. Singulariter dicit, vnius enim generationis Chriſti cauſa generationes cæteræ hîc inducũtur.
3. Int. Saluatoris, non perditoris. Remig. Nouerat ſcriptũ liber generationis Adæ, opponit itaque librum libro, Adámque nouum, per quẽ omnia reſtaurata; Adæ veteri, per quem omnia corrupta. 4. Gl. Regia & Sacerdotalis dignitas indicatur. Aug. lib. de q. vet. & nou. Teſt. qu. 49. Et Reges & Sacerdotes vngebantur. 5. Chry. Et Abrahæ & Dauid meminit, quia ad vtrũque promiſſiones factæ de Chriſto ex eis naſcituro. Itẽ, quia Chriſtus, Rex, Propheta, & Sacerdos. Abraham enim Propheta & Sacerdos. Dauid Rex & Propheta. Oſtendit ergo promiſſiones in Chriſto impletas, & triplicẽ dignitatẽ in eo originali iure recognoſcendam. a. Int. Cui promiſſum eſt, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes: & Chriſtus eſt ſemen illud. 6. Glo. ab eo congruè exorditur, cui Chriſtus primùm promiſſus eſt. computat autem generationem deſcendendo, quia humanitatem oſtendit per quam ad homines deſcendit. Lucas verò à baptiſmo in Deum aſcendit, oſtendens baptizatos aſcendere ad hoc, vt ſint filij Dei.

SENSVS MYSTICVS, IN CAP. I.

1. IN t. Liber hic apotheca gratiæ, in qua omnis anima, quod neceſſe habeat, inueniat. 5. Glo Abraham & Dauid duæ columnæ in lege, quaſi in veſtibulo ante oſtium quod eſt Chriſtus, quas ambit funiculus duodecim cubitorũ, id eſt, Fides Apoſtolorum. Auctor. Alludit ad illud quod. 3. Reg. 7 dicitur de duabus columnis in templi porticu. 6. Int. Abraham fides, Iſaac ſpes, Iacob charitas. Auguſt. de conſenſ. Euang. li. 2. cap. 4. Lucas quia Chriſtum tanquam Sacerdotem in expiandis peccatis magis aſſignat, non ab initio Euangelij eius generationes enarrat, ſed à Baptiſmo, vbi teſtimonium illud datum, Ecce qui tollit peccata mundi. Item deſcendens Matthæus, noſtrorum peccatorum à Chriſto ſuſceptionem ſignificat; Lucas verò aſcendens, eorum abolitionem.

ADDITIO AVCTORIS.

1. EVangelium Latinè bonum ſeu iucundum nuncium. ſ deſcribitur hic Chriſti in mundum aduentus, & quæ pro hominum ſalute præterea geſſit. 1. Non eſt titulus libri ſed proœmium, explicans quid primò dicendum ſit. Liber verò, id eſt, ſcriptura, ſic. Ier 32. libri, id eſt, ſcriptura. Quidam tamen titulum vocant, à quo more Scripturæ ſacræ incipiatur. Sic Iſa 1. Viſio Eſaiæ, &c. & Ier 1. Verba Ieremiæ &c. 2. Id eſt, generis, ſeu genealogiæ, ſcilicet, maiorum ſeries, nempe catalogus eorum à quibus Chriſtus ſecundùm carnem genus duxit, vult enim oſtendere Chriſtum eſſe ex ſemine Dauid: ſcilicet Iudæis ſcribebat At Lucas qui Gentibus, ad Deum ſeriẽ ducit, indicans Chriſti gratiã ad omnes homines pertinere: non enim Iudæorum Deus tantùm, ſed & Gentium. 3. Id præcipuè vult oſtendere in initio. 6. Hinc incipit, quòd ab eo ſoluerent Iudæi genealogias texere, quodq́ ei primò facta de Chriſto promiſſio.

[7] Iſaac autem genuit Iacob. [8] Iacob autem genuit Iudam:& [9] fratres eius. [10] Iudas autem
genuit [11] Phares,& [12] Zaram de [13] Thamar. Phares autem genuit [14] Eſron. Eſron autem ge-
nuit [15] Aram. Aram autem genuit [16] Aminadab. Aminadab autem genuit [17] Naaſon. Naa-
ſon autem genuit [18] Salmon. [19] Salmon autem genuit [20] Booz de [21] Raab. Booz autem ge-
nuit [22] Obeth ex [23] Ruth. Obeth autem genuit [24] Ieſſe. Ieſſe autem genuit

Sens. Liter. In Cap. I.

9 Glo. Fratres Iudæ memorat, non autem Iſaac & Iacob fratres, quia hi à populo Dei repulſi quaſi alieni, illi vero in libro vitæ ſcripti, in quibus etiam Apoſtolorum numerus ſignatus eſt. 13. Hieron. in genealogia Chriſti nulla ſanctarum mulierum aſſumitur, ſed quas Scriptura reprehendit: nempe propter peccatores venerat, vt omnium peccata deleret. Ambr. in Luc. cap. 3. ſimul ne puderet Eccleſiam de peccatoribus congregari, cùm Dominus de peccatoribus naſceretur. Poſtremò ne quis putaret originis maculam impedimentu eſſe poſſe virtuti. 14. Glo. in Ægypto. 17. Int. iſte fuit princeps tribus Iuda. Glo. ſub Moyſe per deſertum, in quo genuit Salmon. 18. Glo. qui princeps in tribu Iuda, cum Ioſue in terram promiſſionis intrauit, vbi genuit Booz. 21. Chry. Hanc accepit Salmon, cùm eſſet nobilis, quòd videret fidelem, Deoque dilectam, & quaſi magnam aliquam conſtitutam. 22. Glo. Elimelech de tribu Booz cum vxore Noëmi iuit ad Moabitas: eoque ibi mortuo & filiis, Ruth cum ſocru venit in Iudæam. 24. Glo. qui & Iſai. 26 Glo. non quia ſolus in hac genealogia rex, ſed quia primus de Iuda. 28. Glo. ſilentio nominis quod turpe eſt, tegit; nomen autem viri ponitur, vt immanitas ſceleris memoretur.

Sens. Myst. In Cap. I.

7. Chry. Vt Iſaac natus in vltima ſenectute lætitia fuit: ita Chriſtus in nouiſſimo tempore gaudium cunctis: ille de anu, iſte per virginem; ambo contra ſpem naturæ. 8. Remig. Iacob ſupplantator, & de Chriſto dicitur, Supplantaſti inſurgentes in me. Glo. In prædictorum patrum ſemine Chriſtus intrauit in Ægyptum; quod præſagiens [illegible], populum Dei premebat, & non feminas, ſed mares interimebat, vt eum extingueret. 10. Int. Iudas confitens: Et Chriſtus, Confiteor tibi Pater Domine cœli & terræ. 11. Int. Id eſt, diuiſio. Glo. Illum ſignificans qui ſegregabit oues ab hœdis. 12. Ambr. Per geminos gemina deſcribitur vita, vna ſecundùm legem, altera ſecundùm fidem. Chry. Zaram populus Iudaicus, qui velut de tenebroſa vuluæ vmbra procedens, primus apparuit in luce fidei, coccus, Circumciſionis ſignum. Maceria lex [illegible] eius poſita, quæ rupta per Chriſtum. Primus ad fidem procedit Phares, id eſt, populus gentilis. Int. Zaram oriens, Thamar amaritudo. 13. Glo. Agnus in Paſcha immolandus iuſſus [illegible] ex capris & ouibus, nempe erat Chriſtus ex iuſtis & peccatoribus generandus. 14. Int. [illegible] vel atrius. Glo. vel atrium. Chriſtus enim penetrat corda auditorum, & latitudine charitatis etiam inimicos dilexit. 15. Int. i. electus vel excelſus. Glo. & de Chriſto dictum: Ecce puer meus quem elegi, & excelſus ſuper omnes gentes Dominus. 16. Int. i. ſpontaneus, vel voluntarius. Glo. Et Chriſtus voluntariè ſacrificabo tibi. 17. Int. i. augurium vel ſerpentinus. Glo. nouit Chriſtus præterita, præſentia, & futura, & more ſerpentis omnes cauit inſidias. 19. Int. i. ſenſibilis Glo. omnia enim ſentit Chriſtus. 20. Int. i. fortis. Glo. Dominus in fortitudine veniet. 21. Int. i. [illegible]itudo. Glo. vel fames, aut impetus. Eccleſia enim quam de Gentibus princeps ex tribu Iuda Chriſtus accepit, dilatata eſt per orbem terrarum doctrinæ impetu, eſuritque iuſtitiam. coccinus in feneſtra in ore confeſſi [illegible] paſſionis Chriſti. Ierico præſens ſeculum muris vitiorum vallatum tubiſque prædicationum [illegible] circumuallatum ſeptem dierum tempore donec in nouiſſima tuba muri omnes corruant & nouiſſimè [illegible] ſtruatur mors. 22. Int. i. feſtinans. Glo. vel videns. Eccleſia enim puro corde Deum videns feſtinat ab brauium ſupernæ viſionis, eſtque de Moab, id eſt, gentibus, & ex petra deſerti, id eſt, idololatria de qua ſuſcitati filij Abrahæ, quæ oblita prioris gentis, venit ad fortem Chriſtum, qui [illegible] fratris ſui, id eſt Moyſi. neminem enim ad perfectum adduxit lex. 23. Int. i. ſeruiens vel ſeruitus, quia non venit Chriſtus miniſtrari ſed miniſtrare. 24. Int. i. incendium vel incenſum, & Chriſtus eſt ſacrificium vel incenſum, qui pro nobis hoſtia factus eſt.

Addit. Avct. In Cap. I.

9. A quibus Iudæi omnes originem ducebant. 13. Huius meminit ob myſterium eius partu ſignificatum [illegible] et Iudæorum & gentium. 20. Putant quidam hunc fuiſſe Abeſam Iudicem. 24. Poteſt Hebraicè legi & Iſai & Ieſſe punctis variatis. 29. ſcilicet vxor.

[25] Dauid Regem. [26] Dauid autem Rex genuit [27] Salomonem ex [28] ea quæ fuit [29] Vriæ. [30] Salomon
autem genuit [31] Roboam. Roboam autem genuit [32] Abiam. Abia autem genuit Aſa. [b] Aſa
autem genuit Ioſaphat. [33] Ioſaphat autem genuit Ioram. [34] Ioram autem genuit [35] Oziam.
[36] Ozias autem genuit Ioatham. [37] Ioatham autem genuit Achaz. [38] Achaz autem genuit
Ezechiam. [39] Ezechias autem genuit Manaſſem. [40] Manaſſes autem genuit Amon. [41] Amon
autem genuit Ioſiam. [42] Ioſias autem genuit [43] Iechoniam, [44] & fratres eius [45] in tranſmigra-

Sens. Liter. In Cap. I.

28. Glo. ſilentio nominis quod turpe eſt, tegit; nomē autem viri ponitur, vt immanitas ſceleris memoretur. 35. Glo. non Oziam genuit, ſed Ochoziā. Ochoſias verò Ioaz. Ioaz autē Amaziam. Amazias verò Oziā, qui & Azarias. tres ergo reges de Christi generatione excluſit, vel quia propoſitū erat Euāgeliſtæ tres teſſaradecadas ponere, vel vt Ioram quod ſe miſcuit generi Iezabel memoria tolleretur vſque ad tertiam generationem. Aug. de q. no. & vet. Teſt. q. 85. vel quia iſtorum continuata impietas ſine interuallo. 43. Glo. Poſt Ioſiam regnauit Ioachaz filius, eoq́, capto à rege Ægypti regnauit Ioachim frater eius, cui ſucceſſit filius Ioachin, qui & Iechonias. Chry. Ioachim qui & Eliachim ſublatus de numero regū, quia non à populo, ſed à Pharaone regnum accepit. Aug. lib. de conſenſ Euang. 2. c. 4. vnus bis numeratur Ioachin. ſ. à quo facta eſt quædam ad exteras gentes deflexio, quando in Babyloniam migratū eſt: vbi autem deflectitur angulus fit: & quod in angulo eſt bis numeratur. Chry. numeratur ante tranſmigrationem vt rex, poſt vt priuatus. Hier. Iechonias priori loco poſitus Ioakim per k, & m, ſecū lo autem loco poſitus Ioachin per ch, & n. Amb. in Luc. cap. 3. Eſt & Pater & Filius ſignificatus ab Euangeliſta, vterque enim Iechonias dictus eſt. 44. Glo. Fratres ponit quorum ſimilis vt iniquitas ita & miſeria. Remig. quos Euangeliſta ſimul ponit ſimiles fuetūr fama, vt Iudas & fratres, Phares & Zaram, aut infāmia, vt Iechonias & fratres. 45. Glo. non in tranſmigratione genuit, non enim tranſmigrauit, ſed ſecundum prædeſtinationem Dei ad tranſmigrandum. Remig. ad hoc enim nati ſunt, vt pro ſuis & aliorum peccatis captiui ducerentur.

Sens. Myst. In Cap. I.

25. Int. Dauid manu fortis vel aſpectu deſiderabilis. Glo. Chriſtus enim Dominus fortis & potens, & ſpecioſus forma præ filiis hominum. 29. Glo. Dauid in ſolario, Chriſtus qui in ſole poſuit tabernaculum ſuum, Berſabee lex, Vrias Iudaicus populus, qui per legem de ſue gloriatur, dumque legem implere nititur quaſi epiſtolam fert vnde damnatur. hanc Chriſtus legem abſtulit, noluit ille intrare domum, id eſt, in ſpiritualis legis intellectum, quia arca Domini in tabernaculis, id eſt, in figuris. Item Chriſtus Goliam. i. diabolum ſuperauit. Item Vrias, id eſt, lux mea Dei ipſe diabolus qui dixit: ſimilis ero altiſſimo, ſeque in Angelum lucis transformat, huic coniugatam Eccleſiam cūm Chriſtus de ſolario paternæ maieſtatis adamaſſet, ſibi matrimonio copulauit. Amb. in Luc. cap. 3. plerumque in illuſtribus viris grauia peccata reperies, vt quaſi homines tentationi ſuccumbere potuiſſe cognoſcas.

30. Glo. Chriſtus Salomon i. pacificus: ipſe enim eſt pax noſtra quæ fecit vtraque vnum, & ipſe Roboam, id eſt, populi impetus: velociter enim populos conuertit ad fidem. 31. Int. i. populi latitudo Glo. de hoc dictum, dabo Roboam tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid cunctis diebus. quod ad litteram non poteſt accipi, ſed Chriſtus eſt lucerna æterna in cæleſti Hieruſalem. dicitur verò ſedere ſuper ſolium Dauid, quia Dauid regnum, figurauit Chriſti regnum æternum. 32. Int. Pater Dominus. Glo. & Chriſtus tanquam Dominus omnia quæcumque voluit fecit. b. Int. i. tollens. Glo. abſtulit enim Chriſtus peccata mundi. 33. Glo. i. Iudicans vel iudicium Dei. Chriſtus enim iudicat orbem terræ. 35. Int. i. excelſus. 36. Int. i. robuſtus Domini, & de Chriſto dicitur: Fortitudo mea Dominus.

37. Int. i. profectus. ſ. Chriſtus, de quo Eccleſia quotidie in melius proficit. 38. Int. i. cōprehendens ſ. Chriſtus, quia nemo nouit Patrem, niſi Filius. 39. Glo. i. Fortis Dominus. 40 Int. i. obliuio. Glo. obliuioſus. Chriſtus enim non recordatur iniquitatū conuerſi peccatoris. 41. Glo. i. fidelis vel nutrius, Chriſtus enim fidelis eſt in omnibus viis ſuis: & conuocat filios vt gallina pullos. 42. Glo. i. ſalus Domini. 45. Aug. lib. 2. de conſen. Euang. cap. 4. tranſmigratio in Babyloniā ſignificat tranſitum Apoſtolorū ad gentes, in quo Chriſtus factus lapis angularis, quod oſtēditur per Iechoniā bis poſitum.

Addit. Avct. In Cap. I.

29. ſ. vxor. 43. qui dictus etiam Ioacim, & Eliacim. & Sellum, eiuſq́; frater Ioachaz. 44. quorum duo etiā reges fuere. ſ. Ioachaz & Sedechias, qui & Matthanias. 45. pro, imminente tranſmigratione. Fuerunt autē tres tranſmigrationes, prima ſub Ioacim qua abductus Ezechiel & Daniel. Secunda ſub filio Ioachin poſt tres menſes qua abductus Mardochæus. Tertia ſub Sedechia poſt vndecim annos.

tione Babylonis. Et poſt tranſmigrationem Babylonis, Iech[46]onias gen[c]uit Salathiel.
Salat[47]hiel autem genuit Zorobabel. Zoro[48]babel autem genuit Abiud. Abi[49]ud autem
genuit Elia[50]chim. Eliachim autem genuit A[51]zor. Azor autem genuit Sa[52]doch. Sadoch
autem genuit Achim. Ac[53]him autem genuit Eliud. El[54]iud autem genuit Eleazar.
Ele[55]azar autem genuit Matham. Mat[56]ham autem genuit Iacob. Iac[57]ob autem genuit
Io[58]ſeph vi[59]rum Ma[60]riæ,de q[61]ua natus eſt Ieſus qui vocatur Ch[62]riſtus.

Sens. Lit. In Cap. I.

47. Glo. At in lib.Par.dicitur Zorobabel filius Phadaiæ.tradũt Hebræi trinomium fuiſſe Salathiel,vel dic Salathiel & Phadaiã fratres fuiſſe, & vtrumque filium ſuum vocaſſe Zorobabel, quanquam multa in lib.Par.dicuntur ſcriptorum vitio eſſe deprauata, ex quo ſecutę interminabiles genealogiæ quas iubet Apoſtolus vitari. Amb. in Luc. cap.3.quomodo ex ſemine Iechoniæ Chriſtus, cùm dicat Ieremias neminem ex illius ſemine ſeſſurũ in throno Dauid? Chriſtus non ſeculari honore regnauit, dicit enim regnum meũ non eſt de hoc mundo. Chryſ. De Salathiel nihil legimus, putamus tamen ſanctũ fuiſſe.
48. Chryſ. Sacerdotale & regale genus mixtũ in Zorobabel. huius fuit illa ſententia; Fortiorem eſſe omnibus veritatẽ. 49. Glo. ab Abiud vſq; ad Ioſeph nulla inuenitur hiſtoria in Par.lib.Sed fuerũt annales apud Hebræos de quibus multos herodes comburi fecit, vt confunderetur ordo ſtirpis regiæ.
58. Glo. Mathan & Mathat de eadem vxore genuerunt, Mathan quidem Iacob, Mathat verò Heli. Iacob verò ex vxore Heli ſine filiis defuncti,genuit Ioſeph,natura quidẽ ſuum.ſed ſecũdùm legẽ Heli filiũ. Ducta eſt autẽ generatio ad Ioſeph qui nõ genuit Chriſtũ,quia non ſolet Scriptura genalogiã per mulieres texere.Erat verò Ioſeph ex Mariæ tribu,vnde & in Bethlehẽ vterq; profitetur. Aug.de nupt. & conc.lib. 1. cap. 11. nihil deperit veritati,nam ex ſemine Dauid erat & Maria. Idem cont. Fauſt.lib. 23. cap.9.vtrumque Scriptura dicit, & Chriſtum ex ſemine Dauid,& eius matrẽ Mariam virginem.
59. Hier.ſolet Scriptura ſponſas vxores vocare,& ſponſos viros.Glo. Inuenitur autẽ in Maria etiam nuptiarum fructus. Aug.de nupt. & con. lib.1.cap. 11. omne nuptiarum bonum hic impletum, proles Chriſtus, fides quia nullum adulterium, Sacramentum quia nullum diuortium. Idem de conſ. Euang. lib.2.cap. 1. Hoc exemplo magnificè inſinuatur fidelibus pari cõſenſu ſeruata continentia coniugium permanere. 61.Int.non de quibus,quia ſine virili coitu,de ſola virgine natus.Aug.de Hæreſib.cap.11. Eſt hoc contra Valentinũ,qui Chriſtum dixit nihil aſſumpſiſſe de virgine,ſed per eam vt fiſtulam tranſiiſſe.Idem contra Fauſt.lib.26. cap.7. honorauit Chriſtus vtrumque ſexum, aſſumendo formam viri, & naſcendo de femina. 62. Aug.cont.Felicianum cap.2.Idem Chriſtus Dei & hominis filius:aliud tamen hominis.aliud Dei filius,aliud inquam,pro diſcretione ſubſtantiæ,non alius pro vnitate perſonæ ſicut in vno homine,aliud animus,aliud corpus.

Sens. Myst. In Cap. I.

46. Int.i.præparatio Domini,quod conuenit Chriſto qui dicit: vado parare vobis locum. Glo.prior Ieconias reſurrectio Domini alter verò,præparatio Domini,vtrumque congruit Chriſto,qui eſt reſurrectio,& vita. 47. Glo.i.petitio mea Deus.Conuenit id Chriſto,qui dicit:Pater ſancte ſerua eos quos dediſti mihi, &c. 48. Glo i. magiſter Babylonis, conuenit id Chriſto qui mundum ab errore ad veritatem reuocauit. 49. Glo. i.Pater meus Ipſe inuocabit me,pater meus es tu. 50. Glo i.Dominus reſuſcitans, & ego reſuſcitabo eum, &c. 51. Glo. id eſt, adiutus, Ecce enim Deus adiuuat me.
52. Glo. i. iuſtus, Iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit. 53. Glo.id eſt, frater meus, narrabo nomen tuum fratribus meis. 54. Glo.id eſt,Deus meus,Deus meus vt quid dereliquiſti me. 55. Glo.id eſt, Deus meus. adiutor; Deus meus ſperabo in eum. 56. Glo.id eſt, donans vel donatus; dedit dona hominibus; & datus eſt a Patre. 57. Int.ſupplantator vel luctator. 58. Glo.i.apponens:Chriſtus enim Iudæis gentes appoſuit. Chriſtus itaque horum patrum in ſe gerebat officium, dignumque eſt per eam lineam ſanctitatis aſcendere in ipſum,per quam deſcendere ad nos dignatus eſt. 60. Int. Maria ſtella maris.Beda in Lucam, lib.1.cap. 3.& Domina Syriacè, quia & lucem ſalutis, & Dominũ mundo edidit.

Addit. Avct. in Cap. I.

46 hic prioris Iechoniæ filius, dictus etiam Ioachim & Neri. c. ſcilicet in Babylone. 60. quæ cum fratres non haberet,ade ut poſſideret patris hæreditatem, neceſſario nubere debuit viro eiuſdem familia ob præceptum Num. cap. vltimo.

Omnes

[63] Omnes itaque [d] generationes ab Abraham vſque ad Dauid, generationes quatuordecim. Et à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis generationes quatuordecim. Et à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, generationes quatuordecim. Chriſti autem [e] generatio [64] ſic erat. Cùm [65] eſſet deſponſata mater eius Maria Ioſeph: [66] [*] antequam [67] conuenirent: [68] Inuenta eſt in [69] vtero habens de [70] Spiritu ſancto.

Sens. Lit. In Cap. I.

63. Glo. Prima ſeries vſque ad Dauid incluſiuè. Secunda à Salomone ad priorem Iechoniam. Tertia à ſecundo Iechonia ad Chriſtum. Chry. ab Abraham ad Dauid ſub Iudicibus Iudæi fuerunt, à Dauid ad tranſmigrationem ſub Regibus, hinc ſub Pontificibus vſque ad Chriſtum Iudicem, Regem, & Pontificem. Cuius figuræ, primi, Iudicum quidem Ieſus Naue, Regum Dauid, Pōtificum Ieſus filius Ioſedech. e. Int. per quam dignatus eſt venire. 64. Glo. vt dictum eſt, & mox dicetur. Chry. non ſic vt patrum præcedentium. 65. Glo. Ideo deſponſata, vt per Ioſeph eius origo oſtenderetur, vel vt is eſſet teſtis caſtitatis, & vt viri ſolatio ſuſtentaretur, & diabolo partus occultaretur. Fiebat verò deſponſatio per aliquot dies ante aſſiduam cohabitationem, & interim erat vxor ſub cuſtodia viri. Chry. Et deſponſata, & domi habita. nam in ea quæ extra domum concepit ſuſpecta coniunctio. 67. Chry. in hom. non dicit antequam duceretur in domum ſponſi, iam enim intus erat, ſolebant enim olim domi deſponſatas habere. Glo. non quod poſtea cōuenerint, ſic enim dicimus antequam eum pœniteret, mortuus eſt. Hier. cont. Heluі. Sic etiam dicimus antequam in portu pranderem, nauigaui. Remig. antequam ſolemnia nuptiarum celebrarent. Aug. de nup. & conc. lib. 1. cap. 12. non fuit concubitus, quia fieri non poterat in carne peccati ſine concupiſcentia, quæ accidit ex peccato, ſine qua concipi voluit qui futurus erat ſolus ſine peccato. Idem Serm. de Natiu. Fas non erat vt per corruptionem incorruptio naſceretur, nouoque ordine aduentare debuit qui vetuſtum mortis imperium deſtructurus venerat. 68. Int. à Ioſeph. Hi r. qui penè licentia maritali omnia nouerat. Chry. quando geſta ſunt quæ narrat Lucas de aduentu Angeli, abſens erat Ioſeph. Aug. de conſ Euang. lib. 2. cap. 5. ſi quis velit vnam narrationem ex dictis à Luca & Matthæo, poteſt ſic ordinare, Chriſti generatio ſic erat. Fuit in diebus Herodis, &c. manſit autem cum illa, &c. & reuerſa eſt in domum ſuam, & inuenta eſt in vtero, &c. 69. Int non aliunde quàm ex ſe gignendo: ecce illud nouum, mulier circumdabit virum. 70. Int. de poteſtate non ex ſubſtantia. Aug. Serm. de temp. 191. non enim, vt quidam ſceleratiſſimè opinantur, Spiritus ſanctus pro ſemine fuit. Aug. Serm. de natiu. qui ſcripſit lapideas tabulas ſine ſtylo ferreo, ipſe grauidauit Mariam de Spiritu ſancto. Idem in Enchir. cap. 38. etſi verò vna perſona nominatur in opere, vniuerſa tamen operari Trinitas intelligitur.

Sens. Myst. In Cap. I.

63. Glo. Tres diſtinctiones, Trinitatis fidem ſignificant, quam legis & Euangelij doctrina aſtruit: nam quatuor doctrina Euangelica, decem legis inſtitutio. Notantur verò tria tempora. Nam ante legem Abraham naturale ſeruat mandatum; poſt legem Iudæi præuaricantes captiuantur, poſt gratiam de captiuitate omnes ſoluuntur. in ſingulis bis ſeptem, quia gratia in homine geminatur, cor & carnem iungens, faciénſque exultare in Deum. Item ter 14. veram religionem ſignificat, via enim ad Chriſtum per decem verba legis, & quatuor Euangelia. idque in fide Trinitatis. Item Chriſtus terra promiſſionis ad quem per 42. manſiones venitur. Fides autem quæ in Abraham reputatur ad iuſtitiam, initium eſt viæ. Item 42. tempus Eccleſiæ præſens ſignificat, ſex enim ad opera, ſeptem ad requiem pertinent, ſepties autem ſex quadraginta duo. Item quatuor temporum curſu vita labitur, decem ſunt legis præcepta, duo verò teſtamenta, quibus nos regi oportet, vel duo præcepta charitatis, in quibus tota lex continetur. Aug. lib. 2. de conſen. Euang. ca. 4. numerus 40. qui eſt in generationibus, Chriſto excepto, ſignificat tempus hoc quo nos oportet à Chriſto regi, quatuor enim anni tempora & mundi partes, fiunt autem 10. progrediente numero ab vno ad quatuor, quater verò decem quadraginta. Auctor, intellige fieri decem ex 1. 2. 3. & 4 ſimul iunctis. 65. Glo. ideo deſponſata vt ſignificaret Eccleſiam, quæ eſt virgo & ſponſa. 66. Chry. ideo fabro lignario deſponſata, quia Chriſtus ſalutem erat operaturus per lignum crucis. 70. Aug. Ench. cap. 38. inſinuat hic natiuitatis modus gratiam Dei, qua homo nullis præcedentibus meritis verbo Dei copulatus eſt in perſonæ vnitate.

Addit. Avct. In Cap. I.

d. id eſt, perſona generantes & genita. e. pro, natiuitas. * *ſic dicuntur iudices antequam cauſam cognoſcerent iudicaſſe, quo non ſignificatur poſtea cauſam cognouiſſe.* 69. *pro grauidam eſſe.*

Ioſeph autem [71] vir eius cùm eſſet [72] iuſtus, & nollet eam [73] traducere; voluit [74] occultè di[75]mittere eam. [76] Hæc autem [77] eo cogitante: [78] Ecce Angelus [79] Domini [80] apparuit in [81] ſomnis Ioſeph, dicens: [82] Ioſeph [83] fili David, [84] Noli timere [85] accipere Mariam [86] coniugem tuam. [87] Quod enim [88] in ea [89] natum eſt, [90] de Spiritu ſancto eſt.

S E N S. L I T. I N C A P. I.

71. Int. id eſt, ſponſus. 72. Glo. Iuſtus eſt conſcientia caſtitatis ſeruans innocentem, ſciebat inculpabilem, ſed vnde, vel quid eſſet, ignorabat: elegit ergo effugiendi viam, vt nec innocentem proderet, nec rei incognitæ conſentiendo, ſe reum faceret coram Deo. Aug. Serm. de natiu. Aeſtuabat ſecum diſputans, ſi prodo, vitium crudelitatis incurro, ſi taceo, malo conſentio; quia ergo tacere malum, adulterium prodere peius, dimittam. Chry. in hom. iuſtum dicit, id eſt, omni virtute perfectum, eſt enim iuſtitia vniuerſalis virtus. 73. Glo. i. in coniugium ducere, ne videretur celare quod ignorabat, vel traducere ad pœnam. Int. pro traducere, Græcè habetur propalare. Aug. de verb. Dom. Ser. 16. noluit diuulgare quia ſolus ſciebat; voluit prodeſſe peccanti, non punire. Orig. hom. 1. ex varijs locis: dimittere volebat quia magnum in ea Sacramentum cognoſcebat, cui appropinquare ſe indignum exiſtimabat. 74. Int. ne ſi palàm eſſet, vt adultera puniretur. 75. Int. ne ſi retineret neſciens euentũ rei, quaſi conſcius eſſet peccati. Amb. in Luc. cap. 2. quam volebat dimittere fatebatur acceptam, nemo enim dimittit quam non accepit. 76. Int. vt occulte dimitteret. 77. Chry. in hom. notatur manſuetudo Ioſeph qui nulli enarrat ſuam ſuſpicionem. 78. Remig. quia ſi dimitteret, multi ſuſpicarentur Mariam adulteram, conſilium Ioſeph diuino mutatum eſt conſilio. Chry. Apparuit Angelus Ioſeph, ne homo iuſtus ignorans faceret rem iniuſtam, deinde ob honorem virginis, quæ ſi dimiſſa fuiſſet, apud infideles turpi ſuſpicione carere non poterat, nõ venit autem ante conceptionẽ, ne culpam infidelitatis incurreret vt Zacharias. Incredibilius enim virginem poſſe concipere quàm anum. 79. Int. non deluſor. Aug. Ser. de nat. Gabriel. 80. Int. ne vlterius premeret dubietas quem commendabat æquitas. 81. Chry. in hom. non manifeſtè vt paſtoribus, quia valde fidelis erat, paſtores autem rudes, virgini verò apertè quia fuit de maximis inſtruenda. 82. Int. familiarem & notum oſtendit, cuius nomen & genus dicit. 83. Glo. recognoſce quod promiſſum eſt domui David, & vide impletum. 84. Chry. in hom. timebat ne offenderet Deum quaſi adulteram habens, oſtendit verò Angelus ſe cognitorem cordis eius, vt dicendis fidem faceret, & ſe à Deo miſſum, cuius eſt ſolius ſcire cordis ſecreta. Ideo autem virgo nõ dixit Ioſeph nunciata ſibi ab Angelo, quia non putabat ſibi crediturum, præſertim iam in ſuſpicionem adductum.

85. Chry. in hom. i. retinere Raba: vel accipere nuptiarum celebratione, & aſſidua cohabitatione. 86. Glo. coniux dicitur à prima fide deſponſationis. Hier. cont. Heluid. Solet Scriptura appellare ſponſos viros, & ſponſas vxores, vnde in Deut. Si quis dormierit cum virgine deſponſata viro, morietur, quia humiliauit vxorem proximi ſui. 87. Int. ne ſuſpiceris quod de alio ſit. Quod enim, &c. Chry. in hom. non ſolùm timorem aufert, ſed lætitiam addit. 88. Glo. in ea naſci eſt concipi, de ea naſci, in lucem produci. 89. Int. id eſt, conceptum. 90. Glo. Spiritus ſanctus dicitur Charitas, & charitas ſola eum fecit incarnari. Aug. de q. vet. & nou. Teſt. q. 52. dicitur & Sapientia ædificaſſe ſibi domum, Chriſtus ſcilicet Corpus ſuum, Factum Spiritus ſancti, factum Filij eſt propter naturæ & voluntatis vnitatem. Idem in Ench. cap. 38. non dicimus autem Chriſti Patrem Spiritum ſanctum: fecit enim Chriſtum hominem, non genuit, nec verò quidquid de alio naſcitur Filius eius dicitur, naſcitur enim capillus de homine, & homo ex aqua & Spiritu ſãcto filiuſq; nõ dicũtur, neque capillus hominis, neq; homo aquæ.

S E N S. M Y S T. I N C A P. I.

72. Amb. in Luc. lib. 2. Iuſtus opprobrio coniugis deprehenſo ſe incruentum ab homicidio, & caſtũ ab adulterio præſtare debet. 77. Glo. docemur diu deliberare in incertis ne peccemus temeritate. 81. Int. non manifeſta viſione, quia dubietate animi premebatur, velut ſomno infidelitatis.

A D D I T. A V C T. I N C A P. I.

72. perfectus ſeu eximia probitate vir, certè qui deprehendens ſponſam grauidam, nec cum ea expoſtularit, nec verò apud aliquem queſtus fuerit. 73. id lex permittebat, ſed non præcipiebat. Græcè παραδειγματίσαι, q. d. exemplificare, ſeu exemplum facere. hic videtur ſignificare propalare ſeu palam facere. 74. aut diſcedendo, aut dato libello occultè, ſed repudij cauſa non explicata. 75. Adulteram putans ſecundùm Chry. & Aug. at ſecundùm Baſil. reueritam conceptum de Spiritu ſancto, ſeq; reputans indignũ tali vxore. 77. Græcè, cùm cogitaſſet. 81. Græcè κατ' ὄναρ per ſomnium: virgini facta apparitio vigilanti, & quia eius expetebatur liber conſenſus, & ad maiorem rei certitudinem. 84. quaſi ea re Deum offenſurus. 85. id eſt, retinere ſeu recipere animo iam dimiſſam, vel in vita conſuetudinem adiungere, iam enim in vxorem acceperat. 89. pro, conceptum. 90. Græcè & hic & ſuprà ex Spiritu ſancto, id eſt, opera Spiritus ſancti. ſic illud, vnus Deus Pater ex quo omnia.

[91] Pariet autem filium,& [92] vocabis nomen eius [93] Ieſum.[94] Ipſe enim [95] ſaluum faciet [96] populum
ſuum à [f] peccatis [97] eorum.[98] Hoc autem [g] totum [99] factum eſt,vt [100] adimpleretur quod dictum
eſt à Domino per [101] Prophetam , dicentem : [102] Ecce [103] virgo [104] in vtero habebit , & [105] pariet fi-
lium : & [106] vocabitur nomen eius [107] Emanuel, quod eſt [108] interpretatum [109] nobiſcum Deus.
[110] Exſurgens autem Ioſeph [111] à ſomno , [112] fecit ſicut præcepit ei [114] Angelus [h] Domini : & ac-
[115] cepit coniugem ſuam. Et [116] non cognoſcebat eam donec [117] peperit filium [118] ſuum primo-
[119] genitum:& [120] vocauit nomen eius [121] Ieſum.

SENS. LIT. IN CAP. I.

91. Glo.ne videretur Ioſeph non eſſe neceſſarius Virgini. q.d. neceſſarius eris procurationi. Chryſ.in hom. etiã ex futuris Angelus dicta confirmat.Chryſ.non dixit, pariet tibi filium, non enim de ipſo conceperat.Chryſ.in hom.ſignificat parituram orbi terrarum. 92. Int. non impones quod ab æterno impoſitum eſt. 93. Int. ſaluatorem. Hier.totius mundi. 94. Int. ſubdit cauſam nominis. 95. Int. quod ſolius eſt Dei. 96. Int. id eſt, quos prædeſtinauit. f. Hier. ſaluat non armis pugnando, ſed peccata relaxando. 97. Int. quæ ex eis ſunt. 98. Int. hoc quod narrat teſtimonio prophetico certiùs facit. Glo.citatur vetus Teſtamentum in Euangelio,vt confirmetur fides,facilius enim credimus cùm videmus impleta prædicta.Aug.cont. Fauſt.lib. 12. quæ Apoſtoli nunciabant demonſtrantur à Prophetis prædicta,etſi enim atteſtabantur miracula, nõ defuiſſent qui ea magicæ potẽtiæ tribuerent. g. Glo. hoc quod propinquo deſponſata, quod inuenta in vtero habens, quod peperit virgo, quod Ieſus vocatus, quod ſaluat. 99. Remig.factum dicit [illegible] præſcientia Dei, vel quia quando hoc ſcripſit iam totũ factum erat. 100. Glo. Prophetia non facit neceſſitatem eorum quæ prædicit , ſed ſignum eſt præſcientiæ Dei. 101. Inter. Eſaiam.

SENS. MYST. IN CAP. I.

110. Glo.qui à Deo monetur ſoluat moras,ſurgat à ſomno,faciat quæ iubetur. 111. Int.dubietatis.

102. Glo.admiratur Propheta, & quaſi omnes de ſomno ſuſcitat. 103. Hier. עלמה, Halma apud Hebræos ambiguum eſt.dicitur enim & adoleſcentula & abſcondita, nempe virgo quæ nunquã virorum aſpectibus patuerit.lingua etiam punica, virgo Halma appellatur nec vnquã memini me legiſſe Halmam de nupta,ſed de virgine in annis adoleſcẽtiæ.& alioquin quale ſignũ eſſet ſi puella nõ virgo pareret? 104. Int. quaſi ex ſubſtantia ſuæ carnis,non aliundè tanquã per coitum viri. Glo. Sequitur Iſaiæ ſenſum non verba,pro concipiet, ponẽs in vtero habebit, & vocabũt, pro vocabis vel vocabitur.

105. Leo in epiſt.ad Flauianũ,ita ſalua virginitate editus,vt ſalua virginitate conceptus. Aug.Serm. de nat.quod in matre integrũ inuenit,non violauit naſcendo. 106. Int.alias vocabunt.ſ.primò Angeli pſallentes,inde Apoſtoli prædicantes,vel alij credẽtes.Chryſ.in hom.non aliud eſt,vocabũt nomẽ eius Emanuel, quàm videbunt Deũ cũ hominibus.Hier.70.& reliqui interpretes tranſtulerunt,vocabis pro quo hic eſt vocabunt. Hebræum autem verbum poteſt intelligi,vocabit,ſcilicet,virgo quæ concipiet.

107. Glo. proprium id Chriſti , vt Ieſus , quia cum his quos ſaluat , ſemper adiuuando perſeuerat.

108. Remig. interpretatur non Euangeliſta, ſed tranſlator. ſignificatur autem Diuinitas & humanitas in vna perſona.Hier.ſuper Iſa. 7. cap. Putant Hebræi hoc prophetatum de Ezechia , quod ipſo regnante capta ſit Samaria.at cum cœpit regnare Achaz, cuius primo anno hæc prophetia facta, iam nouem annorum erat Ezechias. Eſt autem ſenſus, iſte puer qui naſcetur ex virgine ô domus Dauid,nunc à te appellatur Emanuel.probabis enim à duobus regibus liberata,Deum te habere præſentem, poſtea autem vocabitur Ieſus,quod ſit vniuerſum hominum genus ſaluaturus.ne ergo mireris ſi virgo Deum pariat qui tantam habeat poteſtatem , vt multo poſt tempore naſciturus , te nunc liberet inuocatus.

109. Int. i. in homine Deus. Remig. i. factus per omnia nobis ſimilis abſque peccato. Int. Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis. 113. Glo. perfecta obedientia , fecit enim non ſolùm quæ præcepit,ſed ſicut præcepit. 114. Glo. non relinquitur mentiendi locus,vbi officium Angelorum celebratur. h. Int. non malignus. 115. Int. propter prædictas cauſas. Glo. ad vitandam virginis infamiam, & celandum Saluatoris aduentum, & ad neceſſarium pueri obſequium. Chryſ. non in domum accepit,nondum enim dimiſerat,ſed in animum de quo depoſuerat.Remig.accepit celebratis nuptiis. Chryſ. in hom. omnem malam ſuſpicionem virgo effugit , vir enim zelotypiam paſſus eam ſuſcepit, & poſt conceptionem ſeruauit. 116. Int.ſcilicet ad opus coniugale. 117. Hier. cont. Heluid.donec in Scriptura ſæpe ſignificat infinitum tempus,vt illud,donec conſeneſcatis ego ſum, numquid poſt non erit Deus?item,vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi. numquid poſt abſoluitionem [illegible] tet regnare donec ponat inimicos,&c.numquid poſt regnare deſiſtet? nempe indicauit Euangeliſta no-

eam

eam cognitam vſque ad partum, vt multo magis intelligeremus non fuiſſe cognitam poſt. An Ioſeph templum Dei poſt tanta miracula auſus eſſet attingere? Hilar. Si faciem Moyſi non poterant Iudæi intueri, quanto minùs agnoſci poterat quæ Deum in vtero habebat? Glo. dicitur quod Ioſeph facie ad faciem Mariam videre non poterat vſque ad partum. 118. Int. ſubſtantiæ ſuæ. 119. Int. ante quem nullus, poſt quem non alius. Glo. Primogenitum dicitur omne quod aperit vuluam, ſiue aliud ſequatur, ſiue non. Propriè autem dicitur Chriſtus vnigenitus Dei Patris vel Mariæ. Hier. Si primogenitus non eſt niſi quem ſequuntur fratres, non deberentur ſacerdotibus primogenita, donec alia eſſent procreata. 120. Int. Die octauo quo fiebat circumciſio, & nomen imponebatur. 121. Remig. notum hoc nomen Patribus & Prophetis: vnde illa, Defecit in ſalutari tuo anima mea; defecit cor meum in ſalutari tuo, Exultabo in Deo Ieſu meo.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

93 ſic vocati etiam alij. 1. Paralipom. 24. 2. Paralipom. 31. 1. Eſd. 2. ſignificat autem ישוע *ſalutem vel Saluatorem. vide Iſa 45. 103. Græcè ἡ παρθένος, virgo illa ſcilicet inſignis Heb. apud Iſa. 7. cap.* עלמה *quod abſconditam virginem ſignificat, & quidem 70 illic παρθένος verterunt, & Punica lingua quæ eſt ab Hebræa deducta virgo Alma dicitur. 106. q. d. & credetur Deus eſſe & homo, ſaluúq; dicetur. Vide Iſa. 8. 9. 62. Ier. 23. 109.* עמנו אל *nobiſcum Deus. 110. Græcè expergefactus ſeu excitatus. 117. ſic Gen. 8. dicitur non reuerſus coruus donec ſiccarentur aquæ. Et 2. Reg. 6. Michol non eſſe natus filius vſque in diem mortis ſuæ.*

CAPVT II.

CVM ergo natus[1] eſſet Ieſus[2] in Bethlehem[2] Iudææ[3], in diebus[4] Herodis[5] regis, ecce[6] Magi[7] ab Oriente[8] venerunt[9]

SENS. LIT. IN CAP. II.

1 INT. Ecce natiuitas. Glo. quatuor ponuntur à Prophetis roborata, natiuitas, nomen, locus, & tempus. 2. Int. nomen. 2. Int. locus. Glo. Bethleem prius dicta Ephrata. 3. Hier. puto ſcriptum ab Euangeliſta Iudæ, non Iudææ. ad differentiam alterius quæ & ipſa in Iudæa eſt. Glo. nempe in tribu Zabulon. 4. Int. tempus. Glo. hoc ponit vt videatur illud impletum, non deficiet princeps de Iuda, &c. occupauerat enim regnum Herodes alienigena. Chryſ. demonſtratur impleta prophetia Danielis: ex illo enim tempore ad regnum Herodis 70. hebdomadæ tranſierunt. Glo. impleta eſt prophetia quæ dicit, cùm venerit Sanctus ſanctorum ceſſabit vnctio veſtra. Amb. ſuper Lucam lib. 3. fertur ab Idumæis latronibus Antipatrum Aſcalonitam captum imbutum fuiſſe myſteriis Iudæorum, & ab Hircano Iudææ rege legatum miſſum ad Pompeium, Eius filius Herodes ſub Antonio Senatuſconſulto Iudææ regnum adeptus eſt. 5. Chry. in hom. alius fuit qui Ioannem interfecit. 6. Chry. confeſtim vt natus eſt. 7. Glo. i. philoſophi Chaldæorum, & (vt dicitur) de genere Balaam, per quem de Iſrael naſciturum regem audierunt. Fuerunt verò reges, qui etſi tria obtulerunt, non ideò tres tantùm fuiſſe probantur. Remig. quidam magos Chaldæos dicunt, alij Perſas, alij veniſſe de vltimis finibus terræ, alij, quod eſt veriſimilius, fuiſſe nepotes Balaam in quibus fides gentium, vt primitiæ, Deo conſecratur. Aug Serm. de Epiph. 2. paſtores Iſraëlitæ, magi gentiles, illi propè, iſti longè, vtrique tamē ad angularem lapidem cucurrerunt. 8. Remig. eſt enim illa regio Orientalis Iudæis. 9. Glo. non poſt annum (non enim inueniſſent in præſepio) ſed decimatertia die. Remig. nec mirandum tredecim diebus veniſſe, non enim longè diſtabant à terra promiſſionis ſi fuerunt ſucceſſores Balaam Aug. ſerm. de Epiph. biennio ante viſa eſt ſtella, ſed nato Chriſto intellexerunt reuelatione cuius eſſet, & tunc profecti ſunt. Chry. in hom. multo ante apparuit, quia multum temporis conſumpturi erant in itinere. Fulgent. hom. de Epiph. die natiuitatis apparuit.

SENS. MYST. IN CAP. II.

2 GLO. Bethleem, id eſt, domus panis. quia ibi naſciturus erat panis viuus, in præſepio verò natus, vt irrationales faceret Angelorum ſocios. Eccleſia etiam domus eſt in qua panis viuus comeditur. 8. Remig. Omnes qui ad Dominum veniunt, ab ipſo & per ipſum veniunt, ipſe enim eſt oriens. Chry. ex oriente dies naſcitur, & fides lumen eſt animarum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. II.

3. Interim Iudæa pro Iuda ſumitur. vt inf. quod regnaret in Iudæa, &c. 7. vox Perſica (etſi quidam Græcam putant) ſapientem ſignificans, ſeu philoſophum. Erant verò hi Chaldæi, vt & Sibylla Erythræa quæ filia Beroſi (Chaldæi) & ſucceſſores Balaam. An fuerint etiam reges incertum, ſed vulgo receptū. tres quidem fuiſſe teſtatur Leo primus. 9. die 13. à natiuitate Chriſti, vt habet Eccleſiæ traditio.

Hiero

[10] Hieroſolymam,dicentes : [11] vbi eſt qui [12] natus eſt rex Iudæorum.[13] vidimus enim [14] ſtellam [15] eius in Oriente,[16] & venimus [17] [18] adorare eum. Audiens autem Herodes rex

Sens. Lit. In Cap. II.

10. Int. vbi erat caput regni. Remig. crediderunt non niſi in vrbe regia naſciturum. Glo. per ſtellam intellexerunt natum in Iudæa, ideo Hieroſolimam veniunt. 12. Int. ne de Herode quærere videantur. Glo. confuſio Iudæorum qui à gentibus Chriſti natiuitatem diſcunt. Aug.Ser.de Epiph.vnde hoc ſciuerunt?reuelatione aliqua.Leo Ser.de Epiph. præter ſtellam fulgentior claritatis radius eorum corda perdocuit. Auguſt.li.q.vet.& nou. Teſt.q.63.ſequebantur traditionem Balaam qui dixit, Orietur ſtella ex Iacob videntes ergo ſtellam extra ordinem mundi , hanc intellexerunt quam ille prædixerat regis Iudæorum indicem. 13. Int.ſigna non fidelibus ſed infidelibus data ſunt.Glo. Ingreſſi Iudæam deſeruntur indicio ſtellæ,vt cogantur ex lege inquirere. Chryſ. ad confuſionem Iudæorum, qui quem gentiles per alienas prouincias requirebant, ipſi in finibus ſuis natum non ſuſceperunt. 14. Glo. noua ſtella,nouum hominem indicabat. hæc mox peracto officio eſſe deſijt. Greg. hom. 10. Chriſtum nondum loquentem muta ſtella prædicat , poſtea loquentem Apoſtoli nunciarunt. Iudæis vt ratione vtentibus Angelus nunciat,magos nondum ratione vtentes ſtella perducit.Auguſt.Ser de Epiph.vtriſque tamen loquitur lingua cælorum,quia ceſſabat lingua Prophetarum.Greg.in homil.hinc Priſcillianiſtæ confirmant errorem ſuum de fato , putantes naſci homines ſub conſtitutionibus ſtellarum. ſed abſit à cordibus fidelium , vt eſſe quid fatum dicant.Chryſ. ſi aliquis fit adulter vel homicida per ſtellam,magna eſt iniquitas Creatoris:& cur mali puniuntur , ſi non volũtate ſed neceſſitate peccant?Ipſa Dei mandata ne peccemus,& hortamenta vt faciamus bonum, hanc inſipientiam deſtruunt.quis enim iubet quod fieri non poſſit?Greg. Nyſſ.lib.6.philoſ.cap.1.deſtruunt ij contingentis naturã,tollunt liberum arbitrium,& omnia euertunt.Auguſt.lib.5.ciuit. valent quidem ſyderei afflatus ad corporum differentias,ſi ſolis enim acceſſibus & deceſſibus variantur tempora. Lunæ incrementis & decrementis,augentur quædam & diminuuntur. Voluntates autem animi poſitioni ſyderum non ſubduntur : quanta enim diuerſitas in accidentibus & euentibus geminorum? ſunt,tamen qui non aſtrorum conſtitutionem fatum dicunt,ſed omnium connexionem cauſarum.ſi quis ergo humana fato tribuit, Dei voluntatem vel poteſtatem fatum appellans,ſententiam teneat,linguã corrigat,non enim ſolet ita accipi fatum.Idem.2.cont.Fauſt.c.5.ſi ſub fato nullius eſt hominis geneſis,quãto minus illius qui eſt omnium Dominus? Stella ergo illa non ad decretũ dominabatur,ſed ad teſtimoniũ famulabatur. nec erat ex illis quæ ſunt initio creatæ. non ergo ideo Chriſtus natus,quia ſtella extitit, ſed illa extitit,quia Chriſtus natus,eſt enim ad eum demonſtrandũ exorta.Itaque ſi dici oportet,non ſtellam Chriſti,ſed Chriſtum ſtellæ fatum diceremus.ipſe enim illi, non illa ipſi naſcendi attulit cauſam.Chryſ.in hom.nec eſt aſtronomiæ à ſtellis ſcire naſcentes , ſed ab hora natiuitatis futura prædicere. Hæc etiam non vna cæleſtium fuit,nulla enim hac via procedit,ſcilicet, ab Oriente in Meridiem, nec media die apparet, nec ſubinde occultatur, vt hæc quæ ſe occultauit cùm intrarent Hieroſolimam, rurſumque ſe oſtendit.denique nunc ibat nunc ſtabat vt columna nubis in deſerto. 15. Int.ſcilicet, propriam, quia hanc creauit ad oſtenſionem ſui. 16. Glo Dubium in Oriente ne orta, an viſa. 17. Leo , Ser. de Epiph. Sufficere poterant illis credita & intellecta,ſed diligentia illa quærendi vſque ad videndum puerum perſeuerans,nobis ſeruiebat , vt profuit quòd Thomas veſtigia vulnerum explorauit. 18. Int. quia Deum intelligunt ſtella famulante. Auguſt.Ser.de Epiph.talem natum didicerant in quo adorando ſe ſalutem conſecuturos non dubitarent. Chryſ.Dum conſiderant regem futurum,non timent præſentem, adhuc non viderant Chriſtum, & iam parati erant mori pro eo. ò beatos qui ante crudeliſſimum regem,antequam Chriſtum cognoſcerent,Chriſti facti ſunt confeſſores.

Sens. Myst. In Cap. II.

10 Int. Ciuitas Dei toto orbe refulget, in qua minus docti erudiuntur Diuina lege. 11 Aug. Ser. de Epiph.annunciant,& interrogant,credunt, & quærunt tamquam ſignificantes eos qui ambulant per fidem,& deſiderant per ſpem. 14. Glo. ſtella, Chriſtus,quem ſequi debemus. item ſtella illuminatio fidei quæ ad Chriſtũ ducit.dum diuertunt ad Iudæos eam amittunt, quia dum à malis conſilium quæritur,vera illuminatio perditur.Leo Ser. de Epiph.ad credendum promiſſioni Abrahæ factæ de poſteritate ſtellarum multitudini comparata,ortu noui ſideris excitantur.

Addit. Auct. In Cap. II.

14. *τὸν ἀστέρα.ſ.certã quandam,& eximiã ſtellam.quid hac ſignificaret,maiorũ traditione acceperant.* 15 *indicem natiuitatis eius.* 16 *exiſtentes ſ vel ipſa ad Oriẽtem apparuerat.* 17. *præteriti temporis ἤλθομεν.* 18. *An vt Deum ex verbi ſignificatione non conſtat,nam & homines adorantur in Scriptura.*

[19]turbatus eſt:& omnis [20]Hieroſolyma cum illo. Et [21]congregans [22]omnes principes ſacerdotum,& [23]ſcribas populi:[24]ſciſcitabatur ab eis vbi [25]Chriſtus [b]naſceretur. At illi [26]dixerunt ei, in [27]Bethleem Iudæ: [28]Sic enim ſcriptum eſt per [29]Prophetam. Et tu Bethleem terra [30]Iuda: [31]nequaquam minima es in [32]principibus Iuda. [34]Ex te enim exiet [35]dux qui [c]regat [36]populum meum Iſraël. Tunc Herodes [37]clam vocatis Magis, [38]diligenter didicit ab eis

Sens. Lit. In Cap. II.

19. Aug. Ser. de Epiph. Magi deſiderant redemptorem, Herodes timet ſucceſſorem. Glo. timet ob Romanorum iram qui decreuerant ne quis eis inconſultis rex diceretur. 20. Glo. Sæpe populus iis iniuſtè fauet, quos crudeles ſuſtinet. 21. Glo. diligenter inquirit, vt ſi inueniat faciat quod volebat. ſin autem, excuſatus ſit Romanis. 22. Int. id eſt, Pontifices. 23. Int. id eſt, moralium latores præceptorum. Remig. Erant hi legis doctores. 24. Int palam quaſi ex bono affectu. Glo. explorat triſtes ne eos an lætos faciat eorum rex. 25. Int. ſic vocat eum, quia nouerat inungi reges Iudæorum. 26. Glo. patet eos non ex ignorantia, ſed cordis duritia credere noluiſſe. 27. Leo, Ser. de Epiph. qui formam ſerui ſuſceperat, Bethleem prælegit natiuitati, Hieroſolymam paſſioni. 28. Glo. non verba, ſed ſenſum quodammodo ponunt. Hier. reprehenduntur de ignorantia, Propheta enim dicit, tu Bethleem Ephrata. Chry. præcidentes propheriam, cauſa fuerunt necis paruulorum. Si enim Herodes intellexiſſet quod ſequitur, ſcilicet, dies eius à diebus ſæculi, non illos occidiſſet. Hier. Illud Iudæi tacuerunt, & alia mutauerunt, vel ob ignorantiã, vel vt Herodes melius intelligeret. 29. Int. Micheam. 30. Int. ad tribum Iudæ pertinebat. Hier. Eſt alia in Galgalis. 31. Hier. Propheta dicit, minima es in millibus Iuda, id eſt, & ſi paruus es vicus, inter millia ciuitatum Iuda. 32. Remi. id eſt, inter vrbes principatum habentes. Hier. inter ciuitates ex quibus principes prodierunt: Int in Hebræo, in millibus: arguuntur verò ſcribæ obliuionis, quod non ipſis verbis Prophetæ vſi ſunt. 34. Chryſ. in hom. Quomodo quidam id dictum putant de Zorobabel, qui in Babylonia natus eſt? 35. Chry. in hom. non dixit Filius Dei, ne ſcandalizarentur. 36. Chryſ. in hom. id eſt, credentes ex Iudæis; tacuit verò de gentibus, ne ſcandalizaret Iudæos, mirabilis verò Dei diſpenſatio, diſcũnt enim Iudæi à Magis, eoſque docent vt Magi geminato teſtimonio ſtellæ, & Prophetæ ardẽtius expeterent. 37. Chry. ne ſi Iudæi, ſcirent, quos habebat ſuſpectos, conſilium proderent. Glo. Chriſtúmque occultarent. 38. Remi. cùm eſſet callidus timerétque ne non reuerterentur, diligenter inquirit, vt poſſit occidere puerum.

Sens. Myst. In Cap. II.

19. Chryſ. ſemper grandis poteſtas maiori timori ſubiecta eſt. rami excelſarum arborum leui etiam aura flante mouentur. humiles in tranquilitate conſiſtunt. Aug. Ser. de Epiph. quid erit tribunal iudicantis, quando ſuperbum regem facit timere natiuitas infantis? Leo, Ser. de Epiph. ſuperfluo Herodes timore turbaris, non capit Chriſtum regio tua, quem in Iudæa regnare non vis, vbique regnat: cruciatur diabolus vocatione gentiũ, & quotidiana poteſtatis ſuæ deſtructione torquetur. Chry. timet ſucceſſorem regni ſui Herodes terrenum, diabolus cæleſtem 20. Chry. de aduentu iuſti non poterant gaudere iniqui. 26. Auguſt. Serm. de Epiph. ſimiles iſti fabris arcæ **Noë**, qui aliis vbi euaſerunt præſtiterunt, ipſi diluuio perierunt Et lapidibus qui viam oſtendunt, nec ambulant. 27. Glo. Bethlehem domus panis, Ephrata ſpeculum, vel frugifera, fidelium enim mentes panem Angelorum manducant, & gloriam Domini ſpeculantur, coluntque agrum vitæ.

Addit. Avct. In Cap. II.

20. pro, maxima ciuium pars, turbata verò ob rei nouitatem, aut timore Romanorum, aut quod Herodi fauerent, itaque additur, cum illo. 22. id eſt, primarios ſacerdotes, vel qui functi fuiſſent ſummo pontificatu, vt apud Romanos conſulares dicebantur, qui conſules fuiſſent. Sub Herode quidem venalis eſſe cœperat pontificatus, multiq; viciſſim pontifices erant, fortè verò intelliguntur principes 24. familiarum, de quibus 1. Par. 24. 23. id eſt, doctores qui conſulti ex Scripturis reſpondebant. Lucas vocat iuriſperitos. Heb. ספרים. *q. librarij, à libris ſacris euoluendis & explicandis, à* ספר *id eſt, libro, vel q. enarratores à* ספר *narrare. Græcè* γραμματεῖς, *quia ſcribæ publici, ſeu cancellarij, quorum eſt ſcripta publica aſſeruare, promere, lectitare. b. id eſt, naſci deberet, ſcilicet, ſecundùm Scripturas. 31. Mich. & paruula es in millibus Iuda. Septuaginta minima es vt ſis in millibus Iuda Matthæus ſenſum reddidit. ſ. etſi parvula illa quidem, multis Iudæ ciuitatibus comparata, vbi multa hominum millia, tamẽ non paruam habendam, quæ tantum eſſet principem datura, & fortè Matthæus Syriacã editionem aliquam quæ ita haberet, eſt ſecutus. 32. id eſt, præcipuis ciuitatibus. c.* ποιμανεῖ *paſcet, ſeu paſtoris more reget. 36. id eſt, fideles quorum ille populus figura. 37. ne Iudæi putarent eum velle regi nato inſidiari.*

[39] tempus ſtellæ quæ apparuit eis. Et mittens eos in Bethleem dixit, Ite & [40] interrogate diligenter de [41] puero : & cùm inueneritis renunciate [d] mihi : vt & ego veniens [42] adorem eum. Qui cùm audiſſent regem, [43] abierunt. Et [44] ecce ſtella quam viderant in [e] oriente, antecedebat eos [f] vſque dum veniens [45] ſtaret ſuprà vbi erat puer. videntes autem ſtellam, [46] gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes [47] domum inuenerunt [48] puerum cum [49] Maria matre eius, & [50] procidentes [51] adorauerunt [52] eum : & [53] apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, [54] aurum thus & myrrham. Et [55] reſponſo accepto in [56] ſomnis ne redirent ad [57] Herodem: per [58] aliam viam

Sens. Lit. In Cap. II.

39. Int. quia locum didicerat, quando naſceretur explorat. 40. Int. cognito loco, & tempore, reſtat cognitio perſonæ. 41. Chry. in hom. non regem vocat, non enim ferebat principatus nomen. 42. Int hoc ſubiungendo, ad renunciandum inuitat, vt alacrius redeant, & ne Iudæi quia rex eorum futurus erat, occultent. Chry. deuotionem promittit. & gladium acuit. 43. Int. æſtimantes vera quæ dixerat. 44. Chry. apparet ſtellam deduxiſſe, & propè Hieruſalem fuiſſe abſconditam. 45. Int. quaſi diceret, hic eſt quem natum teſtabar. Aug. Ser. de Epiph deinde diſceſſit. Glo. domui vicina erat vt diſcernerent. 46. Int. inuento quod deſiderauerant. Chry. intelligebant dignitatem regis. 47. Int. diuerſorium illud quod Lucas commemorat. 48. Leo. Ser. de Epiph. quantitate paruum, alienæ opis indigum, fandi impotentem, & in nullo ab humanæ infantiæ generalitate diſcretum. Chry. vix vnam habentem tunicam ad tegumentum nuditatis. Glo. ſæpe puer nominatur, vt agnoſcatur is de quo dictum eſt, puer natus eſt nobis. 49. Glo. Cur non Ioſeph? ne aliqua malæ ſuſpicionis occaſio daretur gentibus. 50. Int. ſignũ humilitatis, ſine qua nullus verè adorat. 51. Chry. vident hominem, & agnoſcunt Deum. 52. Int. ſcilicet in carne verbum. 53. Int. fidem ſuam myſticis profitentur muneribus. Glo. reges Perſarum cum muneribus ſolent adorare, magis tamen id diuina inſpiratione factum eſt, ad ſignificandum in Chriſto regiam poteſtatem, diuinam maieſtatem, & humanam mortalitatem. 54. Int. aurum regi, thus Deo, myrrham mortali. Greg. in hom. Congruit enim regi aurum, thus in ſacrificio ponebatur, myrrha cadauera condiuntur. Glo. Confunditur in thure Arius, qui ſoli Patri vult ſacrificari : in myrrha Manichæus, qui mortuum non credidit: in auro vterque. Iſte enim Chriſtum negat de ſemine Dauid, ille ſeruum dicit. Chry. hæc etſi illi non intelligebant tunc quid ſignificarent, at Dei gratia quæ facere hortabatur, ipſa ordinauerat vniuerſa. Rem non ſinguli ſingula, ſed ſinguli tria obtulerunt. 55. Int. quia intus quærebant quid vellet diuina voluntas de reuerſione ad Herodem. Dei meruerunt reſponſionem. Glo. non loquitur puer ad eos, ne Diuinitas ante tempus reueletur. 56. Chry. in hom. non ſunt ſcandalizati dicentes, quid neceſſe eſt occultè recedere? fides non quærit cauſas præcepti.

Sens. Myst. In Cap. II.

42. Glo. Hypocritæ qui Deum fictè quærunt non merentur inuenire. 43. Remi. boni auditores faciunt bona quæ à prædicatoribus audiunt, ſed eorum opera mala non imitantur. 46. Remi. magis gaudent homines de rebus perditis quàm de ſemper poſſeſſis. 53. Glo. munera clauſa, fides cordis aperta, confeſſio oris. 54. Greg. hom. 10. aurum offerimus, ſi ſapientiæ lumine ſplendemus; thus, ſi orationis ſtudio redolemus; myrrham, ſi carnis vitia mortificamus. Glo. offerenda primùm fides Chriſto, deinde oratio, tertio operatio: tres Magi ſignificant gentilem populum de tribus filiis Noë procreatum ad fidem Chriſti venientem. Stella ſermo propheticus, Herodes diabolus à quo recedentes ad Eccleſiam, in qua Chriſtus eſt, gentes perueniunt. munera, phyſica, ethica, logica, vel hiſtoria, tropologia, allegoria. vel Trinitatis fides. 56. Int. quia cognita veritate non licet retroire. 57. Int. i. diabolum. Chry. qui relicto diabolo venit ad Chriſtum, quia gaudet in bonis quę inuenit, & recordatur mala quæ euaſit, difficile redit ad diabolum. 58. Int. i. fidem, ſpem, charitatem. Glo. non eſt ad diabolum redeundum, ſed per ſemitas virtutum ad patriam veniendum.

Addit. Auct. In Cap. II.

d. volebat occidere, priuſquã Iudæi natum reſciſcerent. e. apparet non eos duxiſſe, ſed viſam tantum in Oriente. 47. id non negat fuiſſe præſepium. 53. Orientalium mos, non ſine muneribus regem adorare. 54. aurum eleemoſyna, thus oratio, myrrha ieiunium. 55. χρηματισθέντες, id eſt, oraculo admoniti χρηματισμὸς quidem oraculum petentibus redditum. Apparet conſuluiſſe Dominum quid facere deberent, dubius an ad Herodem redeundum eſſet.

[59]reuerſi ſunt in [60]regionem ſuam. Qui cùm receſſiſſent, [61]Ecce Angelus Domini appa
ruit in [62]ſomnis [63]Ioſeph, dicens: Surge & accipe [64]puerum, & [65]matrem eius, & [66]fuge in
[67]Ægyptum; & eſto ibi vſque dum dicam tibi: [68]futurum eſt enim vt [69]Herodes quærat
puerum ad perdendum eum. Qui conſurgens accepit [70]puerum, & matrem eius [71]nocte:
& ſeceſſit in [72]Ægyptum. Et erat [73]ibi vſque ad [74]obitum Herodis: vt [75]adimpleretur quod
dictum eſt à Domino per Prophetam dicentem: Ex [76]Ægypto vocaui filium meum.
Tunc Herodes videns quoniam [78]illuſus eſſet à Magis,

SENS. LIT. IN CAP. II.

59. Chry. ſi quæſiſſent vt regem terrenum, apud illum manſiſſent, nũc verò reuerſi Deum prædicant & multos erudiunt, ſunt verò poſtea, Thoma eo veniente, baptizati. 61. Rab. cum rumor de puero inciperet dilatari Int. impleto purgationis tempore prius, & Chriſto oblato in Hieruſalem. Rab. quamuis enim timerent Herodem, non ſunt auſi tranſgredi legem. Aug. lib. 2. de conſenſ. Euang. cap. 11. quieuiſſe videtur Herodes, aliis impeditus, ab inquiſitione pueri. itaque tutò templum aſcendere potuerunt. 63. Int. hic Ioſeph non quaſi maritus, ſed vt nutritius & cuſtos aſciſcitur. 64. Chry. prius puerum dicit, quàm matrem, propter puerum enim mater, nõ propter matrem puer. Dio. Areopag. Cæleſt. Hier. cap. 4. vide vt Ieſus ſubditur Dei Patris per Angelos diſpoſitionibus. 65. Int. glorioſam. Hilar. non coniugem vocat poſt partum, vt oſtendatur virginitas. Chry. vides vt Ioſeph ad miniſterium Mariæ erat electus. 68. Int. ecce quod fraudes non latent Deum. 69. Aug. ſerm. de innoc. putabat infelix ſe Chriſti aduentu ſolio detrudendum, ſed Chriſtus non venit alienam gloriam inuaſurus, ſed ſuam donaturus. 72. Hila. idolis plenam. Remig. prædixit hoc Eſaias, dicens: Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem (glo. id eſt, carnem ſine peccato) & ingredietur Ægyptum, &c. 73. Glo. ſeptem annis in Ægypto latuit. 75. Remig. ſolet Matthæus confirmare quod dicit, quia Iudæis ſcribit. 76. Hier. de opt. gen. interp. ita eſt Hebraicè apud Oſeam, at Septuaginta vertetũt ex Ægypto vocaui filios eius. vtitur autem Euangeliſta hoc teſtimonio. quia typicè refertur ad Chriſtum. Chry. in hom. Prophetiæ lex eſt, dicere de aliis, & in aliis compleri. ſicut illud dictum de Simeone & Leui, Diuidam eos in Iacob. &c. In nepotibus impletum eſt. poteſt & ſumptum eſſe teſtimoniũ ex lib. Num. vbi dicitur: Deus ex Ægypto vocauit eum, gloria eius ſicut vnicornis. 77. Int. conſubſtantialem, quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. 78. Int. inde accumulatur ira iam turbato per natiuitatem. Glo. credidiſſe videtur magos fallaci ſtella deceptos, ideoq́ue ad ſe non reuerſos. quieuit ergò à pueri inquiſitione. vulgatis verò iis quæ in tẽplo acta fuerant, ſenſit ſe illuſum à Magis, deſæuitque in pueros, poſt annum & quatuor dies (vt videtur) à Chriſti natiuitate. Romam enim profectus eſt, vel ideo ſe continuit tandiu ab inquiſitione pueri, vt eum deprehenderet, nec elabi poſſet.

SENS. MYST. IN CAP. II.

60. Int. i. paradiſum, vel cæleſtem Hieruſalem. Greg. hom. 10. regio noſtra paradiſus, à qua receſſimus, ſuperbiendo, inobediendo, viſibilia ſequendo: redeundum ergo flendo, obediendo, viſibilia contemnendo. 62. Remig. qui à terrenis quieſcunt curis & negotiis, viſione angelica frui merentur. 66. Glo. o mira Chriſti humilitas, fugit qui eſt aliorum refugium, inſtruit verò fugiendo ſuos, vnde illud, ſi vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. 67. Chry. quare in Ægyptum? recordatus Dominus quanta mala fecerit ſuper Ægyptum, mittens filium, dat reconciliationis ſignum. vt decem plagæ vna medicina ſanentur, & populus ante perſecutor populi primogeniti, cuſtos fiat filij vnigeniti, nec ad mare rubrorum demergatur, ſed ad aquas baptiſmi viuificetur. Aug. Ser. de Epiph. Moyſes in Ægypto diem clauſerat, Chriſtus aduenïens lucem reddit. 70. Glo prædicatores Chriſtum cum matre. i. Chriſti fidem & Eccleſiæ tulerunt ad gentes, relicta Iudæorum infidelitate. 71. Glo. relicta Iudæis nox, Chry. omnis perſecutionis anguſtia nox eſt. Item in hom ſi te incipiente in re ſpirituali deſeruire, videas tribulari, ne turberis ſed viriliter fer, hoc habens Chriſti exemplum. Glo. quando redit, non fit mentio noctis, in fine enim mundi illuminabantur Iudæi ſuſcipientes Chriſtum tanquã ab Ægypto reuertẽtem. 74. Int i. vſque in finem infidelitatis, qua Iudęa cõtra Eccleſia ſæuit

ADDIT. AVCT. IN CAP. II.

76. id de populo quidem Iudæco dictum, ſed in figura Chriſti, & quia in Chriſtum verè competit, ideo dicitur impletum.

[79] iratus eſt valde,& [80] mittens [81] occidit omnes pueros qui erant in Bethleem, & in [82] omnibus finibus eius,à [83] Bimatu & infrà:ſecundùm [84] tempus quod exquiſierat à Magis. [85] Tūc adimpletum eſt,quod dictum eſt per Hieremiam Prophetam,[86] dicentem: Vox in [87] Rama audita eſt,[88] ploratus & [89] vlulatus multus.[90] Rachel [91] plorans filios ſuos, & noluit [93] conſolari, quia [94] non ſunt.Defuncto autem [95] Herode, Ecce Angelus Domini apparuit in [96] ſomnis Ioſeph in [g] Ægypto, dicens: Surge, & accipe [97] puerum, & [98] matrem eius:

SENS. LIT. IN CAP. II.

79. Chry. inextinguibilis ira eſt, quam regni zelus accendit. 80. Int. Lingua vſus eſt pro gladio. Chry.vt fera vulnerata quidquid oculis occurrit,tanquam authorem vulneris dilaniat. Glo.in his forma martyrij naſcitur. Aug. ſer. de Innoc. ô paruuli de veſtra corona dubitet qui paruulis baptiſmum prodeſſe non putat. 81. Int. vt hic qui natus erat non effugeret. 82. Int. vt in tanta multitudine latere non poſſet. 83. Int.vt nec loco nec tempore celaretur.Aug.ſer. de Epiph. intellexerat à Magis viſam ſtellam ante fermè biennium. Idem ſer,de Innoc.vel timuit ne puer ſpeciem ſuam transformaret,ætatiſque tempus occultaret,vel fuerat impeditus aliis curis ab illa pueros interficiendi. 84. Int. ſcilicet ab ortu ſtellæ. 85. Chry.in hom.quia horrore impleuerat auditorem,mitigationem apponit prædicta eſſe hæc. 86. Hier.lib.6.in Ierem.cap.31.non ita eſt Hebraicè, nec apud 70. vt hic citatur. Auctor.vide Græca quæ nunc extant,& confer cum 70.eadem enim ferè ſunt. Glo. & ſi ad imminentem captiuitatem prophetia reſpicit,figura tamen eſt cædis infantium. 87. Int.in excelſo.Glo. locus eſt iuxta Gabaa,12.miliario à Bethleem.Hier. non putemus loci nomen, ſed in Rama. i. in excelſo. ſ. longe lateque diſperſa. 88. Chry.id eſt fletus paruulorum. 89. Chry.i.matrum lamentum. 90.Hier. quia ſepulta eſt iuxta Bethleem,matris iſtorum nomen accepit, vel intellige multos etiam de Benjamin fuiſſe cæſos. Aug.q.vet.& nou.Teſt.q.62.quia filij Benjamin ad Rachel pertinentes fuerant,olim extincti,atque in futurum etiam ſeculum etaſi, videns Rachel ſororis filios æternæ vitæ futuros hæredes,ex alterius felicitate infauſta ſua luget. 91. Glo.hyperbole eſt,plorat verò non tam morte tráſlatos, quàm ſupplicio peremptos. 93. Int.ſcilicet eo modo,vt in mundum reuocarentur. 94. Int.ſcilicet reuocandi.Hier.i.de hoc quod non eſſent.Hil.non enim non erant qui in æternitatem efferebantur. 95. Int.de quo prædictum eſt,Euſe.2.Eccleſ.hiſt.ca.10.morbus hunc inuaſit, qui (vt refert Ioſephus)eiuſmodi erat vt à Vatibus diuina vltio diceretur. curauit verò interficiendos nobiles Iudæorú, vbi ſpiritum exhalaſſet, vt ipſius obitum omnis Iudæa defleret inuita. necauerat ante filios Alexandrum & Ariſtobulum.Et paulo antè mortem Antipatrum filium iugulauit Hier.huius filius,& Archelai frater fuit,qui Dominum in paſſione irriſit, quem Tiberius Cæſar Lugdunum relegauit. 97. Int. non filium tuum. 98. Int.non coniugem. 99. Glo.non determinat in quam partem, vt ad dubitantem iterum reuertatur.quia verò non diſtinxerat,Ioſeph intellexit Iudæam, quæ dignior erat pars regni:putauit enim tali puero non niſi Hieroſolymis habitandum, Angelus verò Galilæam intellexit.

SENS. MYST. IN CAP. II.

80. Beda hom.de Innoc.omnes martyres parui,id eſt humiles, & innocentes, biniqúe. i. doctrina & oratione perfecti. qui verò infrà,ſimplices.quod verò Chriſtus euaſit,ſignificat perimi quidem poſſe, ſed ab eis Chriſtum non auferri. 82. Beda hom. de Innoc. vbique ſæuitura perſecutio in Eccleſiam ſignificatur. 87. Glo.vox Eccleſiæ de nece membrorum gementis vſque ad Deum aſcendit. 90. Glo. Rachel ouis,ſeu videns Deum,Eccleſiam ſignificat,quæ Deum contemplatur,eſtque ouis paſtoris humeris reportata, doletque pro ſuis, nec vult conſolari in præſenti, vel quia ſcit in æternum victuros, vel ob eos quos æſtimat in æternum mortuos, vel quia omnem ſpem & conſolationem in æternam vitam tranſmittit,vel plorat quia dum patit,triſtitiam habet. Hilar. vel quia ſui ab his perempti quos filios retinere voluiſſet Eccleſia etiam vt Rachel diu ſterilis nunc fœcunda. 95. Beda hom.de Innoc. Sopita Iudæorum perfidia, Helia & Enoch prædicantibus, Iudæa verbum Dei recipiet. Glo. ceſſante perſecutione,Eccleſia ad cæleſtia inuitatur. 96. Int. quia nondum publicè reuelabatur cui Angelus hoc officium deferebat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. II.

83. *i. qui duorum annorum eſſent,aut minores, tanta tamen ætate quantum erat tempus ab ortu ſtellæ.*
86. *iuxta ſeptuaginta.* 87. *i.excelſo.q.d.longè lateq́;.* 1. *regio Bethleemitica vbi Rachel ſepulta.*
94. *i. quod perijſſent.* g. *vbi manſiſſe dicitur circiter annos quinque.*

& vade in terram Iſraël.[99] Defuncti[100] ſunt enim qui quærebant[101] animam pueri. Qui cō-
ſurgens accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Iſraël. Audiens autem
quod Archelaus[102] regnaret[h] in Iudæa[103] pro Herode patre ſuo, timuit[104] illò ire: & admoni-[105]
tus in ſomnis[l] ſeceſſit in partes Galileæ.[106] Et veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur
Nazareth.[107] [m] vt adimpleretur quod dictum eſt per Prophetas,[108] quoniam Nazaræus[109]
[n] vocabitur.

Sens. Lit. In Cap. II.

100. Int. quia Scribæ & Phariſæi mortem Chriſti meditabantur cum Herode. Remig. dicitur autem Herodes occidiſſe nobiliores Iudæorum, aut defuncti dixit, pro defunctus. 101. Int. vitam. Remig. deſtruuntur qui negarunt Chriſtum ſumpſiſſe animam. 162. Int. Herodes, Philippus, Archelaus, & Liſanias, fratres fuerunt. Auctor. de hoc vide Luc. 3. Ioſephus lib. 17. cap. 1. habuit Herodes filios Antipatrum, Alexandrum, & Ariſtobulum, quos interfecit. Archelaum Iudææ, & Idumeæ tetrarcham, Herodem Antipam Tetrarcham Galilææ, Philippum Ituræ & Trachonitidis regionis. 103. Int. de quā putabat ſe admonitum. 104. Aug. lib. 2. de conſenſ. Euang. cap. 10. at ibant per omnes annos in Hieruſalem, verum, ſed latenter cum ingenti turba mox reuerſuri, vel tunc aſcendebant cùm non eſſet timendi cauſa. Chry. in hom. adde quod impetus omnis erat aduerſus Bethleem & fines eius. 105. Int. non mutat Angelus præceptum, ſed manifeſtiùs corrigit errorem pietatis. 106. Int. quæ & ipſa terra eſt Iſrael. quia & ipſam populus Iſrael incolebat. 107. Int. quæ eſt in Galilæa. 108. Hiero. ſi fixum poſuiſſet de ſcripturis teſtimonium, non diceret per Prophetas, ſed per Prophetam. Oſtendit ergo ſe non verba ſumpſiſſe, ſed ſenſum. vel illud intelligit Eſaiæ, Exiet virga de radice Ieſſe. Et Nazaræus de radice conſurget. Chry. fortè legerat aliquos Prophetas ita dicentes. 109. Inter. id eſt, ſanctus, quod conuenit Chriſto. Chry. vnde Chriſtiani prius Nazaræi vocabantur.

Sens. Myst. In Cap. II.

100. Beda, hom. de Inno. Eccleſiæ perſecutiones perſecutorum morte vindicantur, paceque reddita ſancti ad ſua loca reuertuntur. l. Glo. illis abſcondetur Chriſtus, in quibus regnabit antichriſtus.
106. Rab. Galilæa tranſmigratio, Nazareth flos, quo enim ardentius Eccleſia ad cæleſtia tranſmigrat, eo magis virtutum flore abundat. 107. Glo. ſignificatur Chriſtus in ſanctitate nutritus.

Addit. Avct. In Cap. II.

100. ſingulare pro plurali Sic Moſi dictum, Exodi 2. h. Toparcha nomine, ſed regia poteſtate.
104. fortè cogitarat ad templum adire, gratias Deo acturus. m. pro atque ita impletum eſt.
108. vide Iſa. 11. Zach. 6. Nazaræus quidem per ז ſignificat ſeparatum, ſeu ſanctificatum, per צ vero florem, ſeu floridum, aut virgultum. 109. Marcus Latinos imitatus Ναζαρηνὸς ſcribit, Euangeliſta reliqui Ναζωραῖος. n. pro, erit. Hebr.

CAPVT III.

In diebus[1] autem illis venit[2] Ioannes[3] Baptiſta prædicans[4] in deſerto[5] Iudææ,
& dicens:

Sens. Lit. In Cap. III.

1. INT. Cùm adhuc Chriſtus habitaret in Nazareth. Aug. lib. 2. de conſenſ. Euang. cap. 6. decimoquinto anno Tyberij, vt ait Lucas, Glo. Multa Matthæus omittit. 3. Remig. niſi prius baptizati homines conſueſcerent, baptiſmum Chriſti abhorrerent. 4. Glo. præparans viam Domino. Chryſ. in hom. teſtimonium perhibens Chriſto, ne ſi de ſe Chriſtus perhiberet, Iudæi dicerent, tu de teipſo teſtimonium perhibes. 5. Int. ſic notans deſertum pœnitentibus conuenire.

Sens. Myst. In Cap. III.

2. CHRY. Præcedens aurora aduentum diei demonſtrat. 5. Hier. prædicatur gloria Domini in deſerta gentium multitudine. Glo. Iudæos deſertos à Deo per pœnitentiam redire oportebat.

[6] Pœnitentiam [7] agite, [8] appropinquauit enim [9] regnum cælorum. [10] Hic eſt enim de quo dictum eſt per Eſaiam Prophetam dicentem, [11] Vox [12] clamantis in [13] deſerto, [14] Parate [15] viam Domini, [16] rectas facite [17] ſemitas eius. Ipſe autem [18] Ioannes habebat [19] veſtimentum de [20] pilis camelorũ, & [21] zonam pelliceã circa [22] lumbos ſuos: [23] eſca autem eius erat [24] locuſtæ, & [25] mel

SENS. LIT. IN CAP. III.

6. Int. puniat quiſque mala prioris vitæ, quia appropinquabit ſalus quam perdidimus, & facultas redeundi vnde cecidimus. Auguſt. lib. de pœnit. nouam vitam inchoare non poteſt quem veteris nõ pœnitet. Glo. hoc præco nunclat, quod poſtea veritas. Eſt autem pœnitere ante acta deflere, & deflẽda non committere. Quem verè pœnitet, punit in ſe præteritos errores, erigitque animum ad cæleſtia: cõcipitur autem hæc virtus timore, & dicitur pœnitentia à puniendo, quod illicitè commiſſum eſt. 7. Int. opere. Glo. pœnitentiam agere, eſt dignos pœnitentiæ fructus agere. 8. Int. hac promiſſione erigũtur animi. Chry. pœnitentia ad Chriſti ſuſceptionem præparat. Aug. de conſenſ. Euang. hæc verba alij Euãgeliſtæ omiſerunt. 9. Glo. id eſt, Chriſtus, vel Euangelium. Chry. benigni regis nuncius non minas incendit, ſed indulgentiam promittit. Glo. regnum cælorum primus Ioannes prædicauit. Chry. in homil. quod nunquam Iudæi audierant. Remig. Regnum cælorum Chriſtus, Scriptura, Eccleſia, & ſupernum ſolium, quæ hic omnia poſſunt intelligi. 10. Int. q. d. ſic prædicauit, ſic enim Propheta de eo prædixit. Aug. de conſenſ. Euang. dubium verbane ſint Ioannis, an Euangeliſtæ. 11. Int. præco verbi verbum præcedit. Glo. nullum verbum ſine voce auditur. vox viam verbo præparat. 12. Rab. Fortitudo prædicationis indicatur, clamatur quidem longè poſitis & ſurdis, & per indignationem. Beda. clamauit quidem per alios Deus, ſed iſte ſolus vox, quia præſens verbum oſtendit. 14. Int. id eſt, praua abiicite opera, recta facite, non pro terrenis ſeruientes. 15. Int. Fides eſt via qua verbum ad cor aſcendit. Glo. Via Domini ad cor dirigitur, cùm ſermo eius diligenter auditur. Greg. hom. 20. parat viam Domino, qui rectam fidem & bona opera prædicat. 16. Int. id eſt, mores in melius mutare, & ſic fient ſemitæ rectæ bene viuendo. 17. Int. ſtrictas, ſed mundas. 19. Chry. ipſe teſtificabatur de Chriſto, & vita de ipſo. 20. Int. non de lana, quia hoc auſteritatis indicium eſt. illud luxuriæ mollities. Chry. de virtute animæ habitus corporis loquebatur. 21. Rab. hac & Elias cinctus, mortificationis ſcilicet indicium eſt. 22. Int. vbi magis regnat luxuria. 23. Int. non ſtudio parata ſicut conuenit eremitæ. 24. Int. minuta animalia. Rab. quæ coctę in oleo pauperem guſtum præbent. 25. Int. de truncis, vel de herbis. Rab. dicuntur in deſerto Iudææ eſſe arborum lata folia & rotunda, lactei coloris, & melliti ſaporis.

SENS. MYST. IN CAP. III.

13. Int. quia ſolatium redemptionis nunciat Iudææ iam deſertæ. Glo. deſertum eſt ſanctorum vita à mundi illecebris ſegregata. 18. Remig. Iohannes, id eſt, Dei gratia Chriſtum ſignificat qui mundo gratiam attulit, eius veſtimentum Eccleſia eſt gentium. 19. Glo. habitus & victus conuerſationem indicant. aſperis vti veſtibus monemur, & cibo non arte parato. 21. Int. zona eſt corporalis continentia. Hil. Zonæ præcinctio efficax in omne bonum opus apparatus. 22. Int. lumbi, voluptas peccati. 23. Hier. habitatori ſolitudinis non deliriæ quærendæ, ſed neceſſitas. Rab. dulcis eius prædicatio turbis, ſed cito finita, mel enim dulce, locuſtarum volatus cito deciduus. Hil. fugaces locuſtę, nos olim voluntate vagi, nunc Sanctorum ſumus alimonia & ſatietas Prophetarum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

6. Hæc ſumma prædicationis Euangelicæ. Græcè μετανοεῖτε, id eſt, reſipiſcite, ad meliorem mentem redite, vbi ex vſu Scripturæ multa præterea intelliguntur, vt dolor, ſollicitudo, ſatisfactio, &c. vide Corinth. 7. at quidem verbum Hebræum cui reſpondet μετανοεῖν ſignificat affici pœnitudine. 8. id eſt propè eſt. alij legunt appropinquabit, ſcilicet, præteritum pro futuro, nam Græc. ἤγγικε, appropinquauit. 9. verò pluſquam Propheta, qui primus annunciat regnum cælorum, id eſt, quo regnat Deus in fidelibus per gratiam, & gloriam, ipſique reges fiunt. 11. ſequitur editionem Septuaginta. 12. id eſt, palam & libere apertéque prædicantis. 16. explicatio eſt proximè dicti, quaſi dicat, auferte quæ aduenientem offendere poſſunt aut remorari. Id poſtea etiam declarat, dicens: Facite fructus, &c. 20. ſ contextum. 21. Eliæ ſimilis. 24. animalia ſunt quibus veſci licitum. vide Leuit. 11. dicuntur quidem Ægyptij iis veſci. vide Pli. l. 6. c. 30. & li. 11. ca. 29. & Hier. Ion. cap. 4. 25. quidam putant rorem caleſtem ex arboribus collectum, alij folia quædam agreſtium arborum melliti ſaporis, probabilius eſſe mel apium agreſtium.

ſylueſtre. Tunc[26] exibat[27] Hieroſolyma,& omnis[a] Iudæa,& omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur[28] ab eo in Iordane[29], confitentes[30] peccata ſua. Videns autem multos Phariſæorum[b] & Sadducæorum[31] venientes ad baptiſmum[32] ſuum, dixit[33] eis : Progenies[34] viperarum quis[35] demonſtrauit[36] vobis fugere à ventura ira[37]? Facite[38] ergo fructum[39] dignum[40] pœnitentiæ[41]. Et ne velitis[42] dicere[43] intra vos, Patrem habemus Abraham[44]: dico[45] enim vobis, quoniam potens[c] eſt Deus de lapidibus[46] iſtis[47] ſuſcitare filios[*] Abrahæ[48]. Iam enim ſecuris[49] ad radicem arborum[50] poſita[51] eſt. Omnis[52] ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur[53], & in ignem[54] mittetur. Ego[55] quidem

Sens. Lit. In Cap. III.

26. Int.propter nouitatem prædicationis, & aſperitatem veſtitus & cibi. Chry. plus reſonabat eius conuerſatio,quàm vox. 27. Chry.in hom. magnum in eo Eliam videbant, gratiáque Prophetarum reuerſa videbatur, nouum etiam prædicationis genus erat, non de præliis & victoriis, ſed de regno cælorum,& ſupplicio gehennæ. 28. Int.Baptiſmo præcurrente,non peccata dimittente. 30. Glo.Iam tunc dabatur exemplum baptizandis,confitendi peccata,& promittendi meliora.Chry. confeſſio peccatorum teſtimonium eſt conſcientiæ timentis Deum : perfectus enim timor ſoluit pudorem. Iubet verò Deus confiteri,vt verecundiam patiamur pro pœna. 31. Glo.hi ſunt ex hæreticis Iudæorum,negant enim reſurrectionem, dicentes animam mortalem, Prophetaſque reſpuunt. 32. Int.non confitentes peccata ſua. 33. Greg.lib.3.paſto.cap.1.pro qualitate audientium formandus ſermo doctorum. 34. Glo.i.venenati,venenatorum filij.vipera patrem occidit,Iudæi Prophetas : item iſti vt viperæ foris ſpecioſi,venenoſi intus. 35. Int.q.d.nemo quia nõ pœnitetis,ſed ſine pœnitẽtia non effugietis,vel nullus, niſi Filius Dei,quẽ vobis annuntio.36. Int.demonſtrabit,vel demõſtrauit. 37. Int.vindicta.38. Int.vt ſic effugiatis. Chry.multa diligentia neceſſaria eſt poſt cõuerſionẽ & baptiſmũ, vt vulnus peccatorum perfectè ſanetur. 39. Int.carnis mortificationem. 40. Int.ſecundùm quantitatem culpæ. quod fit ex diſcretione quæ neceſſaria eſt pœnitenti. 41: Glo. pœnitentia timorem Dei, & metum pœnarum ante oculos ponit, gratia dolorem vulnerum ſentit,& ſanitatem quærit. 42.. Glo.ad humilitatem prouocat:in ſuperbia enim nulla eſt pœnitentia. 43. Int cogitando,vel reputando. 44. Int. in ſemine Abrahæ. non confidatis,quaſi ex hoc ſolo ſalus ſit. Chry. magis erubeſcite quia patrem non imitamini. 45. Int.quia non filij carnis hi ſunt in ſemine,ſed qui filij Dei.vnde ſubdit,potens eſt,&c. 46. Int.i. gentibus quorum corda erant inſenſibilia. Rab. & lapides coluerunt. Chry. non difficultate crediderunt,ſed firmiter fidem retinent.Hier.in lapide duritia,in carne mollitudo, vnde, auferam cor lapideum,& dabo carneum. 48. Int.ſi autem vos Chriſti,ergo ſemen Abrahæ eſtis. 49. Chry.i.acutiſſima ira.Hier.prædicatio Euangelij. 51. Chry. quare non præcidit ? quia rationabiles ſunt arbores quæ bonũ facere poſſunt,aut non facere. 52. Chryſ.in hom.etiãſi ſit nepos Abrahæ. 53. Int.ſ.per ſecurim. 54. Int.gehennæ. 55. Int.redit ad ſe modum ſui baptiſmi determinans.Glo.ne videatur ſua authoritate minari,oſtendit quantæ dignitatis ſit is,cuius præſentia minatur, vel beneficiis perſuadet.

Sens. Myst. In Cap. III.

27. Glo.niſi quis à malis exeat,non abluitur. 28. Remig.figura catechiſmi. 29. Remig.ibi aperitur regnum cælorum,vbi factus aditus ad terrã promiſſionis.Glo. Iordanis.i.deſcenſio de ſuperbia,ſcilicet ad humilitatem confeſſionis,& emendationis. c. Hier.prima fidei rudimẽta credere Dominum poſſe quidquid voluerit. 49. Greg.in hom..Chriſtus ex manubrio & ferro.i.humanitate qua tenetur, diuinita e qua incidit. 50. Glo.arbores,id eſt,humani generis,rami aridi,pagani,ſine fructu hypocritæ,venenoſi hæretici,bonum fructum ferentes Catholici.

Addit. Avct. In Cap. III.

a pro,maxima pars. 30. vel in genere,vel aliqua grauiora,vide Act.19.Leu.16.Nu.5.Ecclo.4. b. Phariſæi.q ſeparati,vel expoſitores.ſ.legis à פרש *ſeparo,expono,declaro. 31. ſic dicti quia iuſti* צדיק *iuſtus. 34. q d peſſimorum patrum peſſimi filij venenati & callidi. 35. Admirantis verba. q.d.quid hoc noui eſt? qua hæc mutatio? mira Dei benignitas qui talem mentem dederit. 37. id eſt,gehennæ ſupplicio. vide infra cap.23. 41. id eſt,quã pœnitentiam deceat. 43. adeò q; ſecuri eſſe,putantes id ſufficere. 47. Apparat demonſtraſſe lapides. videtur autem alludere ad Saræ ſterilitatem quæ petra dicitur. Iſa.51. * poſteritatem. 48 datum eſt. 53. Greg excidit ur & mittitur,ſed præſens pro futuro.*

baptiſo

[56] baptizo vos [57] in aqua in [58] pœnitentiam,qui autem poſt [59] me [60] venturus eſt,[61] fortior me eſt: cuius non ſum [d] dignus [62] calceamenta portare. Ipſe vos [63] baptizabit in [64] Spiritu ſancto & [65] igni. Cuius [66] ventilabrum [67] in manu ſua:& [68] permundabit [69] aream ſuam : & congregabit [70] triticum [71] in horreum ſuum ; [72] paleas autem comburet igni [73] inextinguibili. Tunc [74] venit [75] Ieſus [76] à Galilæa in [78] Iordanem, ad [79] Iohannem , vt [80] baptizaretur ab [81] eo. Iohannes autem [82] prohibebat eum,dicens,

SENS. LITER. IN CAP. III.

56. Greg.in hom.naſciturum naſcendo,baptizaturum baptizando præuenit. Chryſ. miſſus ad baptizandum , vt ad ſe venientibus Chriſti præſentiam prædicaret. Aug. in Io. tract. 4. Miſſus vt Chriſtum baptizaret , non ſolum autem Chriſtum baptizauit , ne eius baptiſmus maior quàm Chriſti putaretur.
57. Int.tantũ,non ſpiritu. 58. Int.i.docendo pœnitere. 59. Remi. naſcendo,prędicando,baptizando,oriendo,& ad inferos deſcendendo. 60. Int.ad prædicandũ,& ad baptizandum. 61. Glo.quia ego baptizo in pœnitentiam,ille in remiſſionem,regnum cælorum prædico,ille dat.Remig.ego homo,ille Deus & homo. 62. Glo. alij Euangeliſtæ,ſoluere corrigiam calceamenti:ſed potuit vtrumque dicere eodem,vel diuerſo tempore.Aug.lib.2.de conſen.Euang.cap. 12.ſententiæ ipſæ ſunt neceſſariæ cognoſcendæ veritati,quibuſlibet verbis fuerint explicatæ. non eſt mendacium cùm quis voluntatem explicat dicentis,etiamſi aliquid dicat quod ille non dixit. Chry.in hom.i. non ſum dignus viliſſimam miniſterij particulam ſuſcipere. 64. Glo. Spiritu ſanctificationis.Int.quia ſanctificat à peccatis,& accendit amore Dei.Chry.in hom.copia gratiæ oſtenditur. 65. Chry.in hom. vehementia gratiæ demonſtratur.Int.tribulatione,vel purgatorio igne. Chry.tentationibus.i. ille tentandi habet licentiam,qui remunerandi habet poteſtatem.Hier.Ignis eſt Spiritus ſanctus.Hil.baptizatis Spiritu ſancto, reliquũ eſt conſumari igne iudicij. 66. Int.i.diſcretio iudicij. 67. Int.i.poteſtate.Glo.Pater enim omne iudiciũ dedit Filio. 68. Int.à palea.Glo.à varijs tentationibus, vel eiiciendo de Eccleſia peruerſum ob manifeſta peccata.Chry.non dixit mundabit,ſed permundabit.leui tentatione mundatur,grauiore permundabitur.Rab.purgatio fiet miſſis Angelis qui colligent de regno omnia ſcandala. 69. Int.i.præſentem Eccleſiam.Chry.ager eſt mũdus,vnde præciſæ gentes à meſſoribus,id eſt,prædicatoribus,grana in palea,homines in carnalibus.Fidelis,& boni cordis leuiter tribulatus, venit ad Dominũ,qui modicæ eſt fidei vix cum grandi tribulatione:at infidelis,quamtumcumque co[illegible]itus fuerit non tranſit ad Deum. ventus autem eſt perſecutio. 70. Int.i.immobiles à ſpe æternorum.Hil.perfectos. 71. Int.ſ.cæleſte.
72. Int.i.leues. Hil.infructuoſorum hominum inanitatem. Rab.fidei ſacramentis imbutos, ſed non ſolidos:paleæ enim ex tritici ſemine.zizania verò de diuerſo , nẽpe profeſſione à bonorum ſorte congregati.Glo.non fit zizaniorum mentio hìc:qui enim non credit, iam iudicatus eſt. 73. Glo non extinguetur,nec extinguet,ſed æternaliter puniet,alius ille eſt de quo,igne nos examinaſti.Remig.Ignis purgatorij ad tempus accenditur & extinguitur. 74. Int.vt qui diu latuerat , manifeſtaretur. Glo. vt baptiſma Iohannis cõprobaret,omnémque impleret iuſtitiam,& aquã ſanctificaret,& vt nemo,quamuis ſanctus,baptiſmũ recuſaret.Chry.vt prædicationẽ Iohannis confirmaret, atque ab eo teſtimonium acciperet. 75. Glo.cùm triginta eſſet annorum, debet enim ſacerdos & prædicator virilis eſſe ætatis, illa ætate Ioſeph regnũ ſuſcepit,& Dauid.Et prophetiam Ezechiel promeruit. 76. Int.quia in Nazareth habitauerat. 79. Int.maior ad minorem. Remig.Deus ad hominem, dominus ad ſeruum, rex ad militem,lux ad lucernam. 80. Aug.vt nobis fluenta mundaret ex quo enim merſus eſt in aquam,hęc peccata abluit,fluens enim de Chriſti baptiſmo benedictio, omnium gurgitum tractus & fontium venas impleuit. Item voluit facere quod faciendum alijs imperabat. 81. Int. dominus à ſeruo , nullus ergo dedignetur inferiorem. 82. Int.humilitatem regis imitatur miles.

SENS. MYST. IN CAP. III.

62. Glo.calceamentum,incarnationis myſterium,corrigia ligatura.Hil.Apoſtolis prędicationis gloriam derelinquit.Chry.Chriſti pedes,Chriſtiani;calceamenta,infirmitates. 76. Glo.Galilæa,tranſmigratio;qui ergo vult baptizari,tranſmigret à vitiis. 78. Int.quia in eo figura baptiſmi præceſſit, & ex nomine deſcenſum de ſuperbia exigit. 79. Chry.lux ſolis non expectat occaſum Luciferi,ſed eo præcedente egreditur,eiuſque lumen obſcurat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

60. Gr.præſens ἐρχόμενος, ſed futuri ſignificatione. d. ἱκανὸς idoneus. 65. pro,qui velut ignis purget,illuminet,& inflammet. 66. Inſtrumentũ eſt,quo grana in altum proiecta,à paleis repurgantur. 82. agnouit eum Spiritus ſanctus inſpiratione qua confirmata ſigno columbæ,vide Io. 1. ita duobus modis cognouit.

Ego[83] à te[84] debeo[e] baptizari[85], & tu[86] venis ad me? Reſpondens autem Ieſus, dixit[87] ei,
Sine[88] modò: ſic[89] enim decet[90] nos[91] implere[92] omnem[93] iuſtitiam[94]. Tunc dimiſit[95] eum.
Baptizatus autem Ieſus confeſtim[96] aſcendit[97] de aqua[98]. Et ecce aperti[99] ſunt ei[100] cæli, &
vidit[101] Spiritum[102] Dei deſcendentem ſicut[103] columbam[104], &

Sens. Lit. In Cap. III.

83. Int. qui egeo. 84. Int. qui non eges. 85. Int. ab originali peccato mundari, quia tu es agnus Dei, qui tollis peccata mundi. 86. Int. cuius generatio non eſt vitioſa. 87. Hil. prohibetur vt Deus, docet vt homo fieri oportere. 88. Int. ſcilicet, impleri illud ad quod veni. Glo. à te baptizari, vt poſtea, quod uis, ſpiritu baptizeris. Chry. indicatur poſtea Ioannem à Chriſto baptizatum. 89. Int. ſubdit quare veniat baptizari. quia vita mea motum eſt diſciplina. Sic id eſt, dum ego ſuperior, & non indigens à te ſuſcipio. Chry. ſic implere omnem iuſtitiam, ſicut iuſtitiam baptiſmi, faciendo. ſcilicet, prius, & poſtea prædicando. Glo. ſcilicet, per humilitatis exemplum reducere ad vitam.

91. Int. me ſuſcipiendo, te baptizando. 92. Int. ſcilicet, ad baptiſmum inuitare, quia baptiſmus eſt conſummatio omnis iuſtitiæ. Hil. per eum ſolum impletur iuſtitia, per quem lex. 93. Int. omne præceptum iuſtificans. Hier. & naturæ, & legis. Glo. humilitas eſt omnis iuſtitia, cuius gradus primus & ſufficiens, ſubdere ſe maiori, & non præferre æquali, ſecundus & abundans, ſubdere ſe æquali, nec præferre minori. tertius, in quo omnis iuſtitia, ſubeſſe minori. 95. Int. id eſt, conſenſit. Glo. veram humilitatem obedientia comitatur, docuit Spiritus quod prius neſciuit, itaque humiliter impleuit quod prius timuit. 96. Int. ſine mora. 98. Int. quæ eſt fundamentum aſcenſionis. 99. Hier. non reſeratione, ſed ſpiritualibus oculis. Chry. vnde dicitur aperti ſunt ei. Chry. in hom. in principiis ſpiritualium rerum ſenſibiles apparent viſiones, propter rudiores, vt ſi poſtea non fiant, ex ſemel factis fides habeatur. 101. Int. Ieſus vidit, & Baptiſta, vt Iohannes ait. 103. Glo. verum corpus formatum ad horam in ſpecie columbæ, expleto officio deſiit, vt reliquæ figuræ in quibus Deus apparuit. Int. Spiritus in columba, Filius in homine, Pater in voce, ita Trinitatis præſentia baptiſmum conſecrauit. Aug. 2. de Trin. cap. 6 Similis hæc viſio flammæ quæ in rubo apparuit, & quam populus in eremo ſequebatur. & fulgoribus ac tonitruis factis dum lex daretur.

Sens. Myst. In Cap. III.

97. Int. quia baptizati ad patriā per virtutes aſcendere debent. Chryſ. dignè baptizati ad cæleſtem dignitatem ſubleuantur. 98. Auguſt. ſer. de Epiph. Chriſtum genuit mater, & caſta eſt, lauit vnda & ſancta eſt, Spiritus ſanctus in vtero adfuit, in gurgite circumfulſit. 99. Glo. nobis per acceptum baptiſmum, aditum cæli patere, qui per Adam clauſus fuerat, monſtratur. Flammam vibrantem quæ viam prohibuit, aqua baptiſmi extinxit. Chryſ. nullam animam ante Chriſtū arbitror aſcendiſſe in cælum. baptizato Chriſto aperti cæli, victo autem tyranno per crucē dicunt Angeli, tollite portas, non enim neceſſariæ erant cælo nunquam claudendo. baptizati cæleſtia vident ſpiritualibus fidei oculis.

100. Chryſ. omnibus propter eam. 102. Remig. omnibus in baptiſmo dantur dona Spiritus ſancti. 104. Chryſoſt. columba præ cæteris animalibus cultrix charitatis, quam ſolam non poſſunt immundi ſpiritus imitari, & nihil ſic indicat Spiritum ſanctum vt gratia charitatis. Gloſ. columba ſimplex & manſueta, Spiritus ſancti natura ſimplex, Chriſtus mitis. Item columba ſine felle, non ore vel vnguibus lædit, puro veſcitur grano, alienos pullos vt ſuos fouet, gemitum pro cantu habet, ſuper aquas ſedet, vt accipitrem præuiſa vmbra decliner, docemur ergo iram vitare, ſtudere innocentiæ, abſtinentiæ, charitati, compunctioni, & eſſe ſolliciti. Remig. ſecus Scripturæ fluenta reſidentes incurſum diaboli euadunt, ſanas ſententias eligunt, alios doctrina erudiunt, & exemplo, vtque columba in cauernis, nidificant in Chriſti plagis. Chryſoſt. in hom. in diluuio columba ramum tulit oliuæ, orbis tranquillitatem annuncians Glo. in columba ſuper Chriſtum Spiritus apparuit, venit enim nos per manſuetudinem colligere, ſuper diſcipulos verò in igne, quos ad conſumendam rubiginem peccati veniebat accendere.

Addit. Avct. In Cap. III.

e. χρείαν ἔχω opus habeo. Indigebat, ſcilicet, vt peccator à Chriſto mundari. 91. id eſt, me, vel, & me & te. 92. ſcilicet, præeundo cæteris exemplo. 94 quod Deo gratum eſt, ſeu quidquid præcepit Pater. 99. Aperti non re, ſed apparitione. 101. ſcilicet, Chriſtus, vidit & Ioannes. Ioan. 1. 103. non vera fuit columba, ſed ſpecies columbæ.

venientem[105] ſuper[106] ſe. Et ecce vox[107] de de cælis dicens. Hic[108] eſt[109] Filius[110] meus dilectus[111], in quo mihi complacui[112].

SENS. LIT. IN CAP. III.

105. Aug.2.de Trin.hæc operatio viſibiliter expreſſa,miſſio Spiritus ſancti dicta eſt,non eſt autem creatura hæc ſic aſſumpta in vnitate perſonæ, vt à Chriſto humanitas. nec poſſumus dicere Spiritum ſanctum Deum & columbam,vt Chriſtum Deum & hominē. 106. Int.ad quem illa vox fiebat.Hier. Sedit ſuper caput Ieſu,ne quis putaret vocem ad Ioannem factam. 107. Int. hæc vox non vt ei indicet quod neſciat,ſed quod auditoribus proficiat. 108. Aug.de fide ad Per.cap 2 ſolus Pater eſt qui dixit,ſolus Filius ſuper quem vox inſonuit, ſolus Spiritus ſanctus qui in ſpecie columbæ deſcendit. 109. Int. demonſtratiuè ad homines. 110. Int. conſubſtantialis. Hil. proprius & verus origine non adoptione,natiuitate,nō creatione. 111. Aug.in Ioan.tract.14.vt vnicus. 112. Glo.i.beneplacitum meū conſtitui,vt per te,& in te,id eſt,tibi fide & charitate iuncti,alij placeant. Remig.i.iſtum ſolum reperi ſine peccato,quod ſi legas complacuit,ſcilicet per eum genus humanum redimere.Int.In Adam diſplicuit.vnde pœnitet me feciſſe hominem.Aug.2.de conſ.Euang. 14. variant alij Euangeliſtæ,locutione, ſed ſalua ſententia.

SENS. MYST. IN CAP. III.

110. ſic qui baptizatur oſtenditur filius Dei.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

110. ὁ υἱός, ille Filius,ſcilicet vnicus,naturalis,&c. 111. ὁ ἀγαπητός,ille dilectus vnicè. 112. εὐδόκησα,q. qui mihi ſingulariter gratus.vide Iſa.42.

CAPVT IIII.

TVNC[1] Ieſus ductus[2] eſt in deſertum[3] à ſpiritu, vt tentaretur[4] à diabolo. Et cùm ieiunaſſet[5]

SENS. LIT. IN CAP. IIII.

1. GLo. poſt baptiſmum.2. Int.locum certaminis.Glo.in deſerto quod eſt inter Hieruſalem & Iericho. Chriſtus diabolum vicit, vbi figuraliter dixerat Adam incidiſſe in latrones. 3. Greg. in hom.ſ.ſancto.Glo.ſine quo in pugnā cito caditur.Chry.non ducitur vt à maiori,nam & Andreas Simonem duxit ad Chriſtum. 4. Aug.4.Trin.cap.13.vt mediator eſſet ad ſuperandas tentationes etiam per exemplum. Chry.quia diabolus contra Chriſtum ire non poterat, Chriſtus contra diabolum proceſſit. ſciebat diabolum velle tentare, vt qui intellexiſſet Chriſtum natum,Angelis,paſtoribus,Magis & Iohanne referentibus.Greg.in homil.16.tentatio ſuggeſtione,delectatione & conſenſu agitur.in Chriſto verò ſola ſuggeſtio fuit, omniſq; tentatio foris,non intus.Glo. non fuit indignum Chriſtum tentari, qui venerat occidi. 5. Int.quod ieiunat diuinæ eſt potentiæ. Chry. tamdiu non eſurire,non erat hominis.Glo.ieiunat vt tentetur,& exemplum det. Aug. ſer.de Quadrag. non quia Chriſtus poſt baptiſmum ieiunauit,poſt baptiſmum nos continuo ieiunare neceſſe eſt.ſed tunc ieiunandum,cùm eſt acriore certamine cum tentatore confligendum, vt caſtigatione impleatur militia ,& humiliatione impetretur victoria.

SENS. MYST. IN CAP. IIII.

1. GLo. Nulla mora eſt à tentatione. 2. Glo.poſt acceptam gratiam,contra diabolum præliandum, & mente ſeculum deſerendum,& vitæ æternæ gaudium quaſi manna eſuriēdum Chry.in hom. ideo arma accepiſti cùm baptizatus es,vt prælieris, non vt vaces.tum maximè inſtat diabolus cùm viderit ſolitarios,vnde Euam tentauit ſine viro inueniens.Glo.ad Chriſtum euntes grauiores tentationes patiuntur. 4. Chry.in hom. ideo tentari permitteris, vt diſcas te fortiorem factum,2.ne extollaris. 3. vt diabolus experientia diſcat te ab eo diſceſſiſſe.4.vt fortior reddaris. 5.vt ſcias tibi creditum theſaurum,nec enim alioqui tentaret diabolus. Hil.diabolus victoriam magis optat de Sanctis. 5. Chry.in hom.poſt baptiſmū ieiunio intendere oportet.Glo.niſi gula prius frenetur,fruſtra cōtra alia laboratur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IIII.

3. ὑπὸ τοῦ πνεύματος, illo.ſ.ſpiritu de quo proximè dictum.

quadraginta[6] diebus, & quadraginta[7] noctibus, poſtea[8] eſuriit.[9] Et accedens tentator[10] dixit ei, Si[11] Filius Dei es, dic[12] vt lapides[13] iſti panes fiant. Qui reſpondẽs dixit, Scriptum[14] eſt, Non in ſolo[15] pane[16] viuit homo, ſed in omni[a] verbo[17] quod procedit de ore[18] Dei. Tunc[19] aſſumpſit[20] eum diabolus in ſanctam[21] ciuitatem, & ſtatuit eum ſuper

SENS. LITER. IN CAP. IIII.

6. Chry. vt quadrageſimæ noſtræ ieiunij menſuram poneret. 7. Int. hoc addit ne in nocte comediſſe putetur. Chry. in ho. nõ vltra proceſſit quàm Moyſes & Elias, ne incredibilis videretur carnis aſſumptio. 8. Chry. ne manifeſtè intelligeretur Deus. Glo. latet poteſtas, patet infirmitas. Hil. naturæ ſuæ hominem dereliquit. 9. Chry. qui videns quadraginta diebus ieiunantem deſperauerat, eſurientem videns cœpit ſperare. 11. Int. hoc explorat quod timet, nec ideo ſe ab eius tentatione abſtinet. Glo. Deum confiteri videtur, & homini illudere conatur. nouerat veniſſe Filium Dei per Prophetas, vel Angelum, vel Ioannem, ſed humilia videns de diuinitate ex ſuperbia dubitauit. Chry. magis quia tandiu non eſuriit, intelligere debuit eſſe Deum, quàm quia eſuriit poſt, eſſe hominem. non enim illis diebus vt Moyſes & Elias eſuriebat, & ſuſtinebat. 12. Int. quia ſciuit ſcriptum eſſe, dixit & facta ſunt. 13. Int. tẽtatio de gula, a qua incœpit, quo ordine deiecit Adam. Glo. voluit eiuſmodi mutatione virtutem cognoſcere, & ſi purus homo eſſet, panis oblectamento illudere. Hier. ſi poteſt hoc facere, fruſtra tentas; ſi non poteſt, fruſtra filium Dei ſuſpicaris. 14. Rab. ſ. in Deuter. Int. temperat reſponſum ne cognoſcat eũ eſſe Deũ. Hier. propoſitum erat humilitate vincere, non poteſtate, & honorare hominem, cùm ab eo diabolus vinceretur. 15. Glo. quaſi dicat inferior pars hominis pane ſuſtentatur, alia verbo Dei. qui ergo agis de inferiori parte, patet quod tentator ſis. 16. Chry. non dixit viuo, ne de ſe dictum videretur. 17. Int. verbũ Dei de ore procedit, quia voluntas Dei reſeratur per Scripturas. 18. Int. i. iis per quos loquitur Deus. Glo. ex vno verbo. i. ex ſapientia Dei procedit quidquid loquuntur Sancti, qui ſunt os eius. 19. Int. hæc tentatio hiſtorialiter vltima fuit. Glo. Lucas ſequitur ordinem hiſtoriæ Matthæus verò tentationis Adæ. Aug. de conſen. Euang 2. cap. 26. Incertum eſt quid prius factum ſit. Chry. tunc. ſ. cùm ex Chriſti reſponſo nihil certum diſcere potuiſſet, eſſetne Deus an homo, dicebat verò apud ſe, ſi filius Dei non eſt, tamen ſanctus eſt, qui fame non vincitur, ideoque cœpit tẽtare de vana gloria. 20. Int. ex permiſſione, non imbecillitate, vnde inimicus ſuperbit. Glo. hæc omnia corporeis ſenſibus ſunt completa. quia enim verba ad inuicem conferuntur, veriſimile diabolum in humana ſpecie apparuiſſe. Greg. in hom. non mirum hoc permiſiſſe, qui ſe permiſit crucifigi. 21. Int. ſanctam ex vſu dicit Hieruſalem vbi templum fuit, & cultus Dei. Rab. & ſancta ſanctorum.

SENS. MYST. IN CAP. IIII.

6. Glo. à quatuor partibus mundi Chriſtus ſuos cõgregat, & decem præceptis armat. Ieiunauit Chriſtus ante mortem cibo indigens quadraginta diebus, docens abſtinendum in hac vita à ſeculi deſideriis, totidem poſt reſurrectionem comedit cibo non indigens, quia ipſe eſt cibus noſter omnibus diebus. Greg. in ho. quatuor elementis conſtat corpus, cuius voluntate decalogo contraimus, dignum ergo eſt vt quater decies carnem affligamus. In quadrageſima dierum decimas offerimus, ieiunamus enim triginta ſex diebus. 8. Hil. indicat eſuriturum ſe humanam ſ. ſalutem poſt quadraginta dies, quibus poſt paſſionem hic fuit. 9. Glo. in abſtinentia non deeſt tentatio. 10. Chry. non dicas cùm tentaris, perdidi fructum ieiunij, ſi enim non profuit vt non tenteris, proficiet vt ne vincaris. 13. Int. lapis ſignificat duritiem diaboli. 14. Glo. docet doctrina magis quàm miraculis pugnandum. Greg. in ho. cùm à prauis aliquid patimur, ad doctrinam excitemur potius quàm ad vindictam. Int. ſententiis virtutum inſtruens nos, vt vincamus non potentia, ſed humilitate. 15. Int. id eſt, Sacramentali ſpecie, ſeu verbo vitæ. 17. Glo. omne verbum charitas in qua cõplentur quæcũque procedunt de ore Dei. Rab. qui non veſcitur verbo Dei, iſte non viuit. 21. Remig. diabolus etiam in ſanctis locis inſidiatur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IIII.

9. gradiens corporali ſpecie. 10. ὁ πειράζων. ſ. ille qui ſolet tentare, ſeu ad malum ſollicitare. dicitur & ſatan, id eſt aduerſarius, & diabolus, id eſt, calumniator. vide 1. Pet. 5. Apoc. 12. 11. audierat vocem illam, hic eſt Filius meus, videbat eſurire, dubitans itaque an verus eſſet Filius, explorat, crediturus eſſe ſi faciat quod ei proponit, ſin detrectet non eſſe ſicut etiam volebat, ſi poſſet, ad peccatum inducere. 12. id eſt, iube, ſ. ſolo verbo. a. occultat eſſe Filium Dei eſſe, non negat. 17. id eſt, re. Hebr. 20. hæc ſecunda fuit tentatio, dicitur enim paulo, poſt rurſum aſſumpſit, deinde additur, Tunc reliquit eum, &c. Et ſiquidem apud Lucam in quibuſdam codicibus, idem eſt ordo qui apud Matthæum.

pinnaculum

[22] pinnaculum templi,&.[23] dixit ei ,Si Filius Dei es,[24] mitte te deorſum.[25] Scriptum eſt enim,
[26] Quia Angelis ſuis mandauit de te: & in manibus tollent te: ne fortè offendas ad
[27] lapidem [28] pedem tuum. [29] Ait illi Ieſus rurſum, [30] Scriptum eſt, [31] Non tentabis [32] Dominum
Deum tuum.[33] Iterum aſſumpſit eum Diabolus in [34] montem [35] excelſum valde, & [b] oſtēdit
[36] ei omnia [37] regna mundi, & [38] gloriam eorum, & [39] dixit ei. [40] Hæc omnia tibi [41] dabo, ſi
[c] cadens [42] adoraueris me. [43] Tunc dicit ei Ieſus, [44] Vade retro me [45] ſathana: [46] ſcriptum eſt enim,

Sens. Lit. In Cap. IIII.

22. Int.i.ſummitatem. ¶ non locus Deo dicatus cohibet eum.Glo.in Paleſtina plana recta, & inde doctores populo loquebantur,vbi ergo multos ceperat vana gloria,magiſterij honore inflatos, Chriſtum tentat.Remig.in templo tria tabulata, & in vnoquoque pinnaculum. Chry. ipſe fortè neſciente diabolo,ſic agebat vt à nemine videretur. 23. Int.tentatio de vana gloria,ſicut Adam,cui dixit, eritis ſicut Dij.Hier.in omnibus tentationibus hoc agit,vt intelligat ſi Filius Dei ſit. Glo. Chriſtus verò ita reſpondet,vt ambiguum relinquat. 24. Chry.quomodo hinc cognoſcat ſit ne Filius Dei.volare enim per aërem non eſt proprium Dei,nec qui facit ob oſtentationem ex Deo eſt. Glo. id ſuggerebat vt aliquo ſigno exploraret quantum apud Deum poſſet. 25. Int.Scripturis vtitur,non vt virtutes inſtituat; ſed vt errores ingerat,ſicut & ſui.Ambr.in Lucam cap.4.transfigurat ſe Sathanas in Angelum lucis, & de Scripturis laqueum parat.Hier.hoc non de Chriſto,ſed de viro ſancto dictum, male ergo diabolus Scripturam interpretatur. Chry. Filius Dei Angelos portat,& ſi ab eis portatur, non ne offendat, ſed propter honorem vt Dominus.illud verò aſtutè tacuit,ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis. 28.Inter. mentis greſſum. 29. Hier.falſas de Scripturis ſagittas veris frangit Scripturarum clypeis. 30.Int. ſ.in Deuter. 31. Aug.contra Fauſtum.quando homo habet quid faciat,non debet Deum tentare.Glo. vnde Chriſtus,Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. quod & ipſe facit fugiendo & latendo,& nunc poterat aliter de templo deſcendere. 32. Hilar. ſe Deum proteſtatur, & Dominum. Chry.non dixit,me Dominum Deum tuum,ſed id quod poterat dicere homo tentatus à diabolo, qui enim hominem Dei tentat,Deum tentat. 33. Int.Etſi victus,tamen non ceſſat.Chry.ruptis ventris & vanæ gloriæ retibus,retia ponit auaritiæ. 35. Chry.vnde ſpatioſior terra videri poterat. 36. Inter. non quia diabolus,ſed virtus diuina hoc poſſit. Glo. Moyſi oſtendit Deus in momento totam terram promiſſionis virtute Deitatis,ita modo actum eſt. 37. Chry.non oſtendit regna,vel ciuitates,ſed partes terræ,in quibus vnumquodque regnum poſitum erat. 38. Remig.ſ.aurum,argentum,& bona temporalia.Int.Tentatio de ambitione.Glo.non concupiſcentiæ oculo intuebatur Chriſtus vt nos, ſed vt medici morbos ſine læſione. 39. Hier.arrogans & ſuperbus de iactantia loquitur. 40. Int. id eſt, regem te faciam. tentatio de auaritia.Remig. quanta iactantia diaboli regna terrena promittentis ei qui dat cæleſtia. 42. Int.quod eſſet cadere.Glo. laborauit diabolus à principio vt ſibi vſurparet quod Dei eſt,itaque idola in quibus coleretur inuenit. 43. Int.ſ.vt ſuperiorem. 44. Int.à poteſtate quam habebas retro. ¶ in ignem æternum Chry.finem tentandi ponit diabolo, ne vlterius progrediatur. Hiero. non ei dicit, vt Petro,vade retro me.i.me ſequere.Chry.in alijs tentationibus nec turbatus eſt,nec diabolum increpauit,ſed dum ille vſurpat honorem Dei,exaſperatus eſt. 45. Int.quia ſaluti aduerſari es.
46. Int.ſcilicet in pentateucho.

Sens. Myst. In Cap. IIII.

22. Glo.diabolus ad alta ſemper ducit,vt per iactantiam præcipitet. 24. Glo.vox eius qui præcipitare deſiderat.oſtenditur verò infirmus qui non poteſt nocere,niſi ei qui ſe ipſe præcipitet. 27. Int.i.legem in lapideis tabulis ſcriptam,in qua omnes offendebant. 30. Int.ideo à Deut.teſtimonia profert, vt ſecundæ legis Sacramenta confirmaret. 31. Glo. cùm deficit humana ratio, commendet ſe homo Deo. non tent.. 34 Int.ſuper montem ſuperbiæ omnis auarus erigitur. 35. Int.alta petit. 38. Int. quanta eſt ei gloria trahere ad vitia. 41. Chry.dat diabolus per iniquitatem acquiſita. 42. Ambr.ambitio vt dominetur prius ſeruit. 44. Chry. Dei idin.iæ nec ad audiendum ſufferendæ. 46. Glo. Dauid Goliam tribus lapidibus de torrente proſtrauit.Chriſtus diabolum tribus teſtimonijs de lege.

Addit. Avct. In Cap. IIII.

22. Græ. [illegible] *q.d.alam ſ.extremitatem tecti templi. Sunt autem in Paleſtina plana tecta, & deambulationi apta. 26. Quid opus erat Dei Filio auxilio Angelorum? b. obijciens oculis per ſpecies à firmatas. 40. Apertè iam ad peccatum inducit: nec addit,Si Filius Dei es pro certo habens eſſe purum hominem. c. mens, proſtratus, pronus. 45. vox Hebræa aduerſarium ſignificans.*

ROMA

[47] Dominum [d] Deum tuum [48] adorabis.& [49] illi [50] ſoli ſeruies. Tunc [51] reliquit eum [52] diabolus : &
[53] ecce [54] Angeli [55] acceſſerunt,& [56] miniſtrabant ei. [57] Cùm autem audiſſet Ieſus quod Iohãnes
[58] traditus eſſet, [59] ſeceſſit in [60] Galilæam : & [e] relicta ciuitate [61] Nazareth, venit,& habitauit in
ciuitate [62] Capharnaum maritima , in finibus [63] Zabulon & Nephtalim. vt adimpleretur
quod dictum eſt per Eſaiam Prophetam, dicẽtem: [64] Terra Zabulon, & [65] terra Nephta-
[67] lim, via [68] maris trans [69] Iordanem [70] Galilæa gentium : [71] populus qui [f] ambulabat in [g] tenebris
[72] vidit [73] lucem [h] magnam : & [74] ſedentibus in regione & [75] vmbra mortis , [76] lux [77] orta eſt eis:

SENS. LIT. IN CAP. IIII.

47. Int.q.d.non ego te,ſed tu me debes vt Deum adorare. d. Int.cui ſoli hoc debetur. 48. Int. ô homo ex debito. 49. Int.etiam eum hominibus ſeruis. 50.Int.ſecundùm Græcam interpretationem. Aug.10.ciu cap.1.latriam noſtri vbicumque Scripturæ habent , ſeruitutem ſunt interpretati. dulia eſt ſeruitus quæ debetur hominibus.latria,quæ Deo. 51. Int.ad tempus, vt Lucas ait , per Iudæos poſtea pugnaturus.Chry.receſſit virtute Chriſti excuſſus.Glo.victus diabolus in gula,vana gloria,& auaritia, in quibus Adam vicerat. 52. Int.ſ.victus,non inueniens iam quid ageret. 53. Int. vt victoris deitas comprobetur. 54 Glo.Agonem procul aſpicientes. 55. Chry. non dixit deſcenderunt, ſemper enim in terris erant ad miniſterium eius , receſſerant verò iubente Domino, ne fortè videns diabolus eos appropinquare,non auderet. 56. Int.non adiuuabant.Aug.9.ciu.cap.21. per hæc magis innoteſcebat dæmonibus quantus eſſet.Greg.in hom.& homo eſt quem diabolus tentat,& Deus cui ab Angelis miniſtratur. 57. Glo. prætermittit primum Chriſti aduentum in Galilæam , vbi poſt baptiſmum aquam in vinum mutauit,de quo Ioannes qui geſta ſcripſit primi anni prædicationis. 58. Chry.ſ.à Deo. nec enim poteſt quiſquam aliquid in virum ſanctum,niſi eum Deus tradiderit. 59. Int. à Iudæa poſt Paſcha Chry.vt paſſionem ſuam opportuno tempore reſeruaret , & nobis fugiendi periculum exemplum daret. Chry. in hom. 8. vt Iudaicam inuidiam mitigaret , & prophetiam impleret, & Apoſtolos qui in Galilæa erant,piſcaretur. 60. Chry.gentium ad quas abiturus,à Iudæis cauſam accepit.Glo.duæ Galilææ,vna Iudæorum , altera gentium, data à Salomone regi Tyri. 61. Glo. vicus eſt in Galilæa iuxta montem Thabor.Int.flos interpretatur. 62. Int.i.villa pulcherrima. Glo.in Galilæa gentium eſt iuxta ſtagnum Genezareth. 63. Int.quæ eſt in Galilæa Iudæorum,ſicut Nephtalim gentium. Glo. hic prima captiuitas ab Aſſyriis. vbi ergo prima legis obliuio,ibi prima legis prædicatio. in his tribubus fuere viculi de quibus Apoſtoli, vnde illud, principes Zabulon & principes Nephtalim. 68. Hiero. mare appellat lacum Genezareth , qui Iordane influente efficitur , in cuius littore , Capharnaum Tiberias, Bethſaida,& Corozaim ſitæ,vbi Chriſtus maximè prædicauit. Glo. eſt in tribu Nephtalim vicina Tyrus,altera enim in tribu Zabulon iuxta Tyberiadem,in vtraque moratus Chriſtus , ſed in figuram vocandorum ex gentibus,iſta hic memoratur. Hier. in hac dedit Salomon viginti ciuitates Hiram regi Tyri. g. Chry.in hom.tenebras vocat errorem,& impietatem. 72. Int. ſ.audiuit Chriſti prædicationem & miracula. 73. Hier.Ego ſum lux mundi. h. Chry.in hom.alibi dicitur lumen verum. 74.Int. vel habitantibus. 75. Glo.mors in inferno,vmbra mortis,peccata quæ nunquam ſine morte, qui vult ergò mortem fugere,vitet vmbram. 76. Int.i.agnitio veritatis, vel prædicatio Chriſti. 77. Chry. in

SENS. MYST. IN CAP. IIII.

51. Chry. tamdiu diabolus tentat, quamdiu Chriſtus permittit. 56. Hil.victo diabolo Angelorum miniſteria,& in nos officia non deerunt. 62. Glo.de Nazareth.i.flore figurarum ad ſpiritualium fructum tranſeundum. quæ ſunt in pulcherrima Eccleſia,quæ iuxta fluctus ſeculi poſita , illecebris mundi inuolutos Euangelij retibus capit. 63. Rem.eo tempore & illis locis prædicãdum,quibus multis prodeſſe poſſis.Glo.Zabulon,habitaculũ fortitudinis,Nephtalim dilatatio.Rab.Apoſtoli de Iudæa electi, fortes fuerunt,& gentiũ Eccleſia per orbẽ dilatata eſt. 64. Int.Circũciſio. 65. Int.præputiũ. 67. Gl. Eccleſia iuxta mare ſeculi,& trans Iordanem.i.per baptiſmum ex erroribus liberata, facta eſt Galilæa, id eſt,tranſmigratio. 71. Int.ad myſticũ maximè eſt reſpiciendum. 75. Chry.in vmbra mortis gentiles idolorum & dæmonum cultores,in tenebris Iudæi quibus Dei iuſtitia nondum erat manifeſta.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IIII.

50. λατρεύσεις,quo verbo vſu Scripturæ & Eccleſiæ ſignificatur ſeruitus Deo ſoli debita. 55. ſ.corporali ſpecie. 58. Herodi.ſ.opera inuidentiũ Phariſæorũ. e. i.præterita. 60. Græ.iuxta vid.Heb.via maris. i loca maritima. 69. ſ.reſpectu Aſſyriorum,de quibus illic Propheta. f. id eſt,agebat.viuebat Hebr. 75. id eſt,caliginoſiſſima.

[78] Exinde cœpit Ieſus prædicare, & dicere: [79] Pœnitentiam agite, [80] appropinquauit enim
[81] regnum cælorum. [82] Ambulans autem Ieſus iuxta [83] mare Galilææ, [84] vidit [l] duos [85] fratres, Si-
[86] monem qui [87] vocatur Petrus, [88] & Andream [89] fratrem eius, [90] mittentes rete in [91] mare, erant
enim [92] piſcatores. Et ait illis, [93] Venite poſt me, & [94] faciam vos fieri piſcatores hominum.
At illi [95] continuò [96] relictis [97] retibus, [98] ſecuti ſunt eum. Et procedens inde, vidit

Sens. Lit. In Cap. IIII.

hom.non enim ipſi quærentes inuenerunt, nec enim ambulabant in tenebris, ſed ſedebant.

78. Glo.poſtquam baptizatus eſt ipſe, & Iohannes traditus. Chryſ. ne ſi Iohanne prædicante prædicaſſet, illum vilem reddidiſſet. Chry.in hom.ne multitudo ſcinderetur, vnde & Iohannes nullum fecit ſignum, vt per miracula omnes traherētur ad Chriſtum. 79. Int.conſona prædicatio diſcipuli & magiſtri. Chry.confirmat Iohannis doctrinam, & eum teſtem verum fuiſſe demonſtrat. Glo.oſtēditur non alius eſſe quàm qui in voce clamauerat: hæc autem prædicatio Chriſti in Capharnaū incœpta, vel poſt annum à baptiſmo, vel eodem calendis Maij. Int. Pœnitentia eſt correctio malæ mentis. Chryſ. Pœnitentiam prædicat qua omnes indigebant. 80. Chryſ. q. d. ſi mala non terrent, ſaltem bona delectent.

81. Int.i. Chriſtus qui dat, vel Eccleſia cui promiſſum eſt, & paratum. Chry.in hom.nihil adhuc de ſe manifeſtè prædicat, nondum enim de eo decentem habebant opinionem, nihil autem graue dicit, ſicut Iohannes, ſecurim & arborem inciſam, &c. ſed in principio benigna proponit. 82. Int.ſcil. ante hæc prædicta, & ideo non apponit tunc, vel deinde, vel forſitan poſt hæc prędicta. Glo. Cùm Iohannes dicit Chriſtum deſcendiſſe Capharnaum cum diſcipulis, fortè diſcipulos vocat non qui eſſent, ſed qui futuri eſſent. Chry.antequam Chriſtus aliquid dicat vel faciat, vocat Apoſtolos, vt nihil eos lateat verborum Chriſti nec operum. 83. Int.quod idem dicitur ſtagnum Genezareth, mare Tyberiadis, lacus ſalinarum. 84. Remi.non tam corporaliter quàm ſpiritualiter ad corda eorum reſpiciens. 86. Int.qui vocatus eſt quando Andreas duxit eum ad Ieſum. 87. Glo. inditum hoc nomen, vel cùm eſt ab Andrea ductus ad Chriſtum, vel cùm dixit: Tu es Chriſtus Filius Dei viui. 92. Aug.in Ioan.tract.7. volens Chriſtus ſuperborum ceruices frangere, non quæſiuit per oratorem piſcatorem, ſed de piſcatore lucratus eſt Imperatorem, magnus Cyprianus orator, ſed prius Petrus piſcator. 93. Int. non tam pedibus quàm imitatione, & affectu. 94. Aug.2.de conſen. Euang. cap. 17. hoc ait Lucas dictum Petro ſolum, ſed potuit prius Petro dici, & poſtea vtrique. 96. Glo. etſi poſtea reſumunt, ſed non cupiditate. 97. Int.vbi magis penſatur affectus quàm ſenſus. Greg. in ho.multum reliquit qui ſibi nihil retinuit. & cum re poſſeſſa concupiſcentijs etiam renunciauit. tanta ſequentes dimiſerunt, quanta non ſequentes concupiſcere potuerunt. 98. Int.pedum inceſſu, ſed magis obedientia & affectu. ¶ amplius ad propria non reuerſi. Glo. ſequuti. Io. 1. non inſeparabiliter adhæſerunt, ſed ad propria ſunt reuerſi. Greg.in hom. nulla miracula Chriſti viderant, nihil de æterno præmio audierant, & tamen ad vnum præceptum, quod poſſidere videbantur, obliti ſunt.

Sens. Myst. In Cap. IIII.

78. Int.euacuata voce ipſum verbum venit. Rab.cōplens quod prædicauerat vox. Glo. Baptiſmus idoneos facit ad prædicandum. Chry.ille debet Chriſti iuſtitiam prædicare, qui ventri ſuo contradicere poteſt, & ſeculi bona contemnit, vanámque gloriam non deſiderat. Hier. tradito Ioanne Chriſtus incipit prædicare, deſinente enim lege oritur Euangelium. l. Remig.duo fratres, duo populi, Simon, id eſt obediens Iudaicus populus, Andreas, id eſt virilis, ſeu decorus, Gentilis, quia cognito Deo viriliter in fide permanſit, Iudaicus etiam Iacobus, id eſt diaboli per Dei cognitionem ſupplantator. gentilis Ioannes, id eſt ſola gratia ſaluatus. 85. Int.quia vnitatem fraternæ dilectionis probauit, ſine qua nullus in ordine prædicatorum admittitur. 86. Int. qui interpretatur obediens. 89. Int. id eſt virilem. Glo. Doctorem virilem eſſe oportet, prius autem ponitur obediens & fortis, quia ſine obedientia non intratur, ſine fortitudine non perſeueratur. & ſunt hæ germanæ virtutes. 90. Int. intentos lucris vitæ præſentis. Glo.tales Chriſtus ſolet cæleſtibus deſiderijs ad ſe vocare, & per eos alios de profundo iniquitatis eripere. 91. Int.mundum. Glo.piſcaturus, per piſcatoria vadit loca, nauis eſt Eccleſia, piſces boni & mali homines. 92. Int.electi ad ſpiritualem piſcationem ſecundum gratiæ electionem. Chry. qui rete iactat, neſcit quos piſces comprehenſurus ſit. ſic prædicator. Remig. de his piſcatoribus illud per Hier. Mittam in vobis piſcatores, &c. 94. Int. Fruſtra laborat doctor, niſi Deus faciat vt proficiat.

95. Glo.perfecta obedientia eſt, ſua imperfecta relinquere. 96. Chry.nemo poteſt terrena poſſidere, & perfectè ad cæleſtia peruenire. 97. Greg. in hom. non perpendit Deus quantum offeras, ſed ex quanto. regnum Dei tantum valet quantum habes.

alios [99] duos [100] fratres, [101] Iacobum Zebedæi, & Iohannem fratrem eius in [m] naui cum Zebedæo patre eorum [102] reficientes [103] retia ſua: & [104] vocauit eos. Illi autem ſtatim [105] relictis retibus & patre, ſecuti ſunt eum. Et [106] circuibat Ieſus totam [107] Galilæam, [108] docens in [109] ſynagogis [110] eorum, & prædicans [111] Euangelium [112] regni: & [113] ſanans omnem [114] languorem, & omnem in[115]firmitatem in populo. Et [116] abiit [117] opinio eius in totam [118] Syriam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, variis [119] languoribus & [120] tormentis comprehenſos: & qui [121] dæmonia habebant, & [122] lunaticos, & [123] paralyticos,

Sens. Lit. In Cap. IIII.

102. Int.i.reparantes ad lucrum.Chry.indicium magnæ paupertatis, noua enim vnde emerent non habebant.magna etiam pietas patrem habere in naui, non vt ab eo iuuentur, ſed illum præſentia conſolentur.Chry.in ho.magna virtus inopiam facile ferre,ex iuſtis laboribus viuere. 104. Glo. vocauit & alios,ſed ſufficit nominare iſtos.nihil his promittit vt prioribus, illorum enim obedientia iis viam præparauerat.audierant etiam ij multa de ipſo tamquã familiares & conſanguinei. 108. Glo. de moribus docet,prædicat de futuris. 110. Int.ſ.Iudæorum. 111. Int. non fabulas, ſed quæ ad regnum æternum valent. Glo. ad Euangelium pertinet beatitudinis promiſſio, peccatorum remiſſio, adoptio, reſurrectio, cæleſtis hæreditas, Angelorum ſocietas. 112. Int.quo reges fiunt,quo datur regnum.Glo. Iuſtitiæ labor non ſuſcipitur, niſi merces operis exſpectetur. 114. Int.corporum, vel morbum inueteratum. 115. Int.aliam,vt animarum.non enim pauciores morbi animam vexant,quàm corpus.Chry. vel languor,aliqua animi paſſio,infirmitas,infidelitas, vel languor grauior morbus, infirmitas leuior. prius docet,poſtea ſanat.illud enim magis neceſſarium. deinde quia verba per miracula commendantur.non contra.Glo.non magnum ſanare poſtea morituros, ſed ſic erant erigendi ad regnum. Chry. in ho.in introductione legis conſueuit Deus miracula facere, vt ſuam virtutem oſtendat, & dictis fidem faciat. 116. Int.ſ.ſic. 117. Int.i.fama quam Iudæi offuſcant. 118. Glo.Syria,in qua Paleſtina,omnis regio ab Euphrate ad mare magnum,& à Cappadocia vſque iu Ægyptum. n. Chry.in ho.breuiter tranſcurrit ſignorum copioſitatem. 119. Int. ſ.grauibus. 120. i.grauioribus, & acutis. 122. Glo. quorum.ſ.morbus in aſcenſione lunæ creſcit,non faciente luna inſaniam,ſed diabolo qui lunæ tempora ſeruat,vt creaturam infamet in Creatoris blaſphemiam. 123. Glo.Paralyſis Græcè,Latinè diſſolutio.Fuerunt verò inter hos quidam de quibus Marcus & Lucas plenius.

Sens. Myst. In Cap. IIII.

99. Greg.in hom. duo præcepta charitatis,& minus quàm inter duos charitas haberi non poteſt. 100. Chry. ſic in veteri Teſtamento ſuper Moyſem & Aaron fratres poſuit initium ædificationis. Glo.in his quatuor numerus Euangeliſtarum præfiguratur.Remig.deſignantur in Petro prudentia, in Andrea iuſtitia,in Iacobo fortitudo,in Ioanne temperantia.Glo.aduerte quod narrat Lucas de captura piſcium,prius factum eſſe,nec tunc fuiſſe à Domino vocatos,vt ſequerentur. 101. Glo. Zebedeus fugitiuus.ſ.diabolus,Iacobus ſupplantator.qui à Ioanne,id eſt,Dei gratia iuuatur. m. Rab. duæ naues, duæ Eccleſiæ ex circumciſione.ſ.& præputio. 102. Chry.primi fortè propter Petrum, qui Euãgelium prædicauit,& non compoſuit dicti retia mittentes,iſti propter Ioannem qui Euangelium compoſuit, componentes.Remig.retia mittunt concupiſcentiæ in mundum iuuenes, reficiunt verò qui poſt peccata recuperant quæ perdiderunt. 103. Int.concupiſcentiarum. 104. Int. oſtendit perſonas non eſſe accipiendas. 105. Int.perfecta eſt conuerſio,vbi cum cupiditate rerum carnalis quoque rumpitur dilectio.Chry.venienti ad Chriſtum relinquenda tria.ſ.retia,id eſt carnales actus,nauis.i. ſubſtantia mũdi,& parentes. 106. Glo.impigrum oportet eſſe doctorem.Chry. congregato exercitu procedit rex ad pugnam.& medicus quærit ægrotantes. 107. Int.Eccleſiam. 109. Glo.vbi plures ſunt prædicandum. 113. Int.benignus ſit doctor dare quæcumque beneficia poteſt. 117. Int.fama propter eos qui foris ſunt, quærenda eſt, non tamen amanda. Glo.opera ſalutis ſine fama non ſatis relucent, nec fama ſine opere proficit. 118. Glo.Syria,id eſt,elata,Galilæa,id eſt,volubilis.ſ. ſuperbus mundus ad ima ſemper rotatur. 121. Glo.dæmoniaci idololatræ,lunatici inſtabiles,paralytici remiſſi, & torpentes.

Addit. Avct. In Cap. IIII.

118. quæ ab Oriente Euphrate terminatur. 122. id eſt, comitiali morbo laborantes,quo ferè laborant nati interlunio,vel à dæmone vexatos ſecundùm certa lunæ tempora.

& cura

[124] & curauit eos:[125] & ſecutæ ſunt turbæ[126] multæ de Galilæa,[127] & Decapoli,[128] & de Hieroſoly-
mis,[129] & de Iudæa,& de trans Iordanem.

Sens. Lit. In Cap. IIII.

124. Chry.ſignificantur omnes curati. Chry. in hom.à nullo verò eorum fidem requiſiuit. nondum enim virturem ſuam oſtenderat, & venientes à longè non paruam fidem oſtenderant. 125. Gloſ.alij ob cæleſtia, alij ob curationem, alij fama & curioſitate ducti,alij per inuidiam volenres in aliquo capere,& accuſare. 127. Int. quædam regio eſt decem tribuum. Remig. decem vrbium. Auctor. Erant quidē in ea decem ciuitates, vt nomen ipſum indicat, ſed ipſa vna erat ex regionibus decem tribuum, quanquam fortè Interlin. vrbium dixit,non tribuum.

Sens. Myst. In Cap. IIII.

126 Int. qui tranſmigrant ad virtutes. 127. Int. qui decem præcepta ſeruant. Remig. Decalogi tranſgreſſores. 128. Int.quos viſio pacis, & confeſſio illuſtrat. 129. Int.qui baptiſmo tranſpoſito, terram promiſſionis intrant greſſu fidei Chriſtum ſequentes.

CAPVT V.

VIDENS[1] autem turbas,[2] aſcendit in montem;[3] & cùm ſediſſet,[4] acceſſerunt[5] ad eum diſcipuli eius,[6] & aperiens os ſuum,[7] docebat eos,dicens:[a] Beati[8] pauperes

Sens. Lit. In Cap. V.

1. CHry.Omnis artifex opportunitatem operis videns,gaudet,vt faber arborem bonā, ſacerdos Eccleſiam plenam,ita Dominus videns turbam,excitatur ad docendum. 2. Int. multitudinem vitans,vt ſolis diſcipulis loqueretur. 3. Remig diſcedere ſolebat è turba Dominus in nauim vel montem,vel in deſertum.Hier.erat hic mons in Galilæa,vel Thabor,vel alius excelſus. 4. Int.dignitas magiſterij notatur.Aug 2.de conſen.Euang.cap.19.Lucas ait ſermonem habitum in loco campeſtri ſtante Domino.Fuit ergo ille alius ſermo:vel intelligendum, cùm in aliqua parte mōtis elegiſſet duodecim, deſcendiſſe in campeſtrem locum, id eſt, in aliquam æqualitatem in montis latere, ibique ſtetiſſe donec turbæ congregarentur,poſtea ſediſſe. 5. Int.ſ.vocati.Aug.de ſerm.Dom.in monte,vt corpore viciniores eſſent audiendis præceptis, qui implendis animo appropinquabant. 6. Int. hæc circumlocutio longiorem promittit ſermonem. Qui prius aperuit ora Prophetarum, ¶ theſaurum ſapientiæ aperit vt bona diuidat ſuis. Remig. cùm legitur Dominum aperuiſſe os, magna ſunt quæ ſequuntur. 7. non tantum verbo, ſed intus in corde ſcribendo, vt Deus. Auguſt. de ſerm. Dom. Eſt in hoc ſermone perfectus vitæ Chriſtianæ modus, vnde ita concluditur, Omnis qui audit verba mea, &c. a. Glo. Beatus eſt qui nihil mali vult, & omnia habet quæ vult. 8. Int. id eſt, humiles, Deum timentes. vnde bene incipit, quia initium ſapientiæ timor Domini.vt ſuperbia eſt initium peccati, qua petitur regnum terræ, hic verò regnum cælorum. Glo. paupertas cuius nutrix humilitas. duas habet partes, rerum abdicationem,& ſpiritus contritionem.

Sens. Myst. In Cap. V.

3. CHry. in hom. docet à tumultibus diſcedere. Chry. impletur prophetia Eſaiæ, ſuper montem aſcende tu:docet verò in altitudine virturum conſiſtendum iuſtitiæ doctori, & auditori. vel ad diſcendum myſteria veritatis in Eccleſiæ montem aſcendendum, de quo, mons Dei mons pinguis. Hil. in Paternæ maieſtatis celſitudine poſitus,cæleſtia vitæ præcepta conſtituit. Auguſt.in ſerm. Dom. oſtendit maiora per Filium, quàm per Prophetas à Deo præcepta dari. Glo. Nouum teſtamentum in monte ſcribit in cordibus filiorum,incipiens à beatitudine, qui in monte Sinai vetus in lapidibus dedit ſeruis,incipiens à terrore. 4. Int. ſeſſio eſt incarnatio,in qua docet.Glo.vnde,& mundus eum non cognouit ante incarnationem.Hier.non poterant eum intelligere in ſua maieſtate fulgentem. 5. Int. per fidem interius. Gloſ.vt à monte ſuſcipiant pacem populo. 6. Int.oris apertio, myſteriorum quæ in Prophetis eſt reſeratio.

Addit. Avct. In Cap. V.

2. ſcilicet,oraturus,& Apoſtolos electurus. 5. eligendi,vt ait Marcus. 6. ſcilicet,poſtquam deſcendiſſet in locum campeſtrem,vt ait Lucas, ſignificat autem phraſis hac Hebraa prolixè locuturum. vide Iob 3.Danielis.10. 8. πτωχοὶ mendici ſ qui ſummè egent.

ſpiritu[9]:quoniam ipſorum eſt[10] regnum cælorum[11]. Beati mites[12]:quoniã ipſi poſſidebunt[b]
terram[13]. Beati[c] qui lugent[14] : quoniam ipſi conſolabuntur[15]. Beati qui eſuriunt[16],& ſitiunt[17]
iuſtitiam[18]:quoniam ipſi ſaturabuntur[19].Beati miſericordes[20]:quoniam ipſi miſericordiam[21]
conſequentur[22].Beati mundo[23] corde:quoniam ipſi Deum videbunt[24].

SENS. LIT. IN CAP. V.

9. Int. id eſt voluntate. Aug. de ſerm.Dom.vulgò etiam magnum ſpiritum ſuperbi habere dicuntur, & recte; nam ſpiritus ventus, illi vero inflari. Chry. in hom. quod rerum neceſſitate aliquid humiles ſunt laus non eſt. Glo. Beatitudo incipit ab humilitate. Hier. ſpiritu, id eſt, propter Spiritum ſanctum volũtariè pauperes. Ambr. 1. de offic. cap. 16. inde incipit beatitudo iudicio diuino, vbi ærumna æſtimatur humano. 10. Int. in ſpe, quæ beatos facit. 11. Int. pauperibus conuenienter in præſenti promittuntur diuitiæ cæleſtes. Chry. reliqua vitia dimittũt ad inferos, maximè tamẽ ſuperbia. Sic omnes virtutes inducunt in cælum, maximè tamen humilitas. 12. Int. ſ. ſine aſperitate mentis & ſine liuore. Amb. in Lucam. 6 cùm contentus fuero inops, ſupereſt vt mores temperẽ. Glo. non eſt mitis qui prius pauper non fuerit. Aug. de ſerm. Dom mites ſunt qui cedunt improbitatibus, & non reſiſtunt, ſed vincunt in bono malum. Amb. in Luc. 6. non eſt minoris virtutis cohibere iracundiã, quàm non iraſci. Glo. mitis eſt qui omnia æquanimiter ſuſtinet, nec nocere cogitat. 13. Int ſ. viuentium, quæ terra dicitur ob ſtabilitatem & ſoliditatem. Amb. in Luc. 6. à qua euelli non poſſunt. Chry. corpus noſtrum nunc eſt terra mortuorum, in gloria erit terra viuorum. Idem in ho quia Propheta dixerat, manſueti hæreditabunt tertam, à conſuetis verbis contexit ſermonem. 14. Int. ſ. pro ſuis peccatis, & aliorum, & deſiderio cælorum. Amb. in Luc. 6. Cùm ſis pauper & mitis, memento quia peccator es, & lugeto peccata tua. Chry. Beati qui lugent peccata ſua, ſed beatiores qui aliena. Hier. ſic fleuit Samuel Saulem, & Paulus eos qui poſt immunditiam pœnitentiam non egerunt. 15. Int. Spiritu paraclero, & æterna lætitia. Chry. non ſolabuntur indulgentiam conſecuti. 16. Int. eſuries iuſtitiæ, ſpiritu fortitudinis fulcitur, ne in via laſſeſcant. Amb. Luc. 6. poſtquam delicta defleui, eſurire incipio & ſitire iuſtitiam: æger enim in graui morbo non eſurit. Hier. non ſufficit velle iuſtitiam, niſi eſuriamus. Chry. eſurit iuſtitiã qui ſecundùm Dei iuſtitiam deſiderat conuerſari, ſitit, qui ſcientiam eius acquirere cupit. 18. Chry. in ho. vel vniuerſalem, vel particularem auaritiæ contrariam. Glo. iuſtitia eſt ſua cuique tribuere. ſ. ſibi proximis, & Deo, hæc plenè non implebitur donec Deus ſit omnia in omnibus. Ideo hic poſſumus eſurire, non ſaturari. 19. Int. adepro quod deſiderant. Chryſ. maiora præmia Dei quàm Sanctorum deſideria.
20. i. qui aliis in quibuſlibet aſſiſtunt quibus hoc à Deo rependitur vt liberentur à miſeria. ¶ miſericordia eſt dare, & dimittere. Glo. miſericordia iuſtitiæ lumen; iuſtitia, miſericordiæ virtus, miſericordia ſine iuſtitia, remiſſio & tepiditas, iuſtitia ſine miſericordia, ſeueritas & auſteritas. Initium miſereri ſui, finis pro alio mori, vt Chriſtus pro peccatoribus. Remig. miſericors, qui alterius miſeriam vt ſuam reputat. Hier. miſericordia hìc non ſolùm in eleemoſynis intelligitur, ſed in omni peccato fratris, ſi alter alterius onera portemus. 21. Int. Iudicium ſine miſericordia fiet ei qui noluit miſereri. Hil. in tantum Deus beneuolentiæ noſtræ in omnes delectatur affectu, vt ſuam miſericordiam ſolis ſit miſericordibus præſtaturus. 22. Chryſ. in hom. videtur eſſe æqualis retriburio, ſed eſt multo maior, non enim eſt æqualis humana miſericordia diuinæ. 23. Int. i. quos non arguit conſcientia peccatorum, templum enim Dei ſanctum eſt. Ambr. Luc. 6. miſericordiam amittit, qui non mundo corde miſeretur. Aug. de ſerm. Dom. hoc eſt ſimplex cor quod mundum cor. 24. Int. hìc per ſpem, illic per rem. Gloſ. tantum videmus quantum ſeculo mor[illegible]. Hier. mundus Deus à mundo corde conſpicitur. Auguſt. 1. Tri. cap. 8. viſio, merces fidei, per quam corda mundantur. Idem 12. ſup. Gen. ad lit. cap. 27. niſi huic vitæ q[illegible]s funditus moria[illegible], ſiue om[illegible]no exiens de corpore, ſiue ita alienatus à ſenſibus, vt neſciat ſit ne in corpore an extra, in [illegible]lam non ſubuehitur viſionem.

SENS. MYST. IN CAP. V.

14. Amb. in Luc. 6. bene tertia beatitudo eſt peccata deflentis, quia Trinitas peccata condonat. Chry. in hom. qui filios vel alios defunctos lugent, non tunc deſiderant pecuniam, aut gloriam, nec paſſione [illegible], quod multo magis faciendum peccata lugentibus. 23. [illegible]o. ſexto loco munditia cordis, per quam ſexta die homo conditus reſtituitur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

9 id eſt voluntate, non neceſſitate. 12. magna affinitas. Hebraicè inter pauperem, humilem, & mitem עני *pauper* ענו *mitis, humilis. b.* κληρονομήσουσι, *hæreditabunt vide Psal. 36. c. hæc in Complut. codice ſequitur ſtatim poſt primam beatitudinem. 23 ſcilicet, ab omni vitio.*

Beati

Beati pacifici[25] : quoniam filij[26] Dei vocabuntur[d]. Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam[27] : quoniam ipſorum eſt regnum[28] cælorum. Beati eſtis cùm maledixerint[29] vobis[30] homines, & perſecuti[31] vos fuerint, & dixerint[32] omne[33] malum aduerſum vos, mentientes[34] propter me : gaudete[35] & exultate[36], quoniam merces[37] veſtra copioſa[38] eſt in cælis[39]: ſic[40] enim perſecuti[41] ſunt prophetas[42], qui fuerunt ante vos[43]. Vos[44] eſtis ſal[45]

Sens. Lit. In Cap. V.

25. Aug.19. ciu. cap. 12. Pax eſt tranquillitas ordinis, ordo autem parium diſpariumq́ue ſua cuique loca tribuens diſpoſitio, volunt autem omnes pacem, etiam qui bella gerunt. Hier. pacifici qui primum in corde ſuo, deinde inter diſſidentes faciunt pacem. Aug. de ſerm. Dom. pacifici inſequi motus animi rationi ſubiiciunt, & hanc Deo. & hæc eſt pax quæ datur hominibus in terra bonæ voluntatis. Chry. pacifici ad alios ſunt, non ſolùm qui inimicos reconciliant, ſed qui malorum immemores diligunt pacem. Glo. pacifici ſimiles Patri ſuo qui eſt ſumma quies. pax bona voluntate nutritur, eam mundus dare non poteſt, ſenſum ſuperat, ſed fide capitur. 26. Hil. pacificorum beatitudo adoptionis eſt merces.
27. Int. nõ propter ſcelera. Chry. in hom propter virtutem, defenſionẽ aliorum, & pietatem. Chry. qui propter cauſam Dei aliquid patitur, mercedem martyrij habet. 28. Chry. per illa quæ in cæteris beatitudinibus adduntur etiam intelligitur regnum cælorum. 29. Int. ex odio in faciem contumelias dixerint. Glo. antiqua tranſlatio cùm oderint vos homines, & dixerint omne malum, & expulerint. ſed idem eſt ſenſus. 30. Glo. ad præſentes loquitur, ſed & alijs hæc conueniunt. vt verò Moyſes poſita præcepta per partes explicauit, ita Chriſtus obſcurè dicta latius exponit, præſertim octauam beatitudinem. 31. Int. perſequi, eſt vim inferre, vel inſidiis appetere. 32. Int. eùm abſentium famam læſerint.
33. Int. id eſt omnia genera verborum malignantium. 34. Int. qui mẽdaciter blaſphematur, & propter Deum, beatus eſt, ſed ſi alterum deeſt, non eſt merces beatitudinis. 35. Int. quia pro iuſtitia gaudere ⁋ mente. 36. Int. corpore. 37. Int. hoc eſt quod ſupra regnum cælorum. 38. Int. quia tanto merces vberior, quanto gaudio & exultatione in tribulatione fides erit deuotior. 39. Int. ſuperioribus partibus mundi. Aug. Spiritualibus firmamentis vbi habitat ſempiterna iuſtitia. 40. Int. i. maledictis & perſecutione, nec tamẽ à veritate defecerũt. Glo. exemplo tẽperat rigorem paſſionis. 41. Glo. fit perſecutio odio, dictis, factis. 42. Int. quorum exempla vos inuitant, quorum prophetias in me cõpletas videtis, cur ergo non poteſtis quod illi ſine exemplo? Remig. mementote vos eius eſſe Apoſtolos cuius illi Prophetę. 43. Chry. in ho. mõſtrat, eos Prophetas iam factos. 44. Int. dat cauſam quare non debent deficere. Glo. hoc ſpecialiter ad Apoſtolos. Chry. in hom. quia excelſa præcepta dederat eos laudibus mitigat. 45. Int. ſecũdũ intellectũ & ſcientiã. Glo. condientes alios doctrina, & vitę exẽplo.

Sens. Myst. In Cap. V.

28. Aug. octaua ad caput redit, quia perfectum oſtendit, & probat. Glo. ſignificatur reſurrectio poſt ſabbathum, & numerus Pentecoſtes, quo miſſus Spiritus ſanctus ſepties enim ſeptem 49. & addito vno quaſi octauo, fiunt quinquaginta. Amb. in Luc. 6. Propoſitum eſt regnum cælorum ſanctis. & poſt mortem, & poſt reſurrectionem. Aug. de ſerm. Dom diligenter attendendus numerus harum ſententiarum, qui congruit cum ſeptiformi gratia Spiritus ſancti, de qua Eſaias, niſi quod ipſe à ſummo incipit. docetur enim Filius Dei deſcenſurus, hîc verò ab imo aſcenditur. nempe ad Dei ſimilitudinem. congruit ergo timor humilibus, pietas mitibus, ſcientia lugentibus, fortitudo ſitientibus & eſurientibus. conſilium miſericordibus, intellectus mundis corde, ſapientiã pacificis. Glo. vt hæ beatitudines impleantur, dona ſeptem petuntur in orationis Dominicæ ſeptem petitionibus. ſeptem dona & vnus ſpiritus, ſeptem petitiones & vna oratio, ſeptem beatitudines & vna charitas. 29. Glo. qui gloriam cæli optat, non timet opprobrium in terra. 32. Greg. in hom. 9. in Ezech. linguas detrahentium non debemus excitare, ne pereant. ſed excitatas æquanimiter tolerare, vt nobis meritum creſcat; aliquando tamen detractores debemus compeſcere, ne innocentium, qui à nobis audire bona poterant, corda corrumpant, dũ de nobis malè diſſeminant. 39. Aug. hanc mercedem ſentiunt qui ſpiritualibus gaudent. 45. Glo. Sal ſterilem terram reddit, vnde victores deſtructas vrbes ſale ſeminabant, ne quid oriretur. Apoſtoli peccati regno deſtructo, germen vitiorum compeſcebant. Sine ſale non ſapit cibus. nec vtilis ſermo ſine doctrina Apoſtolica, fit ſal ex aqua. ſ. Spiritus ſancti, & igne. ſ. tribulationis. Remig. nullum ſacrificium ſine ſale, id eſt, ſapientia cæleſti. Hil. Apoſtoli quaſi ſalientes, corpora æternitati ſeruant. Remig. Sapientia cæleſtis exſiccat honores, fœtorem aufert, & putredinem.

Addit. Avct. In Cap. V.

25. id eſt, pacis conciliatores εἰρηνοποιοί. d. vt qui reuera tales ſint. 27. id eſt, rectè & iuſtè factum. 33. id eſt, quoduis. Hebr. 37. id eſt, præmium.

[46] terræ. quod ſi [47] ſal [48] euanuerit, in quo [49] ſalietur? ad nihilum [50] valet [51] vltra, niſi vt mittatur [52] foras, & [53] conculcetur ab hominibus. [54] Vos eſtis [55] lux [56] mundi. [57] Non poteſt ciuitas [58] abſ-[59]condi ſupra [60] montem [61] poſita, neque accendunt [62] lucernam, * & ponunt eam ſub [63] modio, ſed ſuper [64] candelabrum, vt luceat omnibus qui in [65] domo ſunt. [66] Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & [68] glorificent [69] Patrem [70] veſtrum qui in cælis eſt. [72] Nolite putare quoniam veni ſoluere [71] legem aut Prophetas: non veni ſoluere; ſed [74] adimplere. [75] Amen quippe dico vobis, [76] donec

SENS. LIT. IN CAP. V.

46. Chry. in hom. quaſi dicat, pro vniuerſo mundo vos mitto. Hier.ad.hominum genus vniuerſum condiendum. Remig. Terræ.i.terrenorum hominum. 47. Int. aliorum fortitudo. 48. Int. id eſt, ſi doctor errauerit, aut in tribulatione defecerit. 49. Hier. id eſt, quo alio doctore emendabitur? Int. per quos infirmus populus confirmabitur? Glo. per quos à vobis error auferetur? 50. Glo. quia nec terræ vtilis, nec ſterquilinio, quod non ſinit fœcũdari. 51. Int. ſ. ſal infatuatũ, id eſt, tribulationi cedentes. 52. Int. ab officio docendi, vel eccleſia. 53. Int. id eſt, dum vita eius contemnitur quæ ad nihilum valet, irrideatur ab hominibus carnalibus. Aug. non conculcatur qui patitur perſecutionem, eſt enim in cælo corde fixus, ſed qui eam timendo infatuatur. 54. Int. ſ. percipientes in Chriſto lucẽ veritatis. 55. Int. per quos. ſ. omnes illuminantur à tenebris ignorantiæ. Glo. prius ſal quàm lux, id eſt, vita quàm doctrina. vita ad ſcientiam ducit, nec ſcientia caret qui Deum timet. 56. Int. nomine mundi, vel vniuerſi, vel qui ſunt de mundo electi, accipiuntur. 57. Int. q.d. aſpicite quo poſiti eſtis. Chryſ. in hom. decet eſſe ſolicitos, quaſi in oculis omniũ poſitos. 58. Int. id eſt, ſoliditas Apoſtolicæ doctrinæ. Chryſ. Eccleſia ſanctorum quæ poſita ſupra montem Chriſtum. Aug. de Serm. Dom. vel ſupra magnam iuſtitiam. 59. Int. non licet clam eſſe bonos. 60. Int. i. Chriſtum, vel Eccleſiam. ¶ Ipſe mons manifeſtat ciuitatem. 61. Int. alia ſimilitudo. 62. Chryſ. id eſt, verbum diuinũ quod accendit Trinitas. 63. Int. ſcilicet, timoris, vel commodo vitæ præſentis. 64. Int. id eſt, vitæ integritatem. Chryſoſt. Eccleſiam. 65. Int. id eſt, Eccleſia, vel mundo. 66. Int. ſ. vt dico nõ ſub modio poſita, ſed ſuper candelabrum. Glo. quaſi dicat ita hæc agite, vt non finem boni operis in laudibus hominum conſtituatis. 67. Int. verè docet, qui facit quod docet, aliter condemnat ſeipſum. 68. Int. in vobis. 69. Int. non vos. Chryſ. diſciplina Domini ex moribus familiæ demonſtratur. 70. Int. cuius opus eſt quod cæli faciunt. 72. Glo. docet quid docturi ſint. 73. Int. Chriſtus eſt legis & Prophetarum virtus, per quem omnia implentur. 74. Glo. vt. faciendo quod dicit, vel ſupplendo quod deerat, & imperfectum erat. Int. implet qui figuras ceſſare docet, poſtquam res facta eſt. Glo. ſoluit qui ſpiritualiter [illegible] facere vetat. Chryſ. in hom. compleuit Chriſtus dicta per Prophetas, &, quod lex per litteram facere non poterat, iuſtificauit homines per fidem. Aug. lib. 18 cont. Fauſt. cap. 7. In charitate Dei & proximi pendent lex & Prophetæ. 75. Int. implentur ne? Amen, &c. Remig. Amen. i. verè, fideliter ſeu fiat. vtitur verò ea voce Chriſtus vel ob duritiam tardorũ ad credendũ, vel vt credentes attendant. 76. Int. i. antequam.

SENS. MYST. IN CAP. V.

[illegible]. Chryſ. ſal rem tenet ne deterior fiat; lux autem illuſtrando ad melius perducit. Itaque Apoſtoli, [illegible] propter Iudæos Deum cognoſcentes, lux propter gentes. Rem. Chriſtus ſol. 58. Hil. ciuitas, caro aſſumpta in qua velut quædam congregatio humani generis; non poteſt autẽ abſcõdi, quia admiratione [illegible] omnibus. 53. Aug. de Ser. Dom. modius menſura, recipiet enim quiſque quæ geſſit in corpore, temporalia etiam bona dierũ menſura tranſeunt. Chry. modij, homines mundi, deſuper vacui [illegible] ſpiritualibus, ſubtus, pleni. i. in terrenis ſapientes. Hil. Modius, Synagoga, certum obſeruantiæ modum [illegible] continens. Amb. in Luc. nemo fidem intra legis menſura includat, ſed ad Eccleſiam conferat. Beda in hom. Chriſtus accendit lucernam, qui teſtam humanæ naturæ flamma ſuæ diuinitatis impleuit, [illegible] a vnius gentis terminos cohibuit. Hil. Chriſti lucerna in ligno per paſſionem ſuſpenſa. 71 Int. qui vos faciet cæleſtes.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

*4[illegible] ſcilicet, vniuerſa. 48. μωρανθῇ infatuatum fuerit. i. factum inſipidum. 49. id eſt, per quid eius virtus [illegible] ¶ * pro, vt ponant. 64. id eſt, Eccleſiam vide Apoc. 1. e. id eſt, perfectio vitæ & doctrinæ 6[illegible] pro[illegible] identes vel [illegible]. Hebr. ſ. καταλῦσαι, diſſoluere, deſtruere. 73. ſcilicet datam per M[illegible]en. 74. ſ. ſeruando legem, implendo promiſſa, addendo noua præcepta, dando implendi virtutem.*

[77] tranſeat [78] cælum & terra, [79] iota vnum, aut vnus [g] apex nó [80] præteribit à lege: [81] donec [82] omnia fiant. [83] Qui ergo [84] ſoluerit vnum de mandatis [85] iſtis [86] minimis, & [87] docuerit ſic homines: [88] minimus vocabitur in [89] regno cælorum. Qui autem fecerit & [90] docuerit, hic [91] magnus vocabitur in regno cælorum. [92] Dico [h] autem vobis, quia niſi [93] abundauerit [94] iuſtitia veſtra plus quàm [95] Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in [96] regnum cælorum. [97] Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non [98] occides: qui autem occiderit, reus erit [99] iudicio. Ego [100] autem dico vobis, quia omnis qui [101] iraſcitur [102] fratri ſuo,

SENS. LIT. IN CAP. V.

78. Int.i.donec elementa mutentur de hac mutabili forma in immutabilitatem. 79. Aug.de ſer.do. Iota minima eſt literarum, apex verò eius particula in ſummo. ſignificat ergo minima quæque ad effectum perducenda. 80. Int.non remanebit quin impleatur in capite vel in corpore. 81. Int.pro, quin. 82. Glo. Spiritualiter impleantur, vel imperfecta perficiantur, & ſignificantia impletione conſummentur. 83. Int.quia omnia fient, ergo qui, &c. 84. Int.vel non agendo, vel non credendo. 85. Chry.ſ.quę modo dicturus ſum. 86. Chry.in hom.loquitur de præceptis ſuis humiliter. Int. minima ſunt quæ inchoant homines. Aug.de ſer.Do. præcepta legis minima, Chriſti magna. 87. Int.i.ſicut ſoluit. 88. Int. i.deſpectiſſimus eſt in Eccleſia ſanctorum. 89. Int.ſ.ab illis qui ſunt in regno cælorum. Chry. in hom intellige ſupplicium & gehennam. Regnum enim dicitur etiam tempus reſurrectionis. 90. Int.ſ. ſic. 91. Int.licet in præſentia abiectus. Aug.non qui illa minima, ſed qui ea quæ Chriſti fecerit & docuerit, magnus. 92. Int.quomodo ergo faciendum? dico Glo. magnam vim & profundam intelligentiam habet illud, Dico autem. 93. Int quod fit ſpiritu conſilij, & gratia miſericordiæ Dei. Glo.i. niſi impleueritis etiam præcepta quæ addo. 94. Chry.iuſtitiam dicit vniuerſalem virtutem, cõfirmat autem hic vetus teſtamentum comparando ad nouum. 95. Int.quæ eſt in præceptis vitæ inchoatiuis. Aug. 9. de ciu. qui dicunt, & non faciunt. q.d. niſi faciatis quod docetis, non intrabitis, &c. 96. Aug.con.Fauſt. hoc nomen neſcio an quiſquam in veteri Teſtamẽto inueniat, propriè enim pertinet ad reuelationem noui. 97. Glo.oſtendit quæ ſit iuſtitia Phariſæorum. Chry.oſtendit ſe eſſe qui locutus eſt in lege, ponens primam prohibitionem eorum quæ ſunt contra proximum. 98. Aug.1.de ciu.c.20. non intelligitur de irrationabilibus, eorum enim vita & mors noſtris vſibus ſubditur, ſed de homine.ſ. non occides, nec alterum, nec te. contra quod tamen non faciunt qui poteſtate publica ſceleratos puniunt, aut Deo iubẽte aliquem occidunt. Excuſatur verò Sanſon ſe occidens, quia latẽter Spiritus hoc iuſſerat. 99. Int. vt iudicio puniatur legis. 100. Int.plus impono, nõ iraſci. Chry.in hom. nullus antiquorum ita locutus eſt, erant enim ſerui quæ ſunt Domini annunciantes. 101. Glo.neſciebant homicidium eſſe, niſi peremptionem. oſtendit ergo motum animi ad nocendum in homicidium computari. 102. Int. non fratri iraſcitur, qui peccato iraſcitur. Glo.quidam addunt ſine cauſa. quia naturale eſt iraſci. vnde: iraſcimini, & nolite peccare. iuſta ira mater eſt diſciplinæ. ira cum cauſa iudicium eſt, non ita. Aug.9.de ciu.cap.4. in diſciplina Chriſtiana non tam quæritur vtrum pius animus iraſcatur, ſed vnde. Chry. qui cum cauſa iraſcitur, reus nõ erit. Si enim ita nõ fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia ſtant, nec crimina compeſcũtur. qui cũ cauſa non iraſcitur, peccat. Patientia enim irrationabilis vitia ſeminat, negligentiã nutrit, & ad malũ etiã bonos inuitat. Hie.in veris codicib. nõ additur ſine cauſa. Aug.li.1.Retr.c.19. qui fratri nõ peccato iraſcitur, ſine cauſa iraſcitur. Idẽ 14.ciu.c.9. Iraſci vt proximus corrigatur, nõ reprehẽditur.

SENS. MYST. IN CAP. V.

77. Int.quia non omnia iam, ſed ſenſim fient. 79. Rab. Iota Græcis decem, Decalogi verò apex & perfectio, Euangelium. Glo.oſtenditur Sacramentis plena eſſe quæ minima putantur in lege. 89. Greg. in hom. cuius vita deſpicitur, reſtat vt prædicatio contemnatur. Hier. non prodeſt docere doctrinam quam minima culpa deſtruit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

79. Iod minima Hebræarũ litterarũ. g. i. ſummũ litterarũ faſtigiũ: vel quæ puncta dicuntur, & accẽtus. Quidam hæc poſt Hieronymi tempora inuenta dicunt: eſt autem hyperbole non enim de litteris ſermo eſt quæ poſſunt interire ſed de rebus. 85. ſ. legis, vel meis quæ addo. 86. id eſt, etiã ſi ex minimis ſit 87. ſ. non eſſe ſeruanda. 88 i. indignus erit qui admittatur in cælum, aut qui inter fideles numeretur. h. ſ. omnia. 92. ſ. quia fecit, & docuit. l. Græc. enim. 95. quæ ferè ſita in exterioribus Scribæ & Pharisæi optimi habebantur. 99. ſ. ſecundùm explicationem Scribarum. iudicio autem, id eſt, pœna, ſeu condemnationi. 101. Græ additur eicῆ temerè, ſeu ſine cauſa. 102. id eſt, proximo Hebr.

[103] reus erit iudicio. Qui [104] autem [105] dixerit [m] fratri ſuo,racha : [106] reus erit [107] concilio. Qui autem [108] dixerit, [109] fatue : reus erit [110] gehennæ ignis. Si ergo [111] offers munus [112] tuum ad [113] altare, & ibi recordatus fueris quia [114] frater tuus [n] habet aliquid aduerſum te : [115] relinque ibi munus tuum ante altare,& [o] vade prius [116] reconciliare [117] fratri tuo : & tunc [118] veniens [119] offer munus tuum. [120] Eſto [121] conſentiens [122] aduerſario tuo

Sens. Lit. In Cap. V.

103. Int.id eſt dignus accuſatione. 104. Aug.de ſerm.Dom.in primo eſt ira ſola, in ſecundo ira, & vox iram ſignificans. in tertio vituperatio. tria etiam in reatu. iudicium, concilium, & gehenna. in primo defenſioni locus,in ſecundo ſententiæ prolatio,in tertio certa damnatio. 105. Int.qui de motu prorumpit in vocem indignationis. m. Aug.ſub.ſine cauſa. 106. Int. interiectio eſt indignationem exprimens.Chry.in hom.eſt verbum contemptus. Hier. ſignificat vacuum, vt ſi diceremus hominem abſque cerebro.Chry.indignum eſt hoc dicere homini habenti Spiritum ſanctum. Auctor. vide additionem. 107. Int. id eſt conceſſui iudicum.Hil.concilio ſanctorum. 108. Aug. ſub.ſine cauſa. Paulus quidem Galatas ſtultos vocauit,ſed non ſine cauſa. 109. Int.id eſt, vſque ad conuitia proceſſerit. Chry.Racha,Iudæi non ex odio aut ira,ſed ex motu vano dicebant. itaque differt à nomine fatui dicentis propoſito. 110. Rab.id eſt,inferni cruciatui. ductum nomen ex valle idôlis conſecrata iuxta Hieruſalem,& cadaueribus plena.Chry.in hom.non parum æſtimes fratrem ſtultum vocare, auferens ei intellectum quo homines ſumus.Chry.concilium & iudicium pœnæ in præſenti, Gehenna in futuro. 111. Int. quia non licet iraſci,ergo multo minus odio habere. 112. Int.boni operis ſacrificium. 114. Int.ſcilicet,quem læſiſti.Aug.de ſerm.Dom.nam ſi ille te læſit,habes aliquid contra ipſum, nec opus eſt pergas ad reconciliationem,ſed tantum dimittas.Chry ſi ille te læſerit,& prius rogaueris,magnam habebis mercedem. 115. Int.coram Deo.Glo.donec placabilius offeras, non enim munus repellit,ſed charitatem proximi quærit.Chry.non vult Deus ſacrificium à diſcordantibus,vide autem vt Deus plus hominum vtilitates reſpiciat quam ſuos honores. o. Augu. Abſurdum eſt credere relicto munere quærendum illum eſſe per mare,ſi trans mare ſit, pergendum ergo eſt non pedibus corporis, ſed motibus animi ad reconciliationem. 116. Chry. qualis præceſſit offenſa, talis ſequatur reconciliatio.ſ. vel cogitatione,vel verbis,vel opere. 117. Int.quantum in te eſt, emendando quod peccaſti, quod facere nequit niſi ſpiritu humilitatis fundatus, & timens Deum. 118. Int. intentionem reuocans ad id quod cœperas. 119. Int. ex ſpiritu lenitatis. 120. Int. haſtenus de proximo, hic pacem iubet habere cum aduerſario. 121. Hier.Græcè beneuolus,ſeu benignus. 122. Aug.de ſerm. Dom. vel Deo qui ſuperbis reſiſtit, & vbique eſt, vel eius præcepto, quod aduerſatur peccare volentibus. Hieronymus & ad concordiam proximi hortatur. Chryſoſtomus. Feſtinandum ad amicitiam inimicorum, quamdiu viuimus.

Sens. Myst. In Cap. V.

113. Int. id eſt, ad Chriſtum.

Addit. Auct. In Cap. V.

103. i.obnoxius,ἔνοχος. 106. vox Chaldaa רקא nam Hebr. רק à ריק euacuare, quaſi vacuus cerebro, ſeu fatuus. 107. συνεδρίῳ i. iudicium conſenſui.ſ.trahetur in ius. 110. pro, gehenna incendio. Hebr. dicta autem gehenna à Gehinnen ſeu Geben hinnon,i.valle filiorum Hinnon.vide Ioſ.15.& 19. & Ier.7. & 17.In ea Iudæi idolo Moloch filios exuſtos offerebãt,dicta etiam Topheth,à Toph.i.tympano, quod pulſantes adolerent infantes. Sumitur verò gehẽna pro inferno. Nota verò loci huius totius,alioqui obſcuri, & haud ſcio an à quoquam intellecti eorum qui commentaria ſcripſerunt, facilem explicationem accepram ab eo qui me docuit prima Hebraica lingua rudimenta Sic ergo legendus locus, Qui dixerit fratri ſuo Raca,&c ſub.dictum antiquis,id enim ex perſona illorum dicitur,non ex perſona Chriſti. qui autem dixerit,fatue,ſub.dico ego. itaque ſenſus eſt,veſtra doctrina homicidam condemnat,ego iraſcentem etiã. veſtra dicentem Racha ſeu fatuum,ad concilium vocat,ego in infernum mitto.Similem loquẽdi modum lego inf ca.23. vbi dicit Chriſtus, Et quicumque iurauerit in altari, nihil eſt,vbi.ſub. dicitis vos,nec enim Chriſtus ex propria, ſed ex illorum id perſona dicit.Sic & Luc.7. Magiſter dic, Duo debitores. ſub. dixit Chriſtus,alioqui ex contextu videntur verba Simonis. n. ſimilis phraſis. Apoc. 2. o. ſi.ſ. opportunitas eſt loci,temporis, &c. 120. exemplo humano, & veluti parabola concordiam commendat, nempe vt praſtat aduerſario reconciliari,potius quàm ab eo in ius vocari, ita fratri læſo priuſquam ad Dei iudicium voceris. 122. id eſt,qui in ius trahit, ſeu qui litem intendit νομικῶν.

[123] citò dum es cum eo in [124] via:ne [125] fortè [126] tradat te aduerſarius [127] iudici,& iudex tradat te mi-
[p] niſtro,& in [128] carcerem mittaris. Amen dico tibi,non exies inde [129] donec reddas nouiſſi-
mum [130] quadrantem. Audiſtis quia [131] dictum eſt antiquis, Non mœchaberis. [132] Ego autem
dico vobis,quia omnis qui [133] viderit mulieré ad [134] concupiſcendam eam, iam [135] mœchatus
eſt in corde ſuo. Quod ſi [136] oculus tuus [137] dexter [138] ſcandalizat te,[139] erue eũ,& [140] proiice abs te:
[141] expedit enim tibi vt pereat [142] vnum membrorũ tuorum, quàm totum [143] corpus tuũ mit-
tatur in [144] gehennam. Et ſi [145] dextera manus tua ſcandalizat te,[146] abſcinde eam, & proiice
abs te:expedit enim tibi vt pereat [147] vnum membrorum tuorum, quàm totum [148] corpus
tuum eat in gehennam. [149] Dictum eſt autem, Quicumque dimiſerit vxorem ſuam,

SENS. LITER. IN CAP. V.

123. Glo. ne differas in craſtinũ. Int. nemo enim nouit quãdo de hac vita exeat, 125. Glo. non aufert pœnitentiæ locum. 126. Glo. cauſa ſit cur tradaris. Hil. manans in eũ ira, te arguit. 127. Aug. de ſer. Dom. Iudex eſt Chriſtus, miniſtri Angeli. 128. Int. in tenebras exteriores. 129. Int. ſ. numquam. Aug. de ſer. Do. ſẽper ſoluet quadrantẽ, quia pœna æterna. Chry. illic etiam de leuibus peccatis exigentur ſupplicia. 130 Hier. i. minuta peccata ſoluas, quadrãs enim duo habet minuta, Aug. de ſerm. Dom. nihil impunitum relinquitur. 131. Int. ſ. à Moyſe. Chry. in hom. procedit ad ſecundum præceptum. 132. Aug. 19. con. Fauſt. cap. 23. putabant illi ſolam corporalem commiſtionem vocari mœchiam, illud enim; Non concupiſces vxorem proximi, non de concubitu, ſed de ablatione putabant intelligendum. 133. Int. ſi anima titillata fuerit, propaſſio dicitur; quæ, etſi culpam habet, non tamen crimẽ. Hier ſi cõſenſerit, de propaſſione tranſiuit ad paſſionem, & huic non voluntas deeſt peccati, ſed occaſio. Glo. viſus ponitur pro omni motu qui eſt ad delectationem etiam interior. Propaſſio eſt ſubitus animi motus ſine deliberatione: paſſi autem affectio deliberati animi, ſi ſit locus perficiendi. 134. Glo. i. hoc fine & animo, vt concupiſcat, quod iã non eſt titillari, ſed planè conſentire. Int. concupiſcentia eſt mater adulterij Greg. 21. mor. ca. 2. non debet videri, quod non licet concupiſci. 135. Chry. quod viris dicit, hoc etiam ad feminas loquitur. Glo. vt bona voluntas, cùm deeſt facultas, remuneratur, ita deliberatio cum vitiorum molimine damnatur. 136. Aug. de ſerm. Dom. in oculo contemplatio, in manu actio rectè intelligitur. 137. Aug. dè ſerm. Dom. fortè hoc additum ad augẽdam vim dilectionis, dextrum enim oculum magis timemus amittere. q. d. quidquid ita diligis, vt pro dextero oculo habeas. non erat autẽ opus meminiſſe ſiniſtri, quandoquidem nec dextro parcendum eſt. Hier. in dextro oculo & manu propinquorum affectus intelligitur. 138. Aug. de ſerm. Dom. impedimẽto eſt ad beatitudinẽ. 139. Int. ne noceat errore, vel exemplo. 140. Int. ne aſpicias quo malè pereas. Glo. eruitur oculus, cùm frangitur malus vſus. proiicitur, cùm nec intrare permittitur. 141. Chryſoſtom. id eſt, expedit ſine vno reſpectu, aut vno opere bono ſaluari. 142. Int. i. ille quem habes, vt vnum membrum. 143. Int. id eſt, tu & ipſe. 144. Glo. populus Iſraël relicto templo, immolabat idolo Baal filios ſuos, ad radicem montis Moria, in valle irrigua, & plena delitiis. nomine Gehennon, id eſt, vallis Hennon, quo nomine futura ſupplicia deſignantur. 145. Int. id eſt, operatio proſpera. 146. Glo. non mẽbra corporis abſcindenda, ſed morum improbitas, & actionum. 147. Int. i. ille quem tu habes, vt membrum. 148. Int. i. tu cum illo. 149. Int. hic abundantior iuſtitia, quia ibi licet dimittere, hic nõ niſi cauſa fornicationis.

SENS. MYST. IN CAP. V.

124. Glo. Sermo Dei nobiſcum eſt in via Chriſti, in via autem ſeculi aduerſarius. 128. Chry. in anguſtias huius mundi plerumque peccantes mittuntur à Deo. 130. Aug. i. terrena peccata. terra enim elementorum quarta pars, & nouiſſima. Glo. prima ignis. i. charitas: ſecunda aër. i. vita: tertia aqua, qua renaſcimur: vltima terra. i. carnalis vita. 133. Chry. in hom. Femina quæ ſe ornando oculos omnium ad ſe attraxerit, etiamſi nulli plagam intulerit, pœnam patietur extremam, venenum enim confecit, etiamſi nullus bibat. 136. Aug de ſerm. Dom. oculus, conſiliarius. dexter, in diuinis, ſiniſter, in terrenis
139. Glo. ſi contemplatio vertitur in tædium vel arrogantiam, dimitte eam; & tranſi ad actiuam, quia melius eſt per actiuam ſaluari, quàm per contemplatiuam perire. Chry. non ſolum pro noſtris peccatis, ſed etiam proximorum quos prohibere poſſumus, dabimus rationem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

p. id eſt, executori ſententia. 130. Eſt quarta pars aſſis. dicitur etiam Teruncius à tribus vnciis. Mar. 12. duo minuta. 137. id eſt, chariſſima quaque & neceſſaria.

[150] det ei libellum repudij. [151] Ego autem dico vobis, quia omnis [q] qui dimiſerit [152] vxorem ſuá, excepta cauſa [153] fornicationis, facit eam mœchari: & qui [154] dimiſſam duxerit, adulterat. [155] Iterum audiſtis quia [r] dictum eſt antiquis, Non periurabis: [156] reddes autẽ Domino iuramenta tua. [157] Ego autem dico vobis, non [158] iurare omnino; neque per [159] cælum, quia [160] thronus Dei eſt: neque per [s] terram; quia ſcabellum eſt pedum eius; neque per [161] Hieroſolymam; quia [t] ciuitas eſt magni regis; neque per [162] caput tuum iuraueris, [163] quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autem [164] ſermo [165] veſter, [166] eſt, eſt: [167] non, non:

SENS. LIT. IN CAP. V.

150. Int. promiſſio fuit, non præceptum. Chry. ideo iuſſit hoc, non quia bonum, ſed quia remedium maioris mali: ne ſ. interficerent, erant enim illi genere Iſraëlitæ, ſed moribus Ægyptij. Hier. hoc ob duritiam cordis, non enim concedebatur diſſidium, ſed homicidium auferebatur. Aug. 19. con. Fauſt. c. 26. nolebat vxorem dimitti, qui hanc interpoſuit moram ſcribendi libelli, vt ſ. refractus animus deſiſteret, præſertim cùm eſſent adeundi Scribæ, quorum erat concordiam ſuadere. 151. Int. non ſoluo, ſed ſuppleo. q. Aug. de ſerm. Dom. non contra hoc facit, qui cum vxore ſpiritualiter viuit, non carnaliter: beatiora enim coniugia pari conſenſu continentiam ſeruantium. 152. Int. non concubinam. 153. Aug. de ſerm. Dom. cæteras moleſtias iubet pro fide coniugali fortiter ſuſtineri. Glo. in hoc rumpitur fides caſtitatis, & connubij, eſtque ipſa cauſa reatus ſui, non ille eam facit mœchari. Qui autem dimittit, à fornicatione debet eſſe immunis, nec aliam ducere dum illa viuit. Aug. de ſerm. Dom. nihil autem iniquius quàm vxorem dimittere eum qui & ipſe conuincitur fornicari. Chry. Si aliorum onera portare debemus, quanto magis vxorum? 154. Int. quia debet manere innupta, vel viro reconciliari. Chry. in hom. etiam poſtquam dimiſſa eſt, remanet dimittentis vxor. 155. Int. item in hoc non ſoluo ſed ſuppleo legem. 156. Glo. id eſt, ſi iurare contigerit, per Creatorem iurabis, non per creaturam. Hier. hoc tamquam paruulis conceſſum, vt iurarent per Deum, non quod rectè facerent, ſed quod melius eſſet Deo hoc quàm dæmonibus exhibere. 157. Int. longè facio à periurio, dum iurare prohibeo. Chry. nemo frequenter iurat, qui non aliquando periuret. 158. Int. ſerm. fidelis pro iuramento debet haberi. Aug. cont. mend. vult Chriſtus, vt quantùm in nobis eſt, iuramentum non affectemus. itaque non contra hoc fecit Paulus ſæpe iurans. Glo. Paulus neceſſitate iurauit, vt ei crederetur. Non penitus iurare prohibuit Chriſtus, ſed quod perfectius eſt, docuit; quod infirmitatis, indulſit, alterius infirmitas ad iuramentum cogit, dum veritati non credit. 159. Hier. Iudæorum peſſima conſuetudo per elementa iurandi, adeoque creaturas venerandi honore Dei, cùm eis eſſet præceptum non iurare niſi per Deum. Aug. de ſerm. Dom. non putabant ſe teneri iuramento, cùm per iſta iuraſſent. Glo. qui per creaturam iurat, illi debet iuramentum qui eam creauit, & regit. 160. Int. & ita in eũ per Deum iuras. Aug. de ſer. Dom. nõ habet Deus collocata membra, ſed dicitur ſedere in cælo tamquam præſentior ſit illic vis diuina: terram autem calcare quod minimam ſpeciem ordinet in extremis. 161. Int. quamuis iures per eam, non propter eam, ſed quia cultui Dei deputata eſt. 162. Int. quãuis ad te nihil magis videatur pertinere. 163. Int. q. d. quomodo noſtrũ eſt, qui poteſtatem faciendi, vel commutandi non habemus? 164. Int. quãdo neceſſitas iurare nõ cogit. 165. Int. qui iurare prohibuit, loqui docet. 166. Int. de re quæ eſt. 167. Int. de re quæ non eſt.

SENS. MYST. IN CAP. V.

159. Int. id eſt per iuſtum. ſ. Int. id eſt, per peccatorem. Glo. qui per iuſtitiam in infimis ordinatur. 166. Glo. ideo bis dicitur, vt quod ore dicis, operibus comprobes: & quod verbis negas, factis non confirmes.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

150. ſcilicet vt poſſit alteri nubere. 154. etiam ob fornicationem dimiſſa vxor manet, nec poteſt alteri nubere. r. Leuit. 19. 156. fortè eſt explicatio, ſeu adiectio Scribarum, quaſi dicat, præſtabis quod iuraſti. 158. ſ. quantum in vobis eſt. 160. ſumptum ex Iſaia vltimo. ſignificatur verò per hæc Dei magnitudo, imperium, & in omnibus præſentia. t. ſumptum ex Pſal. 47. 163. q. d. quia caput tuum non eſt, ſed omnia Dei, adeoq; per illa iurare, eſt per Deum iurare. 166. apparet Chriſtum dixiſſe Amen, Amen: Græcè enim ναὶ, id eſt, verè, ſeu certè. vide 2. Cor. 1. 167. vide Iacob. 5. eſt autem ſenſus, de re quæ eſt, dicite eſt: de re quæ non eſt, dicite non eſt.

quod autem his [168]abundantius eſt, à [169]malo eſt. [170]Audiſtis quia dictum eſt, [171]Oculum pro [172]oculo,& dentem pro dente. Ego autem dico vobis,non [173]reſiſtere [174]malo: ſed ſi quis te [175]percuſſerit in [176]dexteram maxillam [177]tuam,[178]præbe illi & [179]alteram:& [180]ei qui vult tecum in [181]iudicio contendere,& [182]tunicam tuam tollere,[183]dimitte ei & [184]pallium. Et [185]quicunque te [u]angariauerit [186]mille paſſus,[187]vade cum illo & [x]alia [188]duo.[189]Qui autem petit à te,

SENS. LIT. IN CAP. V.

169. Glo. non tuo,ſed illius qui iurare cogit,eius enim infirmitas malum eſt. Chry. in hom. ab infirmitate horum quibus lex iurare permiſit. 170. Int. nec hic legem ſoluo. 171. Int. ſcilicet, reddet. 172. Int. in lege retributio. Aug. 19. cont. Fauſt. 25. præceptum hoc ad reprimendas flammas in ſe inuicem ſæuientium. quis enim facilè contentus eſt tantum rependere vindictæ,quantum accepit iniuriæ: immoderata ergo vltioni lex modum figēs,pœnam talionis inſtituit. 173. Int. gratia in Euangelio. Glo. iuſtitia legis non plus reddere,quàm illatum eſt,iuſtitia Euangelij, non reſiſtere malo. Int. agitur hoc ſpiritu manſuetudinis. Hier. in lege culpa emendatur, hic peccatorum auferuntur exordia. Aug. de ſerm. Dom. non excedere vindictæ modum, pacis inchoatio, perfecta autem pax nolle vindictam. vult autem Dominus, non ſolùm non rependere irrogatum, ſed etiam non reſiſtere, quominus aliud irrogetur. 174. Int. non peccato, ſed temporali,de quo ſubdit, ſi quis te percuſſerit. 177. Int. tuam. 178. Int. non offerendo,ſed non reſiſtendo. Aug. de menda. ad Conſent. cap. 15. cùm Chriſtus alapa percuſſus eſt, oſtendit præbitionem alterius maxillæ in corde faciendam, fuit enim paratus,non ſolum in alteram maxillam cædi, ſed toto corpore crucifigi. Chry. qui repercutit, non compeſcit, ſed magis excitat,vt iterum percutiat. Aug. de ſerm. Dom. non prohibetur vindicta,quæ ad correctionem valet,pertinet enim ad miſericordiam,nec impedit propoſitum plura perferendi,faciendum tamen hoc habenti rerum ordine poteſtatem. Punierunt Sancti quoſdam morte,vt & viuētes timerent, & illi non grauius peccarent. quod poſſet accidere ſi viuerent. Idem Epiſt. 50. multis profuit prius dolore, vel timore cogi, vt poſtea poſſent doceri,aut quod didicerant facere; meliores quidem dirigit amor,ſed plures ſunt quos corrigit timor. Chriſtus Paulum prius coegit, & poſtea docuit. 179. Int. id eſt,totum corpus ad affligendum. 180. Aug. de ſerm. Dom. ſicut ſupra intelligebātur omnia,quæ reſtitui non poſſunt, niſi vindicta. ita hic ſignificātur quæ ſine vindicta reſtitui poſſunt id quod etiam ad præparationem cordis, & non ad oſtenſionem operis præcipitur. Et quod de tunica dicitur, intelligendum in aliis temporaliter noſtris. 187. Int. altercationis. Aug. de ſerm. Dom. omnia ergo intelliguntur de quibus iudicio contendi poteſt. 182. Int. veſtem interiorem. 183. Int. ſpiritu fortitudinis. Glo. infirmis licet ſua repetere,ſed non contendere. Chryſ. indigna res eſt fidelem ſtare in iudicio, ante iudicem infidelem,adde,quòd omne iudicium irritatio cordis eſt,& cogitationum malarum. Aug. de ſerm. Dom. ſi ſeruus rectius à te regitur quàm ab illo qui cupit auferre,neſcio vtrum quiſquā audeat dicere, eum vt veſtimentū debere cōtemni. Greg. 31. Mor. c. 10. prohibendi quidam ſunt ne rapientes non ſua, ſeipſos perdant. 184. Int. exterius. 185. Int. nō ſolum tua ſine altercatione,ſed teipſum præbe. Aug. de ſerm. Dom. tertium iniuriarum genus, quod etiam ſine vindicta poteſt reſtitui. u. Chryſ. in hom. angariare eſt iniuſtè trahere, & ſine ratione vexare. 186. Glo. iter ſabbati. 187. Int. non tam pede quàm animo. 188. Aug. de ſerm. Dom. ſi milia, vt tria compleri voluerit, quo numero ſignificatur perfectio: adde, quòd veluti gradus ſunt in dictis: in altera enim maxilla minus perferre paratus es quam pertuliſti,fuerat enim dextera percuſſa. In pallio, aut tantundem eſt, aut non multo amplius,hic autem duplum additur. 189. Int. hoc addit,quia parum eſt omnia tolerare,niſi des beneficium.

SENS. MYST. IN CAP. V.

175. Int. diſputando. 176. Int. ſ. conſcientiam quæ ſecundùm Deū eſt culpando,quod in nobis præcipuum eſt. 179. Hier. non ſiniſtra, ſed altera dextera myſtico intellectu præbenda (iuſtus enim ſiniſtram non habet) itaque oppugnanti vnum dogma, opponendum alterum. 184. Gloſ. pro tunica, id eſt,anima, pallium, id eſt, corpus dimittendum. Item cùm exigitur confeſſio vitiorum interiorum,ne erubeſcas etiam exteriora confiteri. 188. Glo. alia duo vadit, quidum corpore in ſeruitutem redigitur,ſpiritu & anima,id eſt,ratione,& voluntate redigi paratus eſt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

168. ipſum ſ. iuramentum. 169. ſcilicet,proprio,aut alieno. 182. Luca 6 dicitur,tollenti veſtimentum,ſeu pallium. & tunicam dimittendam: itaque ſenſus eſt,tollenti vnam veſtem,etiam alteram dimittendam. u. id eſt,compulerit,ſeu inuitum deduxerit. x. Gr. non eſt alia.

[190] da ei:& volenti [191] mutuari à te,non [192] auertaris. Audiſtis quia dictum eſt, [193] Diliges [194] proximum tuum,& [195] odio habebis [196] inimicum tuum. Ego autem dico vobis, [197] Diligite [198] inimicos veſtros, [199] benefacite his qui oderunt vos : & [200] orate pro perſequentibus , & calumniantibus vos : [202] vt [203] ſitis [204] filij [205] Patris veſtri [206] qui in cælis [207] eſt,qui [208] ſolem [209] ſuum [210] oriri facit ſuper [211] bonos & [212] malos,& [213] pluit ſuper

Sens. Lit. In Cap. V.

190. Int. rem,vel correptionem, quia iucundus homo qui miſeretur, & commodat; diſponit ſermones ſuos in iudicio,quia in æternum non commouebitur. Aug.de ſerm. Dom. da quæ honeſtè & iuſtè potes,non enim dixit omnia petenti da,ſed omni petenti. Glo.ſi deeſt facultas, da affectum verbo, vel obſequio,da ita,vt nec tibi noceat,nec alij. Aug.epiſt.48. vtilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiá negligat idem de ſerm.Dom.aliquando melius aliquid dabis,cùm iniuſtè petenté correxeris. 191. Glo.aliquando qui donat,non vult cõmodare. 192. Int.ne alienes voluntaté,hilarem enim datorem diligit Deus.Aug.cùm ex præcepto Dei facis,non poteſt eſſe infructuoſum, non ergo auertaris quaſi Deus non ſit redditurus,cùm homo reddiderit.Chry.mutuũ dandum, ſed non ſub vſuris, hoc enim eſt non ſua dare,ſed aliena tollere. 193. Int. beneficium quod inchoantis iuſtitiæ eſt. Gloſ.qui legem implere venit, in fine ad charitatem plenam perducit, quæ eſt impletio legis. 194. Aug.1.de doct.Ch.c.30.nullus homo excipitur,vt patet ex parabola ſemiuiui relicti. 195. Glo.fortè intelligendum iuxta illud,oculum pro oculo;vel ſubtrahendo officia humanitatis. 196. Int.maleuolum, quod eſt infirmis permiſſum non præceptũ. Aug.19.cont. Fauſt.c.24.oderimus inimicũ propter iniquitatem, diligamus verò in eo rationalem creaturam,quod bonũ eſt. Ferebantur Iudæi,cùm audirẽt,oderis inimicum tuũ,odio in homines,cùm deberent ſolum vitiũ odiſſe,& naturã diligere. 197. Int.quod perfectum eſt,non impoſſibile.Greg.22.Mor.c.10.& 11.qué quis cecidiſſe lætatur,aut non vult eſſe meliorem,non eum amat,poteſt tamé accidere,vt non amiſſa charitate & inimici ruina lætificet, cùm eo ruente,quoſdá bene erigi credimus,& gloria cõtriſtet cum eo proficiẽte pleroſque iniuſtè opprimi timemus.Congaudendum quidem iuſtitiæ iudicis,ſed condolendum miſeriæ pereuntis. 198. Int.non ſolum non odio habeatis. ¶ hæc eſt latitudo conſummatæ charitatis. ¶ diligẽdi inimici,non tamen vitia odio,natura dilectioni eſt habenda.Glo.at Iohãnes tantùm videtur monere,vt fratres diligamus, ſed fratres vocat etiam qui credituri ſunt,pro quibus orandum,vt fraterno nobis fœdere ſocientur.

199. Glo.pugnãt aduerſarij cõtra Eccleſiam,odio,verbis,cruciatu,hæc verò cõtra diligit,bene facit, & orat,vt omnes partes malitiæ,bonitate vincantur,benefacit etiá,qui dicit,cum eiuſmodi nec cibum ſumere,omnia enim eò ſpectant vt fratres fiant. 200. Hier.hoc Chriſtus fecit,dicens : Pater ignoſce illis.Aug.de ſer.Dom.imprecationes Prophetarũ,ſunt futurorũ prædictiones.Quod auté Iohannes ait, non orandum pro peccante ad mortem, indicat eſſe aliqua peccata in fratribus, inimicorũ perſecutione grauiora.Stephanus enim pro perſequentibus orauit,iiſque,qui nondum Chriſto crediderãt,illa verò petitio martyrũ in Apocalypſi,vt vindicentur,non contra homines eſt , ſed contra regnum peccati, vt euertatur , quod fit partim correctione hominum , partim damnatione perſeuerantium in peccato; vel clamant,non voce,ſed ratione,vt ſanguis Abel , non enim tam impatientes ſunt , vt vrgeant fieri, quod ſciunt præfinito tempore eſſe futurum. 202. Int.vt dignitaté ſuam hæredes intelligãt.Chry.in hom.quia magnum erat præceptum,præclarum præmium ſubdit. ſ. fieri ſimiles Deo. 203. Int.in re quod iam eſt in ſpe. 204. Glo.non degeneres. 205. Glo.nam dicitur Pater,videte vt ſitis filij.Aug. de ſer.Dom. Si quis præcepta Dei cuſtodiat,filius Dei efficitur. 206. Int.qui ſimiliter facit. 207. Int. id eſt,in ſanctis electis. 208. Int. hoc exemplum pietatis eſt , quamuis & ſpiritualiter poſſit accipi.

209. Int.iuſtitiæ vnde dicitur,Vobis orietur Sol iuſtitiæ,vel hunc viſibilem. Auguſt.iniqui in libro Sapientiæ plangunt, Sol non ortus eſt nobis. Et ſcriptum eſt, Mandabo nubibus ne pluant.Gloſ.Item, ſuper vnam ciuitatem pluit,& non ſuper alteram. 210. Aug.quem ipſe fecit, quanto ergo magis nos præſtare debemus,quod eius munere accepimus? 211. Int.beneuolos. 212. Int.maleuolos.

213 Int.imbrem doctrinæ,vel pluuiam,vt terra fructificet.

Sens. Myst. In Cap. V.

209. Hi.In baptiſmi & ſpiritus Sacramento tribuit ſolem & pluuiam.Aug.de Serm. Dom.Sol iuſtitiæ,pluuia doctrinæ,bonis enim & malis apparuit,& euangelizatus eſt Chriſtus.

Addit. Avct. In Cap. V.

192. id eſt,auerſeris,reycias,vel ne ab eo auertaris. 195. ſic Scribæ legem interpretabantur,cùm alioqui Exod.23.contrarium dicatur. 203. imitatione,vel vos eſſe demonſtretis.

iuſtos

[214] iuſtos & iniuſtos. [215] Si enim diligitis eos qui vos diligunt, [216] quam [217] mercedem habebitis? nonne & [218] publicani hoc faciunt? Et ſi [219] ſalutaueritis fratres veſtros tantùm, quid [220] amplius facitis? nonne & [221] ethnici hoc faciunt? Eſtote [222] ergo vos [223] perfecti, [224] ſicut & [225] Pater veſter cæleſtis [226] perfectus eſt.

SENS. LIT. IN CAP. V.

214. Chry. Omnia bona Deus dat propter ſanctos, ſed non ſeparat peccatores, ne deſperent, ſicut à flagellis quæ propter peccatores, non ſeparantur iuſti, ne glorientur. Aug. 1. de ciu. cap. 8. & temporalia bona & mala, vtriuſque communia, vt nec bona cupidiùs appetantur quando habent etiam mali, nec mala turpiter euitentur quibus & boni afficiuntur. 215. Int. Amare amantem, naturæ eſt, inimicum, charitatis. 216. Int. ſ. ex dilectione. q. d. in cælo nulla. 217. Int. merces filiorũ adoptio eſt. 218. Int. qui publica vectigalia exigunt, vel publica negotia ſeculi & lucra ſectantur. Glo. exactores Romanorum, ita à Iudæis dicti, quod de republica curam gererent quamquam dicuntur nomen traxiſſe à Publio Romano primo eorum inſtitutore. 219. Int. ſalutatio eſt quædam ſpecies orationis. 220. Int. q. d. in hoc nõ plus facitis quàm Gẽtiles, ex humano affectu hoc faciẽtes. 221. Int. i. gentiles, ethnos Græcè, Latinè gẽs. 222. Int. vt filij Patris eſſe mereamini. 223. Int. ſecundũ modũ hominũ, vt quæratis prodeſſe inimicis. 224. Int. imitatione, non æqualitate. 225. Int. tota Trinitas hîc intelligitur per Patrẽ. 226. Int. ſecũdũ quod Deus per naturã. Remig. Deus perfectus, vt Omnipotens; homo autẽ, vt à Deo adiutus. Chry. Filij carnales ſimiles patribus in corpore, ſpirituales autẽ Deo in ſanctitate.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

215. ſub. tantum. 218. infames hi apud Iudæos. 220. περισσὸν eximium, aut ſupra cæteros.

CAPVT VI.

ATTENDITE [1] ne [2] iuſtitiam veſtram faciatis coram [3] hominibus, vt [4] videamini ab eis: alioquin [5] mercedem non [6] habebitis apud [7] Patrem veſtrum qui

SENS. LIT. IN CAP. VI.

1. INT. q. d. in his omnibus finem iuſtitiæ ne ponatis in hominum laude. Glo. hactenus de miſericordia, & Euangelij iuſtitia, nunc de cordis munditia. Chry. in ho. inuiſibilis ſerpens eſt, quem obſeruare iubemur, & latenter ingreditur. 2. Int. id eſt, opera iuſtitiæ quæ abundat pluſquam Scribarum & Phariſæorum. 3. Int. ſ. appetendo laudem eorum. 4. Int. ſ. hoc fine. Chry. in hom. qui non facit vt videatur, non videtur coram hominibus feciſſe, ſolum enim Deum in corde habet, propter quem facit. Aug. de ſer. Do. Paulus omnibus per omnia placebat, vt eos ad Deum conuerteret. Sunt qui faciunt opera non vt videantur ipſi, ſed opera, vt glorificetur Deus. Glo. non prohibet Chriſtus videri, vt Deus laudetur, ſed vt ipſi laudentur. 5. Int. hoc enim deputatur pro mercede, cuius amore fit. 6. Chry. quod enim propter Deum non fit, non Deo datur. 7. Int. cuius amore non feciſtis. Glo. cuius gloriam filij quærere debent.

SENS. MYST. IN CAP. VI.

4. CHRY. Concupiſcentia vanæ gloriæ magis vexat ſeruos Dei, quàm ſeruos diaboli. Proſp. li. ſent Aug. ſent. 317. quas vires ea nocendi habeat, non ſentit, niſi qui ei bellum indixerit, difficile quidem eſt gloria non delectari cùm offertur. Greg. 8. mor. cap. 38. infirmi quia perfectè contemnendo laudem, vanam gloriam non ſuperant, neceſſe eſt vt bonum quod operantur abſcondant. Chry. qui te laudat, ſi non propter Deum te agere putaret, vituperaret magis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

2. id eſt beneficentiam, ſeu eleemoſynam, hanc enim Scriptura ſolet iuſtitia nomine appellare. Et quidem nunc exemplaria Græca eleemoſynam habent. ἐλεημοσύνην. & paulo poſt ſequitur, Cùm ergo facis eleemoſynam. 4. ſ. captantes humanam gloriam.

in cælis eſt. [8] Cùm ergo facis [9] eleemoſynam, [10] noli [11] tuba canere ante te, [12] ſicut hypocritæ [13]
faciunt in [a] ſynagogis, & in vicis, [14] vt honorificentur ab hominibus: Amen dico vobis,
[15] receperunt mercedem [16] ſuam. [17] Te autem faciente eleemoſynam, [18] neſciat [19] ſiniſtra tua quid
faciat [20] dextera tua: vt ſit eleemoſyna tua [21] in abſcondito, & Pater tuus [22] qui [23] videt in ab-
[b] ſcondito, [24] reddet tibi. Et cùm [25] oratis, nõ eritis [26] ſicut hypocritæ, qui [27] amant in ſynagogis,
& [28] in angulis [c] platearum ſtantes [29] orate, [30] vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis,
[31] receperunt [32] mercedem [33] ſuam. Tu autem cùm [34] oraueris, intra [35] in cubiculum tuum,

SENS. LITER. IN CAP. VI.

8. Aug. de ſerm. Dom. generaliter dicta per partes explicat. Chry. ponit verò eleemoſynam, orationem, & ieiunium, contra tria de quibus tentatus Chriſtus. ſ. gulam, auaritiam, & vanam gloriam. Amb. incipit ab eleemoſyna, quia ſumma diſciplinæ Chriſtianæ in miſericordia & pietate eſt. 9. Int. eleemoſyna eſt pars iuſtitiæ. 10. Int. id eſt, noli velle innoteſcere. 11. Glo. fortè hoc faciebant, vt omnes irent quaſi ad ſpectaculum. 12. Int. ad gloriam tuam. Glo. vt ante alios lauderis. 13. Int. hypocrita eſt, qui ſimulat quod non eſt. Iſid. 10. Etym. cap. 8. ductum nomen ab his qui in ſpectaculis alterius perſonam agunt. 14. Int. eo fine. 15. Int. merces ſua laus humana quam acceperunt. 16. Int. & non Dei. Aug. de ſerm. Dom. à Deo accipiunt fallaciæ ſupplicium. 17. Int. quia ſunt aliqui qui fauorẽ quærunt cum aliqua mercede æterna. 18. non ſe miſceat laudis appetitus, vel vitium aliquod. Glo. quod agit virtus, neſciat elatio. Chry. in ho. id eſt, ſi poſſibile eſt, tu ipſe ignora. 19. Glo. id eſt, delectatio laudis. 20. Int. dum præcepta Dei implere contendis. Glo. dextera, intentio implendi præcepta Dei. 21. Int. id eſt in bona conſcientia, vbi homo non videt. 22. Int. qui eſt diſcretor intentionum. 23. Glo. videre Dei, eſt approbare. 24. Aug. de ſerm. Dom. in multis Latinis exemplaribus habetur, reddet tibi palam, ſed non in Græcis. Chry. manifeſtat Deus in hoc ſæculo bonum opus, & in altero glorificat. Chry. in hom. ſi vis habere inſpectores, non ſolùm Angelos habes, ſed & Deum. 25 Chry. Eleemoſyna præparatio eſt orationis, excitat enim fidem, & dat animæ confidentiam. itaque poſt eleemoſynam de oratione nos inſtruit. Aug. de ſer. Dom. non monet vt oremus, ſed quo modo oremus; vt ſupra non eleemoſynam faciendam, ſed quo animo. Chry. Oratio eſt velut tributum de viſceribus animæ Deo oblatum. 26. Chry. in hom. qui ſe fingunt orare vt homines circumſpiciant. 27. Chry. In conuentu fidelium orare laudabile eſt, iuxta illud: In Eccleſiis benedicite Deum, modo ne vt ab hominibus videaris. Qui ſolum Deum aſpicit, etſi oret in ſynagoga, in deſerto videtur orare. 28. Int. vt melius videri poſſent. Glo. anguli platearum vbi quadriuium ſit. 29. Int. non humiliati. 30. Int. hoc fine, quia in hoc conſtituunt finem orationis. Aug. de ſerm. Dom. non, videri nefas, ſed id agere vt videatis. 31. Chry. vbi quis ſeminat, ibi metit. 32. Int. laudem hominum, quam petierunt. 33. Int. ſuam, non Dei. 34. Int. non extra quærendo Deũ. Chry. Teſtis orantem grauat, non adiuuat. Cypr. de Orat. Do. ſer. 6. conuenit orare in abditis locis, vt ſciamus Deum vbiq; præſentẽ. 35. Aug. de ſer. Dom. 1. cor.

SENS. MYST. IN CAP. VI.

13. Greg. 13. mor. cap. 14. aliud eſt infirmitate peccare, aliud callida ſimulatione, quod eſt hypocritarum. 21. Int. nihil extra quærat, ſed abſcondatur; ſic, quod vita tua cum Chriſto ſit abſcondita. Glo. nullis miſceatur tenebris, tenebræ enim extra, lux intus. 28. Glo. in angulo orat, qui in abſcondito ſe orare ſimulat, eſt tamen in platea cum famam captat. 35. Glo. id eſt, cordis ſecretum. oſtium autem eſt carnalis ſenſus, cui [illegible]dum eſt. in[illegible] eſt autem, id eſt, totus homo interior colligendus in[illegible], vel oſtium eſt amor & timor ſeculi, quibus clauſis, id eſt, ablatis, orandum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

11. tubæ ſonitu pauperes ad locum eleemoſynæ conuocabantur, quod Dominus non improbat, ſed abuſum. 13. hypocrita dicitur qui fictam perſonam in fabula agit. Inde pro eo ſumitur qui fingit & ſimulat ſanctitatem. a. id eſt, conuenticula. 15. laudem humanam quam venabantur. 18. hyperbole, quaſi dicat ita ſit occulta vt ne tu ipſe quidem ſcias ſi fieri poteſt. b. conſcientiam ſcilicet tuam. 28. Flexibus viarum, quaſi dicat iuxta compita & triuia. c. id eſt, latarum viarum, vbi maior populi concurſus, 29. ſic ferè orabant Iudæi, vt apparet ex oratione Phariſæi apud Lucam. 30. [illegible]*, vt ſpectentur velut in theatro.*

& clauſo

[36] & clauſo oſtio, ora [37] Patrem tuũ in [38] abſcondito: & Pater tuus qui videt in abſcondito,
[40] reddet tibi. [41] Orãtes autẽ nolite [42] multũ loqui, ſicut [43] ethnici faciũt: [44] putant enim quod in
multiloquio ſuo exaudiantur. [45] Nolite ergo aſſimilari eis: [46] ſcit enim Pater veſter quid
opus ſit vobis, antequã petatis eũ. [47] Sic ergo [d] vos [48] orabitis, [49] Pater [50] noſter qui es in [51] cælis,

Sens. Lit. In Cap. VI.

36. Int. repulſis omnibus quæ improbè ſe ingerunt. Cypr. de orat. Dom. ſerm. 6. Non clamoribus oris orandus Deus, ſed tacito corde. Caſſ. coll. 9. ca. 34. orandum in ſilentio, vt inimicos noſtros lateat petitionis noſtræ intentio. 37. Int. ſic ora, vt filius. ſ. ſecundùm quod renatus, & ad quod renatus. Glo. Patrẽ quẽ intus per fidẽ habes. Int. qui adoratur in ſpiritu, & veritate. 38. Int. i. cordis intimo. 40. Int. ſ. fructum orationis, & mercedem fidei. Chry. in hom. debitorem ſe tibi conſtituit. 41. Int. vult Deus vt oretur, ideo, vt deſideranti det, & ne vileſcat quod dederit. 42. Caſſ. colla. 9. ca. 35. Frequenter, ſed breuiter orandum. Aug. epiſt. 121. cap. 10. non eſt multiloquium ſi diutius oretur, & Chriſtus prolixius orauit, vt nobis exemplum daret. Dicuntur in Ægypto monachi crebras habere orationes, ſed breuiſſimas, ne per productiores moras hebetetur intentio; quæ tamen ſi perduret, non eſt rumpenda. Multum loqui, eſt rem ſuperfluis agere verbis, multum autem precari, eſt diuturna cordis excitatione pulſare. Nam plerumque hoc negotium plus gemitibus & fletu, quàm ſermonibus agitur. 43. Glo. qui magis exercendæ linguæ operam dant, quàm menti mundandæ. 44. Glo. putant Deum perſuaſibilibus verbis mulceri, aut verborum ambagibus doceri. 45. verbis cor accenditur, & precibus ſerenatur.

46. Glo. cur ergo oramus? vt excitemus piæ deuotionis obſequium. Chry. in hom. non oras vt Deum doceas, ſed vt flectas, vt familiaris efficiaris, vt humilieris, & peccatorum tuorum recorderis. Aug. epi. 121. nobis ſunt neceſſaria verba quibus commoueamur, & inſpiciamus quid petamus, non quibus Deũ docendum aut flectendum credamus. Idem de ſerm. Dom. Oratio cor purgat, & capacius efficit ad diuina munera. Deus ſemper paratus eſt dare, nos autem non ſemper accipere, cùm inclinamur in alia, ſed oratione conuertimur ad Deum. 47. Int. q. d. ergo docendi eſtis quid petatis. ¶ etſi aliis verbis, tamen ſic Cypr. de Orat Dom. docuit orare, vt dum oratione quam Filius docuit, apud Patrem loquimur, facilius exaudiamur. agnoſcit enim Pater Filij verba. Glo. non his ſolis verbis orandum, ſed & aliis, ſub eodem tamen ſenſu contentis. 48. Int. de malis remouendis, & bonis acquirendis. 49. Int. breuis beneuolentiæ captatio præmittitur, Pater noſter qui es in cælis. Glo. breuibus verbis orationem compoſuit, vt cõfidamus citò daturum, quod breuiter vult rogari. nulla oratio magis ſpiritualis quàm iſta. Aug. de ſer. Do. Patris nomine charitas excitatur (quid enim charius filiis quàm pater. & ſupplex affectus, & quædam impetrandi præſumptio: quid enim non det filiis, qui dedit vt filij eſſent? Chry. in hom. ſignificatur peccatorum remiſſio, adoptio, hæreditas, fraternitas ad Chriſtum, & ſpiritus largitio. 50. Aug. de ſerm. Dom. Fraternitatis admonemur, hoc non poſſunt dicere, qui ſe fratres eſſe non agnoſcunt. Glo. nemo dicat meus, quod ſolùm Chriſto conuenit. vnde, Vado ad Patrem meum, ſolus enim Filius per naturam. Chry. in hom. quid noceat inferior cognatio, quando ſecundùm ſuperiorem ſumus copulati. Cypr. de orat. Dom. Pacis & vnitatis magiſter noluit priuatim precem fieri, vt quis pro ſe tantùm precetur, ſed pro omnibus, quia vnum ſumus, & omnes ipſe portauit. Chry. pro ſe orare neceſſitas cogit, pro altero autem charitas fraternitatis hortatur, quæ eſt apud Deum dulcior oratio.

51. Int. i. Sanctis. Chry. in hom. non in cælis Deum concludit, ſed à terra abducit orantem. Augu. de ſerm. Dom. terra peccator dicitur, iuſtus cælum dici poteſt. Conuertimur verò ad Orientem, orantes vnde cælum ſurgit, vt admoneatur animus ſe ad Deum conuertere, adde, quod qui non poſſunt aliquid incorporeum cogitare, tolerabilius eſt vt Deum potius in cælo eſſe credant, quàm in terra.

Sens. Myst. In Cap. VI.

48. Aug. de ſerm. Dom. congruit iſte numerus petitionum, ſeptenario beatitudinum, timore Dei, Beati pauperes ſpiritu, & ſanctificatur Dei nomen, pietate beati mites, & regno Dei non reſiſtitur. Scientia beati qui lugent, quod non faciant cum fiet perfecte voluntas Dei. Fortitudine beati qui eſuriunt, pane verò quotidiano ad ſaturitatem plenam venitur. Conſilio, beati miſericordes qui debita dimittunt. Intellectu, beati mundo corde, quod duplex fit conſentiendo tentationibus. Sapientia, beati pacifici, & liberi ſunt à malo filij Dei. 51. Chry. erubeſcant ſe ſubſternere terrenis, qui Patrem habent in cælis.

Addit. Auct. In Cap. VI.

40. quanta bonitas etiam mercedem reddere pro eo quod rogatur. 42. βαττολογεῖν, futili verborum profuſione vti. 47. id eſt, in hanc ſententiam, & ſi eius verbis vti contingat. d. Emphaſin habet, diſtinguit enim à Iudæis & Ethnicis.

Sanctificetur[52] nomen[53] tuum.[54] Adueniat[55] regnum tuum. Fiat[56] voluntas[57] tua, ſicut[58] in cæ-
lo, & in terra. Panem[59] noſtrum[60] ſuperſubſtantialem[61] da[c] nobis hodie.[62] Et dimitte[63]

Sens. Lit. In Cap. VI.

52. Int. i. tales fac in quibus ſanctus appareas. Aug. dictum eſt, quis ſit qui petitur, & vbi habitet: nũc quæ petenda. Sanctificetur. i. ſanctum habeatur ab hominibus. Chry. in hom. id eſt, glorificetur per noſtram vitam. 53. Int. quo filij dicimur. 54. Int. ſ. in nobis, vt qui in baptiſmo ſanctificati ſumus, in eo quod cœpimus perſeueremus. Cypr. de orat. Dom. opus eſt nobis qui quotidie delinquimus, continua ſanctificatione. 55. Glo. poſt adoptionem filiorũ, regnum petimus quod filiis debetur. Aug. de ſer. Do. adueniat, vt manifeſtetur hominibus. Hier. vt diabolus in mundo regnare deſiſtat, nec regnet peccatũ in noſtro mortali corpore. Cypr. vt Chriſto dominante regnemus qui antè ſeculo ſeruiuimus, vel vt Chriſti aduentus citò nobis repræſentetur. Aug. de bono perſeu. cap. 2. qui iam ſancti ſunt, orant vt in ſanctitate perſeuerent, perſeuerantibus enim adueniet regnum Dei. 56. Chry. in hom. virtus non eſt ſtudij noſtri ſolùm, ſed ſuperioris gratiæ. petitur autem, vt vbique terrarum ſoluatur error, & plantetur veritas, expellatur malitia, & reuertatur virtus. Aug. de bono perſeu. cap. 2. ex hoc oſtẽditur initium fidei eſſe Dei donum. 57. Glo. voluntas Dei eſt præceptorum eius cuſtodia. 58. Aug. de ſerm. Dom. ſicut in Angelis, ita in Sanctis qui ſunt de terra, quãtum ad corpus attinet, vel ſicut in iuſtis, ita in peccatoribus, vel ſicut in ſpiritu, ita etiam in carne, vt. ſ. non reſiſtat ſpiritui, vel ſicut in Chriſto, ita in Eccleſia. Chry. hoc etiam eſt intelligendum in ſuperioribus. ſ. ſanctificetur nomen, & adueniat regnum, ſicut in cælo & in terra. Et nota quod non dicitur ſanctifica, aut fac voluntatem, &c. nec ſanctificemus, vt faciamus voluntatem, &c. ſed impersonaliter, vt & Dei & hominis ſimul opus eſſe intelligatur.

59. Aug. tria prædicta hîc inchoantur, & quantum proficimus, augentur in nobis, perfectè verò in futura vita poſſidebuntur. Nunc quæ petuntur reliqua ſunt temporalia ad æterna conſequenda neceſſaria. Glo. Panis, Chriſti corpus. 60. Glo. quia Chriſtus noſter eſt factus. Greg. 24. Mor. ca. 7. Panis, Dei eſt ex munere, noſter autem per acceptionem. Chry. qui de iuſtitia acquiſitum manducat, ſuum panem manducat, qui autem cum peccato, alienum. Hier. Græcè ἐπιούσιον, quòd Septuaginta περιούσιον dicunt. vbi verbum Hebraicum præcipuum, vel egregium ſeu peculiarem ſignificat: nempe petimus panem qui de cælo deſcendit, in Euangelio ſecundùm Hebræos habetur, panem noſtrum craſtinum, id eſt futurum, da nobis hodie. Cypr. hunc panem quotidie dari petimus. ſ. Chriſtum. ne qui Euchariſtiã quotidie accipimus, grauiore aliquo delicto à pane cæleſti prohibeamur, & à Chriſti corpore ſeparemur. Hier. Domini corpus omnes ſuperat creaturas, quidam tamen intelligunt peti præſentem cibum. Aug. Epiſt. 121. Sufficientiam petimus, nomine panis totum ſignificãtes. Chry. Non ſolùm petimus panem, vt habeamus quid manducemus, quod eſt etiam peccatorum, ſed vt de manu Dei accipiamus, quod eſt tantùm Sanctorum, qui cum iuſtitia præparant. vel vt quem Sacerdoti offerimus panem, ab eo ſanctificatus nobis porrigatur. c. Int. qui ſolus potes. Aug. Epiſt. 121. Sufficientia vitæ non propter ſe appetitur, & cùm habetur, vt teneatur, cùm non habetur, vt habeatur orandum eſt. 62. Int. dum dicitur hodie, Caſſ. coll. 9. cap. 20. oſtendit quotidie eſſe ſumendum, vel hodie poteſt intelligi, id eſt, dum in hoc ſæculo commoramur. Chry. in hom. non vult nos conteri ſollicitudine ſuperuenientis diei. Cypr. qui in vno conuiuio tantum expendit, quantum poteſt multis diebus ſufficere, non quotidianum cibum manducat, ſed multorum dierum. 63. Int. vt liberi redeamus ad patriam. Glo. poſt cibum petit veniam peccatorũ, vt qui à Deo paſcitur, in Deo viuat. Chry. Inſtruitur ſe peccare quotidie, dũ pro peccatis quotidie iubetur orare. Aug. ca. 5. de bono perſeu. Confodiũtur hoc telo Pelagiani, qui dicũt, iuſtũ in hac vita nullũ habere peccatũ. Chry. in ho. apparet cõtra Nouatianos poſt baptiſmũ peccata dimitti.

Sens. Myst. In Cap. VI.

52. Int. donum eſt ſapientia, virtus verò pax. 55. Int. donum eſt intellectus, virtus verò munditia cordis. Hier. grandis audaciæ, & puræ conſcientiæ, poſtulare regnum Dei, iudicium non timere. Cypr. de orat. Dom. qui ſe Chriſto dedicat, non terrena, ſed cæleſtia regna deſiderat. 56. Int. donum conſilium, virtus miſericordia. 59. Int. donum fortitudo, virtus eſuries, & ſitis iuſtitiæ. Glo. Panis Dei verbum, vel ipſe Deus, quo quotidie egemus, quique eſt ſuper omnes ſubſtantias, vel ſpiritualia præcepta, quæ ſemper ſunt exercenda. 63. Int. donum ſcientia, virtus luctus.

Addit. Avct. In Cap. VI.

52. id eſt, ſanctè colatur, & prædicetur, & id verò, & ſequentia verba optantis. 61. ἐπιούσιον, ſignificat etiam quotidianum & craſtinum. & quidem Hebr. מחר, id eſt, craſtinum, ſecundùm Hier. Græci enim, ἐπιούσιον dicunt, ſubſequens ab ἔπειμι, accedo. quaſi ſuccedens. hic videtur ſignificare ad ſubſtantiam noſtram pertinentem. ſeu ad quotidianam eſſentia noſtræ vitam neceſſarium, vt ait Baſil. quanquam Hier. putat idem eſſe quod περιούσιον, id eſt, eximium, peculiarem, præcipuum.

[64] nobis [65] debita noſtra,ſicut & [66] nos dimittimus [67] debitoribus noſtris.Et ne [68] nos [69] inducas in tentatione͂,ſed [70] libera nos à [71] malo. [72] Amen. [73] Si enim [74] dimiſeritis [75] hominib.peccata eorum: [76] dimittet & [77] vobis Pater veſter cæleſtis delicta veſtra. Si aute͂ non dimiſeritis hominibus: [78] nec pater veſter dimittet vobis peccata [79] veſtra.Cùm aute͂ ieiunatis, [80] nolite fieri ſicut [81] hypocrytæ [82] triſtes , [83] exterminant enim facies ſuas , vt [84] appareant hominibus ieiunantes.Amen dico vobis quia receperunt [85] mercedem ſuam. [86] Tu autem cùm ieiunas,

Sens. Lit. In Cap. VI.

64. Int.conuerſis. 65. Int.quibus tenemur peccata. 66. Int.eo pacto,aliter nullus totius orationis eſt fructus.Cyp.de orat.Dom.certa nos conditione conſtringit. Gregor.10.Mor. quod à Deo petimus primum proximo faciamus. Chryſ.qua ſpe orat qui inimicitiam ſeruat? 67. Int. veniam petentibus. Glo.pecuniam repetere conceditur,ſed non peccatori veniam petenti negare. 68. Chry.humilitatis doctrina.Aug de ſerm.Dom.quidam codices habent, Ne nos inferas, ſed idem eſt.ſ.ne nos patiaris induci tuo auxilio deſerendo.Cypr.nihil poteſt contra nos aduerſarius niſi Deus permiſerit. 69. Aug. de ſerm.Dom.non petimus vt non tentemur,nemo enim ſine tentatione probatur,ſed ne inferamur in tentationem. Int.in tentationem inducitur, qui tentatione frangitur. Cyp. admonemur imbecillitatis noſtræ.Aug.de bono perſeu.cap.6.quid hic petunt ſancti,niſi vt in ſanctitate perſeuerent?vbi admonemur à quo perſeuerantiam accipiamus. 70. Glo.hæc petitio tantum continet,quantum omnes ſuperiores. 71. omni viſibili & inuiſibili. Chry. in ho.malum vocat diabolum propter excellentiam malitiæ.in quibuſdam codicibus additur, Quoniã tuum eſt regnum,& virtus,& gloria. 72. Hier. id eſt, fideliter,ſeu verè.Aug.epiſt.121.deſiderium orantis exprimitur. Rab.ſignificat indubitanter conferenda quæ ritè poſtulantur ab iis qui conditionem additam non negligunt.ſ.ſi dimiſeritis,&c. Aug. epiſt. 121.cùm oramus rectè & congruenter,non aliud dicimus, quàm quod in iſta oratione Dominica poſitum eſt,etiamſi aliis verbis vtamur:qui autem id dicit quod ad hanc precem pertinere non poſſit,carnaliter orat , & illicitè. 73. Int. commendat conditionem. 74. Glo. in noſtra poteſtate poſuit qua conſcientia iudicium Dei prouocemus erga nos, & ſententiam temperemus,non aliud exigit Iudex, quàm vt qualem volumus eum erga nos,tales nos præſtemus fratribus.Aug.de ſer.Dom.miſericordes nos eſſe vult.Idem Ench.ca.73.non putet quis ſibi dimitti à Deo , ſi non dimittat fratri roganti & pœnitenti.Chry.non dixit vt prius Deus dimittat,& poſtea nos,ſcit enim homines mendaces, nec ſi prius acceperint remiſſionem,fratribus remiſſuros debita. 75. Int.qui in hoc quod peccant homines ſunt.
76. Int.ecce fiducia magna. 77. Chry.in hom.cælorum & Patris meminit,vt prouocet auditorem: nihil enim ſic Deo ſimilem facit , vt ignoſcere in te peccanti,nec decet ad cælum vocatum terrenum habere ſenſum. 78. Int.Iudicium ſine miſericordia fiet eis qui non faciunt miſericordiam. 79. Glo. & ieiunium ad munditiam cordis pertinet.Chry.Infirma eſt oratio ſine ieiunio , itaque de ieiunio loquitur poſt orationem. 80. Glo.non virtutem prohibet,ſed fictam virtutis ſpeciem.Chry.ſpinam vanæ gloriæ in bona terra naſcentem iubet præcidi,ne ſuffocet ieiunij fructum. 81. Int.i.repræſentatores alterius perſonæ,qui non virtutibus ſtudent,ſed fauorem vulgi excitant. 82. Int.ipſa vultus triſtitia oſtentare ieiunium. 83. Int. pro, demoliuntur. Hier. exterminantur exules , quia extra terminos mittuntur. demolitur hypocrita faciem,vt triſtitiam ſimulet. Glo. exterminant, id eſt, extra terminos humanæ conditionis abducunt. 84. Int. vt diſſimiles aliis videantur,& ipſa vilitate vltra homines prædicentur. ¶ Finem intentionis vt ſupra reprehendit hîc. 85. Int. laudem quam voluerunt , non adoptionem filiorum. 86. Int. ſic vni dicit, quaſi omnibus.

Sens. Myst. In Cap. VI.

68. Int.donum pietas,virtus manſuetudo. 70.Int.donum timor,virtus paupertas. 83. Leo ſerm. de ieiun. Non ſunt caſta ieiunia quæ veniunt de arte fallaciæ,non de ratione continentiæ.Chry.ſi ieiunãs & triſtem ſe faciens,hypocrita eſt,quanto iniquior qui cùm non ieiunet,ſimulat ? Augu. etiam in ipſis ſordibus poteſt eſſe iactantia, eóque periculoſior quod ſub nomine ſeruitutis Dei decipit.

Addit. Avct. in Cap. VI.

69. ſcilicet deſerendo. q.d. Ne nos permittas tentatione ſuperari, vel ne ſinas in tentationem incidere. 71 id eſt diabolo, vel malitia. 82. σκυθρωποὶ tetrici. q.d. ne triſtitiam vultu praferatis. 83. ἀφανίζουσι demoliuntur, corrumpunt, ſcilicet affectato pallore, & ſeueritate.

[87] vnge caput tuum,& faciem tuam laua:ne videaris [88] hominibus ieiunans, ſed [89] Patri tuo qui eſt in [90] abſconſo:&Pater tuus qui videt in [91] abſconſo,reddet tibi.[92] Nolite [93] theſaurizare vobis theſauros in [94] terra , vbi [95] ærugo & [96] tinea [97] demolitur :.& vbi [98] fures effodiunt & furantur.Theſaurizate autem [99] vobis theſauros in [100] cælo : vbi nec [101] ærugo nec tinea de[102]molitur,& vbi [103] fures non effodiunt,nec furantur. Vbi enim [104] eſt theſaurus tuus,ibi eſt & cor tuum.[105] Lucerna corporis tui eſt oculus tuus.Si igitur [106] oculus tuus fuerit

Sens. Lit. In Cap. VI.

87. Hier.id eſt,lætum te oſtende.Paleſtini in diebus feſtis ſolent capita vngere. 88. Int.hominibus ieiunat qui fauorem eorum captat. Glo. Deo ieiunat,qui pro eius amore ſe macerat, & quod ſibi ſubtrahit,alteri largitur. 89. Int.cæleſti.Rem.Sufficit vt qui eſt inſpector conſcientiæ , ſit remunerator. 90. Int.abſcondito,vel abſconſo. 91. Int.i.in conſcientia,vbi ipſe eſt. 92. Int.pendet de hoc quod dictum eſt,ne videaris hominibus ieiunans. Glo. ad munditiam cordis terrena erogari præcepit. Aug. de ſerm. Dom. non eſt cor mundum quod in terra volutatur , ſordeſcit enim quod inferiori miſcetur naturæ. Chry.in ho.Expulſa vanæ gloriæ ægritudine, docet contemnendas diuitias, quas illa maximè facit concupiſcere.Chry.docet quæ pertinent ad illa tria. ſ. eleemoſynam, orationem, & ieiunium , de quibus ſuprà vt primò de eleemoſyna. 93. Int. diuitias reponendo ſpem vobis collocare in terrenis. 94. Int.id eſt,in tranſitoriis. 95. Glo. ærugo metalla conſumit,tinea veſtes; quod ab his intactum eſt,tollunt fures. 96. Chry.alia littera,vbi tinea & comeſtura.comedunt enim domini luxurioſè viuentes. 97. Int.id eſt,diſſipat & conſumit. 99. Int.non mihi,cui non prodeſt,ſed vobis. 100. Int. in ſpiritualibus,& æternis. Aug.omne enim corpus pro terra habendum eſt; & cum cælum debeat tranſire , non in eo collocandus theſaurus. 101. Int.quia futuræ diuitiæ ſanctorum incorruptibiles ſunt. 102. Int.id eſt, diſſipat, & in nihilum redigit. 104. Int. vniuerſaliter de pecunia,& omnibus voluptatibus huius ſeculi.huiuſmodi theſaurus eſt gula,libido,& ſimilia.Hier. 105. Glo.perſequitur mũditiam cordis,per exteriora docens officium interioris hominis,vt enim oculus membra dirigit,ſic intentio & lux fidei,omnes virtutes. Chry.in hom.quaſi dicat,à corporalibus interiora diſce,quod enim oculus corpori,hoc intellectus animæ. 106. Int.id eſt,intentio, cuius merito opera lucis an tenebrarum ſint,diſcernuntur. Aug.intentione munda & recta,facta munda ſunt.nec quod quis faciat,ſed quo animo,conſiderandum eſt.Aug.cont.mend.cap.7.quæ conſtat peccata eſſe,nulla velut bona intentione facienda ſunt.

Sens. Myst. In Cap. VI.

87. Int.cap.vngit qui ſpirituali lætitia interius pingueſcit. Glo. reficienda mens lætitia,vt odor dilectionis fragret in operibus miſericordiæ. Facies etiam, id eſt, cor mundandum à ſordibus. Chriſtus factus nobis vnguentum,& in paſſione effuſum. Eccleſiam ſuo odore impleuit;eius cauſa ieiunandum eſt. Chry. facies animæ conſcientia , quæ tum placet Deo ſi munda ſit, hanc exterminant hypocritæ, ſemper enim vulnerata eſt conſcientia peccantis. Leo ſer. de Ieiu. nullum magis ſectandum continentiæ genus,quàm vt ſimus ab iniuſta voluntate ſobrij,& ab inhoneſta actione ieiuni.Chry.Caput vngit qui Chriſtum potat,cibat,&c.Aug.caput,ratio qua debemus de ieiunio gaudere. 90. Int. per fidem in corde. 94.Glo.qui ieiunat ſeruando quod non edit,vel gloriam quærẽdo,in terra theſaurizat,qui propter Deũ,in cælo theſaurum in terra condit;qui ſenſus in terrenis occupat,quos ærugo. i. libido conſumit. 95.Int.i.ſuperbia.Rab.ærugo,ſuperbia;tinea,inuidia;fures,hæretici;& dæmones. 96. Int.id eſt inuidia. 98.Int.id eſt hæretici,& dæmones,qui ſemper ad hoc ſunt intenti,vt ſpiritualibus expolient. Rab. 100.Chry.quæ ſtultitia,illic relinquere vnde exiturus es,& non illuc præmittere quo iturus es? Theſauriza vbi patriam habes.Glo.ponenda eſt ſpes in cælo,gradiendum fide,& amplectẽda charitas. 103. Int.quia ibi aduerſus electos Dei nulla diaboli fraus præualebit. 104. Chry. qui collocat theſaurum in terra,non habet quid ſperet in cælo,& quid eò aſpiciat vbi nihil repoſitum habet?

Addit. Auct. In Cap. VI.

87. Metaphora eſt, pro diſſimula ieiunium. Eſt quidem id apud Paleſtinos,& quod etiam de facie dicitur. lotorum,vt contra triſtium vnctione abſtinere & lotione. vide Ruth 3.2.Re.12.& 14. 104.videtur id fuiſſe prouerbium illo tempore. 105. totus locus metaphoricus , à corpore ad animam transferendus q.d.lucerna vice fungitur oculus,oculi autem nomine intelligendus animus, corporis verò opera.

simplex

[107]ſimplex,totum [108]corpus tuũ lucidum [109]erit.Si auté oculus tuus nequam [110]fuerit,totũ corpus tuum [111]tenebroſum erit. Si [112]ergo [f]lumen quod in te eſt,tenebræ ſunt: ipſæ [113]tenebræ quãtæ erunt?[114]Nemo [115]poteſt [116]duobus dominis ſeruire, aut enim [117]vnum odio habebit,& [118]alterum diliget:aut vnum [119]ſuſtinebit,[g]&[120] alterum contemnet.[121]Non poteſtis Deo ſeruire [122]& mãmonæ. [123]Ideo [124]dico vobis,ne [125]ſolliciti [126]ſitis [127]animæ veſtræ quid [128]manducetis,neque corpori veſtro quid induamini.Nonne [131]anima plus eſt quá eſca:& corpus plus quàm veſtimentum?Reſpicite [132]volatilia cæli,quæ non [133]ſerunt neque metunt,neque congregant in horrea: & Pater [134]veſter cæleſtis [135]paſcit illa. Nonne [136]vos magis pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum [137]cogitans,poteſt [138]adiicere ad ſtaturam ſuam [h]cubitum vnum? Et

SENS. LIT. IN CAP. VI.

107. Int.i.vnus,& purus,de quo in Canticis,vulneraſti cor meum in vno oculorum tuorum.i.charitate.Chry.ſi de corporali oculo loqueretur,ſanum aut infirmum dixiſſet, non ſimplicem, aut nequam. Hier.ſimplex oculus & purus,ſimplicia intuetur & pura,lippientibus vnum multa eſſe videntur.

108. Int.i.congeries virtutum, vel actio tota. Aug. 109. Chry. i. ſine peccato. 110. Int.intẽtio peruerſa. 111. Glo.quia quod non eſt ex fide, peccatum eſt, intentio enim ſequens opus informat.

112. Greg.28.mor.cap.13.i ſi quod bene agere cœpiſti,mala intentione offuſcas. 113. Int. i. mala quæ fiunt intentione peruerſa. 114. Int.quaſi dicenti,non poſſum theſaurizare, & Deo ſeruire.

115. Int.vitiis & virtutibus.i.in cælo & in terra theſaurizare. 116. Int.inter ſe diſſidentibus. Chry. in hom.contraria iniungentibus,concordia enim multos vnum facit. 117. Int.id eſt, diabolum.

118. Int.i.Deum.Glo.quidquid facis,ex amore Dei,aut ex ſeruitute diaboli facis. 119. Int.i.diabolum.Aug. quem ſuper ſe dominantẽ vitiorum ſuſtinent. 120. Int.i.Deũ poſtponet.Glo.Deum contemnunt homines cõcupiſcentia victi, & diaboli perſuaſione,nec diabolum diligunt,ſed cupiditate implicati eum patiuntur. 121. Int. exprimit qui ſunt duo domini. 122. Int. bonus diſpenſator, non eſt ſeruus. 123. i.diuitiis.habere quidem licet eas, ſed non ſeruire eis. Hier.mammona ſermone Syriaco diuitiæ nuncupantur. aliud autem eſt ſeruire diuitiis, aliud habere. 124. Int.ne cura eorum retrahamini ab æternis,quia nihil ſunt. 125. Hier.labor [illegible]cendus,ſollicitudo autem quæ mentem perturbat,tollenda.Chry.non ſollicitudine ſpirituali, ſed labore corporali acquirendus panis. 126. Int.quia hoc eſt diuitiis ſeruire. 127. Aug.i.anima i vita. 128. Hier.in quibuſdam additur, nec quid bibatis, de ſpiritualibus cibis & veſtimentis ſemper debemus eſſe ſolliciti,non de corporalibus. Aug.de heret. cap.57.Euchitæ heretici dicebant,non licere ſuſtentandæ vitę cauſa operari.Hier.qui maiora præſtitit, vtique minora præſtabit.Chryſ.niſi voluiſſet conſeruari,non creaſſet. 131. Int.i.vita. 132. Int.quæ perpetuo non erunt.Hil.poſſunt intelligi nomine volucrum immundi ſpiritus. 133. Int. Dei prouidentia aluntur abſque cura. 134. Int.multo magis vos qui filij eius. Chry.animalia enim propter hominem,hominem verò propter ſe fecit.Hier.ſi volatilia Deus alit,quãto magis homines, quibus æternitas promittitur? 135. Int.multo magis vos,qui rationales eſtis,quibus promittitur æternitas.

136. quia rationales,& in filios adoptati. 137. Int.id eſt,ſua ſollicitudine,& ſagacitate. 138. Aug. curam ergo corporis relinquire ei qui ad hanc menſuram perduxit.

SENS. MYST. IN CAP. VI.

108. Hil.ſi lumen cordis ſimplex, & lucidum manebit, ſplendoré corpori infundet in reſurrectione, alioquin vitiis mentis,natura corporis ſubiacebit. 113. Rem.ſi rector errauerit,quanto magis populus. 132. Glo.Sancti vt aues cælum petunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

107. id eſt,purus. 109 id eſt,illuminatum. 110. πονηρὸς malus,vitiatus. f. id eſt,oculus qui pro lumine datus.i.mens vel intentio. 114. & id videtur fuiſſe ille tempore prouerbium. g. ἀνθέξεται adhærebit. 123. Chal.vox diuitias ſignificans. 125 ſ.anxiè & timidè. 127. id eſt,vita. 137. μεριμνῶν, anxiè & ſolicitè cogitans. h. ideo meminit cubiti, quia ſtatura menſura eſt.ſ.habet quiſque cubitos ſuos 4.in longitudinem à capite ad pedes,totidemque extenſis brachys.

de [139] veſtimentis quid ſolliciti eſtis. [140] Conſiderate [l] lilia agri quomodo creſcunt: [141] nó laborant, neque [142] nent. Dico [143] autẽ vobis, quoniã nec Salomon [144] in [145] omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnũ ex iſtis. Si enim [m] fœnum agri, quod hodie [n] eſt, & [146] cras in [147] clibanũ mittitur, Deus [148] ſic veſtit: [149] quãto magis vos [150] modicæ [151] fidei? [152] Nolite ergo [153] ſolliciti eſſe, dicẽtes: [154] Quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia [155] gentes inquirunt. [o] Scit enim [156] Pater veſter quia his omnibus [157] indigetis. [158] Quærite ergo [159] primùm regnum [p] Dei & [160] iuſtitiam [161] eius: [162] Et hæc [163] omnia adjicientur [164] vobis. [165] Nolite ergo [166] ſolliciti eſſe [167] in craſtinum. [168] Craſtinus enim dies [169] ſollicitus erit [170] ſibiipſi, [171] ſufficit [172] diei malitia ſua.

Sens. Lit. In Cap. VI.

139. ſuprà de eſca, hic de veſtimento. 140. Int. hoc de indumento. ¶ non ſunt hæc allegorica, ſed vt de minoribus perſuadeantur maiora. Aug. 141. Int. ſ. coloribus ſe ornando. Chryſ. viros confortat. 142. Int. vt indumenta ſibi conficiant. Chry. confortat mulieres. 143. Int. tamen. 144. Int. qui præ aliis floruit. Hier. quæ purpura, quæ pictura poteſt floribus comparari? 145. Chry. in homil. toto tempore ſui regni. 146. Hier. cras in ſcripturis, futurum tempus ſignificat. 147. Glo. aliàs in ignem. 148. Int. id eſt ornat. 149. Int. ſ. procurabit in neceſſariis. 150. Int. ſ. veſtiet qui ad imaginẽ Dei eſtis & ad æterna vocati. 151. Glo. modica fides eſt, quæ nec de minimis eſt certa. 152. Int. non ait, nolite quærere. 153. Int. i. taliũ cura nolite impediri quominus cæleſtibus inſudetis. Glo. ſollicitudo ſuffocat verbum, & facit ſimilẽ gentili. Remig. Repetit vt arctius cordi infigatur. eſt enim neceſſarium. 154. Rab. arguuntur qui lautiora requirunt, præ his cũ quibus viuunt. 155. Glo. quibus de futuris cura non eſt. Chry. nec Dei prouidentiam credunt. o. Aug. 12. ciuit. cap. 18. Omnis infinitas ineffabili modo Deo finita eſt: quia eius ſcientiæ incõprehenſibilis non eſt. 156. Int. qui bonis filiis viſcera ſua non claudit. ¶ dum Patrẽ audis, ne dubites de voluntate. 157. Int. & dat, niſi infidelitas veſtra auertat. 158. Int. Summa hæc noſtra ſit intentio. Glo. regnũ quærere eſt iuſtitiã operib. implere, vt Deus glorificetur, & nos ei per omnia placeamus. 159. Int. præcipuè omnia propter illud facite. Aug. cùm dicit primùm, ſignificat hoc poſterius quærendũ, non tẽpore, ſed dignitate, illud enim tamquam bonũ noſtrum, hoc vero vt neceſſarium. p. Chry. regnũ Dei eſt retributio bonorum operũ, iuſtitia & via pietatis. 160. Int. per iuſtitiam venitur ad regnum, iuſtitia regni eſt quam ſupra docuit, Niſi abundauerit iuſtitia, &c. 161. Int. vt per eũ, non per vos, iuſti ſitis. 162. Int. vtẽda in via, propter illud, nó propter ſe. 163. Int. quia intentionem æternorũ hæc comitantur. Aug conſequenter, ſine vllo impedimento. Chry. in hom. non dixit, dabũtur, ſed apponẽtur, vt intelligas præſentia nihil eſſe ad magnitudinẽ futurorũ. 164. Glo. ſ. etiã non quærentib. aliquando tamen ſubtrahuntur ad probationẽ. Aug. nouit medicus quando apponat, & quãdo detrahat. 165. Int. quia omnia adiicientur. 166. Int. non labor & prouidentia damnatur, ſed ſollicitudo mentem ſuffocans. 167. Hier. i. in futurum. 168. Int. i. futurus. 169. Int. tunc enim de ipſo, & non ante curabitis. Hier. afferet ſollicitudinem ſuam ſecum. 170. Int. non eget alterius. 171. Int. dies malus non eſt, ſed in eo fiunt mala. 172. Int. non peccatum, ſed labor & anguſtia ſæculi. Hier. Chry. in hom. nihil ita dolorem infert vt ſollicitudo & cura. Aug. neceſſitatem vocat malitiam, quia pœnalis eſt nobis, pertinet enim ad mortalitatem quam peccando meruimus. Cùm videmus ſeruum Dei prouidere neceſſaria, non putemus agere contra Domini præceptum; nam & Dominus propter exemplum loculos habuit. & in Apoſtolorum actis legimus procurata neceſſaria in futurum ob imminentem famem, non prohibemur ergo procurare, ſed ob iſta militare.

Sens. Myst. In Cap. VI

139. Hil. de ſpecie corporũ in reſurrectione, non oportet nunc eſſe ſollicitos eos qui intelligunt Dei potentiam. Aug vlt. de ciu. Dei. c. 15. Accipiet quiſque menſurã, quam vel habuit iuuenis, vel fuerat habiturus, ſi ante defunctus eſt. l. Hil. cæleſtium ſpirituum claritates. m. Hil. fœnum, gentes iudicij igni deſtinatæ. 170. Hil. Satis eſt vitæ noſtræ malitia dierum, id eſt, vt meditatio, & labor verſetur circa purganda vitæ noſtræ peccata; nam æternæ claritatis, profectus Dei procurante bonitate, iam non ſollicitis præparatur.

Addit. Auct. In Cap. VI.

l. i. flores. 141 ſ. vt viri. 142. ſ. vt feminæ. 145. quãd regnauit. n. ſ. in agro. 151. ὀλιγόπιστοι parũ fidẽtes, ſeu credẽtes. 159. i. ante omnia, maximè præcipuè. 161. Dei. ſ. qua corã Deo iuſti ſumus. 163 ſ. quantũ ſaluti expedict. 167. i. tempus futurũ. 171. ſ. præſens. 172. i. afflictio quam affert, vt non debeas addere eam quæ pertinet ad diẽ ſequentẽ. ſolet Scriptura aduerſa & moleſta mala vocare vt & vulgò vocãtur.

Cap. VII.

Nolite[1] iudicare[2],& non iudicabimini[3]. In quo[4] enim iudicio[5] iudicaueritis, iudicabimini[6] : & in qua menſura[7] menſi fueritis,remetietur vobis. Quid[8] autem vides feſtucam[9] in oculo fratris tui: & trabem[10] in oculo[11] tuo non vides[12] ? Aut quomodo[13] dicis fratri tuo ; ſine eiiciam feſtucam de oculo tuo : & ecce trabs[14] eſt in oculo tuo ? Hypocrita[15], eiice[16] primùm trabem de oculo tuo , & tunc videbis[17] eiicere feſtucam de oculo fratris tui. Nolite[18] ſanctum[19] dare canibus[20] : neque mittatis[21] margaritas[a] veſtras ante porcos[22] : ne fortè conculcent[23] eas pedibus ſuis:

Sens. Lit. In Cap. VII.

1. AVG. Incertum enim quo animo procuret quis temporalia in futurum. 2. Glo.de dubiis. Aug. de conſen. Euang. quæ dubium eſt quo animo fiant, in meliorem partem vult nos interpretari. 3. Int.ſ.à Deo. 4. Aug. de ſerm.Dom.temeritas qua punis alium, ipſa te puniet , nocet ſemper iniquitas iniuriam facienti. 5. Int.bono vel malo. ¶ id eſt , ipſum iudicium eſt cauſa quare à Deo iudicemini. 6. Int.id eſt,pœnis iudicij tui mali puniens. Glo. in qua voluntate feceris,recipies. 7. Int. iuxta menſuram culpæ,erit menſura pœnæ,etſi æternæ. Glo.iuſtè,quorum voluntas non habuit finem peccandi,nec habebit finem torquendi. 8. Hier.loquitur de his qui cùm detineantur crimine mortali,minora peccata fratribus non concedunt. 9. Int.i.leuius quid,quod conturbat oculum mentis, ſed non obcæcat. 10. Int. i. grauius crimen. Glo. in eo quod temerè iudicas , in oculo trabem habes.
11. Int.interiore intentione mentis. 12. Int.i.cõſideras. 13. Chry.ſi ex charitate vt ſanes,te prius ipſe ſanares. 14. Int.trabs, alia littera trabes. 15. Int.appetens videri quod non es. Aug.accuſare vitia officium bonorum,quod cùm mali faciunt , alienas partes agunt. Chry.in hom.vbi vult oſtendere Chriſtus magnum aliquod peccatum,à contumelia incipit. 16. Int. redi ad cautelam tui,primum te curans,deinde fratrem Glo.non eſt idoneus aliis mederi qui nondum ſe ſanauit. 17. Int. antea cæcus, quia caligine peccati preſſus. 18. Int. monet diſpenſatores Eccleſiæ,ne dent ſanctum canibus. Chry. quaſi dicat mandaui diligere inimicos,& benefacere de corporalibus veſtris,non de ſpiritualibus meis, paſſim. Aliquando benedictionẽ damus malis non quia merentur,ſed ne ſcãdalizati diſpereant.Aug.de ſerm.Dom. non eſt putãdus Dominus cõtra hoc feciſſe cùm loqueretur præſentibus iis qui reſiſtebãt, vel contemnebant , non enim his dabat,ſed aliis qui capere poterant , & vtiliter audiebant. 19. Int. verbum prædicationis quod non debet corrumpi.Aug. Sanctum, quod nefas eſt corrumpere. Glo. eadem res dicitur ſanctum,& margarita.ſ. Euangelium & Sacramenta. Aug. dicitur ex eo ſanctum quod non debet corrumpi,margarita quia non contemni. Chry. Sanctũ vt baptiſmus;& gratia corporis Chriſti,&c.margaritæ myſteria veritatis incluſa diuinis verbis in maris profundo,id eſt,Scripturæ altitudine.Glo.res abſcondita auidius requiritur,diu quæſita,charius tenetur. 20. Aug. canes, impugnatores veritatis;porci,contemptores.Rab.canes,ad vomitum reuerſi; porci,nondum conuerſi.Chry.canes,gẽtiles omnino immundi;porci hæretici. 21. Int.nõ facilè inuenies quod ei placeat,qui margaritas calcat. a. Int. quia poſſunt reſipiſcere ab immunditia. 23. Int.id eſt,vilipendant,porci ſcilicet.

Sens. Myst. In Cap. VII.

8. GLO. Vix quiſquam inuenitur hoc vitio carens,vt ſuis fauens,aliena facilè reprehẽdat. 9. Chry. peccatum laici feſtuca,ſacerdotis trabs. Hil. Peccatum in Spiritum ſanctum , tantum cætera excedit,vt trabs feſtucam. 13. Aug.cùm neceſſe eſt alium reprehendere, ſi inuenerimus nos in eodem vitio,non obiurgemus,ſed congemiſcamus,& ad pariter conandum inuitemus,ſi habuimus aliquando illud virium,tangit memoriam communis fragilitas, vt correctionem miſericordia præcedat ; ſi nunquam habuimus,cogitemus nos homines, & habere potuiſſe.rarò verò & ex magna neceſſitate obiurgationes adhibendæ ſunt.

Addit. Avct. In Cap. VII.

2. ſcilicet temerariè,malignè. 4 ſcilicet vel cõdemnationis,vel benignitatis. 7. fortè hac erãt illo tẽpore prouerbia,ſenſus eſt,perinde nobiſcum Deũ acturum , vt nos cum proximis egerimus. 9. κάρφος. igni particulam. 17. Græciſmus.pro deſpicies vt eiicias. 20. oblatrantibus veritati & immundis. a. i. pretioſam doctrinam. 22. i. immundos.

& canes conuerſi[25] dirumpant[26] vos[27]. Petite[28], & dabitur vobis: quærite[29], & inuenietis[30]: pulſate[31], & aperietur vobis. Omnis[32] enim qui petit[33] accipit[34]: & qui quærit[35], inuenit: & pulſanti[36] aperietur. Aut[37] quis eſt ex vobis homo, quem ſi petierit filius[38] ſuus panem[39]: nunquid lapidem[40] porriget ei? Aut ſi piſcem[41] petierit, numquid ſerpentem[42] porriget ei? Si ergo vos[43], cùm ſitis mali[44], noſtis bona[45] data dare[46] filiis veſtris: quanto magis Pater[47] veſter qui in cælis[48] eſt, dabit bona[49] petentibus ſe? Omnia ergo[50] quæcunque vultis[51] vt faciant[52] vobis homines, & vos facite[53] illis. Hæc[54] eſt[55] enim lex[56] & Prophetæ.

SENS. LIT. IN CAP. VII.

25. Int.ſ.ad voluptates & vitia.Chry.in ho.fingunt manſuetudinem vt addiſcant, & cum didicerint, detrahunt. 26. Int.canes impugnando veritatem. 27. Int. fidei veſtræ ſimplicitatem, non arcana Dei, quæ incorruptibilia ſunt. 28. Int.ita mundatis oculis, ad Deum & proximum, petite fide viues. Hier. oſtendit quid petere debeamus: ſupra enim carnalia vetuerat poſtulari.Chry.petite precibus die ac nocte orantes,quærite ſtudio & labore,donum enim Dei non datur negligentibus; pulſate oratione ieiuniis & eleemoſynis. Qui oſtium pulſat,manu pulſat.vel petite pro malis,quærite pereuntes,pulſate erroribus concluſos.Remig.petimus orando,quærimus rectè viuendo,pulſamus perſeuerando.Aug. petitio pertinet ad impetrandam ſanitatem, inquiſitio ad inueniendam veritatem,poſſeſſio ipſa aperitur pulſanti.Idem lib.1.retrac.cap.19.tria iſta ad inſtantiſſimam petitionem referuntur. Chry. in hom. cum multa inſtantia peti iubet. 29. Int.ſpe. 30. Int. vitam. 31. Int.charitate,ad oſtium quod eſt Chriſtus, & innento inſtate. 32. Int.non enim diffidendum. Chry. omnis, ſiue iuſtus, ſiue peccator. Aug.in Iohann.trac.44. exaudit Deus peccatores.Idem lib.ſent. 87. quid infirmo ſit vtile magis nouit medicus.itaque Deus aliquando miſericorditer non audit.Idem ad Paulinum,Epiſt. 43 negat Dominus ſæpe quod volumus,vt tribuat quod mallemus.Idem de ſerm.Do.cùm Deus tardius dat,commendat dona,non negat.diu deſiderata dulciora,citò data vileſcunt.petendo & quærendo appetitus creſcit, vt capias. Glo. non negat ſe petentibus, qui ſpontè obtulit ſe non petentibus.& quærentes inuenient eum, qui non quærentibus dedit vt inuenirent, & pulſantibus aperiet. qui clamat,ecce ſto ad oſtium & pulſo, 33. Int.piè & perſeueranter. 34. Int.qui non accipit,conſtat eum non bene petere. 35. Int. piè & perſeueranter. 36. Int. piè & perſeueranter. 37. Int.oſtendit per ſimile quid ſit petendum.

38. Chry.ſi propter peccata noſtra deſperamus, propter paternam bonitatem ſperemus. 43. Int.ſ. amatores ſeculi. 44. Chry in hom. ad comparationem Dei omnes mali videntur, ſicut ad comparationem ſolis omnia obſcura.Hier.Cor hominis ad malum pronum ab infantia.Aug.malos vocat ſeculi dilectores. 45. Int.id eſt,vtilia.Aug aurum & argentum bona,non quod te faciunt bonum, ſed vnde facias bonum. 46. Int.non veſtra. 47. Int.cuius eſt omne quod eſt. 49. Int.æterna,quæ dantur filiis tantùm. ¶ Spiritum ſanctum bonum.Chry.Deus non dat omnia petentibus,ſed bona tantum. Remig.Lucas dicit,dabit ſpiritū bonum,omnia enim bona per gratiā Spiritus ſancti dantur. 50. Int. quia regnum cælorum quærendum eſt,& iuſtitia eius,ergo,&c. Cypr. de orat. Dom. grande compendium præceptorum Chriſti. 51. Int.voluntas hîc tantum de bonis dicitur.Aug.in malis enim propriè dicitur cupiditas,non voluntas. 52. Int.dictāte charitate. 53. Int.id eſt,diliges proximum tuū ſicut teipsū.Chry.& tūc poteritis impetrare orando.Greg. 10. Mor.cap.6.ſic malis bona, bonis meliora reddenda.Chry.in hom.apparet ſcire omnes quæ deceāt,nec aliquē ignorātia excuſari. 54. Int.quantū ad proximū diligēdū.Aug.itaq; nō addit tota lex.Idē 8.Tri cap.7.ideò hic tantum dilectio proximi cōmemoratur,quia qui proximū diligit,conſequēs eſt vt præcipuè diligat Deū. 55. Int.i.In hoc vno impletur.Chry.vt innumerabiles rami in vna arboris radice, continentur. 56. Int.ſpiritualiter intellecta.

SENS. MYST. IN CAP. VII.

39. Int.charitatem,vel Chriſtum,qui eſt panis qui de cælo deſcendit.Glo.ſine pane inops eſt menſa: ita ſine charitate nihil ſunt cætera. 40. Int.cordis duritiam.Chry. ſcandalum offenſionis. Remig. panis,doctrina ſpiritualis;lapis ignorantia. 41. Int.inuiſibilium fidem inter aquas ſcripturæ latitantem. Glo fides de inuiſibilibus locis capitur,& fluctibus huius mundi non frangitur.Remig.piſcis, verbum de Chriſto,vel vndi baptiſmatis.ſerpens diabolus,vel infidelitas.Rab.Lucas addit ouum,quod ſignificat ſpem;& ſcorpionē,id eſt,deſperationē. 42. Int.infidelitatē ¶ venenum perfidiæ. 48. Int.in ſanctis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VII.

26. lacerent, lanient, ῥήξωσι. 28. per iſta tria. ſ. quærite,petite,pulſate,orationis inſtantia ſignificatur ſ. orandum fidenter,diligenter,ardenter, & perſeueranter. 34. ſ. ſi ſaluti expediat & nihil ſit quod impediat. 51. ſ. rationabili voluntate.

Intrate[57] per anguſtam[58] portam[59]: quia lata porta[60] & ſpacioſa[61] via[62] eſt quæ ducit ad perditionem,& multi ſunt qui intrant[63] per eam.Quàm[64] anguſta[65] porta, & arcta[66] via eſt quæ ducit ad vitam:&[67] pauci[68] ſunt qui inueniunt[69] eam? Attendite[70] à falſis[71] prophetis[72] qui veniunt[73] ad vos in veſtimentis[74] ouium, intrinſecus[75] autem ſunt lupi[76] rapaces: à fructibus[77] eorum cognoſcetis eos.Numquid colligunt de ſpinis[78] vuas, aut de tribulis ficus[79]. Sic[80] omnis arbor[81] bona,fructus bonos facit: mala[82] autem arbor, fructus malos facit. Non poteſt autem arbor bona[84] malos fructus[85] facere: neque arbor mala[86] bonos fructus facere: Omnis[87] arbor[88] quæ non facit fructum bonum, excidetur[89], & in ignem[90] mittetur. Igitur[91] ex fructibus eorum cognoſcetis eos. Non omnis[92] qui dicit[93] mihi, Domine,

Sens. Lit. In Cap. VII.

57. Int. ſ. ad vitam.Aug.incipit loqui de inueſtiganda ſapientia.Chry.pertinet hoc ad iuſtitiam ieiunij. 58. Int.etſi hæc dura,labores,ieiunia,tamen amantibus iugũ ſuaue eſt.Chry.porta anguſta,Chriſtus humilitatis ratione,porta perditionis,diabolus effrenatæ ſuperbiæ licentia dilatatus.via vitæ omnis iuſtitia,per quam qui non ambulat,non poteſt ad portam, id eſt Chriſtum peruenire. via perditionis iniquitas,ſpacioſa,quia intra regulam diſciplinæ non incluſa. 59.Int.id eſt,charitatem quam pauci inueniunt.Greg.in Eze.lata quidem charitas, ſed per anguſta ducit. ſatis anguſtum omnia prætermittere,vnúmque ſolũ diligere. 60.Int.ſ.ſæculi voluptas. 61.Int.vbi nulla corporis anguſtia. 62.Int. ſ.errantium. 63.Int.non quærunt eam,quia ſpontè ſe offert.Hier. 64. Chry.in hom.excit[illegible] Dominus deſiderium,animoſior enim fit miles cùm videt principem labores admirantem. 65.Int.ſ.in ingreſſu.

66. Int.ſ.in progreſſu.Chry.in hom.arcta via,ſed non ciuitas. 69.Hier.nec qui inuenit ſtatim ingreditur,multi enim capti voluptatibus ſeculi de itinere reuertuntur.Glo.nemo intrat ſine labore, & animi puritate. 70. Int.q. d. & quia pauci inueniunt, ergo diligenter cauete. 72. Int. qui in humilitate ambulant ex falſa religione. 73. Int. vt decipiant. 74. Chry. oues, Chriſtiani; veſtimentum, ſpes Chriſtianitatis. Glo.hæretici quadam pietatis veſte teguntur. 75. Int.& ideo cauete ne vos dilanient blanditiis & ſimulationibus. 76. Chry.Catholici doctores etſi peccatores non lupi rapaces, nõ enim propoſitum habent perdere Chriſtianos. 77. Int.quomodo illi dignoſcantur? Augu. fructus quibus cognoſcimus arborem malam,ſunt opera carnis,de quibus Apoſtolus ad Galatas.Chry.in hom.Hypocritæ facilè capiuntur,quia laborem non amant.Glo.non à veſte,ſed ab operibus manifeſtis, maxime verò per impatientiam in aduerſis. 78. Int.etſi ſuper eas pendeant vites,non tamen de eis, quia non ſunt in vite. 79. Int.q.d.non. 80. Int. ſ. vt de ſpinis non colliguntur vuæ. 81. Int. id eſt voluntas bona.Aug.de hominibus loquitur. arbor eſt anima,fructus,opera.Idem lib.1. contra Iulianum, cap.3. opera mala,ex mala voluntate,mala autem voluntas fit,quia de nihilo facta eſt. 82. Int.id eſt voluntas mala.Glo.non natura mala,ſed voluntas. 84. Int.ſ.dum bona eſt. Glo. non dicit, non poteſt arbor bona mala fieri,aut mala bona. 85. Int.quia à radice fructus arboris pullulat. Glo. ſicut arbor in terra radicatur,ita voluntas in anima. 86. Int.ſ.dum mala eſt. 87. Int.ſed non impune. 88. Int. i.anima. 89. Int. i. de numero fidelium ſeparabitur. 90. Int. qui paratus eſt diabolo & angelis eius.

91. Int.quia mala arbor non poteſt facere fructum bonum. 92. Int. confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negãt.Hier.vtrumque neceſſarium ſeruis Dei,vt opus ſermone, & ſermo operibus comprobetur.Chry.in ho.maximè tangit Iudæos. 93. Aug.ille propriè dicit qui voluntatem, & mentem ſuam voce enunciat, & ſic intellige illud Pauli, nemo poteſt dicere Dominum Ieſum niſi in Spiritu ſancto: hic autem Chriſtus generaliter vſus eſt verbo dicendi.

Sens. Myst. In Cap. VII.

68. Chry.in ho.non multorum proſperitatibus attendendũ,ſed paucorum laboribus. 71. Chry.quia Deus non ſine iudicio vult ſeruos habere,ideo mittit tẽtationem;quia verò non vult perire, per ignorantiam præmonet. 78. Chry.botrus, Chriſtus. grana,fideles. ficus, Eccleſia. vbi multi fideles dulci charitate coniuncti,vt multa grana in vno ficu. ſpinæ & tribuli,hæretici pleni aculeis iniquitatis.

Add. it. Auct. In Cap. VII.

71. id eſt, falſa docentibus. 81. loquitur de fructiferis. 82. σαπρὸν putris, marcida. 89. Græc. Exciditur, & mittitur, ſcilicet, excidi ſolet & comburi.

Domine, intrabit[94] in regnum cælorum: ſed qui[95] facit voluntatem Patris[96] mei qui in cælis[97] eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. Multi dicent mihi[98] in illa die[99], Domine, Domine[100], nóne in nomine[101] tuo prophetauimus[102], & in nomine tuo dæmonia[103] eiecimus, & in nomine[104] tuo virtutes[105] multas fecimus? Et tunc[b] confitebor[106] illis, Quia nunquam[c] noui[107] vos: Diſcedite à me omnes qui operamini[108] iniquitatem. Omnis ergo[109] qui audit[110] verba[111] mea hæc[112], & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti[113] qui ædificauit[114] domum[115] ſuam[116] ſuper petram[117], & deſcendit[d] pluuia, & venerunt flumina[119]; & flauerunt venti[120], & irruerūt[121] in domum[122] illam[123], & non cecidit: fundata enim erat[124] ſupra petram[125]. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro[126] ſtulto[127], qui ædificauit domum ſuam

SENS. LIT. IN CAP. VII.

94. Glo. iter regni Dei eſt obedientia, non nominis nuncupatio. Chry. qui non conuerſatur ſecundùm verbum Chriſti non intrabit in regnum cælorum. 95. Aug. iſti ſunt fructus. 96. Chry. in ho. non dixit meam, propter imbecillitatem eorum, eadem tamen voluntas Filij & Patris. 98. Chry. in hom. monſtrat ſe eſſe Iudicem. 99. Chry. quando opera ſingulorum loquentur, & ora tacebūt, nec alter pro altero interueniet. 100. Chry. ſignificantur anguſtiæ, non enim ſemel ſufficit dicere, Domine, timoris neceſſitate aſtricto. 101. Int. vt Balaam & Cayphas. 102. Int. q. d. organo noſtro tu propheraſti. 103. Int. vt in Actibus Apoſtolorū filij ſacerdotis exorciſtæ. 104. Chry. in nomine Chriſti, ſed in ſpiritu diaboli. Hier. virtutes facere interdum non eſt eius meriti qui operatur, ſed inuocatio nominis Chriſti hoc agit ad aliorum vtilitatem. 105. Int. ecce non magnum eſt virtutes operari. Greg. 20. Mor. cap. 8. probatio ſanctitatis non eſt ſigna facere, ſed proximum vt ſe diligere, de Deo vera, de proximo meliora quàm de ſe ſentire. Hil. de noſtro eſt beata æternitas promerenda, præſtandumque eſt aliquid de proprio. 106. Int. qui aliquando dicere diſſimulaui. Hier. Chry. grandem enim iram, grandis dilatio præcedere debet, vt ſit Dei iudicium iuſtius, & dignior peccatorum interitus.

107. Int. id eſt, in nullo approbaui, ſed reprobaui. Glo. Non nouit lux tenebras, id eſt, non aſpicit, ſi enim aſpiceret, tenebræ non eſſent. 108. Hier. non dixit, operati eſtis, ne videretur tollere pœnitentiam: ſed operamini, id eſt, habetis adhuc peccandi affectum. 109. Int. quia non hos nouit, igitur eos qui mandata eius cuſtodiunt. 110. Int. i. intelligit. 111. Int. non ſonum. 112. Aug. ſ. in monte habita. oſtenditur hic ſermo omnibus præceptis perfectus quibus vita Chriſtiana informatur. 113. Int. in futurum prouidenti. 121. Int. ſ. hæc omnia. 123. Int. alias ſuam.

SENS. MYST. IN CAP. VII.

97. Int. qui modo ſanctos per fidem inhabitat, perducit eos ad viſionem pacis. 114. Chry. Chriſtus ædificauit Eccleſiam ſupra fortitudinem fidei, diabolus impios ſuper inconſtantiam infidelitatis. carnales homines dicuntur arena ob ſterilitatem, & quia innumerabiles, nec ſibi cohærentes. pluuia, eſt doctrina; nubes bonæ, Apoſtoli & Prophetæ; malæ, hæretici; venti boni, ſpiritus virtutū & Angeli. mali autem venti, ſpiritus immundi. flumina bona, Euangeliſtæ & Doctores; mala, Philoſophi & ſecularis ſcientiæ profeſſores. Eccleſiam Chriſti non corrumpit mendax, pluuia, nec diabolicus flatus mouet; domum diaboli euertit verę doctrinæ pluuia, ventique, id eſt, ſpirituales gratiæ, aut Angeli & flumina, id eſt, Euangeliſtæ, & cæteri ſapientes. Factáque ruina gentilitatis magna ſolutis erroribus, & deſtructis idolis. Glo. ille ædificat in Chriſto, qui, quod audit ab illo, facit. 115. Int. aurum, argentum, vel lapides precioſos. 116. Int. vnam cæleſtem. 117. Int. Chriſtum. d. Glo. tribus modis diabolus impugnat, carnis concupiſcentia, exterioribus mundi oblectamentis, vel per ſe. 118. Int. aëreæ poteſtatis impugnatio. 119. Int. potentum perſecutio. 120. Int. minæ, blanditiæ, vel maligni ſpiritus.

122. Int. ædificium virtutum. 124. Int. quia ſtat fundata, non ſibi, ſed Chriſto tribuitur. 126. Int. gentili, vel Iudæo, vel diabolo. 127. Int. qui non prouidet.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VII.

99. celebri. ſ. & expectata, nempe iudicij. 100. Hebræi geminatione exaggerant, vehementiam aut frequentiam, aut certitudinem ſignificantes. 101. id eſt, tua virtute ſeu auctoritate. 102. i. explicuimus myſteria diuina, qui diu diſſimulaueram. 106. id eſt, apertè dicam, Hebr. c. ne tum quidem cùm cauſam meam agere videremini, fortè loquitur de prædeſtinationis notitia. 107. id eſt, inter meos agnoui. 121. id eſt, impegerunt.

ſuper

ſuper [128] arenam : & deſcendit pluuia,& venerunt flumina,& flauerunt [129] venti, & irrue-
runt in domum illam, & [130] cecidit ; & fuit [131] ruina eius [132] magna. Et factum eſt, cùm con
[133] ſummaſſet Ieſus verba hæc : [134] admirabantur [135] turbæ ſuper doctrina eius. [e] Erat enim do-
cens eos ſicut [136] poteſtatem habens,& non ſicut [137] Scribæ eorum & Phariſæi.

SENS. LIT. IN CAP. VII.

133. Int.quia nihil imperfectionis habet hic ſermo. 134. Rab.aut infideles non eredentes, aut omnes venerantes excellentiam ſapientiæ.Chry.admiratur intellectus victus,quod enim dignè laudare non poſſumus,admiramur,iſti ſi io Chriſtum erederent, noo mirarentur, mioora eoim ſunt omnia Dei potentia. 135. Chry populus vulgaris,non principes.Aug.de conſen. Euāg.lib.2.c.19.Forte intelligitur turba diſcipulorum,ex quibus duodecim elegerat. 136. Int. vt Dominus Moyſi addebat quæ minus erant,vel commutabat figuras in lucem.Chry.in hom.oſtendebat ſe Dominum,apponens: Ego autem dico. 137. Int.qui tantum ea quæ in lege data ſunt infirmis,docuerunt.

SENS. MYST. IN CAP. VII.

128. Int.in ſpe æternorum,qui areoæ comparātur,propterea quia labiles, & à vento cito mutabiles. 129. Int.maligni ſpiritus. 130. Iot.periit.Glo.omnis coofcientia non fixa ſpe io Deum,in tentationibus non ſubſiſtit. 131. Iot. Ite maledicti in ignem æternum.Rab. 132. quia æterna.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VII.

134. ἐξεπλήσσοντο, ſtupuerunt, attoniti facti ſunt. e. id eſt ſolebat docere. 136. ἐξουσίαν, auctoritatem ſeu faciendi ius.

CAP. VIII.

CVM autem [1] deſcendiſſet Ieſus de monte, [2] ſecutæ ſunt eum [3] turbæ multæ:
[1] & ecce [4] leproſus veniens, [5] adorabat eum dicens : [6] Domine ſi [7] vis,potes me
mundare. Et [8] extendens Ieſus manum,

SENS. LITER. IN CAP. VIII.

1. GLO. quanto poſt, Capharnaum Intrauerit,non apparet. 2. Int.aliæ à prædictis. Orig.hom.5.in diuerſos locos Quidam propter charitatem, alij ob doctrinam, nonnulli ob curationem, & admiratiooem. 3. Hier.offertur occaſio doctrinam per miraeula confirmandi. 4. Aug.de conſenſ. Euang.lib.2.cap.19. hoc Lucas narrat,ſed non eodem ordine. 5. Int. eum humilitate poſtulat. Chry. adorabat vt Deum,opus fidei adoratio. 6. Orig. per quem omnia facta ſunt. 7. Int. voluntati poteſtatem tribuit.Chry.Dominum eum fatetur,& poteſtatem omnium ei tribuit. Glo. ooo dubitat autem de Chriſti voluntate,ſed an ſibi expediat curatio illa.

SENS. MYST. IN CAP. VIII.

1. Orig.hom.5.in diuer.loc.Inclinauit ſe Dominus ad infirmitatem turbarum,quæ in mōtem, i.myſteriorum altitudioem peecatis depreſſæ,aſcendere noo poterant. Aimo.antequam humanitatem aſſumeret, notus tantùm io Iudæa Deus, poſtea verò ſecuta eſt turba nationum. aſcendunt doctores in montem,cùm perfectiores doeent,deſcendunt cùm infirmiores. 2. Int. qui ad altiora aſcendere non valuerunt. 4. Int.qui nec ipſe cum lepra tam alta audire poterat, ſed ſanatur, vt poſſit implere. Chry. lepra enim peccatum.Glo.non exprimitur locus,noo enim vnum populū,ſed omnes ſanauit. 6. Chry. Spirituali medieo ſpiritualem offert mercedem. ſ. fidelem orationem, qua nihil dignius Deo offerimus. 8. Int qui miſericordiæ tendit effectum. Beda in hom.exteodit Deus manum, & contigit humanam naturam in Incarnatione,& eiectos à caſtris populi Dei, templo reddidit, vt poſſint offerre corpora ſua hoſtiam viuentem,illi,cui dicitur,Tu es Sacerdos in æternum.Remig. exteodit Dominus manum,quando auxilium diuinæ miſericordiæ impendit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

1. id eſt,& ſermonem habuiſſet,ante ſermonem enim deſcendit,vt ſuperiùs dictum eſt. 2. ſ. aliò migrantem. 5. id eſt reuerentiam exhibebat, ſe inclinans. 7. non dubitat, ſed ſe eius voluntati ſubmittit. 8. extenſis in cruce manibus erat mundum ſanaturus.

tetigit

[9]tetigit eum [10]dicens, Volo. [11]Mundare. [12]Et [13]confeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait illi Ie-ſus, [14]Vide [15]nemini [16]dixeris, ſed [17]vade, oſtende te ſacerdoti, & [18]offer munus quod [19]præce-pit Moyſes in [20]teſtimonium [21]illis. Cùm autem introiſſet [22]Capharnaum, [23]acceſſit ad eum [24]centurio, [25]rogans eum, & dicens, [26]Domine, [27]puer meus [28]iacet in domo [29]paralyticus, & male [30]torquetur. Et ait illi Ieſus, Ego [31]veniam, & curabo eum. Et reſpondens Centurio, ait Domine non ſum

SENS. LIT. IN CAP. VIII.

9. Int. contra legem quam ſuperat gratia. Chry. non fecit contra intentionẽ legis, iubebat enim hæc non tangere lepram, ne tangens inquinaretur. Chry. in hom. nemo eum incuſat, quia nondum tenebantur inuidia auditores. Dama. lib. 3. cap. 15. per corpus, vt per organum, diuinæ actiones perficiebantur. Chry. in hom. non manus à lepra facta immunda, ſed lepram ſanauit, cùm autem poſſet ſolo verbo curare, tetigit; oſtendens ſe ſupra legem. 10. Chry. poterat tacitè curare, ſed neſciretur cuius virtute ſanatus eſſet: loquitur ergo propter inſpectantes. 11. Chry. in hom. confirmat opinionem plebis, & leproſi de eius poteſtate. 12. Hier. imperatiui modi eſt. 13. Int. dixit & facta ſunt, nihilque eſt medium inter præceptum & opus. 14. Int. forma noſtri eſt, ne nos iactemus de bonis operibus. Chry. in hom. docet non diligere oſtentationem, & honorem. alibi verò iubet vulgari, vt detur gloria Deo, & non ſimus ingrati. 15. Int. non erat neceſſe vt ſermone iactaret, quod corpore præferebat. Hier.

16. Glo. Marcus ait illum prædicaſſe vbique hoc, non quod aliquid voluerit Dominus, & non potuerit, ſed exemplum ſuis dedit, vt latere velint, ſed vt proſint aliis, prodantur inuiti. 17. Hier. mittit ad ſacerdotes ob humilitatem, vt eis deferre videatur, deinde vt illi vel credentes ſaluentur, vel fiant inexcuſabiles, denique ne legem infringere videatur. Chry. in ho. quandoque legem ſoluebat, præparans ſapientiæ futuræ viam quandoque non Iudæorum imbecillitati condeſcendens. Orig. mittit ad ſacerdotes vt cognoſcant non legis conſuetudine, ſed gratiæ operatione mundatum. 18. Orig. vt omnes qui viderent portari munus, miraculum crederent. 19. Chry. in hom. non dicit quod ego iubeo, ſed Moyſes. Beda in ho. approbauit ſacrificium Moyſis, quia nondum corpus ſuum obtulerat per paſſionem. 20. Int. ſ. vt credant virtutem Dei magnam eſſe. Chry. in ho. non dixit in emendationem eorum. præuidit enim ex hoc nihil profecturos. 21. Int. hoc miraculum factum eſt ſanato leproſo continuò. 23. Int. fide & deſiderio. Glo. Lucas enim dicit miſiſſe ſeniores Iudæorum. Chry. in hom. credendum Centurionem, volentem ire ad Chriſtum, prohibitum à Iudæis dicentibus, nos ibimus & adducemus. videtur autem poſtquam miſit amicos, & ipſe veniſſe. 24. Int. Alienigena. Aug. de verbo Dom. ſerm. 6. iam enim Iudæa habebat militem Romani imperij. Chry. iſte primus fructus è gentibus. 25. Int. per internuncios. 26. Int. nullus alius pro ſeruo. 27. Int. id eſt ſeruus. 28. Int. non in vno tantùm miſerabilis, ſed quod eſt paralyticus, & quod torquetur. hæc enim omnia cum dolore nominauit. Raba. vt anguſtias ſuas indicaret, & Dominum ad miſericordiam commoueret. Chry. vide fidem, non enim dixit, veni & ſalua, ſed infirmitatem tantùm exponit. 31. Int. ſ. virtute. virtus enim Chriſti præſens fuit, quæ ſuſcitauit eum. Glo. ad filium reguli noluit venire, ne diuitias honorare videretur. hic autem ne ſeruilem conditionem ſpernere videretur, iturum ſe dicit. poterat verbo curare (& curauit in itinere, ne præſentia neceſſaria videretur) ſed ob humilitatem viſitare dignatur.

SENS. MYST. IN CAP. VIII.

9. Int. in quo humilitas. Chry. in hom. tetigit, oſtẽdens mundo nihil eſſe immundum. ſic non prohibebat manibus illotis manducare. Non corporis, ſed animæ lepra impedimentum eſt ad virtutem.

11. Int. in hoc pietas. 12. Int. in hoc maieſtatis potentia. 13. Orig. quia ille non diſtulit confeſſionem, non eſt dilata mundatio. 17. Int. diſciplina noſtri eſt, vt nos oſtendamus ſacerdoti noſtro.

22. Aimo. Capharnaum. i. villa pinguedinis, ſeu ager conſolationis, nempe Eccleſia ex gentibus collecta, ſpirituali pinguedine plena, inter preſſuras ſæculi de cæleſtibus conſolatur. 25. Remig. primitiæ gentium pro ſalute totius gentilitatis Deo ſupplicauerunt. 28. Hilar. iacebant in ſæculo gentes peccatorum morbis diſſolutæ. 30. Int. repentina diaboli aggreſſione.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

9. ſupra legem ſe eſſe oſtendit, quæ leproſi contactum vetabat. 12. Imperatiuum paſſiuũ, καθαρίσθητι. dixerat ille, ſi vis potes, reſpondet ſe velle, & imperat. 20. ſ. meæ poteſtatis, vel quod non ſum legis deſtructor, vel vt ipſi teſtes ſint, aut apud iſtos teſtatum ſit te verè liberatum. 27. pro, famulus. Græcis.

[32]dignus vt intres ſub [33]tectum meum : ſed [34]tantùm [b]dic verbo , & ſanabitur puer meus:
[c]nam & [35]ego homo ſum ſub [36]poteſtate conſtitutus,habens ſub [d]me milites:&dico huic,
[e]vade,& [37]vadit:& alio veni,& venit:& ſeruo meo,fac [38]hoc,& facit. [39]Audiens autem Ie-
ſus,[40]miratus eſt:& ſequentibus ſe dixit: [41]Amen dico vobis, non [f]inueni tãtam fidem in
[42]Iſraël. [43]Dico autem vobis,quod [44]multi ab Oriẽte & [45]Occidente [46]venient,& [47]recumbent
cum [g]Abraham , & Iſaac , & Iacob in regno cælorum : [48]filij autem regni [49]eiicientur in
[50]tenebras [h]exteriores : ibi erit [51]fletus & [52]ſtridor dentium. Et dixit Ieſus Centurioni,
Vade:& [53]ſicut crediſti,[54]fiat tibi.Et [55]ſanatus eſt puer ex illa hora.

Sens. Liter. In Cap. VIII.

32. Int.ecce humilitas.Raba. ob conſcientiam vitæ gentilis,etſi enim fide præditus,nondum tamen Sacramentis imbutus.Aug.de verbo Dom.ſerm.6.dicendo ſe indignum dignum præſtitit,in cuius cor Chriſtus intraret,nec tanta fide & humilitate diceret,niſi Chriſtum corde geſtaret. 34. Int.magna fides.quæ Dei dicere,credit eſſe facere. 35. Int.ecce prudentia.Hier.vidit enim latentem diuinitatem.
36. Int.ſ. habens alium dominum. 37. Int. mira fides in gentili. 38. Int.ita Angeli tibi ſeruiunt.
39. Int.quia ſuam intelligit maieſtatem. 40. Int.non vt turbati animi,ſed docentis nos,quos opus eſt moueri de huiuſmodi,& mirari.Orig.attende quantum ſit,aut quale quod Deus miratur.Auguſt.in Geneſ. cont. Manich. lib.1.c.8.ille fecerat in eo fidem qui admirabatur:miratur ergo nobis mirandum eſſe ſignificans,tales enim motus eius non perturbati animi ſigna ſunt,ſed docentis magiſterium.
41. Aug.cont.Fauſt.lib.22.c.74.Fidem laudat,non deſertionem militiæ imperat. 42. Int.ſ.præſentis temporis,inuenit enim in antiquis. Hier.de præſentibus loquitur, non de Patriarchis & Prophetis. Chry.bonum laudatur ſecundùm quantitatem perſonæ.v.g.magnum eſt ruſticũ dicere aliquid ſapienter,quod de philoſopho non eſt mirum. 43. Int. q. d. vnde prædico vobis quod multi ad exemplum iſtius,in quo fides gentium præfiguratur,&c. 44. Aug.de verb.Dom.non dicit omnes.Orig.electi per ſingulas generationes,pauci,ſimul verò congregati multi. 45. Int.q.d.ex omni gente. Aug.de verb. Dom.iſtis duabus partibus totus orbis deſignatur. 46. Int.ſ.ad fidem. 47. Int.i.requieſcent feliciter epulaturi.Orig.in regno vbi lux,exultatio,& longæuitas vitæ æternæ. g. Aug.16.cont.Fauſt.cap.42. quod fidem tenuerunt Dei iſtorum. 48. Int.ſ.Iudæi in quibus antea regnabat Dominus.Hier.Aug.de verb.Dom.qui legẽ acceperunt,& futurorum figuras celebrabant.Chry.in hom.quib.regnum erat præparatum. 49. Int.ſ. à facie Domini. 50. Hier.expulſi foras à Domino. 52. Hier demonſtratur vera corporum,& eorundem membrorũ reſurrectio Aimo.per metaphoram pœnas deſcribit intolerabilis caloris,& frigoris, ſecundùm illud Iob : Tranſient ab aquis niuium ad calorem nimium. 52. Rab.ſignificatur indignãtis affectus quòd ſero pœniteat. 53. Int.pro menſura fidei,quia credidit omnia poſſe. ¶ Iſdicat per fidem meruiſſe. 54. Int.cuique ſicut credit ita fit. 55. Int. probatur fides Domini, dum ſanitas ſerui ſequitur.Rab.poteſt meritũ Domini etiam famulis ſuffragari.Chry. in hom. non ſolùm curare,ſed in momento temporis hoc facere,virtutem Chriſti oſtendebat.

Sens. Myst. In Cap. VIII.

33. Orig.quando corpus Domini manducas,tunc Dominus ſub tectum tuum ingreditur:tu ergo dic, Domine nõ ſum dignus,&c. d. Aimo. ſubiecti Centurionis naturales virtutes,quibus pluimi gentilium pollebant. e. Aimo. cogitationibus malis dicendum, vt abeant;bonæ autem vocandæ,ſeruumque corpus ſubiiciendum voluntati diuinæ. 42. Hieron. Fides gentium in Centurione præponitur Iſraëli. 45. Aimo.ab Oriente veniunt qui ab infantia Deo ſeruiunt,ab Occidente,qui in decrepita ætate conuertuntur. 52. Glo.ſtrident dentes qui de edacitate gaudebant; flent oculi qui per concupiſcentias vagabantur;per fletum ſignificatur animæ tormentum, per ſtridorem, corporis. 55. Aug.de ver.Dom.ſer.6.Chriſtus apud Iudæos corpore fuit,apud gentes virtute. Iudæa cognouit & crucifixit, Gentes audierunt,& crediderunt

Addit. Avct. In Cap. VIII.

b. pro,impera.Hebr. c. pro etenim. 40. ſecundùm ſcientiam expertus eſt talem, vel compoſito vultu in modum mirantis. f. ſ. ex quo cœpi prædicare,& facere miracula. 42. i. populo Iſraelitico Græc.ne in Iſraël quidem, οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραήλ. 48. quibus regnum peculiariter promiſſum , vel regno deſtinatis. h. id eſt.quæ extra regnum,vel quæ à luce longè ſunt.

Et [56]cùm veniſſet Ieſus in [57]domum Petri, vidit [58]ſocrum eius iacentem & febricitantem:
& [59]tetigit manum eius, & dimiſit eam febris, & [61]ſurrexit, & miniſtrabat ei. [62]Veſpere
autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes:& eiiciebat ſpiritus verbo: &
[63]omnes [64]malè habentes curauit: vt [65]adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam Prophe-
tam dicentem, Ipſe infirmitates noſtras [66]accepit, & [67]ægrotationes noſtras [68]portauit.
[69]Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe, [70]iuſſit [71]diſcipulos ire [72]trans fretum. Et
[1]accedens [73]vnus Scriba, [74]ait illi, [75]Magiſter, [76]ſequar te, quocunque [77]ieris. Et dicit ei
Ieſus, [78]Vulpes foueas habent,

Sens. Lit. In Cap. VIII.

56. Int.oſtendit non ſequi ordine prædictum miraculum, quia ante ſermoné montis fuit factum. Aug. de conſ.Euang.lib.2.cap.21.intelligitur recoluiſſe quod prius omiſerat. 57. Rab. quæ erat in Bethſaida. Chry.in hom.intrauit Chriſtus cibum ſumpturus, ſequitur enim, Et ſurgens miniſtrabat eis, diuertebat Chriſtus ad diſcipulos honorans eos,& ex hoc faciebat auidiores. 59. Chry.in hom.non ſemper ſolis verbis curat vt lateat. Glo. Lucas dicit quod rogauerunt pro ea. 61. Chry. in hom.perfecta ſanitas. Hier. ſolent corpora poſt febrem laſſeſcere. 62. Chry. in hom. erat iam aucta credentium multitudo, nec à Chriſto diſcedere patiebantur. Aug.de conſ.Euang.indicatur eodé die factum. 63. Chry. in hom.quantam multitudiné miraculorum vno verbo cõplectitur? 65. Chry.in hom.ne incredibile illud videretur, confirmat ex Propheta. 66.Int.non vt ſibi haberet,ſed vt à nobis auferret. Rab. ¶ Remig.vt nos fortes faceret. Hil.Paſſione corporis ſui infirmitates noſtras abſorbit. 67. Chry.in ho. cùm hoc de peccatis magis ſit à Propheta dictũ, Euangeliſta exponit de ægritudinibus, plures enim ſunt ex peccatis. Int.à nobis ſubſtulit. 68. Id eſt ſuſtinuit in Cruce. 69. Int.poſt ſanationem iſtorũ. 70. Aug. de conſ.Euang.lib.2.cap.22.non poſtridie eius diei quo ſocrus Petri ſanata, eo enim die Marcus & Lucas dicunt abiiſſe diluculo in deſertum. 71. Hil.plures erant diſcipuli præter Apoſtolos. 72. Chry. in ho.non ſolùm curabat corpora,ſed animas, oſtendens nihil faciendum ad oſtentationé, ſimul etiam mitigabat Iudaicam inuidiam. Remig. volebat quaſi homo turbarum importunitatem declinare. Chry. in hom.non turbis dixit, recedite, ſed diſcipulos iubens abire, ſpem dedit turbæ eundi etiam illuc.

1. Aug.de conſ.Euang.lib.2.cap.23.hoc, vt ait Lucas, factum, cùm eſſent in via venientes.ſ.ad fretum.

73. Int. literæ occidentis ſeruus. 74. Int.hoc deſiderans, quod Simon Magus voluit emere, vt de miraculis lucraretur. Hier. 75. Hier.ſi dixiſſet, Domine, non fuiſſet repulſus, ſed æſtimabat vnũ magiſtrum de pluribus, & non erat ſpiritualis auditor, ideo Chriſtus in eo non poteſt caput reclinare.

76. Chry.in hom.magnus tumor dedignantis connumerari cum turba, & ſe oſtendentis ſuper multos eſſe Hil.interrogat an ſit ſecuturus, infidelitatis ergo affectum ſub diffidentia interrogationis expreſſit. 77. Chryſ.in hom.reſpondens non ad verba, ſed mentem. 78. Int.q.d doloſitas latet in te profunda. Aug.de verb.Dom.Hier.q.d.quid me propter diuitias & ſeculi lucra ſequi vis, cùm nec hoſpitiolum habeam. Chry.in hom.arguit malum conſilium, concedit tamen ſi velit pauperem ſequi, ſed diſce eius malitiam qui correctus non dixit, paratus ſum ſequi.

Sens. Myst. In Cap. VIII.

57. Chry.in hom.non dedignatur vilia tuguria piſcatorum intrare, docens humilitatem. 58. Rab. per leproſum intelligitur genus humanum, per ſeruum Centurionis, gentilis populus, per ſocrum Petri, ſynagoga. Beda in hom. Synagoga quodam modo eſt mater Eccleſiæ Petro commiſſæ; febris autem inuidiæ æſtus dum perſequebatur Eccleſiam. Remig.per ſocrum Petri, intelligitur lex quæ infirmabatur per carnem, id eſt, carnalem intelligentiam. Rab.anima carnis concupiſcentiis, vt febribus æſtuans, manu m[illegible]cordia tacta conualeſcit. 62. Glo.Occaſus ſolis, mors Chriſti. Hier.quando granum tritici in terra moritur, multos fructus affert. 64. Int.per iram & odium. 72. Gloſ.amaros ſeculi fluctus tranſeundos docet.

Addit. Avct. In Cap. VIII.

57. ſcilicet, quam antea habitare ſolebat, aut quam eius cognati poſſidebant cum eo olim communem.
66. id eſt, abſtulit curando.

& volu-

& [79] volucres cæli nidos:Filus [m] autem hominis non [80] habet vbi [81] caput reclinet. [82] Alius au-
tem de [83] diſcipulis eius ait illi, [84] Domine permitte me primùm ire, & ſepelire patrem
meum. Ieſus autem ait illi, [85] Sequere me, & [86] dimitte [87] mortuos [n] ſepelire [88] mortuos [89] ſuos.
Et [90] aſcendente eo in nauiculam, [91] ſecuti ſunt eum [92] diſcipuli eius:& ecce motus [93] magnus
factus eſt in mari, [94] ita vt:nauicula [95] operiretur fluctibus, [96] ipſe verò [97] dormiebat. Et [98] acceſ-
ſerunt ad [99] eum diſcipuli eius,& ſuſcitauerunt eum,dicentes,Domine, [100] ſalua nos, peri-
mus.Et dicit eis Ieſus, [101] Quid timidi eſtis [102] modicæ fidei? Tunc ſurgens [103] imperauit ven-
tis & mari,& facta eſt tranquillitas [105] magna. Porrò

SENS. LIT IN CAP: VIII.

79. Int. elatio nidum fecit cor tuum. Aug. de verb. Dom. doloſus,& elatus non me ſequeris. Idem de quæſt. Euan. q. 5. intelligitur hic miraculis motus ob iactantiam ſequi voluiſſe, quam ſignificant aues, & diſcipuli obſequium finxiſſe, quæ fictio vulpis nomine ſignificata eſt. m. Glo. ita ſe vocat humilitatis cauſa. 80. Int. in te locum mea humilitas. 81. Int. humilitatem mortis. 82. Int. quem ad diſcipulatum vocabat, dignus in quo diuinitas quieſcat. 83. Int. non de duodecim. 84. Int. non reſpuit eſſe diſcipulus, ſed expleta pietate paterni funeris, vult liberior ſequi. Glo. ille vocauit magiſtru vt elatus, iſte humiliter Dominum. 85. Aug. de ver. Dom. ſerm. 7. quando Dominus parat homines Euangelio, nullam excuſationem vult interponi carnalis huius temporaliſque pietatis. 86. Int. illi carne mortuos condant, tu autem mortuos anima reſuſcita. Chry. in hom. nõ iubet contemni amorem ad parentes, ſed docet nihil magis neceſſarium quàm cæleſtia negotia. adde quod poſt ſepulturam neceſſe erat teſtamenta ſcrutari, hæreditatis diuiſionẽ, & alia huiuſmodi quæ poterant à veritate abducere. denique erant qui poſſent officium hoc facere. 87. Int. ſcilicet, culpa, vel non credentes. 88. Int. natura.
89. Int. carne. Chry. in hom, oſtendit illum mortuum, non eſſe. huius, erat enim (vt puto) ille infidelis. Hil. inter fidelem filium & patrem infidelem ius paterni nominis relinqui admonuit. Glo. Lucas addit, Tu autem vade,& annuntia regnum Dei, minora enim bona propter maiora dimittenda. 90. Orig. hom. 6. in diuerſa loca cùm miranda feciſſet in terra, ſimilia facturus tranſit ad mare, vt ſe terræ & maris Dominũ oſtenderet. 91. Int. infirmi, & ſpretores mundi. Orig. firmi & ſtabiles in fide. 92. Chry. in hom. athletas orbis terrarum, tentationibus & timoribus exercet. 93. Int. vt magna virtus liberatoris videatur. Orig non ex ſe orta tempeſtas, ſed Chriſti imperio, qui volebat magnum opus oſtendere.
94. Int. tanto magis conturbat timor diſcipulos. 95. Int. aliàs mergeretur. 96. Int. hic homo oſtẽditur. 97. Int. vt Apoſtolos ſuſcitare faceret. Chry. in hom. vt daret tẽpus formidini: ſi enim vigilaret, vel non timuiſſent, vel non rogaſſent, vel non crederẽt poſſe tale quid facere. Orig. dormiebat corpore, vigilabat Deitate. 98. Int. adeo territi, vt nõ modeſte irruerẽt & ſuſcitarẽt. Orig. ſed turbulenter.
99. Int. ſemper vult rogari. 100. Int. quaſi adhuc paruuli, & infirmi. 101. Orig. q. d. cognouiſtis potentiam in terra, cur non etiam in mari potentem creditis? Qui modicum credit, arguitur, qui nihil cõtemnitur. Chry. in hom. non decentem habebant de ipſo opinionem, poterat enim etiam dormiens liberare. 102. Chry. in hom. ideo non fecit ſignũ hoc præſentibus turbis, ne ab eis damnarentur diſcipuli modicæ fidei. 103. Int. hic Deus oſtenditur. Hier. ſentiũt omnes creaturæ Creatorẽ, & quæ apud nos inſenſibilia ſunt, illi ſunt ſenſibilia. 105. Interlin. magna poteſtas, quia de magna tẽpeſtate fit magna tranquilitas. Origen. decet magnum, magna facere. Chryſoſtom. in homil. confeſtim ſoluta eſt tempeſtas,& nihil turbationis manſit, impletumque illud, dixit,& ſtetit ſpiritus procellæ.

SENS. MYST. IN CAP. VIII.

79. Greg. 19. Mor. cap. 1: vulpes fraudulentæ in ſpecubus abſconduntur,& tortuoſis anfractibus currunt. aues volatu ſe ſubleuant; ſignificantur ergo fraudulenta & elata dæmonia in illius corde habitare, nec poſſe Chriſti humilitatem in ſuperba mente quieſcere Rab. hæretici, vt vulpes verſuti; volucres. i. maligni ſpiritus in Iudæorum cordibus nidos habebant. n. Greg. 4. Mor. mortui mortuos ſepeliunt, cùm peccatores peccatoribus fauent. 97. Glo. dormit Dominus. i. fides Domini, cùm negligentius agimus,& ideo tempeſtas. ſi verò fides reſurgit, imperat ventis & fluctibus. Hier. figura huius, cùm Ionas dormiret, cæteris periclitantibus. 98. Chry. erat hæc turbatio typus futurarum tentationum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

93. pro, tempeſtas. 102. ſcilicet. parum fidentes me præſente tutos eſſe.

homines[106] mirati ſunt,dicentes, Qualis[107] eſt hic,quia venti & mare[108] obediunt ei.Et cùm veniſſet Ieſus trans fretum in regionem Geraſenorum[109]; occurrerunt ei duo[110] habentes dæmonia[111],de monumentis[112] exeuntes,ſæui[113] nimis:ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam. Et ecce clamauerunt[114] dicentes, Quid[115] nobis & tibi Ieſu Fili[116] Dei? Veniſti huc ante[117] tempus torquere nos. Erat[118] autem non longè ab illis

Sens. Lit. In Cap. VIII.

106. Int.non diſcipuli,ſed nautæ,& cæteri qui erant in naui. Orig. numquam enim ſine honore nominantur diſcipuli,ſed ſemper aut Apoſtoli,aut diſcipuli.Hier. ſi quis contendat ſignificari diſcipulos, dicendum appellari homines, quia nondum nouerant potentiam Saluatoris. 107. Int.dormit vt homo, imperat vt Deus.Orig. non interrogant,ſed aſſerunt talem eſſe,& tantum cui mare & venti obediunt. 109. Rab.Geraſa vrbs Arabiæ trans Iordanem, iuncta monti Galaad, quam tenuit tribus Manaſſe,non longè à ſtagno Tyberiadis quo porci præcipitati. 110. Aug.2.de conſ.Euang.cap.24.Marcus & Lucas vnum cõmemorant.ſ.eum qui clarior erat, & formoſior,& pro cuius ſalute regio illa magis ſollicita.Chry. in hom.non dicunt illi fuiſſe vnum ſolum. 111. Int.legionem. 112. Chry.in ho. volebant imponere pernitioſum dogma.ſ.animas.ſ.morientium dæmones fieri.Vnde & dæmoniaci clamant (vt decipiant audientes) anima illius ego ſum. 113. Chry. in ho. quia nemo afferre audebat ad Chriſtum propter ſæuitiam,Chriſtus ad eos vadit. 114. Int.non eſt voluntatis confeſſio,ſed neceſſitatis extorſio, quia timent eius præſentiam. Hier. vt ſi ſerui fugitiui poſt multum temporis dominum videntes,de verberibus deprecentur:putabant ij veniſſe Chriſtum ad ſe iudicandos. 115. Int.q.d.nobiſcum tibi nihil eſt commune,ne quis ergo dicat quod in principe dæmoniorum eiicit dæmonia.Remig.nihil commune dæmonum malitiæ & gratiæ Chriſti, itaque rectè dicunt. 116. Aug.9.de ciui.c. 21.tantum innotuit eis per ſua virtutis effecta,quantum voluit;tantum voluit, quãtum oportuit.Hier. ſuſpicari magis Filium Dei quàm noſſe intelligendi ſunt.Aug lib.de q.nou.& vet. teſt. q. 66. magis ex ſuſpicione quàm ex cognitione dixiſſe credendi ſunt,ſi enim cognouiſſent, nunquam Dominum gloriæ crucifigi permiſiſſent.Remig.cum eius virtute torquebantur,& miracula videbant,putabant filium Dei. cùm viderent eſuriem, ſitim, & ſimilia pati,credebant hominem purum; damnari verò merentur Iudæi & Arriani etiam dæmonum confeſſione. 117. Aug.8.de ciu.cap.23.ſ.ante tempus iudicij,vel ſubitum illis fuit quod tardius futurum putabant.Chry.in hom.exiſtimabant ob mala quæ fecerant,non expectandum in eis tempus extremæ punitionis, quæ erit in die iudicij. 118. Chry.in hom.ab experientia clamant,flagellabantur enim inuiſibiliter,intolerabilia patientes ex Chriſti præſentia.Hier.præſentia Saluatoris tormenta ſunt dæmonum.Glo.torquentur dum de corporibus eiiciuntur,in quorum tortura delectabantur.Aug.de conſ Euang.lib.2. cap.24.diuerſo modo verba dæmonum referunt Euangeliſtæ,ſed vel in vnam ſententiam redigi,vel omnia dicta eſſe intelligi poſſunt.

Sens. Myst. In Cap. VIII.

108. Orig. Omnes in Eccleſiæ nauicula cum Domino per vndoſum mundum ſupernatamus,dormit autem,id eſt,noſtram patientiam,& penitentiam expectat, imperat ventis,id eſt,dæmonibus,qui concitant fluctus: id eſt,principes mundi ad perſecutionem ſanctorum;facit tranquillitatem, reddens Eccleſiæ pacem.Rab.mare, æſtus ſæculi:nauicula,arbor crucis,cuius auxilio venitur ad cæleſtis patriæ littus,poſito Chriſto in cruce,commotæ diſcipulorum mentes; dormire Chriſti, mori eſt.excitant diſcipuli,dum quærunt reſurrectionem; ipſe reſurgens increpat duritiam eorum,imperat ventis,id eſt,diaboli ſuperbiam proſternit;& mare,id eſt, Iudæorum veſaniam. o. Orig.ſoli homines Deo reſiſtunt,& ideo in iudicio damnabuntur. 109. Rab.Geraſa,id eſt,colonum eiiciens,vel aduena propinquans,gẽtilitas.ſ.quæ diabolum à ſe eiicit, & propè facta eſt à Chriſto viſitata per prædicatores. 110. Amb. in Luc.cap.8.Gentes de duobus filiis Noë exierunt,nam familia Sem,in poſſione Dei fuit.Rab.duo,id eſt, Iudæi & Gentes,qui non in domo,id eſt,conſcientia quieſcebant,ſed in monumentis, id eſt, operibus mortuis delectabantur,nec ſinunt per viam fidei, quam impugnant, quemquam tranſire. 112. Rab. Sepulchra ſunt perfidorum corpora. 113. Glo.Lucas dicit,ruptis vinculis agi in deſerto;Gentes enim nullo legum vinculo poterant cohiberi.

Addit. Auct. In Cap. VIII.

106. ſcilicet qui ſimul nauigabant. 109. Geraſa quæ & Gargaſi vrbs Arabiæ iuncta monti Galaad, à qua non longè Gedara ciuitas,fortè à Gad tribu dicta, in cuius ſorte erat. Eſt & Gadara alia in tribu Iuda.Ioſ 15. 115. id eſt,quid tibi nobiſcum rei eſt? quid noſtra curæ?

grex

[119] grex porcorum multorum [p] paſcens. Dæmones autem [120] rogabant eum dicẽtes, Si eiicis nos [121] hinc, [122] mitte nos [123] in gregem porcorum. Et ait illis, [124] Ite. At illi exeuntes abierunt in porcos: & ecce magno [125] impetu abiit totus grex [126] perpræceps in [q] mare: & mortui ſunt in aquis. Paſtores autem [127] fugerunt: & venientes in ciuitatem, nunciauerunt hæc omnia: & de his qui dæmonia habuerant. Ecce tota ciuitas exiit obuiam Ieſu, & viſo eo, [128] rogabant eum vt tranſiret à finibus eorum.

Sens. Lit. In Cap. VIII.

120. Greg. 2. Mor. ca. 8. ſcit diabolus non ſe ſufficere quodlibet agere ex ſemetipſo. 123. Remig. nõ petunt mitti in homines, quia eum, cuius virtute torquebantur, humanam ſpeciem geſtare videbant, nec in pecora, quia munda animalia & in templo offerebantur. nullum autem animal porco immundius. vnde porcus quaſi ſpurcus. nec in aërem, ob cupiditatem nimiam nocendi hominibus. 124. Int. permittit, vt ſit occaſio ſalutis hominum per interfectionem porcorum. Hier. Chry. in hom. non hoc fecit perſuaſus à dæmonibus, ſed vt doceat magnitudinem nocumenti dæmonum qui illis hominibus inſidiabantur; deinde nec contra porcos audere, niſi ipſe cõceſſerit, poſtremò grauiora facturos in homines quàm in porcos, ſi Deus permitteret. voluit etiam diſcerent homines illius regionis ſuam virtutem. 126. Chry. in hom. ideo porcos occiderunt, quia de hominum perditione lætantur, augebat etiam damni magnitudo facti famam, à multis enim diuulgabatur. ſ. à vexatis, à porcorum dominis, & paſtoribus. 128. Chry. in hom cùm deceret adorare, & admirari virtutem. Quanta autem Chriſti manſuetudo, qui non reſtitit, ſed receſſit, dans eis doctores liberatos, & porcorum paſtores. Hier. ex humilitate hoc faciunt, indignos ſe Chriſti præſentia iudicantes.

Sens. Myst. In Cap. VIII.

119. Interlin. ſignificat irrationales, & immundos homines. p. Interlin. in monte ſuperbiæ. 121. Int. de electis. 122. Int. in eos dominari, ſiue qui in immunditia permanſerint. 123. Hil. videntes dæmones non ſibi relinqui locum in gentibus, vt patiatur ſe habitare in hæreticis deprecantur. Glo. niſi quis porci more vixerit, non in eum (niſi ad probandum) diaboli accipiunt poteſtatem. 125. Hil. liberato populo gentium increduli agunt ſacrilegos ritus in abditis, cæca & profunda curioſitate ſubmerſi. 127. Glo. quidam principes impiorum, etſi fugiunt fidem Chriſti, potentiam tamen eius mirando prædicare non ceſſant. 128. Glo. quidam conſuetudine ligati mirantur quidem, & venerantur legem Chriſti, ſed nolunt pati.

Addit. Auct. In Cap. VIII.

122. Gre. permitte ire. q. id eſt, lacum. 128. ſ. timentes rebus ſuis qui porcos amiſerunt, vel ſe eius præſentia indignos iudicantes.

CAPVT IX.

ET aſcendens Ieſus in [3] nauiculam, [2] transfretauit, & venit in [1] ciuitatem ſuam. Et ecce [a] offerebant ei [4] paralyticum iacentem in

Sens. Lit. In Cap. IX.

1. CHRY. in hom. poterat pede tranſire, ſed non ſemper voluit mirabilia facere, ne incarnationis noceret rationi 2. Int. de terra Geraſenorum. 3. Aug. de conſ. Euang. potuit Galilæa dici ciuitas Chriſti, quia in Galilæa erat Nazaret. Chry. in hom. ciuitatem ſuam vocat Capharnaum, vbi continuè habitabat. Hier. ciuitatem eius intelligamus Nazareth. Aug. de conſ. Euang. dicemus Matthæum prætermiſiſſe geſta in Nazareth.

Sens. Myst. In Cap. IX.

3. HIL. Dei ciuitas, fidelium plebs; nauis, Eccleſia. 2. Glo. Doctores ſunt, qui offerunt Chriſto monendo, & intercedendo. 4. Int. animam illecebris carnis reſolutam.

Addit. Auct. In Cap. IX.

3. ſcilicet Capharnaum, vbi ex quo reliquit Nazareth, habitare ſolebat.

lecto[5]. videns autem Ieſus fidem[6] illorum[7],dixit paralytico, Confide[8] fili[9], remittuntur[10] tibi peccata tua. Et ecce quidam[11] de Scribis dixerunt intra ſe,Hic blaſphemat[12].Et cùm vidiſſet[13] Ieſus cogitationes eorum ,dixit , Vt[14] quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid[15] eſt facilius,dicere,Dimittuntur[b] tibi[16] peccata tua,an dicere,Surge[17],& ambula? Vt autem ſciatis[18] quia Filius hominis habet poteſtatem[19] in terra[20] dimittendi peccata: tunc ait paralytico:Surge,tolle[21] lectum tuum,& vade[22] in domum[23] tuam.Et ſurrexit,& abiit in domum ſuam. Videntes autem turbæ, timuerunt[c] , & glorificauerunt[24] Deum[25] , qui dedit poteſtatem talem hominibus. Et cùm tranſiret[26] inde Ieſus , vidit hominem ſedentem[28] in teloneo[29] , Matthæum[30] nomine. Et ait illi , Sequere[31] me[32]. Et ſurgens[33],

Sens. Lit. In Cap. IX.

6. Glo.quantum valeat apud Deum fides propria,apud quem ſic valuit aliena,vt intus & extra ſanaret hominem!. 7. Chry.credebat etiam infirmus,alioquin non ſe permiſiſſet ſubmitti per tectum. 8. Int.in hoc innuit ſe Deum. 9. Hier. mira humilitas deſpectum hominem , & quem ſacerdotes non dignabantur attingere,filium vocat,filiũ verò dicit,quia dimittuntur ei peccata. 10. Hier. forte prius dimittit peccata,vt ablatis cauſis morbi ſanitas reſtituatur. 11. Chry.in hom.Fecerũt iſti æmulatione clarere hoc factum. 12. Int.quia in Prophetis dicit Dominus,Ego ſum qui deleo iniquitates, ❡ cùm ſit homo,quod Dei eſt,arrogat ſibi.Hier. 13. Int.Deum ſe eſſe,& occultorum cognitione,& operum virtute indicat. 14. Int.q.d. qua poteſtate cogitationes veſtras video , & peccata poſſum dimittere.Hier.Chry.in hom.Si non eſſet æqualis Patri,dixiſſet. non vt vos putatis , me affirmo habere poteſtatem dimittendi peccata. 15. Hier. quamquam eiuſdem virtutis eſt , corporis & animæ vitia dimittere,interdicere tamen & facere,multa eſt diſtantia. 16. Int. quod ſolus Deus nouit. 17. Int. quod ipſi viderent.Chry.in hom.per manifeſtum,occultum demonſtrat. 18. Int. non ad blaſphemátes,ſed ad diſcipulos,& ſunt verba Matthæi,vel Chriſti. 19. Int.quia idẽ eſt Filius hominis,& Deus. Chry.in hom.ſe oſtendit Patri æqualem. 20. Int.ſ.poſitus. 21. Int. vt maius miraculum ſit.Glo. vt quod fuit teſtimonium infirmitatis , ſit probatio ſanitatis. 24. Int. Iam quodammodo crédentes. 25. Int.id eſt,hominem tam potenter operantem inter homines. 26. Int.de Galilæa.Chry.in hom. à loco vbi fecerat miraculum,ne Iudæorum zelum accenderet. 27.. Int.non tam corporeo,quàm miſerantis intuitu.Aug.2.de Conſ.Euang.cap.26.videtur memorare prætermiſſa:ſunt enim electi duodecim ante ſermonem habitum in monte,vt ait Lucas. 28. Int.pertinaciter lucris inhiãtem. 29. Glo. telos Græcè vectigal.Chry.in hom.cur non de aliis Apoſtolis dicitur,quomodo,& quando vocati, vt de Petro,Iacobo,Andræa,Iohanne & Matthæo? quia horũ ſtudia humilia & incõuenientia,nihil enim piſcatione vilius,nec telonij officio deterius. 30. Hier.dicitur & Leui. 31 Int.amodo. 32. nõ lucra. 33.Chry.in ho.nec teſtitit,nec domum abire rogauit.Remig,officij ſui rationes imperfectas reliquit.

Sens. Myst. In Cap. IX.

5. Int.in corpore vbi iacet anima. ❡ in voluptate ſeculi. Hil.paralyticus, vniuerſitas gentiũ ab Angelis Deo oblata,filius dicitur,quia Dei opus. 6.. Int.non væcordiam ægri. 10. Glo.quinque modis contingunt infirmitates,vel vt meritum augeatur vt Iob.vel ne ſuperbiant vt Paulo , vel vt corrigantur peccata,vt huic paralytico,vel ad Dei gloriã,vt cæco nato; vel ad initiũ pœnæ,vt Herodi. 22. Int. ne Chriſtiana fide curatus moreris in perfidia Iudæorum. 22. Rab.ſurgere eſt animã á deſideriis carnalibus abſtrahere.lectũ tollere,eſt carnem attollere ad volũtatem ſpiritus.domũ ire, eſt ad paradiſum redire, vel ad ſui cuſtodiam internam. Hil. nullus in domum æternam reditus, niſi dimiſſis peccatis.

Addit. Avct. In Cap. IX.

8. i. bono eſto animo. 10. ἀφίενται, præteritum Atticum ponitur verò hic pro præſenti. 12. i tribuit ſibi quod Dei eſt ſolius. b. ſub. efficaciter , propriaq́; authoritate. 18. æqualis enim vtrumque poteſtatis. certè efficaciter alterum per alterum probatur, nam falſum miraculo non poteſt confirmari.

c. Græc. admirata ſunt ἐθαύμασαν. 29. locus eſt in quo ſedent publicani exigentes tributum, quod Græci τέλος. 30. quidam putant accepiſſe id nomen, poſtquam eſt ad Apoſtolatum vocatus, cùm antea Leui diceretur.

ſecutus

[34]ſecutus eſt eum. Et factum eſt, diſcumbente eo in [35]domo: ecce multi [36]publicani & pec-
[37]catores venientes, [38]diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Et videntes [39]Phariſæi, di-
[d]cebant [40]diſcipulis eius, [41]Quare cum publicanis & [42]peccatoribus manducat magiſter ve-
ſter? At Ieſus audiens, [43]ait, [44]Non eſt opus [45]valentibus [46]medicus: ſed [47]malè habentibus.
[48]Euntes autem [49]diſcite quid eſt, [50]Miſericordiam [e]volo, & non [51]ſacrificium. [52]Non enim ve-
ni vocare [53]iuſtos, ſed [54]peccatores ad pœnitentiam. Tunc acceſſerunt ad eum [55]diſcipuli
Ioannis, dicentes, [56]Quare nos & Phariſæi ieiunamus frequenter: diſcipuli autem
tui non ieiunant? Et [57]ait illis Ieſus. [58]Numquid [59]poſſunt [60]filij [61]ſponſi [62]lugere,

SENS. LIT. IN CAP. IX.

34. Glo. relictis omnibus, vt ait Lucas. Hier. maieſtas diuinitatis quæ in facie refulgebat, poterat videntes ad ſe attrahere primo aſpectu. Chry. in hom. vocatus eſt poſt multa miracula, & multam Chriſti famam, quando eum aptiorem ad obedientiam Chriſtus ſciuit. 35. Int. ſ. Matthæi. Aug. 2. de Conſ. Euan. cap. 27. vt dicunt Marcus & Lucas. 36. Int. qui publica vectigalia exigunt, & conducunt; & qui lucra ſeculi per negotia ſectantur. Chry. in hom. conuocauit eos qui erant eiuſdem artis. Glo. iam poſt ſe multos trahit, Apoſtolus & Doctor futurus. Hier. Tertullianus ait hos fuiſſe ethnicos, quaſi verò Matthæus non fuerit Iudæus, aut Chriſtus conuinaretur cum ethnicis. 37. Hier. vidẽtes Publicanum locum inueniſſe pœnitentiæ, non deſperant ſalutem. 38. Int. vt ab eo ſpiritualiter paſcerentur. Chry. in hom. conneſcens emendabat ſæpe malè diſpoſitos. 39. Int. dupliciter errabant, quia ſe iuſtos putabant, cùm ſint ſuperbi, & illos reos cùm iam pœniteant. Rab. 40. Chry. in ho. volebant ſeparare à Doctore diſcipulorum corda. 41. Aug. de Conſ. Euang. Lucas aliquanto aliter, indicat enim Chriſto & diſcipulis obiectum; ſed cùm diſcipulis obiicitur, Magiſtro obiicitur, vna ergo eſt ſententia. 42. Int. quos lex damnat. 43. Glo. Pœnitentes amplius in fide confortans, ſuperbos ad humilitatem, & pietatem prouocans. 44. Int. q. d. vos declino, quia non egère vos putatis. 45. Int. qui gratiã non quærunt. 46. Rab. ſe medicum dicit. 47. Int. hos iuuo, quia pœnitendo dant locum gratiæ, ſed ſi ſanari vultis, eũtes, &c. 48. Int. ſ. à temeritate vituperationis. Rab. 49. Int. id eſt, diligentius Scripturas inquirite. Rab. Chry. in hom. q. d. cùm me accuſatis, & meum Patrem accuſatis, qui vult peccatorum emẽdationem. 50. Int. teſtimonium de Propheta. Hier. ex Oſea. Sugillat verò illos qui ſe iuſtos æſtimantes peccatorum conſortia declinabant. 51. Int. ſ. ſine miſericordia, ſine compaſſione delinquentium. 52. Int. q. d. miſericordiam ſequimini, ſicut ego. 53. Int. id eſt, falsò ſe iuſtificantes. Hil. non erat neceſſe venire propter iuſtos. Chry. in hom. Ironicè loquitur, nullus enim iuſtus erat, omnes enim peccauerunt, vt ait Paulus. 54. Int. ſ. peccata attendentes. Aug. de conſ. Euan. Lucas addidit, in pœnitentiam, ad explanationem ſententiæ, ne putentur peccatores diligi quia peccatores ſunt. 55. Aug. de Conſ. Euang. à pluribus quæſitum eſt hoc, nam Lucas & Marcus ab aliis quæſitum indicant. Chry. in hom. Phariſæi hos ſecum acceperunt, vt Lucas indicat Hier. reprehendendi Iohannis diſcipuli, & ob ieiunij iactantiã, & quia ſe iungebant Phariſæis à Iohanne condemnatis, & quia calumniantur à Iohanne prædicatum. 56. Int. ſuperba interrogatio, & plena ſupercilio Phariſæorum. Hier. 57. Chry. in hom. pro publicanis reſpondens, vt eorum turbatam animã mitiget, exprobrantes vehemẽtius incuſat, pro diſcipulis autem manſuetè. 58. Int. aufert ieiunium triſtitiæ diſcipulis, propter præſentiã ſuam. 60. Int. ſ. Apoſtoli quos de Eccleſia genuit. 61. Int. ſ. Chriſti. Chry. in hom. in memoriã reducit verba Iohannis, qui habet ſponſam ſponſus eſt. 62. Int. i. ieiunio affligi, dũ eos oportet de ſponſi præſentia gratalari; ſpirituali enim ieiunio nondũ ſunt apti, donec me aſſumpto Spiritu ſancto ſint confirmati.

SENS. MYST. IN CAP. IX.

36. Rab. per Matthæum, & publicanorum vocationem, fides gentium exprimitur, per ſuperbiam Phariſæorum, inuidia Iudæorum de ſalute gentium.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IX.

36. Non erant y gentiles vt putauit Tertullianus. 37. publici. ſ. ſeu manifeſti. 39. qui aderant, non conuiuæ, ſed ſpectatores. d. ſcilicet poſt conuiuium. 46. ſcilicet vt curentur. e. ſic Septuaginta. Hebraicè enim, volui. 51. pro. potius quàm ſacrificium. Sequitur n. & ſcientiam Dei pluſquam holocauſtum 61. id eſt, ad quos pertinet cum ſponſo verſari, & nuptialibus gaudiis frui. 62. pro, ieiunare.

quan

quamdiu[63] cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies cùm auferetur[64] ab eis ſponſus : &
tunc ieiunabunt[65]. Nemo[66] autem immittit commiſſuram[67] panni rudis[68] in veſtimentum[69]
vetus[70],tollit enim plenitudinem eius à veſtimento[71] : & peior ſciſſura fit. Neque mit-
tunt vinum nouum[72] in vtres veteres,alioquin rumpuntur[73] vtres,& vinum[74] effunditur;
& vtres[75] pereunt. Sed vinum nouum[76] in vtres nouos mittunt & ambo[77] conſeruantur.
Hæc illo loquente ad eos,ecce[78] princeps[f] vnus acceſſit, & adorabat eum, dicens ; Do-
mine filia mea modò defuncta[79] eſt : ſed

Sens. Lit. In Cap. IX.

63. Chry. in hom. q. d. gaudij tempore non ſunt introducenda triſtia; eſt quidē delectabile ieiunium perfectioribus, ſed imbecillioribus triſte: oſtendit verò Chriſtus non gulæ eſſe quod fiebat, ſed diſpenſationis cuiuſdam. 64. Int. ſ. tempore paſſionis. Hier. ¶ Glo. erunt enim tunc in mœrore & luctu, donec per Spiritum ſanctum conſolati ieiunium lætitiæ celebrabunt nō ſolùm à cibis, ſed à terrenis omnibus abſtinentes. Hier. huius teſtimonij occaſione Montanus etiam poſt Pentecoſten facit quadrageſimam. 65. Int. non ſolùm à cibis. 66. Chry. in hom. q. d. nondum mei diſcipuli effecti ſunt fortes. itaque non ſunt grauandi præceptis : qua in re docet manſuetè tractandos ad fidem venientes. Aug. de Conſ. Euan. ſignificat per ſequentes ſimilitudines veterem ſenſum habentibus non conuenire illud ieiunij genus quod pertinet ad gaudium mentis in ſpiritualia ſuſpenſæ, & ob hoc alienatæ à corporalibus cibis. 67. Int. i. partem. 68. Remig. Euangelicam doctrinam ſignificat, cuius particula quædam ieiunium. 69. Remig. diſcipulos ſuos intelligit. 70. Int. q. d. ſi hoc ſolū eis importunè traditur, quibus præualet vetus conſuetudo, citò quod habent, auferetur. Glo. q. d. perfectio vitæ nouæ diuiditur, & veteri fides aufertur. 71. Int. ſ. veteri. 72. Int. q. d. nouæ vitæ myſteria non ſunt committenda mentibus nondum innouatis. Remig. 73. Int. q. d. id ſi fit, nec rudes mentes pati poſſunt. Remig. poſt reſurrectionem vinū nouum receperunt diſcipuli, vnde quidam dixerunt, muſto pleni ſunt iſti. 74. Int. i. ipſa doctrina nihil prodeſt. 75. Int. i. ipſæ mentes pondere præceptorum ſuffocantur 76. Int. noua myſteria mentibus innouatis committuntur. 77. Int. i. doctrina memoriæ traditur, & mens non eſt ſine fructu. 78. Chry. in hom. adiungitur opus quo Phariſæi obſtruantur. Aug. de conſ. Euan. alio ordine narratur hoc à Marco & Luca. f. Glo. Archiſynagogus nomine Iairus. 79. Aug. de conſ. Euang. alij duo Euangeliſtæ dicunt morti proximam. Matthæus ergo breuitatis cauſa non verba patris retulit, ſed voluntatem, qui deſperauerat viuam poſſe reperiri, itaque volebat (quod Dominus fecit) vt mortuā ſuſcitaret. non mentitur autem, qui aliis verbis dicit, quod alius voluit, cuius verba non dicit, debent enim verba voluntati ſeruire. Chry. in hom. dixit mortuam, vt augeret calamitatem, ſic enim ſolent rogantes, vt impetrent.

Sens. Myst. In Cap. IX.

64. Hier. cùm propter peccata à nobis receſſerit, tunc indicendum ieiunium, & luctus recipiendus.
69. Hier. veſtimentum vetus, & vtres veteres, Scribæ & Phariſæi, veſtimentum, & vinum nouū, præcepta Euangelica, quæ illi non poterant ſuſtinere maiorū traditionibus deprauati. 76. Rab. vino intus reficimur, veſte foris tegimur, veſtis ergo bona opera quę foris agimus, vinum autem, feruor fidei, ſpei, & charitatis, quo intus reformamur. f. Glo. Iairus. i. illuminans, vel illuminatus, Moyſes. ſ. qui videns Dominum in carne venturum, rogat pro filia. i. ſynagoga, quæ lege & Prophetis educata, erroribus languens, in peccatis moritur. in domo tamen. i. Dei cultu. At Hæmorrhoiſſa. i. gentilitas in itinere ſanatur præripiens ſalutem Iudæis paratam. Erogauerat verò ſubſtantiam omnem in medicos, quanto enim magis gentilitas vires naturalis induſtriæ in philoſophorū pręceptis expendit, tāto minus potuit à ſordibus liberari. 12. annis laborauerat quot nata filia Archiſynagogi, ex quo enim ſynagoga cœpit Deo ſeruire, cœpit gētilitas idololatria pollui; acceſſit, credidit, locuta eſt, fide enim, verbo, & opere ſalus acquiritur. tetigit fimbriā, non veſtē, non enim vidit in carne Dominū, ſed fidem per Apoſtolos accepit. Hil. princeps, lex quæ pro plebe à ſe inſtituta Dominū orat. Rab. Synagoga 12. anno. i. tempore pubertatis, errorum languore conſternata eſt. Fluxus ſanguinis, idololatriæ pollutio, vel carnis & ſanguinis delectatio, veſtimentum, Chriſti Incarnationis myſterium; fimbriæ, verba de Incarnatione.

Addit. Auct. in Cap. IX.

68. id eſt à fullonibus nondum apparati ἀγνάφου. 70. ſenſus eſt, aufert id quod additum eſt à veſtimento, plenitudinem eius. ſ. rumpens. 79. id dixit poſtquam intellexit defunctam. nam in principio id quod Marcus & Lucas. ſ. eſſe in extremis. vel ſub. quantum credo, qui penè mortuam reliquerim.

[80] veni, impone [81] manum tuam ſuper eam, & viuet. [82] Et ſurgens Ieſus, ſequebatur eum, & [83] diſcipuli eius. Et ecce [84] mulier quæ [85] ſanguinis fluxum patiebatur duodecim [86] annis, ac- [87] ceſſit [88] retrò, & [89] tetigit [g] fimbriam veſtiméti eius. [90] Dicebat enim intra ſe, Si [91] tetigero tantùm veſtimentum eius: [92] ſalua ero. At Ieſus [93] conuerſus, & [94] videns eam, dixit, [95] Confide [96] filia, [h] fides tua te [97] ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex [98] illa hora. Et cùm [99] veniſſet Ieſus in domum principis, & vidiſſet [100] tibicines, & turbam tumultuantem: dicebat, [101] recedite, non enim [102] mortua eſt puella, [103] ſed dormit. Et [104] deridebant eum. Et cùm [105] eiecta eſſet turba, [106] intrauit: & [i] tenuit [107] manum eius; & dixit, Puella ſurge.

SENS. LIT. IN CAP. IX.

83. Chry. in hom. aſſumpſit, vt ait Marcus & Lucas, Petrum, Iacobum, & Iohannem, hos honorans, vt alij eis ſimiles efficeremur. 85. Chryſ. habebatur immunda hæc paſſio apud legem, ideo non libere acceſſit, ſed occultè. g. Remig. habebat Dominus fimbriam iuxta legis præceptum. 95. Int. i. habe ſpem. Rab. robur, & perſeuerantiam fidei poſtulat: credebat enim quæ ſalutem petebat. 96. Int. ideo filia, quia fides tua, &c. h. Chryſ. in hom. nondum de Chriſto perfectè ſentiebat, non enim putaſſet eum latere, Dominus verò primò ſoluit ei timorem, ſecundò ſe non latuiſſe, deinde eius fidem commendat. 97. Int. iam in eo quod credidiſti. Hier. 99. Chry. in hom. tardius ibat, & plura locutus eſt mulieri curatæ, vt moreretur interim puella, & manifeſta fieret reſurrectionis demonſtratio.

100. Glo. carmen lugubre canẽtes. Amb. in Luc. adhibebãtur hi olim ad excitãdos luctus. 102. Rab. q.d. vobis mortua eſt, Deo autem dormit. 103. Int. quia Deo viuunt omnia. Chry. oſtendit ſibi facilè eſſe mortuos ſuſcitare, ſic de Lazaro dixit, ſimul docet non timendam mortem, ipſo enim accedente ſomnus eſt. 104. Chryſoſt. in hom. ipſa deriſio, tibiæ, & alia, mortem demonſtrabant, vt negari poſtea non poſſet miraculum. 105. Int. non enim digni erant videre quod non credebant. Hier. indigni qui viderent myſterium reſurgentis, ſuſcitantem enim irriſerant. 106. Glo. cum Petro, Iacobo, & Iohanne, & puellæ parentibus. Chry. quos introduxit, ne poſſet dici aliter curata.

SENS. MYST. IN CAP. IX.

80. Int. ſ. incarnatus. 81. Int. ſ. miſericordiæ, vel potentiæ. 82. Int. ad deuotionem patrum reſpiciens, Iudæis prius verbum vitæ per ſe, & per Apoſtolos prædicabit. Chryſ. In hom. mira Chriſti humilitas & manſuetudo, ſtatim ſequentis rogantem. Prælatis etiam hîc ſollicitudinẽ demõſtrauit. 84. Int. i. Eccleſia gentium. 85. Int. carnalium delectationum. 86. Int. ſ. ſuperabundans vitiis. 87. Int. ſ. fide. 88. Int. i. poſt aſcenſionem. ¶ quia eum ſequitur. 89. Int. ſ. manu fidei. 90. Int. corde credebat ad iuſtitiam. 91. Int. i ſi ſuſcepero fidem incarnationis eius. 92. Int. id eſt, ab omni iniquitate mundabor. 93. Int. ſ. à iudicio ad miſericordiam. 94. Int. quia quos præſciuit, & prædeſtinauit, hos & vocauit. 98. Int. ex hora Dominici aduentus cœpit habere ſalutem. Rab. 99. Int. aſſumptis electis gentium, fides Chriſti prædicatur in populo Iudæorum. 101. Int. q.d. dimittite perſuaſiones, quia quidquid mentiamini de Chriſto, electio ſalua erit. 102. Int. non fornicata eſt poſt Deos alienos.

104. Int. quod faciunt Iudæi, aſſenſum dare nolentes veritati. 105. Greg. 18. Mor. cap. 28. eiicienda de corde ſecularium curarum multitudo, vt anima mortua reſurgat. Rab. puella in domo mortua, anima mortua in cogitatione; dicitur dormire, quia poteſt per pœnitẽtiam ſuſcitari, tibicines adulatores: ſuſcitatur in domo coram paucis, Lazarus coram multis, iuuenis extra portam, publica enim noxa publico eget remedio, leuis leniori, & ſecreta poteſt deli pœnitentia. Glo. reprobatis irriſoribus intrauit Chriſtus in electorum mentes. Hier. vſque hodie iacet mortua ſynagoga, & qui videntur magiſtri, tibicines ſunt, carmen lugubre canentes, & turba Iudæorum non credentium eſt, ſed tumultuantiũ. Hil. vt rarus electionis numerus intelligatur, turba expulſa eſt. 107. Hier. niſi prius mundatæ fuerint manus Iudæorum quæ ſanguine plenæ ſunt, ſynagoga mortua non ſurget.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IX.

88. clam quod fœdus eſſet morbus; & pollueret etiam tangentes. 95. q.d. bono eſto animo; ne time diſpliciuiſſe mihi quod feciſti. 97. ſ. impetrando, & merendo. 100. qui concentu luctũ excitabant in amicis defunctis. i. id eſt, apprehendit.

Et [108] ſurrexit puella. Et [109] exiit fama hæc in vniuerſam terram illam. Et [110] tranſeunte inde Ieſu, [111] ſecuti ſunt eum duo [112] cæci [m] clamantes & dicentes, Miſerere noſtri [†] fili Dauid. [113] Cùm autem [114] veniſſet [115] domum [116] acceſſerunt ad eum cæci. Et [117] dicit eis Ieſus, [118] Creditis quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei, Vtique Domine. Tunc [119] tetigit oculos eorum dicens; Secundùm [120] fidem veſtram fiat vobis. Et [121] aperti ſunt oculi eorum, & [d] comminatus eſt illis Ieſus, dicens, [122] Videte ne quis ſciat. Illi autem exeuntes, [123] diffamauerunt eum in tota terra illa. Egreſſis autem illis, [124] ecce obtulerunt ei hominem [125] mutum, [126] dæmonium habentem: & eiecto dæmonio, [128] locutus eſt mutus, & miratæ ſunt [129] turbæ, dicentes, [130] Numquam apparuit ſic in Iſraël. [131] Phariſæi autem dicebant, In [132] principe dæmoniorum

Sens. Lit. In Cap. IX.

108. Chry. iuſſit (vt dicunt alij Euangeliſtæ) ei cibum dari, vt probaretur vera reſurrectio.
112. Aug. 2. de Conſ. Euang. cap. 29. de duobus cæcis, & muto, ſolus Matthæus narrat, nam cæci de quibus alij, non ſunt iſti, ſed ſimile factum. m. Chry. oſtenditur deſiderium miſericordiam poſtulantium, voluit autem Dominus ſæpe ſanare rogatus, vt ne putaretur captandi honoris cauſa miracula facere: vnde & hic non in itinere curat, ſed in domum ducens. 113. Remig. virgo enim Maria de ſtirpe Dauid. 117. Int. non quaſi neſcius interrogat, ſed vt fides orando impetret, quod ipſe vult dare. Chry. item vt oſtendat illos dignos curatione, ne quis dicat, ſi miſericordia ſolum ſaluabat, omnes ſaluari oportebat; adde quod dixerant eum filium Dauid. docet ergo oportere de ſe maiora ſentire.
118. Int. fidem confeſſio promat. Remig. vt dum confitentur, digna fiat eis fides ampliori mercede.
120. Int. id eſt, ſicut fides illuminat mentem, ita oculis reſtituat lucem. 122. Int. exemplum fugiendæ iactantiæ. Chryſo. at alteri dicit, annuncia gloriam Dei. Nempe docet prohibendos qui nos volunt laudare propter nos, non autem ſi propter Domini gloriam. Greg. 19. Mor. cap. 18. exemplum dat ſeruis vt virtutes ſuas occultari deſiderent, tamen vt aliis proſint exemplo, prodantur inuiti. 123 Int. propter memoriam gratiæ, non poſſunt tacere. ¶ Nota aliquod iuſtum inter ſe eſſe contrarium.
125. Hier. in Scriptura quod dicitur Græcè κωφὸς cophos, vel ſurdum, vel mutum ſignificat. Chryſ. erat hæc paſſio non ex natura, ſed ex dæmonis inſidijs, itaque oportuit alij ducerent; colligabat enim lingua, animam dæmon, vnde Chriſtus non ab eo fidem petit, ſed ſtatim ſanat. 130. Int. quis ſimilis tui in fortibus Domine? non Propheta, non Patriarcha. Chry. præponebant cæteris quia velociter curabat, & infinitas ægritudines, & inſanabiles. 131. Int. quia virtutem negare non poſſunt, opera calumniantur. Remig. iuxta illud, In multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. 132. Chry. quid dementius, dæmon enim dæmoni conſentit; adde, quod Chriſtus non ſolùm dæmones eiiciebat, ſed ſanabat, ſuſcitabat peccata ſoluebat, regnum Dei prædicabat, &c. quæ dæmon facere non poteſt.

Sens. Myst. In Cap. IX.

108. Int. ſ. de morte infidelitatis. Glo. oſtenditur facilis correctio peccati nondum opere perpetrati.
109. Int. quia in omnem terram exiuit ſonus eorum. 110. Int. tranſite volente de mundo ad Patrem. 111. Int. ſ. ſecundùm humanitatem aſſumptam. 112. Int. ſ. aliqui ex Iudæis & gentibus, qui fuerant ſine lumine veritatis. 113. Int. quem veram credimus aſſumpſiſſe carnem. 114. Int. id eſt, cùm cælos aſcendiſſet. 115. Int. domus in qua cæcos illuminauit, ſancta Eccleſia eſt. 116. Int. ſ. in vnitatem fidei conuenerunt. 119. Int. cõfeſſio oris tactum meretur pietatis. 121. Int. non tamen in itinere ſanati ſunt, ſed poſtquam venit domum, id eſt, cælos aſcendit. 124. Int. ſcilicet, prædicatores. Remig. 125. Int ſcilicet, à confeſſione fidei. Glo. ſignificatur populus gentilis, vel omne hominum genus. Hil. gentiũ plebs vndique malis circumſeſſa. Remig. in laudem Creatoris os aperire non poterat. muta idola colebat & diaboli imperiis ſubdita erat. 126. Int. ſcilicet, idololatriæ deditum. 127 Int. id eſt, ablata idololatria. 128. Int. id eſt, confeſſus eſt Chriſtum. 129. Interlin. in turba nationum confeſſio. Hieron. 131. Glo. Iudæorum infidelitas ſignificatur. Hier. A

Addit. Auct. In Cap. IX.

113. Meſſiam ſignificant, ſic Matth. 15. & 20 Marc. 10 Luc. 18. 120. Scilicet, coniunctam cum fiducia obtinendi. 123. id eſt, diuulgarunt, ſeu eius famam ſparſerunt. n. pro, quæ talia faciens.

eiicit dæmones. Et [133] circuibat Ieſus omnes ciuitates, & caſtella, docens in ſynagogis eorum,& prædicans [134] Euangelium regni,& [135] curans omnem [136] languorem,& omnem in- [137] firmitatem. [138] Videns autem [139] turbas, [140] miſertus eſt eis: quia erant [141] vexati,& [142] iacentes ſicut oues non [143] habentes paſtorem. Tunc dicit diſcipulis ſuis, [144] Meſſis quidem multa, [145] operarij autem [146] pauci. [147] Rogate ergo [148] Dominum meſſis vt [149] mittat [150] operarios in meſſem ſuam.

SENS. LIT. IN CAP. IX.

133. Int.vbique indifferenter prædicabat,non perſonas diſcernens,ſed ſalutem credentium quærens. Chry. poſt contumelias beneficia præſtat Dominus 134. Int.id eſt prædicationem quæ ducit ad regnum cæleſte.Remig.lex non dicitur Euangeliũ,quia non promittebat cæleſtia,ſed terrena. 135. Int. vt quibus non perſuadebant verba, perſuaderent miracula.Remig. 136. Remig.quos ſanabat corpore,ſanabat & mẽte. 137. Int.in populo. 140. Int. cõpaſſus eſt. Glo. viã veritatis aperiendo,& moleſtias corporales auferẽdo. 141. Rem.id eſt,attriti infirmitatibus & languoribus. 143. Chry.Principes Iudæorũ nocebant his potius more luporum,cùm enim admirarẽtur turbæ, iſti dicebant,in principe dæmoniorum,&c. 144. Int.id eſt,turba populorum; ſuſcipiendo verbo, & ferendo fructui apta.
145. Int.id eſt,prædicatores. 146. Remig. paruus numerus Apoſtolorum ad comparationem tantarum ſegetum. 147. Chry.oſtendit magnum donum eſſe decẽter prædicare,dum dicit hoc eſſe orãdum. 148. Chry.latenter ſe Dominum oſtendit, miſit enim Apoſtolos metere quæ per Prophetas ſeminauerat. 149. Chry. multiplicauit Chriſtus duodecim,non numerum adiiciens,ſed virtutem. Remig. auctus numerus operariorum deſignatis aliis 72. & quando deſcendit Spiritus ſanctus. 150. id eſt,prædicatores ad congregandam electorum Eccleſiam.

SENS. MYST. IN CAP. IX.

133. Hil.ſalute gentibus data,ciuitates omnes,& caſtella,Chriſti virtute illuminantur,& ſanantur.
138. Int.ſ.clementiæ intuitu. 139. Int. id eſt,genus humanum. 141. Int. ſcilicet per varios errores dæmonum. Rab. 142. Int. id eſt, vana ſecuritate torpentes. & hoc ex vitio doctorum qui eos in viam veritatis non adduxerunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IX.

141. *ſcilicet malis.* 142. *ἐῤῥιμμένοι, diſiecti, ſparſi.*

CAP. X.

ET [1] conuocatis [2] duodecim diſcipulis ſuis, dedit illis [3] poteſtatem [4] ſpirituum immundorum, vt eiicerent eos,& curarent omnem [5] languorem,

SENS. LIT. IN CAP. X.

1. INT. ſ. per gratiam, vnde dicitur non vos me elegiſtis,ſed ego elegi vos. Remig.quod paulo antè hortatus eſt,implere videtur. Glo.relata à curatione ſocerus Petri hucuſque,facta ſunt ante ſermonem in monte habitum, quod patet ex electione Matthæi: fuit enim electus in monte.hic ergo redit ad ordinem rei,poſt curatum centurionis ſeruum. 3. Remig.hoc eſt miſereri turbis. Hier, non inuidet benignus Dominus ſeruis ſuis virtutes ſuas.Glo.datur poteſtas hæc ad authoritatem prędicationis.
4. Int.ſ.tam viſibiliter in corpore, quàm inuiſibiliter in anima vexantium. 5. Int.ſ.tam intrinſecus quàm extrinſecus.

SENS. MYST. IN CAP. X.

2. REmig.Duodenarius numerus perfectus,naſcitur enim ex ſenario in quo perfectio:conſtat enim ex partibus aliquot. Rab duodenarius ex ternario & quaternario, ſignificat prædicaturos Trinitatis fidem per quatuor mundi partes:ſignificatus in 12. filiis Iacob, 12. principibus filiorum Iſraël, 12.fontibus Helim, 12.lapidibus rationalis, 12, panibus propoſitionis, 12. exploratoribus, 12.lapidibus vnde factum altare, 12.lapidibus ſublatis ex Iordane, 12.bobus ſuſtinentibus mare æneum, 12.ſtellis in corona ſponſæ,de quibus in Apocalypſi, 12.fundamentis ciuitatis, 12.portis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

4. *ſcilicet eiiciendorum.*

& omnem infirmitatem.[6] Duodecim autem [7] Apoſtolorum nomina,ſunt hæc:[8] Primus, [a] Simon qui [9] dicitur [10] Petrus:& [11] Andreas [12] frater eius, [b] Iacobus [13] Zebedæi,& [14] Iohannes frater eius, [15] Philippus & [16] Bartholomæus, [17] Thomas & [18] Matthæus [19] publicanus, & Iacobus [20] Alphæi, & [c] Lebbæus qui cognominatus eſt [21] Thaddæus,Simon [22] Chananæus, & [d] Iudas [23] Iſcariothis,qui & tradidit eum.Hos [24] duodecim [25] miſit Ieſus:præcipiens eis,&

SENS. LIT. IN CAP. X.

6. Hier.ponitur catalogus Apoſtolorum,vt excludantur pſeudoapoſtoli. Glo.& vt eorum nomina in libro vitæ ſcripta ſignificentur. 7. Int.alias diſcipulorum. 8. Hier. ordinem Apoſtolorum, & meritum diſtribuere, eius eſt qui corda rimatur. 9. Hier.Fuit enim alter Simon Cananeus ex Cana Galilææ. 10. Rab. Græcè & Latinè Petrus, Syriacè Cephas. nomen à petra deriuatum in vtráque lingua. Glo.dictus ob primatum Apoſtolici ordinis Petrus,id eſt firmus. 11. Hier.Euangeliſta paria Apoſtolorum conſociat.Chry.Marcus poſt Iohannem Andreã numerat,dignitatis ordinẽ ſecutus. 12 Chry. non parua hæc laus eſt. 13. Int.ad differentiam,quia ſequitur Iacobus Alphæi.Hier. 14. Chry.non ordinat ſecundùm dignitatem, mihi enim videtur Iohannes etiam fratre maior. 16. Int. Syrum nomen.Rem. 18. Hier. cæteri Euangeliſtæ prius ponunt Matthæum quàm Thomam, nec publicanum vocant,ipſe verò contrà,vt ſuperabundet gratia, vbi ſuperabundauit delictum. 20. Rab.iſte in Euangeliis vocatur frater Domini, itemque in epiſtola ad Galatas.Maria vxor Alphæi,ſoror matris Domini quam Iohannes vocat Mariam Cleophæ, quia fortè idem Alphæus & Cleophas, vel defuncto Alphæo,nupſit Cleophæ. 21. Remig.hunc Lucas appellat Iudam Iacobi: ſcilicet fratrem,cuius epiſtola in Eccleſia legitur.Aug.2. de Conſ. Euang. cap. 50. quid prohibet duobus vel tribus nominibus vnum vocari: 22. Int.id eſt æmulator.Hier.ab alio Euangeliſta vocatur Zelotes:kana enim zelus. 23. Hier. vel à vico in quo ortus eſt,vel ex tribu Iſſachar. 24. Aug. lib. 18. de ciu cap.49.elegit hos Dominus natos humiliter, inhonoratos, & quidquid magnum eſſent, & facerent, in eis ipſe eſſet,& faceret.
25. Int.ſ.principaliter.Chry.tunc eos mittit,cùm virtutem eius intellexerant per verba & opera.

SENS. MYST. IN CAP. X.

a. Remig. Simon obediens, obediuit enim verbis Andreæ, & Dei præceptis, vel, vt quidam aiunt, deponens mœrorem,& audiens triſtitiam,depoſuit enim mœrorem ſurgente Domino,& audiuit,alius te cinget,&c. 11. Remig.id eſt,virilis,relictis enim omnibus,ſecutus eſt Chriſtum. b. Remig.Iacobus ſupplantator,ſupplantauit enim vitia carnis,& hanc Herode trucidante contempſit. 14. Remig. Iohannes Dei gratia,meruit enim præ omnibus à Domino diligi,vndè ſupra eius pectus recubuit.

15. Int.i.os lampadis, quia oris officio lumen quo intus illuſtratus eſt, mox inuento fratri propinauit. 16. Remi. id eſt, filius ſuſpendentis aquas. ſ. Chriſti, qui corda prædicatorum ad cæleſtia ſubleuat,& ſuſpendit,vt auditorum corda prædicationis guttis inebrient & infundant. 17. Remig.id eſt, abyſſus,ſeu geminus,qui Græcè didymus,quo diutius dubitauit,profundius myſteriũ diuinitatis agnouit.Glo.Geminus ob dubium cor in credendo. 18. Int.donatus, vel aſſumptus. ſ.à maſſa perditorum. Remig. Dei enim munere de publicano factus eſt Euangeliſta. 19. Int.Iuſtus in principio accuſator ſui eſt. 20. Int.id eſt,docti.Rem.ſeu iuſti,contempſit enim carnis curam,carnem numquam comedit, Vinum & ſiceram non bibit,balneis, & laneis veſtibus non eſt vſus, die noctuque orabat genubus flexis. 21. Rab.Thadæus ſiue Lebbæus corculus,id eſt,cordis cultor. d. Aug.lib.18. de ciuit.cap.49.hoc malo benè vſus eſt Dominus in impletione ſuæ paſſionis,& tolerandorum malorum præbuit exemplũ Eccleſiæ. 23. Hier.Iſachar,id eſt,merces.nempe proditoris pretium.Remig.id eſt,memoria Domini: ſecutus eſt enim Dominum, ſeu memoriale mortis, cogitauit enim tradere Dominum in mortem:ſeu fuſſo catio, ſe enim ſtrangulauit. per Iudam Iacobi ſignificantur perſeuerantes in fide,per iſtum verò, qui fidem relinquunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

9. id eſt, cognominatur. vide Act. 10.
20. ſcilicet filius. c. is apud Lucam vocatur Iudas Iacobi ſcilicet frater. Lebbæus autem interpretatur corculum ſecundum Hier.

dicens,

dicens, in viam [26] gentium ne [27] abieritis, & in [e] ciuitates Samaritanorum ne intraueritis:
ſed potius ite ad [28] oues, quæ [f] perierunt domus Iſraël. Euntes autem prædicare, dicẽtes,
[29] Quia appropinquauit regnum cælorum. [30] Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, [31] leproſos
mundate, dæmones eiicite: [32] gratis [33] accepiſtis, gratis date. [34] Nolite [g] poſſidere [35] aurum,
neque argentum, neque [36] pecuniam in [h] zonis veſtris, non [37] peram in via, neque [38] duas
tunicas, neque [39] calceamenta, neque [40] virgam: [41] dignus eſt enim operarius

Sens. Liter. In Cap. X.

26. Int. non prius ad extraneos, ſed ad proprios. Hier. hoc ante reſurrectionem, ne Iudæi dicerent ſe non recepiſſe Dominum, quòd Apoſtolos ad gentes miſerit, at poſt reſurrectionem, docete omnes gentes. Chry. prius ad Iudæos mittit, vt in Iudæa exercerentur velut pulli ad volandum, priuſquam ad agones orbis terrarum intrarent. Hil. minor excuſatio Iſraël quæ plus ſedulitatis in admonitione ſenſit. 27. Chry. nec viam quæ ad gentes ducit pertingere concedit. 28. Int. vt ab eis repulſi ordine ad gentium vocationem tranſeatis. Hil. licet oues vocentur, in Chriſtum tamen vt lupi & viperæ ſæuiebant. 29. Rab. ſ. per fidem. Chry. in hom. non ſenſibilia iubentur dicere, vt Moyſes & Prophetæ, ſed noua & inopinata. 30. Int. vt magnitudinem promiſſorum, probaret magnitudo ſignorum. Hieron. ¶ Greg. in hom. vt fidem verbis daret virtus oſtenſa, & noua facerent qui noua prædicabant. Chry. poſt plantatam fidem tota miracula fuerunt. 32. Int. ſicut ego ſine pretio do vobis talem poteſtatem, & vos gratis date, ne Euangelij gratia corrumpatur venalitate. Hier. dona ſpiritualia ſi media merces ſit, viliora fiunt. Glo. damnat perfidiam Simoniacæ hæreſeos. Greg. in hom. præſciebat aliquos donum ſpiritus ad vſum negociationis inflexuros. 33. Greg. ſuperbiam cõprimit, quaſi dicat, nihil de veſtro largimini. 34. Int. qui alios ad contemptum diuitiarum hortamini. Chry. radicem omnium malorum euellit. Remig. reuocat prædicatores ad primi hominis dignitatem, qui quamdiu cæleſtes poſſedit theſauros, iſta non concupiuit. Chry. in hom. non prius hoc dixit Dominus, quàm eis prædictam daret poteſtatem, felix verò commutatio. 35. Hier. ſi hæc habuiſſent, viderentur cauſa lucri prædicare, non ſalutis hominũ. Chry. non vult diſcipulos eſſe ſuſpectos, præterea liberat omni ſollicitudine. 36 Chry. in hom. ſola doctrina cura vult detineri. Int. propè neceſſaria amputat, ne curẽt de craſtino, qui docent omnia regi à Deo. Hier. 37. Int. non cellarium ſecum vehant, nec ipſa neceſſaria. Glo. duo genera neceſſariorum, quo emuntur. ſ. pecuniæ; & quæ emuntur, per peram ſignificata, vbi reponuntur. Hier. arguuntur philoſophi cellarium ſecum vehentes. 38. Int. nihil præter indumentum quo contentus eſſe potes. Hier. in tunica veſtimentum intelligamus, ne ſcilicet alio veſtitu, aliud timore futurorum reſeruemus. Chry. in hom. nihil ita virtutem oſtendit, vt nõ ſuperfluis vti. 39. Hier. & Plato præcipit non velandum caput, nec pedes, nec aſſuefacienda mollitiei. Aug. 2. de Conſ. Euan. cap. 30. Marcus dicit calceatos ſandaliis, vel soleis quibus ſcilicet pes nec tectus deſuper, nec nudus ad terram, nempe volebat Dominus non occultandum Euangelium, nec terrenis commodis innitendum; dixit ergo Dominus omnia quæ narrant Euãgeliſtæ, ſed alia propriè, alia figuratè. 40. Int. i. auxiliũ baculi. ¶ nec minima. Hier. qui Domini habet auxiliũ, cur quærat baculũ? 41. Int. ecce quare præcipit nihil ferre, quia omnia debentur eis. Hier. ſeueritatem præcepti temperat. q. d. tantum accipite, quantum in victu & veſtitu neceſſarium eſt. Chry. in hom. vult ali à diſcipulis, vt nec ſuperbiant, quaſi omnia dantes, & nihil accipientes; nec deſpiciantur ab illis.

Sens. Myst. In Cap. X.

26. Hier. non eſt eundum in errorem. 30. Remig. infirmi ſunt, qui non habent vires bene viuẽdi, leproſi, immundi opere, vel delectatione carnali, mortui, opera mortis agentes, dæmoniaci, in diaboli poteſtatem redacti. 31. Int. i. hæreticos. 35. Hier. aurum pro ſenſu, argentum pro ſermone, æs pro voce legimus, quæ non ab aliis accipienda, ſed data à Deo poſſidenda. Glo. aurum, ſapientia ſecularis; argentum, facundia; pecunia zonæ, ſapientia abſcondita; pera, onus ſeculi; calceamenta, mortuorum operum exempla. Hil. pera, id eſt, cura ſecularis ſubſtantiæ relinquenda: omnis enim theſaurus in terra pernicioſus eſt; duæ tunicæ, poſt intelligentiam veram, falſa.

Addit. Auct. In Cap. X.

26. i. ad gentes ducentem. e. Gra. ciuitatem. ſing. pro plu. q. d. in nullam ciuitatem. Hebr. ſic os non comminuetis, pro oſſa, ſeu nullum os. Io. 19. f. pro perditas. ſic Pſ. 118 ouis quæ periit. i. perdita. g. Gra. parare. h. olim itinerantes, & milites pecuniam in zonis geſtabant. 38. i. binas, ſeu mutatorias.
40. ſ. vltionis aut defenſionis cauſa, nam ad innitendum conceditur. Mar. 6.

[l] cibo ſuo. In quamcumque [42] autem ciuitatem, aut caſtellum intraueritis: interrogate [43] quis in ea dignus [44] ſit; & ibi [45] manete donec [46] exeatis; Intrãtes autem in domum, ſalutate [47] eam dicentes. Pax [48] huic domui: & ſi quidem [49] fuerit domus illa digna, veniet pax [50] veſtra ſuper eam: ſi autem non fuerit digna, pax [51] veſtra [m] ad vos reuertetur. Et quicumque non receperit vos, neque audierit [52] ſermones veſtros: exeuntes [53] foras de domo vel ciuitate illa: excutite [54] puluerem [55] de pedibus veſtris. Amen dico vobis, tolerabilius [56] erit terræ [n] Sodomorum [57] & Gomorreorum in die iudicij, quàm illi ciuitati. Ecce ego [58] mitto [59] vos [60] ſicut [61] oues [62] in medio [63] luporum. [64] Eſtote ergo

SENS. LIT. IN CAP. X.

l. Chry. accipiant prædicatores ſuſtentationem à populo, mercedem à Deo. Aug. de Conſ. Euan. non præceptum eſt vt ab his ſumant, quibus annunciant; Paulus enim victum labore manuum quærebat, ſed poteſtatem dat, quam virga nomine ſignificauit apud Marcum. 42. Int. quomodo accipiemus? 43. Hier. fama hoſpes eligendus eſt populi, ne prædicatoris dignitas ſuſcipientis infamia deturpetur: nondum autem eis dat vt ſciant quis ſit dignus, ſed iubet ſcrutari. Ambr. in Lucam. ideo domus eligenda præcipit, vt mutandi hoſpitij cauſa non ſuppetat: non tamen hæc cautio receptori mandatur, ne dum hoſpes eligitur, hoſpitalitas minuatur. 44. Chry. in hom. quare ergo Chriſtus ad publicanum diuertit? dignus fuerat factus ex conuerſione. Hier. hoſpes magis ſe nouerit gratiam accipere quàm dare. 45. Int. non eſt curſitandum per domos. Glo. conſtantiæ mãdatum. Hier. ne alioquin ſuſcipiens contriſtetur, & ipſi opinionem accipiant leuitatis. 46. Int. ſcilicet ad alia migraturi. Hier. 47. Int. pacem hoſpitio precamini, vt ſopiatur omnis repugnantia contra veritatem. Chry. in hom. docet ante vertere alios ſalutando & honorando. 48. Hier. quod Græcè χαίρε chære, & Latinè Aue, hoc Hebraicè ſcalem lach לך שלום, id eſt, pax tecum. q. d. Chriſtus, quantum in vobis eſt, diſcordiæ bella ſedate.

49. Int. id eſt, ſi fuerint ibi prædeſtinati ad vitam. Remig. 50. Int. id eſt, quam optatis. 51. Int. id eſt, prædicationis merces à Deo vobis recompenſabitur. 52. Int. id eſt, obedierit. 53. Hil. exiſtenti enim in loco, cum loco videtur eſſe communio. 54. Int. ſcilicet in ſignum terreni laboris inaniter expenſi, vel vt oſtendatis appetitum terrenorum non eſſe in affectibus veſtris. 56. Int. quia cui plus commiſſum eſt, ab eo plus exigitur. Hier. ergo diuerſitas eſt inter ſupplicia. 57. Int. quibus lex naturæ tantum, hi autem & legem litteræ ſpreuerunt, & dicta Prophetarum & Apoſtolorum. Remig. horum meminit, quia Deo magis odibilia peccata contra naturam. 58. Int. ſcilicet, qui elegi, qui docui. Chry. in hom. malorum conſolatio mittentis virtus. 59. Chry. in hom. prædicit futura mala, primò, vt diſcant eius præſcientiam. ſecundo, vt ne putentur ex infirmitate magiſtri contingere. tertiò, vt ne inopinantes opprimantur, nec turbentur tempore crucis. Glo. ſimile illud apud Iohannem, Sicut miſit me Pater, ſcilicet ad paſſionem, & ego mitto vos. 60. Int. ideo ſitis manſueti & humiles, innocentes.

61. Greg. in hom. ſenſum innocentiæ ſeruare, morſum malitiæ ne habeatis. 62. Chry. in hom. In eo apparet magis eius virtus, quod oues in medio luporum exiſtentes eos ſuperant & conuertunt.

63. Int. ſcilicet Scribarum & Phariſæorum. Hier. ¶ Hilar. veſano furore in vos ſæuiturorum.

64. Chry. in hom. oportet vt à vobis aliquid afferatis.

SENS. MYST IN CAP. X.

55. Rab. puluis, terrenæ cogitationis leuitas, à qua etiam ſummi doctores immunes eſſe nequeunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

l. alibi dicit mercedem, id eſt, debitum quoddam à ſimilitudine operariorum, Paulus vocat ſtipẽdium, à ſimilitudine militum quibus datur, non vt merces: quantum enim ad periculum quod ſubeunt? ſed vt ſuſtentatio debita? 43. ἐξετάσατε exquirite. 44. id eſt, probata vita, vel dignus tali hoſpite, aut pace Euangelica. Luca 10. dicitur filius pacis. 48. Salutatio more Hebræorum, qui dicunt, Pax tibi, Scalem lach. לך שלום imprecantes omnia proſpera & læta. m. pro, veſtrum erit meritum feciſtis enim quod debuiſtis, vel nihil inde detrimenti accipietis. Gra. reuertatur. ſ. imperatiuus pro futuro. Hebr. 54. In teſtimonium laboris veſtri, & quod nihil ab illis accipere velitis, nec cum illis in aliquo communicare. 56. i. mitius punietur. n. id eſt, habitatoribus. 58. qui ſcio ita expedire, & poſſum ſubuenire. 59. id quidam referunt ad miſſionem poſt aſcenſionem. 62. non ad luſos.

pruden

[65] prudentes ſicut ſerpentes,& [66] ſimplices ſicut [67] columbæ.[68] Cauete autem ab [69] hominibus.
[70] Tradent enim vos in [71] conciliis,& in [o] ſynagogis ſuis [72] flagellabunt vos:& ad præſides &
[73] reges ducemini [74] propter me in teſtimonium [75] illis & gentibus. [76] Cùm autem tradent
vos, nolite [p] cogitare [77] quomodo aut [78] quid loquamini: [79] dabitur enim vobis in illa hora
[80] quid loquamini.[81] Non enim vos eſtis qui loquimini,ſed Spiritus Patris veſtri, qui lo-
quitur in [82] vobis: [83] Tradet autem [84] frater fratrem in mortem: & pater filium, & inſur-
gent filij in parentes,& morte eos afficient: & eritis [85] odio [86] omnibus hominibus pro-
[87] pter nomen meum. [88] Qui autem [89] perſeuerauerit vſque in [q] finem,hic ſaluus erit. [90] Cùm
autem [91] perſequentur vos in ciuitate iſta,

Sens. Liter. In Cap. X.

65. Int.ſ.vt vitetis inſidias,vt fidem ſeruetis. Hier. ſerpens expoſitio toto corpore,occultat caput.
66. Int.ſ.vt non faciatis mala. Hier. ¶ Remig.ſimplicitas ſine prudentia facile decipi poteſt,prudentia periculoſa eſt,niſi ſimplicitate temperetur. 67. Chry.in hom.ira non per iram extinguitur,ſed per manſuetudinem;non ſufficit pati mala,ſed nec turbari conceditur.quod eſt columbæ. 68. Int.hic aperit quos lupos dixerit.Rab. 69. Int.id eſt,à perſuaſionibus hominum. 70. Int.præmunit eos. 71. Int. vbi potiori ſententiæ dandus eſt locus. 72. Int.ſub ſpecie corrigendi,quia ille locus correctionis eſt. 73. Int. quaſi ad maiorem audientiam, cùm per ſe vobis inferre vim non poterunt. 74. Chry. in hom.vnicuique malorũ mitigationẽ adiungit;nõ parua conſolatio propter Chriſtum pati. 75. Greg. in hom.ſ.qui perſequendo mortem intulerunt,vel videndo non ſunt mutati;mors Sanctorum bonis in adiutorium,qui inde exemplum capiunt,malis in teſtimonium,qui ſine excuſatione pereunt. Glo. Lucæ,continget vobis in teſtimonium: perſecutio enim teſtimonium malitiæ Iudæorum & gentium, & innocentiæ Apoſtolorum. 76. Int.contra terrores conſolatio. q.d.nolite turbari. 77. Int.ſ.de modo proferendi ornatè an inornatè. 78. Int.ſ.de modo inueniendi. Remig. Chriſtus enim ſubminiſtrabat ei verba & ſapientiam. 79. Hier.offerte voluntatem pro Chriſto,ipſe pro ſe loquetur.Hil. ſic Abrahã non defuit aries ad victimam. 80. Int.ſ.materia dicendi. 81. Int.quia non ex ingenio vel arte veſtra verba procedunt,ſed ex Spiritus ſancti gratia.Hier.ad Prophetarum dignitatem reduxit, qui Dei ſpiritu ſunt locuti.Remig vos acceditis ad certamen,ego prælior. 82. Int. ſ. velut organis. Remig. vnde Paulus,an experientiã quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? 83. Int.adeo creſcet perſecutorum rabies,vt nullus ſit inter eos affectus,quorum diuerſa eſt fides. 84. Greg. in hom. minorem dolorem ingerunt illata ab extraneis. 85. Chry.tanquam communes orbis terrarum hoſtes. 86. Int.non tantum amicis. 87. Int.quia amatores mundi ſunt,inimici Dei. Chry. rurſum conſolatio apponitur:
88. Chry.alia conſolatio. 89. Hier.non cœpiſſe,ſed perfeciſſe virtutis eſt. Chry. indicat nunquam defutura quæ patiantur. 90. Int.non debetis deſiſtere,ſed ad tempus declinare, vt aliis poſſitis prodeſſe.Chry.in hom.ducit ad manſuetiora. 91. Int.non ante. Hier. hoc pertinet ad illud tempus, In viam gentium ne abieritis: itaque orta perſecutione Hieroſolymis diſperſi ſunt in vniuerſam Iudæam,vt tribulationis occaſio fieret Euangelij ſeminarium.

Sens. Myst. In Cap. X.

65. Rab.Serpens per ſtrictas rimas tranſiens,veterem pellem exuit:ita prædicator per anguſtam viã veterem hominem deponat.Remig.Serpens decepit primum hominem. q. d.callidus fuit hoſtis ad decipiendum,vos ſitis prudentes ad liberandum; laudauit ille lignum,vos laudate crucis virtutem. Hil. ille molliorem ſexum aggreſſus eſt,& immortalitatem ſpopondit: ita cuiuſque natura inſpectanda,& futurorum ſpes reuelanda,quódque ille mentitus eſt,verè prædicandum,futuros fideles Angelis ſimiles. q. Glo. vnde hoſtiæ cauda iubetur offerri.

Addit. Auct. in Cap. X.

65. ſcilicet ad cauendum. 66. ſ. ad manſuetè conuerſandum Græ ἀκέραιοι ſinceri. 69. ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ab illis hominibus. ſ. malis,de quibus ſtatim loquitur. 70. ſ. examinandos,& iudicandos 71 id eſt,conſeſſu ſenatorum ſeu iudicum. o. id eſt,congregationibus. 75. ſ. de me ferendum à vobis, vel erunt hæc in teſtimonium contra illos,qui obuerti noluerint,tam multis ad id prouocati. p. μὴ μεριμνήσητε,ne ſolliciti & anxij ſitis,nec enim prohibet cogitare.vide Mar.13.Luc.12. 86. id eſt,omnis hominum generis. 87. id eſt,propter me. 89. ὁ ὑπομείνας qui ſuſtinuerit ſ.patienter tolerans. vide Mar 13.

fugite

[92] fugite in aliam. [93] Amen dico vobis,non [r] conſummabitis ciuitates [s] Iſraël, donec veniat Filius hominis. [94] Non eſt [95] diſcipulus [96] ſuper [97] magiſtrum,nec [t] ſeruus ſuper dominũ ſuum: [98] ſufficit diſcipulo vt ſit ſicut [99] magiſter eius: & ſeruo ſicut [100] dominus eius. [101] Si [102] patremfamilias [103] Belzebub [104] vocauerunt:quanto magis [105] domeſticos eius? [106] Ne ergo timueritis eos. [107] Nil enim eſt [108] opertum,quod non reueletur:& [109] occultum,quod non [110] ſciatur. Quod dico vobis [111] in tenebris, [112] dicite in [113] lumine: & quod [114] in aure auditis,prædicate [115] ſuper tecta. [v] Et nolite timere eos qui occidunt [116] corpus, animam autem non [117] poſſunt occidere:ſed potius timete eum qui poteſt animam & corpus [118] perdere in

SENS. LIT. IN CAP. X.

92. Aug. contra Fauſtum. non vult Deus ſe tentet homo quando habet quid faciat, vt quod cauere oportet,euadat. Idem ep.ſt. 180.ad Hono. Fugiant qui à perſecutoribus quæruntur, & ab aliis qui non ita quæruntur non deſeratur Eccleſia,cùm autem omnium commune eſt periculum,aut omnes ad loca munita tranſeant,aut hi quibus alij indigent, maneant. Remig. licentia fugiendi infirmis conceſſa.

93. Int.q.d.non mirum ſi à quibuſdam fugitis,quia conſummatio Iſrael non fiet in fide,donec Chriſtus à mortuis reſurgat. Chry. in hom.non præuenietis me circumeuntes Paleſtinam,donec vos aſſumam. 94. Chry.in hom. conſolatur à ſerpſo. Hier. vt gloriæ loco ducant,ſi Domino vel paſſionibus adæquentur. 95. Chry.in hom. ſ. donec fuerit diſcipulus. 96. Chry. in hom. ſecundùm honoris rationem, intellige verò ſecundùm quæ accidunt in pluribus. 97. Remig. ſe magiſtrum & dominum appellat. t. Chry.in hom. ſ. donec fuerit ſeruus. 98. Int. perfectio eſt diſcipuli non vlciſci iniurias, ſicut ego feci. 99. Int.ſ.prius faciens quàm doces. 100. Int.qui potuit. 101. Remig.explicat quod dixit. 102. Int. cui famulantur cæleſtia & terreſtria. 103. Hier. Idolum Acharon vocatur in libro Regum Belzebub, id eſt, idolum muſcæ, zebub enim muſca. Glo. Ninus Rex Aſſyriorum,poſuit patri Belo ſtatuam quam ſuſcipientes Chaldæi vocabant Bel,Paleſtini Baal,Moabitæ Belphegor,Dei cultores Belzebub,id eſt,virum muſcarum. ſ. ob ſpurcitiam ſanguinis immolati. 104. Int.q.d.quid mirum de famulis? 105. Chry.in hom.multam familiaritatem oſtendit, non enim dixit ſeruos, ſic alibi,non dicam vos ſeruos. 106. Remig.ſ.perſecuturos. 107. Hier.q.d.veniet dies iudicij,in quo & veſtra virtus & illorum nequitia demonſtrabitur. Hil.dies iudicij inania fuiſſe illorum facta reuelabit. Chry. in hom.q.d.vocant vos magos,& ſeductores,ſed paulo pòſt apparebitis ſaluatores orbis,& benefactores.

108. Int.ſ.corde. ¶ hoc ad bonos. 109. Int.hoc ad malos. 110. Int.ſ.actu. 111. Int.id eſt,in myſterio.Remig.q.d.cur timeatis perſecutores,cùm tantæ ſitis dignitatis,vt per vos myſteria legis & Prophetarum ſint manifeſtanda.Chry. in hom. poſtquam à timore liberauit,opportunè loquitur de libera propalatione.Hil.non legimus Chriſtum in tenebris docuiſſe,ſed ſermo eius carnalibus tenebræ ſunt. Remig.in tenebris,id eſt,inter Iudæos incredulos.Glo.id eſt,dum adhuc in timore eſtis. 112. Int. id eſt,prædicate apertè. 113. Int.id eſt,Spiritu ſancto.Hil.cum libertate fidei Remig. i. fidelibus.Glo.i. cum fiducia veritatis. 114. Int.id eſt,priuatim.Remig.ſecretè. 115. Int. id eſt, palàm ſeu publicè. Rab. iuxta morem Paleſtinæ loquitur vbi in tectis reſident: quia non ſunt cacuminata, ſed æqualia. Chry.in hom.q.d.principium dedi,vos reliqua explete.Glo.quod docui in proprio Iudææ loco, in toto mundo prædicate. v. Chry.in hom.omnibus reddit ſuperiores,mortem etiam contemnandam docens. 116. Int.ſcilicet tantum. 117. Int. ſcilicet quin eam Deus reddat corpori. 118. Int. ſcilicet mittendo in æterna ſupplicia.

SENS. MYST. IN CAP. X.

92. Hier.cùm perſequentur in vno libro,aut teſtimonio,fugite ad alia volumina, veniet enim præſidium Saluatoris. 115. Int. id eſt, calcate carnalia.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

92. ſcilicet alibi prædicaturi. r. id eſt, perambulabitis,vel non facietis prædicandi finem. s. Iudæorum,vel fidelium. q. d. etiamſi expellamini à multis ciuitatibus,ſemper erit vbi prædicetis, vſque in diem iudicij. 94. ſolet Chriſtus ſæpè vti vulgò receptis ſententijs,& ad ſuum propoſitum accommodare. 103. Id eſt, ſatanicum, vel cui ſatanas fauerit. vide cap. 12. num. 61. 111. id eſt, ſecretò, quod etiam vocat in aure. 113. id eſt, palàm, quod etiam vocat ſuper tecta. 115. ſunt hæc in Paleſtina plana, non cacuminata.

gehen

[119] gehennam. [120] Nonne duo [121] paſſeres [x] aſſe [122] veneunt? & vnus ex illis non [123] cadet ſuper terram [124] ſine Patre veſtro? [125] Veſtri autem [aa] & capilli capitis omnes [126] numerati ſunt. [127] Nolite ergo timere: multis [128] paſſeribus meliores eſtis vos. [129] Omnis ergo qui [130] confitebitur me coram [131] hominibus, confitebor & ego eũ corã Patre meo [132] qui in cælis eſt. Qui autẽ [133] negauerit [134] me coram hominibus, [135] negabo & ego eum coram patre meo qui in cælis eſt. [136] Nolite arbitrari [137] quia venerim [bb] pacem mittere in terram: non veni pacẽ mittere, ſed [138] gladium: veni enim [139] ſeparare hominem aduerſus [140] patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuam: [141] & inimici hominis, [142] domeſtici eius.

SENS. LIT. IN CAP. X.

119. Hier. in valle quæ Gehenon dicta eſt, id eſt, vallis filiorum Enon, eſtque iuxta Hieruſalem ad radices montis Moria, Iudæi Baal immolabant, filioſq; dæmoni incendebant, hanc Deus comminatus eſt olim ſe impleturum cadaueribus mortuorum; ſignificantur ergo per eam ſupplicia perpetua peccatorum. 120. Int. q. d. nolite timere mortem corporis qui mori nõ poteſtis ſine nutu Dei, quod in minoribus liquet. 122. Glo. Lucas, nonne quinque paſſeres veneũt dipondio, dipondius enim ex duobus aſſibus. 123. Int. non moritur ſine prouidentia Dei, quanto magis vos? Glo. quid ergo illud, numquid de bobus cura eſt Deo? aliud eſt cura, aliud eſt ſcientia. 124. Int. id eſt, ſine nutu Dei. 125. Int. q. d. vt taceam de corporis maſſa, etiam minimæ particulæ Dei prouidentia conſeruantur. Hier. immenſa Dei prouidentia, & ineffabilis affectus. 126. Hil. in numerum aliquid colligi diligentiæ eſt, indicat autem nihil ex nobis periturum. Hier. non dicit omnes capillos ſaluandos, ſed numeratos eſſe, indicatur ergo ſcientia numeri, non numeri conſeruatio. 127. Int. q. d. omnem curam in eum proiicite apud quem capillus non perit. 128. Int. quia rationales, quia æterni. 129. Int. ergo prædicate ſuper tecta, quia omnis, &c. 130. Int. fidem corde, & ore. ¶ ne quis tempore perſecutionis ſufficere ſibi putaret fidem cordis. ¶ ore confeſſio fit ad ſalutem. Chry. huius verbi obſeruatio multos ad Apoſtolos adduxit. 131. Int. id eſt, perducam ad confeſſionem Patris, Venite benedicti Patris mei. Rab. confitebitur apud Patrem, habebit enim per Filium acceſſum ad Patrem. 132. Int. i. conſortio Sanctorum.

133. Int. ſ. timore. Rab. confitetur quis fide per dilectionem operantẽ mandata implendo, negat non obediendo. 134. Int. ſ. vbi prodeſſe debet mei nominis confeſſio. 135. Int. i. non perducam ad viſionem Dei Patris, qua perfruentur Sancti. 136. q. d. ſicut timor mortis non debet retrahere, ſic nec carnalis affectus. 137. Int. q. d. non ad hoc inter homines veni, vt carnales affectus confirmẽ, ſed ſpirituali gladio diſſociem. Hier. miſſum eſt bonum bellum, vt rumperetur pax mala. 138. Int. ſ. verbi Dei. Chry. non dixit prœlium, ſed quod difficilius, gladium, aſperitate verborum excitans. 139. Chry. illorum malitia hoc facit, ſed dicit ſe facere Scripturæ more: ſic illud, dedit oculos vt non videant. Glo. id eſt, priuatos carnis affectus extinguere. 141. Int. non poſſunt inter eos eſſe iura pacis, inter quos eſt bellum fidei. Rab. ¶ Hier. hic locus prope eiſdem verbis eſt apud Micheam. 142. Interlin. ſcilicet, qui non credunt.

SENS. MYST. IN CAP. X.

121. Hil. duo, animã & corpus, quæ peccato venduntur; & cũm ſint nata ad volandum in cælum, capiuntur, & præſentium voluptatum pretiis venduntur, fitque ex ipſis vnum in terram cadens. aa. Remig. caput, Chriſtus; capilli, Apoſtoli, quorum nomina ſcripta ſunt in cælis. 128. Hil. meliores electi infidelibus qui cadunt in terram. 139. Int. Verbum Dei diuidit tria in duo, id eſt corpus, animam, & voluntatem, contra patrem corporis, id eſt peccatum, & animæ matrem, id eſt infidelitatem.

140. Glo. Pater, ante diabolus, mater ſynagoga, eademque ſocrus, filia, Eccleſia, eademque de gentibus nurus, ſponſus, Chriſtus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

x. στρουθία paſſerculi. 122. Aſſes decem faciunt denarium argenteum numum. Aſſis duplum dupondium dicitur Luca 12. quia verò hic Græcè eſt ἀσσάριον, videtur ſignificari numus minor aſſe. 126. adeoque Deo cura, vt quæ ſub numero commendantur. 129. pro, omnis autem: vide Luca 12. bb. ſcilicet, mundanam, vel exteriorem. 138. id eſt, diſſidium, diſcordiam.

Qui[143] amat patrem aut matrem pluſquam me,non eſt[cc] me dignus, & qui[144] amat filiũ aut filiam ſuper me,non eſt me dignus.Et[145] qui non accipit[dd] crucem[146] ſuam, & ſequitur[ee] me, non eſt me dignus.Qui[147] inuenit animam[148] ſuam perdet illam,& qui perdiderit[149] animam ſuam propter me,inueniet[150] eam.Qui[151] recipit vos me[152] recipit:& qui me recipit, recipit[153] eum qui me miſit.[154]Qui recipit Prophetam in nomine[155] Prophetæ,[ff]mercedem[156] Prophetæ accipiet, & qui[157] recipit iuſtum in nomine[158] iuſti , mercedem iuſti accipiet. Et quicunque[159] potum dederit vni ex minimis[160] iſtis calicem[gg] aquæ[161] frigidæ[hh] tantùm in nomine[162] diſcipuli:amen dico vobis,non perdet mercedem[163] ſuam.

Sens. Lit. In Cap. X.

143. Int.& huic religioni pietas non eſt antẽponenda , quod facit , qui quod Deo minus amandum eſt,plus amat quàm Deum.Hier.amandi parentes,& filij poſt Deum;quod ſi vterque amor ſeruari non poſſit,odium in ſuos,pietas in Deum eſt.Chry.& in Deut.dicitur,qui dixerit patri & matri neſcio vos, &c.hi cuſtodierunt eloquium tuum. 144. Int ſ.qui præponit carnalem affectum ſpirituali.Rab.

145. Chry.ad altiorem ſermonem ducit. dd. Int.ſ.vel carnem domando,vel proximo compatiendo,& hoc intuitu æternorum. 146. Chryſ.in his erudit , vt ſermonem de paſſione eius magis ſuſcipiant.Greg.in hom.Crux à cruciatu,hanc baiulamus vel per abſtinentiam, vel per compaſſionem proximi.Glo.Peccata proximorum,Sanctorum frixorium. ee. Greg.in hom.ſ.propter me patiendo.

147. Int.q.d.nec aduerſa timenda ſunt,quia qui inuenire temporaliter vitam vult,æternaliter perdet eam. 148. Rab.i.præſentem vitam. 149. Int.i.paratus eſt eam hîc perdere,omnia poſtponens amori meo. 150. Int.ſ.in futuro.Chryſoſt.vtilitatem præceptorum quę grauia videbantur oſtendit maximam. 151. Hier. præceptorum auſteritatem temperat. Gloſ. ad ſuſceptionem magiſtrorum diſcipulos prouocat. 152. Int.ſ.qui in vobis ſum.Chry.quid huic honori æquale? 153. Int. quia non aliud recipit in Apoſtolis,quàm quod eſt in Chriſto. 154. Int.& in me eſt. 155. Int.i.pro eo quod nominatur Propheta.Hieron.non perſonas ſuſcipiendas eſſe,ſed nomina docet, nec perire mercedem etiãſi indignus ſuſcipiatur. ff. Remig.quidam hîc per Prophetam,& iuſtum Chriſtum intelligunt,in cuius nomine recipientes Prophetam vel iuſtum,mercedem accipient. 156. Chry.ſ.qualem decet accipere Prophetam aut iuſtum,vel hos ſuſcipientem. Chry. in hôm. cum eo iuſtitiæ præmia recipiet quem ſuſtentando adiuuit. 157. Int.ne & pſendo timeant recipere. 158. Int. i. pro eo quod nominatur iuſtus. 159. Int.ne quis ſe ab hoſpitalitate per paupertatem excuſaret,hoc leui præcepto diluit.Hier.

160. Remig.non Prophetæ aut iuſto,ſed alicui ex minimis. Hil. etiamſi peccatores ſint quibus meo nomine hoc fit.Glo.minimi ſunt qui nihil habent in ſeculo. 161. Int.ne dicas deeſſe vnde calefieret? Hier. 162. Int.id eſt, pro eo quod nominatur diſcipulus. 163. Int. ſ. quam ex bono affectu meruit potius quàm ex actu.Glo.reſpicit magis Deus ad pium affectum quàm ad quantitatem rei datæ.

Addit. Avct. In Cap. X.

cc. Indignus qui ſit meus diſcipulus.v.de Luc.14. 145. id eſt , qui non æquo animo fert moleſta.
ee. ſcilicet , imitatione , vel propter me patiens. 147. qui indulget , perdit ; qui mortificat ſaluat, eſt autem inuenit præter.ſimp. 150. id eſt , cuſtodiet in vitam æternam. 151. ſcilicet,quia Propheta eſt. 156. id eſt.particeps erit mercedis Propheta. 158. ſ. quia iuſtus eſt. gg. ποτήριον poculum.
161. id eſt, minimum quodum beneficium. hh. poteſt coniungi cum præcedentibus,vel ſequentibus.

CAPVT XI.

ET factum eſt, cùm conſummaſſet[1] Ieſus præcipiens duodecim diſcipulis ſuis, tranſiit[a] inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum[3]. Iohannes autem, cùm audiſſet in vinculis[4] opera Chriſti: mittens[5] duos[a] de diſcipulis ſuis[6], ait[7] illi, Tu es qui[b] venturus es, an alium expectamus? Et reſpondens[8] Ieſus ait illis[9], Euntes renunciate Iohanni quæ audiſtis[10] & vidiſtis. Cæci vident[c], claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes[12] euangelizantur[d]: & beatus[13] eſt qui non fuerit ſcandalizatus[14] in me. Illis autem abeuntibus[15], cœpit Ieſus dicere ad turbas[16] de Iohanne. Quid[17] exiſtis in deſertũ[f] videre? arundinẽ[18] vento agitatã[19]? Sed quid exiſtis videre? hominẽ mollibus veſtitum[20]? Ecce qui mollibus veſtiũtur[g], in

SENS. LIT. IN CAP. XI.

1. INT. ſcilicet ſermones 2. Int.fecit, quod docuit prædicans Iudæis, non Samaritanis, non gentibus vt ſecundùm promiſſa prius offeratur Iudæis ſalutis occaſio. Rab. Chry. in hom. ſubtraxit ſe, dans eis locũ, ipſo enim præſente nemo ad diſcipulos accederet. 3. Int.ſ.Iudæorum. 4. ſ.poſitus. 5. Int. ne alium à ſe prædicatum putarent. Hil. ¶ Hier. diſcipulos mittit, vt per occaſionem hanc interrogationis, videntes Chriſti ſigna, in eum crederent. a. Chry. in ho. fortè hos nouerat poſſe facilius, quàm cæteros perſuaderi. 6. Int.ſcilicet per illos. 7. Int.hoc dicite Greg. in hom. 6. non dubitat eſſe mundi redemptorem, ſed quærit an ſit ad inferni clauſtra deſcenſurus. Hier. non dixit, qui veniſti, ſed qui venturus es. q.d. debeone te etiam inferis nunciare, an alium? Hil. non ſuæ, ſed diſcipulorum ignorantię conſulit. 8. Int.non ad interrogata, ſed ad ſcandalum nunciorum. 9. Int.non reſpõdit Iohanni, quia non dubitabat, ſed illis. 10. Int.ceſſent verba, loquantur opera. Chry. in Hom. à miraculis vult diſcant, teſtimonium enim à rebus credibilius eſt. 12. Int.pauperes ſpiritu, vel opibus, intus illuminantur, vt in prędicatione nulla diſtantia ſit inter pauperes & diuites. Hier. 13. Int.in hoc nuncios percutit, ſicut poſt oſtenditur. Chry. latenter eos redarguit. Hil. oſtendit cui rei Iohannes cauiſſet: miſit enim eos ne ſcandalizarentur. 14. Glo id eſt, de diuinitatis potentia non dubitauerit. Greg. in hom. infideles ſcandalizati, cùm poſt tot miracula morientem Chriſtum viderunt. 15. Chry. in hom. ne videretur homini adulari. 16. Int.quæ neſciebant myſterium interrogationis eius, ne ſuſpicentur Iohannem liuore motum, & vt ſciant illum non ſibi, ſed diſcipulis quæſiſſe. Chry. in hom. oſtendit ſe noſſe eorum occulta, nec durè loquitur, quia ex ignorantia peccabant. 17. Chry. in hom. docet per ea quæ ipſi egerant, non enim dimiſſis ciuitatibus in deſertũ veniſſent, niſi magnus fuiſſet Iohannes, & mirabilis. 18. Int. qui omni vento agatur, vt leuitate mentis de me ambigat, quem prædicauit. Hier. ¶ Chry. in hom. dubitabant turbæ de leuitate Iohannis. Greg. in hom carnalis animus fauore, & detractione tactus in partem quamlibet flectitur. 19. Int.q.d. non. 20. Int.an vanagloriã ductus, lucra quærat, pro dapibus, vel veſtibus, qui locuſtis viuit, & pilis camelorum induitur? Hier. ¶ Chry. in hom. ſi vellet mollibus veſtiri non eremum habitaſſet.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

4. HIL. lex. ne Chriſtus poſſet intelligi, peccatis plebis, quaſi vinculis continebatur. 5. Int. lex ad gratiam Euang. mittit. a. Ambr. in Lucam cap. 7. duo populi Iudæorum. ſ. & gentium. c. Int. id eſt, per doctrinam Euangelij illuminantur. f. Hil. deſertum, vbi non habitat Deus. arundo, inanitate vitæ ſpecioſi, & fructu veritatis vacui, & ad omnium malorum ſpirituum flatus mobiles; mollis veſtis, laſciuiens corpus. Domus regum, id eſt, dæmonum, qui mundo dominantur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

1. id eſt, feciſſet præcipiendi finem Græcè. 3. ſ. Iudæorum. ſic Pſal. 98 adinuẽtiones eorum. non Aaron, & Samuel, qui præceſſerãt, ſed Iudæorum. b. ἐρχόμενος ille venturus ſ. à Prophetis prædictus. c. de quo Iſa. 31. Græc. ἀναβλέπουσι. i. viſũ recipiũt. d. εὐαγγελίζονται i. Euangeliũ audiũt & recipiũt, ſeu docẽtur, q.d. pauperibus prædicatur Euangelium. vide Iſa. 61. 14. ſ. humili conuerſatione mea, ſeu abiectione offenſus, occultè notat diſcipulos Ioannis, ſimul oſtendens ſe illorum corda noſſe. g. i. veſtimentis ſplẽdidis, & pretioſis.

[21] domibus regum ſunt. Sed quid exiſtis videre? [22] Prophetam? [h] Etiam dico vobis, & [23] plus quàm Prophetam. Hic eſt enim de quo [24] ſcriptum eſt, [25] Ecce ego [26] mitto Angelum meũ [27] ante faciem tuam, qui [28] præparabit viam tuam ante te. [29] Amen dico vobis, non ſurrexit inter [30] natos [31] mulierum maior Iohanne Baptiſta: qui autem [32] minor eſt in [33] regno cælorum, [34] maior eſt illo. A [35] diebus autem Iohannes Baptiſtæ vſque [36] nunc, regnum cælorum [37] vim patitur, & [38] violenti [39] rapiunt illud. Omnes enim [40] Prophetæ & lex vſque ad [41] Iohannem [42] prophetauerunt: & [l] ſi vultis recipere, ipſe eſt [43] Helias, qui venturus [m] eſt. Qui habet [44] aures audiendi, [45] audiat. [46] Cui autem [n] ſimilem æſtimabo [47] generationem [48] iſtam? Similis [49] eſt [50] pueris ſedentibus in [51] foro: qui clamantes [52] coæqualibus dicunt, [53] Cecinimus

SENS. LIT. IN CAP. XI.

21. Int.ſ.vbi aliquid venentur. 22. Int.ponit quod erat. 23. Int.qui me non tantùm venturũ prædixit, ſed etiam digito demonſtrauit. Greg. ¶ Hier. ad priuilegium prophetale, acceſſit baptiſmi præmium, vt ſuum Dominum baptizaret. 24. Int.ſ.in Malachia. 25. Int.verba Patris ad Filium. 26. Int. id eſt, nuncium. Hier. non Angelus natura, ſed officio. 27. Int.id eſt, manifeſtationem tuam. Chry. in hom prope te. 28. Int.id eſt, peruia, reddet tibi corda auditorum prædicando & baptizando. 29. Int. vt ſummam virtutum eius comprehendam. 30. Int.non virginis. Rab. mulieres enim propriè corruptæ vocantur, quamquam Maria aliquando vocatur mulier, id eſt, femina. 31. Int.etſi æqualis. Hier. non enim ſtatim ſequitur, ſi alij maiores non ſunt, vt ipſe ſit maior. 32. Int.ſ.tempore. Glo. ego, quem multorum opinio minorem facit. 33. Int.id eſt, in cordibus Apoſtolorum. Aug. 2. cont. aduer. leg. & pro. ca. 5. in gloria, vel Eccleſia, vt ſignificet vel beatos, vel ſe, qui minor tempore Ioanne, ſed tũc ita legendum, qui minor eſt, in regno cælorũ maior eſt illo. Hier. omnis beatus maior eſt hic viuente, aliud enim eſt poſſidere coronam victoriæ, aliud in acie dimicare. 34. Int.ſ.dignitate. 35. Int.alia commẽdatio Iohannis. 36. Int.quàm diu dicetur nunc. i. ſemper. 37. Hier. grandis violentia in terra genitos cælum quærere, & poſſidere per virtutem, quæ non tenuimus per naturam. 38. Int.quibus nõ erat promiſſum. 39. Hil. gloria Iſraël promiſſa, & oblata, fide gentium occupatur & rapitur. 40. Int.ſ. præcedentes. 41. Int.vbi Chriſti tempus oſtenditur, quem Iohannes oſtendit. Hier. 42. Int.vel prædicauerunt. l. Chry. aliam coniecturam ponit aduentus ſui, dicit autem vultis, oſtendens libertatem.

43. Int.hoc eſſe myſticum, & indigere intelligentia oſtendit, cùm ſubdit, qui habet. Hier. Helias, id eſt, in ſpiritu & virtute Heliæ veniens. 44. Int.ſ.cordis. Rem. 45. Int.id eſt, quod dixi myſticè intelligat. 46. Hil. exprobrat infidelitatem. Chry. oſtẽdit nihil omiſſum ad eorũ ſalutẽ pertinens. 47. Int. tot monita ſalutis audientem, & non obedientem. 48. Int.ſ.Iudaicam. 49. Int.ſ. huic toti negotio.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

21. Hier. rigida vita, & auſtera prædicatio, aulas regum, & mollium hominum palatia vitare debet. Greg. in hom. ſi in ſtudio precioſarum veſtium culpa non eſſet, non laudaſſet Dominus Iohannem de veſtimenti aſperitate. Aug. 3. de doctr. cap. 12. in talibus non vſus rerum, ſed libido vtentis in culpa eſt.

50. Int. ſicut Dauid, & Hieremiæ. Hil. Prophetæ in ſimplicitate ſenſus, vt pueri prædicauerunt.

51. Int.id eſt, Hieruſalem, vbi lex & iura promuntur. Hil. id eſt, in medio ſynagogæ. 52. Remig. erant omnes de vna ſtirpe. 53. Hil. id eſt, ad confeſſionem Dei prouocauimus. Hier. prouocauimus ad bona opera. Chry. remiſſam vitam oſtendit, & non eſtis perſuaſi. Iohannes duram vitam ſuſtinuit, & non attendiſtis, dicit verò numero plurali, quia vtriuſque vna intentio erat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

h. Græc. vai. id eſt, certè. 23. ſcilicet quia Chriſti præcurſor, regni cælorum prædicator, baptiſmi inſtitutor, Angelus Dei. 27. pro, ante te. Hebr. 31. ſ. Propheta, vt patet ex Luc. 35. ſ. quibus cœpi prædicare. 37. id eſt, vi innititur, ſeu occupatur. 38. id eſt, qui ei vim afferunt, per ſui mortificationem. 42. ſ. de Chriſto venturo, vel populum pro ratione illorum temporum docuerunt viuendi rationem. l. id eſt, ſi attentè aduertitis. m. pro erat. 45. indicat aduentu factum Meſſiam. n. pro, aſſimilabo. 47. id eſt, genus hoc hominum. 50. ſ. qui ludendo ſolent repræſentare nunc læta, nunc triſtia. 51. ſ. foro rerum venalium. 52. id eſt, coætaneis, ſodalibus. 53. tibiis ſcilicet.

vobis,

vobis,[54]& non [55]ſaltaſtis:lamentauimus,& non [56]planxiſtis. [57]Venit enim Iohannes neque
[58]manducans,neque bibens:& dicunt,dæmonium habet. Venit Filius hominis man-
ducans & bibens,& dicunt,ecce homo vorax,& potator vini,publicanorum & pec-
catorum amicus.Et [59]iuſtificata eſt [60]ſapientia à filiis [61]ſuis. Tunc cœpit exprobrare ciui-
tatibus,in quibus [p]factæ ſunt plurimæ virtutes eius: quia non egiſſent pœnitentiam.
[q]Væ tibi [62]Corazaim,væ tibi [63]Bethſaida,quia ſi in [64]Tyro & Sidone [r]factæ eſſent virtutes,
quæ factæ ſunt in vobis,olim in [65]cilicio & [66]cinere pœnitentiam egiſſent.[67]Veruntamen
dico vobis,Tyro & Sydoni [68]remiſſius erit in die iudicij quàm vobis.Et tu Capharnaũ
[70]numquid vſque in cælum exaltaberis? vſque in infernum [71]deſcendes:quia ſi in Sodo-
mis factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in te, [72]fortè [73]manſiſſent vſque in hãc diem.
Veruntamen dico vobis, quia terræ Sodomorum [74]remiſſius erit in

SENS. LIT. IN CAP. XI.

57. Int.exponit prædictam ſimilitudinem. 58. Int.exemplo abſtinentiæ ſuæ pœnitentiam vobis indicens,& noluiſtis humiliati cum eo. Aug.16.cont.Fauſt.cap. 31. non enim vtebatur victu, quo Iudæi. 59. Int q.d.quicquid me putetis,ego tamen Dei virtus,& Dei ſapientia, iuſtè facere intelligor ab Apoſtolis.Hier. 60. Hier.i.Dei diſpenſatio,& doctrina, vel Chriſtus. 61. Int. quibus Pater reuelauit,quæ prudentibus abſcondit.Aug.de quæſt. Euan. intellexerunt Apoſtoli regnum Dei non eſſe in eſca & potu.Hier. quidam codices habent ab operibus ſuis. p. Hier.ſ.cùm circuiret ciuitates & vicos,vt ſuprà legimus. q. Aug.2.de conſ.Euan.cap.32.& hoc Lucas commemorat,rei geſtæ,vt videtur ordinem ſecutus,niſi malimus bis fuiſſe hæc à Chriſto dicta,vt nonnulla alia. 62. Int. quæ quondam myſterium Dei tenuiſti.Rab.Corozaim,id eſt,myſterium meum. 63. Int. quæ fructum gignere debuiſti,ad quam ſpirituales venatores miſſi ſunt.Raba.Bethſaida,id eſt,domus fructuũ, vel venatorum. ciuitates ſunt hæ Galileæ,in littore maris. 64. Int.id eſt,in ciuitatibus gentium,quas diabolus venator in anguſtia tentationum comprehendit.Raba.Tyrus,anguſtia; Sydon venatio. vrbes ſunt hæ Phœnicis.Aug.lib.de perſeu.Tyrij & Sydonij Dei iudicio in maſſa perditionis relicti,quibus,vt crederent, non eſt datum,& vnde crederent eſt negatum. 65. Int.ſcilicet pro memoria pungentis peccati.

66. Int.ſ.pro mortis conſideratione.Greg.35.Mor.cap. 2. vtrumque adhiberi ſolet ad pœnitentiam, vt in punctione cilicij cognoſcamus quid fecimus;in cinere,quid facti ſumus,mortui.ſ.pungente peccato. 67. Int.ſed nec factæ ſunt in eis,ne pœnituerunt,& tamen,&c. 68. Int.ſicut minor fuit culpa eius,quæ nuncios veritatis non habuit,quàm eius quæ refutauit,ita minor pœna. Hier. tantum enim naturalem legem calcarunt. 69. Int.quæ,& ſimili culpæ ſubiaces.Remig.Metropolis hæc Galileæ.

70. Hier.alia lectio,& tu Capharnaum,quæ vſque ad cælum exaltata es.ſ.meo hoſpitio,& ſigui: vſque ad inferna deſcendes,quia. ſ. credere noluiſti. 71. Int. ideo maioribus ſuppliciis punictis, quia credere noluiſti viſis virtutibus.Hier. 72. Int.id eſt,certè. Remig.indicatur liberum arbitrium.

73. Int.id eſt,non contigiſſet eis ſubuerſio,vbi fuiſſet correctio. 74. Int.quia minor culpa.Remig. diuerſa ſupplicia in inferno, vt diuerſæ manſiones in cælo.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

54. Int.id eſt,non aſſurrexiſtis operando. 55. Int. id eſt, pœnitentiæ lachrymas neceſſarias vobis prædiximus,& non acquieuiſtis,nec adhuc acquieſcitis. 56. Int. ſ.per compaſſionem. 57. Hil. Iudæis,& lex grauis viſa eſt, potibus & cibis præſcriptis, & dæmonium, id eſt, peccatum habere, nec in Euangelio vitæ libertas placuit. o. Int.id eſt,cibo & potu lætitiam futuri regni præſignans,& noluiſtis cum illo gaudere, ſed calumniati eſtis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

59. id eſt,laudata,approbata,ſuſcepta,vel defenſa,vt quæ nihil omiſerit ad ſalutem neceſſarium.
61. i. ſuis participibus,& amicis, nempe verè ſapientibus. q. Exécrantis vox. r. id eſt, miracula.
65. 66. ſic olim fiebat pœnitentia. 67. pro, propterea. 70. videtur legiſſe ή, nunc enim ἡ. q. d. num putas tibi iſtam gloriam diu duraturam? erras.

die iudicij, quàm tibi. In illo [75] tempore [76] reſpondens Ieſus dixit, [77] Confiteor tibi [78] Pater [79] Domine cœli & terræ, quia [t] abſcondiſti [80] hæc à [81] ſapientibus & prudentibus, & [82] reuelaſti ea [83] paruulis. [84] Ita Pater, quoniam [85] ſic fuit [86] placitum ante te. [87] Omnia mihi [88] tradita ſunt à Patre meo. Et [u] nemo [89] nouit Filium niſi Pater; neque Patrem quis nouit [90] niſi [91] Filius, & [92] cui voluerit Filius [93] reuelare. [94] Venite ad me omnes qui [95] laboratis, & [96] onerati eſtis, & ego [97] reficiam vos. Tollite [98] iugum meum [99] ſuper [100] vos, & diſcite à [x] me, [z] quia [101] mitis ſum, & [102] humilis [103] corde, & inuenietis [104] requiem animabus veſtris. [105] Iugum enim meum [106] ſuaue eſt, & [107] onus meum [108] leue.

SENS. LIT. IN CAP. XI.

75. Int. ſ. cùm exprobraſſet Iudæis. 76. Glo. ſ. tacitæ obiectioni, cur Chriſtum, quem gentilitas recepit, Iudæi reiecerunt? Chry. 77. Int. id eſt, gratias ago, in te exulto. Auguſt. de verb. Dom. ſerm. 8. Laudo te, non accuſo me: eſt enim confeſſio alia laudantis Deũ, alia accuſantis ſe. 78. Int. ſ. mi. Hier. ſi creatura eſſet, Dominum ſuum non Patrem appellaſſet, aut cæli etiam, & terræ patrem dixiſſet.

79. Int. non pater. 80. Int. id eſt, Sacramentum mei aduentus. Hier. 81. Int. ſ. Scribis & Phariſæis, qui ſibi ſapere vidẽtur. Hier. ¶ Aug. de verb. Dom. id eſt, à ſuperbis; ſequitur enim paruulis, id eſt, humilibus. Hil. ſapientibus ſtultitiæ ſuæ præſumptione. 82. Int. & hoc per me. Chry. non vult diſcipulos de ſe magna ſapere, reuelatio enim erat, non illorum ſtudium. 83. Int. id eſt, humilibus ſpiritu. Greg. 27. Mor. cap. 9. non dixit ſtultis, damnat enim tumorem, non acumen. Hilar. paruulis malitia, non ſenſu. Chry. ob id lætatur, non quia ſapientibus abſconditum. 84. Hilar. facti æquitatem, paternæ voluntatis iudicio confirmat. Hier. blandientis affectu loquitur, vt inceptum in Apoſtolis beneficium compleatur. 85 Int. ſ. vt humilis redeat, qui ſuperbiendo receſſit. 86. Greg. 25. Mor. cap. 18. iniuſtum eſſe non poteſt, quod placuit iuſto, ne temerè ergo diſcutiamus Dei conſilia de aliorum vocatione, aliorum repulſione. 87. Int. Omnipotens eſt, & conſubſtantialis Patri. 88. Chry. hoc additum, ne quia gratias egerat, putaretur virtute priuatus. Hier. non cælum, & elementa dicit tradita, ſed eos, qui per Filium acceſſum habent ad Patrem. Aug. cont. Maxim. lib. 3. cap. 12. non minor eſt poteſtate Patre, qui omnia habet, quæ Pater: dedit autem Pater gignendo. u. Chry. latenter ſe oſtendit conſubſtantialem. Hil. eandem in mutua cognitione docet eſſe ſubſtantiam. 89. Chry. ſ. cognitione, qua ille.

90. Int. non quòd ſolus. Aug. 1. de tri. cap. 8. non ſeparatur propter ſubſtantiæ inſeparabilitatem Spiritus ſanctus. 91. Int. hoc naturæ. 92. Int. hoc gratiæ. 93. Aug. 7. de Trin. cap. 3. reuelatur Pater per Filium, id eſt, verbum ſuum. Idem de quæſt. Euang. & Pater, & Filius per filium reuelatur, & id ſignificatur hoc loco. 94. Int. q. d. & quia per me habetis acceſſum ad Patrem, venite, credendo & obediendo. 95. Int. quaſi victi. 96. ſ. peccatis, vel iugo legis. Hil. 97. Int. non tantùm exonerabo. Rab. Chry. in omni quiete conſtituam. 98. Rab. id eſt, Euangelium, quod Iudæos & gentes coniungit. Glo. id eſt, præcepta mea. 99. Rab. i. in honore habete. 100. Int. ſ. in fide combinatos. x. Glo. ſ. docente verbo & exemplo. 101. Int. ſ. moribus, quia nullum lædo. 102. Int. quia nullum deſpicio. Aug de verb. Dom. ſer. 10. magnus eſſe vis? à minimo incipe, vis ædificare? prius cogita de fundamẽto humilitatis. 103. Int. i. mente ¶ non fictè. 104. Int. ſ. hic ſpe, poſtea re. 105. Int. i. Euangelium.

106. Int. ſ. non detrectantibus, ſed dilatato corde currentibus. Rab. At ſupra dicta via arcta, auguſto quidem initio incipitur, ſed in progreſſu, dilectione dilatatur. Aug. de verb. Dom. guſtata requie ſpirituali, leuia vidẽtur, quę aſpera ſunt alioquin & grauia: omnia ſęua & immania propè nulla efficit amor.

107. Int. i. diſciplina. 108. Glo. momentaneum tribulationis, æternum gloriæ pondus operatur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

76. pro ſubiungens. Heb. vide Matt. 17. 77. id eſt, laudo, gratias ago. t. ſcilicet non reuelando. 81. quales Scribæ & Phariſæi. vide 1. Cor. 1. 83. νηπίοις infantibus. ſtultis, ſ. mundo, ſeu ſimplicibus. 84. ναὶ. i. certè, approbantis & confirmantis. 89. ſ. perfectè, ſeu comprehenſiuè. 93. i. patefacere. 95. ſ. moleſtia aliqua. 96. ſ. curis, peccatis, miſerijs, legis veteru onere. 97. i. recreabo, requieſcere faciam: nam Gra. ἀναπαύσω. 98. id eſt, legem Euangelicam, qua ligat, ne quis à iuſtitia diſcedat. z. pro, quod, vel q. d. ſum enim mitis, non aſper. 106. Gra. χρηστὸς commodum, placidum, blandum facile, ſuaue.

CAP. XII.

IN illo tempore abiit Ieſus per ſata ſabbato:diſcipuli autē eius eſuriētes cœperūt vellere ſpicas,& māducare.Phariſæi autem videntes dixerunt ei,Ecce diſcipuli tui faciunt,quod non licet facere ſabbatis.At ille dixit eis, Non legiſtis quid fecerit Dauid quando eſuriit,& qui cum eo erant?quomodo intrauit in domum Dei, & panes propoſitionis comedit ,quos non licebat ei edere , neque his qui cum eo erant,niſi ſolis ſacerdotibus?Aut non legiſtis in lege,quia ſabbatis ſacerdotes in templo ſabbatum violant,& ſine crimine ſunt?Dico autem vobis,quia templo maior eſt hic.Si autem ſciretis quid eſt,Miſericordiam volo,& non ſacrificium : numquā condemnaſſetis innocentes:Dominus enim eſt Filius hominis etiam ſabbati.Et cùm inde tranſiſſet,venit in ſynagogam eorum.Et ecce homo erat

SENS. LIT. IN CAP. XII.

1. GLO. tranſit Matthæus ad facta poſt mortem Iohannis. Aug.2.de conſ.Euang.cap.34.fortè Matthæus rei geſtæ ordinem tenuit; Marcus autem,& Lucas ſuæ recordationis. 2. Int.iterum datur occaſio contradicendi Iudæis.Chry.dat occaſionem ſoluendi ſabbatum. 4. Chry.itaque non erāt accuſandi.Hieron.nec veſcendi habebant locum,vt alibi legimus. Chry. non eos à Chriſto vehemens fames ſeparabat. 5. Int. auſteræ vitæ eſt,non præparatos,ſed ſimplices cibos quærere , vel comedere. Hier. ¶. Aug.5.cont.Fauſt.cap.6.non prohibet vellere ſpicas, vt futuros Manichæos conuinceret , qui herbam non euellunt,ne homicidium perpetrēt. 7. Int.nota,quod Apoſtoli litteram ſabbati deſtruūt. Hier. 8. Int. de vinea vel fruge vicini licebat edere,ſed non falcem mittere,vel foras efferre. Aug.de ope mon.præceptum lege Iudæis,vt in agris furem nullum tenerent,niſi qui aliquid vellet auferre,comedentem tātùm,liberū impunitumque abire ſinerent;itaque non eos arguunt furti Phariſæi. 2. Glo. vult ſabbatum non ad litteram, ſed ſpiritualiter intelligamus. 9. Chry.Dauid in mediū adducit,quod eius multa gloria apud Iudæos.Hier.q.d.ſi illum fames excuſauit,cur non hos? hi;y ſi quis dicat fuiſſe Prophetam illum:at eius ſocij non erant. adde quod nec Prophetis illud licebat. 10. Hier. melius arbitratus eſt Achimelech homines de famis periculo liberare , quàm Deo ſacrificium offerre, hoſtia enim Deo grata, hominum ſalus. 11. Chry. plus erat ſacram illam menſam tangere, quàm ſabbatum tranſgredi 12. Glo. exempla duo attulit regis,& ſacerdotū,rex,& ſacerdos & ſabbati Dominus.Aug. 1.de.q.Euang.q.2. 13. Int.ſ.dum tauros cædunt,pueros circuncidunt,& dum vnam legem ſeruāt,ſabbatum deſtruunt.Hier. 14. Int.pro,& tamen. 15. Int.ipſe Ieſus Dominus templi. 16. Int.id eſt,in hoc loco. 17. Chry. ſermo cum vehementia. 18. Int. quam & Abimelech fecit,dum eſurientes pauit. 19. Int.i.Apoſtolos. 20. Int.id eſt,præeſt,& non ſubeſt veteri obſeruantiæ , & ideo non peccat, qui ſecundùm eius ordinationem obſeruat. 21. Remig.quem vos purum Dominū putatis,Deus eſt. 22. Int.ſ.alio ſabbato,vt Lucas ait.Aug.2.de conſ.Euan.ca.31. 23. Hil.præmiſſa enim in cāpo geſta ſunt. 24. Hier.dicitur fuiſſe cæmentarius in Euangelio Matthæi,quo vtuntur Nazaræi, & Ebionitæ.

SENS. MYST. IN CAP. XII.

1. HIL. Sabbato in agrum profectio, eſt Domini in legis otio progreſſus in mundum. 3. Glo. ſata,auditores,quorum ſalutem doctores eſuriunt, vellúntque ſpicas, dum à terrenis retrahunt,comedúntque,id eſt,in corpus Eccleſiæ traiiciunt. ſabbato,id eſt,ſpe ſalutis æternæ,vel ſata Scripturæ,vnde teſtimonia aſſumuntur, & diſcutiuntur in ſabbato,id eſt, quieta mente. 6. Int. peccatorum conuerſio ſtultis ſabbati defenſoribus diſplicet , ſed à ſabbati Domino probatur. 18. Hil. opus ſalutis noſtræ non in ſacrificio legis, ſed in miſericordia eſt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XII.

a. quædam ſcilicet. c. id eſt,templum,nempe atrium. 13. ſ. occupati ſacrificijs , ob quæ multa faciunt alioqui ſeruilia. 16. i.hoc loco. d. id eſt, miſericordiam antepono ſacrificio Hebr.

manum habens [25] atidam,& [26] interrogabant eum dicẽtes,Si licet [e] Sabbatis curare? vt accuſatent eum. Ipſe autẽ dixit illis, [27] Quis erit ex vobis homo qui habeat ouẽ vnam,& ſi ceciderit hæc ſabbatis in fouea nonne [28] tenebit,& leuabit eam?Quãto magis [f] melior eſt homo [29] oue?Itaq; licet ſabbatis [30] benefacere.Tunc ait homini,[31] Extende manũ tuam. Et extendit : & reſtituta eſt ſanitati ſicut altera. [32] Exeuntes autem Phariſæi,conſilium [33] faciebant [b] aduerſus eum,quomodo perderent eum.Ieſus autem [34] ſciens [35] receſſit inde:& [36] ſecuti ſunt eum multi,& [37] curauit eos omnes:& [38] pręcepit eis ne manifeſtum eum facerent, vt adimpleretur quod dictum eſt per Eſaiam Prophetam, [39] dicentem, [g] Ecce [40] puer meus quem [41] elegi,dilectus meus in quo [42] bene complacuit [43] animæ meæ. [44] Ponam ſpiritum meum ſuper [45] eum , & [46] iudicium gentibus [47] nunciabit. Non [48] contendet , neque [h] clamabit,neque audiet aliquis in [49] plateis

Sens. Lit. In Cap. XII.

26. Hil.arguendi occaſionem ex reſponſione quærentes.Hier.ſi non curet, crudelitatis aut imbecillitatis.ſi curet,tranſgreſſionis volunt accuſare.Aug.de conſ.Euang.prius illi interrogarunt,deinde Dominus , vt ait Lucas & Marcus. e. Rab. præcipue in ſabbatis docebat Dominus, & operabatur ob frequentiam populi,quærens omnium ſalutem. 27. Hier. ſic ſoluit quæſtionem,vt eos auaritiæ condẽnet.Rab.illi ex cupiditate violabant ſabbatum,cùm Chriſtus ex charitate ageret. 28. Int.ſ.nõ animali,ſed ſuæ auaritiæ conſulens.Hier. 29. Int.ſ.quia illa die licet ſibi vtile facere. 30. Int.ſ.alij. 33. Int. ſ.liuore permori, non enim culpa fuit vel hominem manum extendere,vel Chriſtum ſanare. 34. Int. ſ.eorum inſidias.Hier. 35. Int.vt homo fugitodientes.Remig.quia non erat locus,nec tempus patiẽdi.Hier.ſeceſſit occaſionem impietatis auferens. Glo. nota exemplum.ſi vos perſequuti fuerint in vna ciuitate , &c. 36. Int. acceſſit vbi inuenit ſequentes. 37. Remi. quia ſequebantur dilectione, deſiderij effectum conſequuntur. 38. Hil.iactantiam declinat. Remig. ideo præcipit , ne perſequentes deteriores fierent. 39. Int.ſ. in perſona Patris de Filio, g. Remig. hoc teſtimonio multa confirmantur.illud enim,ecce puer, ad illud refertur, hic eſt Filius meus; ponam Spiritum,ad id quod deſcendit Spiritus ſanctus ſuper baptizatum,iudicium gentibus,&c.ad illud,cùm ſederit Filius hominis,&c.non contendet,&c. ad illud,quod pauca reſpondit pontifici, Pilato, & Herodi. arundinem.&c. ad id quod perſecutores declinauit,ne fierent deteriores;& in nomine,&c. ad id,euntes docete,&c. 40. Int. quia in forma ſerui.Remig. 41. Int.ſ.ad opus quod nullus alius poterat facere.ſ. redimere genus humanũ. Rab. ¶ Remig. alia lectio , electus quem elegi. 42. Int. quia ipſe ſolus eſt agnus ſine macula. Rab. 43. Int.id eſt, voluntati meæ.Remig. ſignificatur Dei affectus. 44. Int.quod alibi , requieſcet ſuper eum Spiritus Domini. 45. Int.non Dei verbum.ſed puerum.Hier. ¶. Remig. hoc factum cùm eſt incarnatus,tunc enim accepit plenitudinem Spiritus ſancti. 46. Int. ſ. futurum , & modò iuſta iudicia agit. 47. Int.ſ.per prædicatores noui teſtamenti. 48. Int.quia cùm malediceretur,non maledicebat, ſed ſicut ouis ad occiſionem ductus eſt,& non aperuit os ſuum.

Sens. Myst. In Cap. XII.

25. Rab.manus hominis,quia ad pomum extenſa,arefacta eſt,manus etiam in ſynagoga arida , quia vbi maior ſcientia,ibi grauior transgreſſio.Hier. manus Iudæorum aridæ vſque ad aduẽtum Domini.
31. Rab.debilitas animæ eleemoſynarum largitate curatur. erat languida dextera , quia ab eleemoſynis torpebat; ſiniſtra ſana,quia ſuæ ſaluti intendebat,ſed veniente Domino, quod congregauit cupiditas,diſtribuit charitas. 32. Int.id eſt,à lumine recedentes. 49. Int. myſticè , qui latam viam inſiſtunt,& non audiunt vocem Chriſti.Hier. ¶ Remig.platea Græcè,latitudo; Chriſtus autem ſuis dilectoribus,non delectabilia in hoc mundo promiſit, ſed aſpera.

Addit. Avct. In Cap. XII.

f. διαφέρει præſtat. 30. i.afficere beneficio. 38. ἀνεπίτιμητος interminatus eſt. g. citat partim ſecũdum Hebraicã,partim ſecundùm 70.editionem,affert verò id teſtimonium ad demonſtrandũ Chriſti manſuetudinem,de qua ſuprà,& euulgandũ eſſe Euãgeliũ in gentes,repellentib. id Iudæis,vt Marcus indicat. 40. i. ſeruus.ſeu miniſter,vel filius. 42. i. in quo placata anima mea, vel quem diligo vehementiſſimè. 43. pro mihi. 46. id eſt, quod iuſtum & æquum. 48. id eſt, litigabit. h. ſcilicet contentioſè.

[l] vocem eius, [50] arundinem quaſſatam non confringet,& [51] linum fumigãs non extinguet: [52] donec eiiciat ad victoriam iudicium: [53] & in [54] nomine eius Gentes [55] ſperabũt. [56] Tunc oblatus eſt ei dæmoniũ habens, [m] cæcus & [n] mutus,& [57] curauit eum, ita vt loqueretur & videret. [58] Et ſtupebant omnes turbæ,& dicebant, Nũquid hic eſt Chriſtus filius Dauid? [59] Phariſæi autem audientes dixerunt, Hic non eiicit [60] dæmones [61] niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. Ieſus autem ſciens [o] cogitationes eorum, [62] dixit eis, Omne regnũ diuiſum contra ſe, [63] deſolabitur:& omnis [64] ciuitas, vel domus diuiſa contra ſe non ſtabit. [65] Et ſi [66] ſathanas ſathanam eiicit, aduerſus ſe diuiſus eſt: quomodo ergo [67] ſtabit regnum eius? [p] Et ſi ego in Beelzebub eiicio dæmones: [68] filij veſtri in quo eiiciunt? Ideo ipſi

Sens. Lit. In Cap. XII.

50. Hier. qui peccatori non porrigit manum, nec portat onus fratris, quaſſatum calamum confringit, qui ſcintillam fidei contemnit in paruulis, lignum extinguit fumigans. Aug. 20. de ciu. cap. 30. perſecutores Chriſti, perdita integritate, quaſſato calamo, & amiſſo lumine, lino fumanti comparantur, quibus pepercit, quia non venit iudicare. Hil. oſtendit ſe poſſe eos facilè frangere, vt arundinem contritam,& eorum furorem extinguere. Rab. quaſſatæ gentes, non ſunt contritæ, ſed in ſalutem reſeruatæ, nec Iudæi à vento agitati, condemnati ſtatim, ſed ſupportati patienter. 51. Ra. Gentes quæ extincto naturalis legis ardore fumi amariſſimi,& oculis noxij, tenebroſæque caliginis inuoluebãtur erroribus, à Chriſto ſunt in maxima incendia ſuſcitati. 52. Chry. omnibus completis, vltionem inducet, cùm.ſ. claram fecerit ſuam victoriam. Rab. donec iudicium, quod in eo agebat, ad victoriam perueniat. Glo. tandiu prędicatio eius lucet mundo, donec ponat in terra iudicium,& impleatur. Fiat voluntas tua ſicut in cælo & in terra. 53. Chry. non ſolùm puniet, ſed & orbem terrarũ ad ſe trahet. 54. Int. quia non eſt aliud nomen ſub cælo in quo oporteat ſaluari. 55. Aug. 20. de ciu. cap. 30. hoc iam videmus impletum. 56. Remig. cùm exiſſet ex ſynagoga, vel aliquanto poſt. m. Aug. 2. de conſ. Euang. cap. 37. Lucas mutum dicit tantum, & non cæcum, ſed de alio videtur loqui. 57. Beda tria miracula, cæcus videt, mutus loquitur, à dæmone liberatur. 58. Int. mirantur minus eruditi,& ob miſericordiam & beneficium, filium Dauid prædicant. 59. Int. qui ſapientes videntur, vel negant, vel detractant, quaſi non ſint opera Dei, ſed immundi ſpiritus. 60. Int. in quo neſcientes confitentur diuiſionẽ dæmonum. 61. Remig. Idem Beel à patre Nini & Baal, quia in excelſo colebatur. & Beelphegor à montephega. 62. Int. ſ. vt vel ſic crederent in eum qui cordis oculta videbat. Hier. 63. Hier. vt concordia paruæ res creſcunt, ita diſcordia maximæ dilabuntur. Glo. neceſſaria complexione arguit. q. d. ſi virtute Dei eiicio dæmones, cur calumniamini? ſi dæmonis, regnũ eius diuiſum eſt. 65. Int. pro. & ideo. 66. Int. cuius intra ſe bellum, pax eſt hominum, vt iam non habeat in mundo locum. Hier. 67. Int. id eſt, nõ ſtabit, vt iam ſit finis mundi. Hier. p. Chry. ſecunda ſolutio. 68. Int. ſ. exorciſtæ Iudæorum, qui ad Dei nominis inuocationẽ eiiciebant dæmones. Hier. vel Apoſtoli, quod magis intelligere debemus. Chry. non rebus ij, ſed Chriſto aduerſabantur. Itaq; oſtẽdens inuidiã, Apoſtolos in mediũ adducit.

Sens. Myst. In Cap. XII.

57. Beda. in conuerſione expellitur dæmon, illuminatur anima,& Deum laudat. 64. Hil. excidium Hieruſalem denunciatur, quæ in Chriſtum furore exarſit,& Apoſtolos fugauit.

Addit. Avct. In Cap. XII.

l. ſ. tumultuoſam, aut iactabundam. 51. id eſt, ellychnium. q. d. fouebit infirmos. 52. pro, donec faciat, vt iudicium vincat, vel atque ita fiet, vt veritas in orbe obtineat. 56. id eſt, illo tempore, factum enim poſteà, vt patet ex Mar. & Luc. n. vox Græca etiã ſurdum ſignificat, hic tamen videtur ſolum mutum ſignificare, nihil enim de auditu dicitur. 61. Non à Belo, vt quidam putant, ſed à Beel, ſeu potiùs Baal, id eſt Domino, ſic enim Dij gentium vocabantur quaſi Domini, inde Beelphegor, ſeu Baalphegor, Deus Moabitarum, & Baalberith. Iud. 9 Beelzebub. Deus Accaronitarum. 4. Reg. 1. q. Idolum muſcæ, zebub enim muſca, aliquando Baal accipitur pro Deo Tyriorum, & Sydoniorum. 3. & 4. Reg. o. ſ. animum quo dicerent, nempe calumniandi, & populum auertendi. 66. id eſt, ſi princeps dæmonũ, vt vos putatis, alios dæmones vi eijcit. 68. ſcilicet, exorciſtæ, quales illi de quibus Act. 19.

[69] iudices veſtri erunt. Si autem ego in [70] Spiritu Dei eiicio dæmones: igitur [71] peruenit in vos [72] regnum Dei. [73] Aut quomodo [74] poteſt quiſquam intrare in [75] domum [76] fortis, & [77] vaſa eius diripere: niſi prius [78] alligauerit fortem? & tunc [79] domum illius diripiet. [80] Qui non eſt mecum, contra me eſt: & [81] qui non congregat mecum, [82] ſpargit. [83] Ideo dico vobis, omne [84] peccatum & [85] blaſphemia [86] remittetur hominibus: [87] ſpiritus autem blaſphemia non remittetur. [88] Et quicunque dixerit [r] verbum contra [89] Filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra [90] Spiritum ſanctum, non [91] remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque [92] in futuro. [93] Aut facite

Sens. Lit. In Cap. XII.

69. Int.ſ.nõ poteſtate, ſed cõparatione, quia Deo tribuũt, quod illi Beelzebub. Hier. vel quia Apoſtoli ſedebunt in duodecim ſoliis, iudicãtes duodecim trib. Iſraël. Rab. cõſcij erãt Apoſtolĩ nihil ſe malę artis à Chriſto didiciſſe. 70. Glo. Lucas in digito.i. Spiritu ſancto. 71. Int.q.d. incipit deſtrui poteſtas Diaboli, vt regnet Deus in vobis. Chry.q.d. vobis veniũt bona: itaq; veſtrã impugnatis ſalutẽ. 72. Hier. vel ſe dicit, vel regnũ, quod Iohannes, & ipſe prædicauerũt: eſt & regnum Scripturæ, quod ablatũ à Iudæis, traditur Gentibus. Hil. diminutio regni diaboli, augmẽtatio eſt regni Dei. Aug. 1. de q. Euan. q. 3. regnũ Dei dicit, quo impij à fidelibus ſecernũtur. 73. Chry. tertia ſolutio. q.d. tantũ abeſt, vt vtar diabolo adiutore, vt prælier cum eo, & eius principem ligem. 74. Int.ſ. niſi præualeret diuina potentia.
75. Int.i. mundum, qui in maligno eſt. Hier. 76. Int.i. diabolus, à quo nemo poterat ſe eruere. Hier. non debemus eſſe ſecuri, quãdo victoris voce aduerſarius noſter fortis cõprobatur. Chr. fortitudo eius ex noſtra deſidia orta eſt. 77. Int.i. homines deceptos. 78. Int. i. à ſeductione electorũ cõpeſcuerit, & poteſtatẽ ademerit. Aug. de q. Euan. 79. Int.i. ereptos diabolo per diuerſos gradus Eccleſię ordinat.
80. Int.ſ diabolus. Chry. quarta ſolutio. Glo. qui diſſimilia meis opera facit, mihi cõtrarius eſt. 81. Int. q.d. opera mea non poſſunt operibus Beelzebub cõparari, quia ego cõgrego, ille diſpergit. Chry. oſtendit illos cõtra ſe eſſe, qui ſpargãt, quę ipſe congregat. 82. Int. quia diabolicũ eſt cõgregata diſpergere.
83. Chry. excuſando reſponderat, nunc terret. Hil. ſæueriſſima definitione condemnat illorum peruerſitatem. 84. Int. ſ. facti. 85. Int. dicti. 86. Remig ſi pœnitentiam agant: conuincitur autem hinc Nouatiani error. Auctor. negabant iſti pœnitentiæ remedium lapſis poſt baptiſmum. 87. Int. eſt ſpiritus blaſphemia, contra veritatem, cùm eam cognoueris, induratio. Aug. de verb. Dom. ſerm. 11. idem eſt illud Lucæ, qui blaſphemauerit in Spiritum ſanctum. 88. Aug. de verb. Dom. exponit, quod dixit.
89. Hier.ſ. ſcandalizatus carne mea, & me hominem tantũ arbitrans. 90. Hier. id eſt, qui Dei opera calumniatur, inuidia ſtimulatus, & opera Spiritus ſancti dicit eſſe Beelzebub. Hil. quid tam extra veniam eſt, quàm Chriſto paterni Spiritus ſubſtantiam adimere? 91. Glo. exigentibus enim meritis ſuis non perueniet ad pœnitentiam. Aug. de verb. Dom. ſerm. 11. an paganis, Iudæis, & hæreticis, qui blaſphemant Spiritum ſanctum, nulla eſt ſpes venię? Fortè in tota Scriptura nulla quæſtio difficilior. eſt aliqua blaſphemia contra Spiritum ſanctum, quæ nullam remiſſionem meretur, videlicet in pœnitentia, quæ eſt contra Spiritum ſanctum, in quo peccata dimittuntur, de nullo tamen deſperandum eſt, quamdiu viuit. Idẽ de ſerm. Dom. in monte lib. 1. peccati, quod Iohannes dicit ad mortem, id eſt, cùm quis poſt agnitionẽ Dei fraternitatẽ oppugnat, aut inuidet gratiæ, tanta eſt labes, vt deprecandi humilitatẽ ſubire non poſſit, ſi in hac peruerſitate mentis finiat vitã, de nullo enim deſperandũ eſt, dum viuit, & hoc fortè eſt peccare in Spiritũ Sanctum, id eſt, poſt acceptã gratiam, per malitiã, & inuidiam fraternam impugnare charitatẽ. Chry. Ignorabãt Chriſtum quis eſſet, at Spiritus ſancti ſufficiens experimentum acceperant, itaque ineuitabilis eorũ condemnatio. 92. Rab. cõuincitur hęreſis Origenis, dicẽtis, poſt multa ſæcula omnes veniã conſequuturos. Greg. in dial. lib. 4. c. 39. datur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſæculo, quaſdam verò (paruas.ſ.) in futuro relaxari. 93. Int.i. exiſtimate, vel iudicate. Chry. vult eos corrigere. Hier ineuitabili ſyllogiſmo cõſtringit. q.d. ſi diabolus malus eſt, bona facere nõ poteſt, ſi bona facio, nõ ex diabolo ſum. Hil. arborẽ ſe oſtẽdit fructibus vberrimã. Aug. de verb. Do. ſer. 12. hoc præceptum eſt. ſ. vt ſimus arbores bonæ, illud verò, facite arborẽ malam, &c. monitio eſt, vt caueamus,

Addit. Avct. In Cap. XII.

69. q.d. id quod agunt illi, vos condemnabit, approbatis enim in eis, in me calumniantes. 72. i. Meſſias promiſſus. 77. i. bellica inſtrumenta. Hebr. q. in ouile.ſ. 87. i. contra Spiritũ ſanctum, ſic ſuprà. poteſt ac ſpirituũ immundorum. r. i. aliquid. Heb. 93. q.d. aut me ſimul cum operibus laudate, aut condemnate: et cùm opera non poſſitis meritò condemnare, fateamini neceſſe eſt, me ſpiritu bono agi.

arborem[94] bonam,& fructum eius bonum:aut facite arborem malam,& fructum eius malum;ſi quidem[95] ex fructu arbor agnoſcitur.Progenies[96] viperarum[97],quomodo poteſtis bona[98] loqui, cùm ſitis mali[99]? ex abundantia[100] enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono[101] theſauro profert bona :& malus[102] homo de malo[103] theſauro profert mala. Dico[104] autem vobis,quoniam omne verbum otioſum[105] quod loquuti fuerint homines, reddent[106] rationem de eo in die[s] iudicij.Ex verbis enim tuis[107] iuſtificaberis[t] , & ex verbis tuis[108] condemnaberis.Tunc[u] reſponderunt ei quidam[109] de Scribis & Phariſæis,dicentes, Magiſter[x] , volumus à te ſignum[110] videre. Qui reſpondens, ait illis, Generatio mala[111] & adultera[112] ſignum[113] quærit:& ſignum non dabitur ei,niſi[aa] ſignum Ionæ[114] Prophetæ[115].Sicut enim fuit Ionas[116] in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus:ſic erit Filius[117] hominis in corde[118] terræ tribus[119] diebus,& tribus

Sens. Lit. In Cap. XII.

nec putemus ſi mali ſimus,bona opera habere,prius enim eſt mutandus homo, vt opera mutentur.

94. Glo.Arbor bona Chriſtus;fructus,prædicatio,curatio,& redemptio.Mala,diabolus,& ſui fructus, inuidia,detractio,&c. 95. Int.verũ autem bonus ſit auctor an malus,ex fructu cognoſcitur. 96. Int. id eſt,filij diaboli,eius veneno corrupti. Chry.quia pro Spiritu ſancto loquitur,ita increpat.Glo.oſtendit eos,vt malam arborem fructus blaſphemiæ afferre. 97. Chry.ſeparat à cognatione Abraham , de quo gloriabantur. Rab. detrahere bonis operibus diabolicum eſt. 98. Int. q.d. fructus veſter eſt blaſphemia. 99. Int.id eſt,cùm ſitis arbor mala. 100. Int non enim poteſt de ore veſtro procedere niſi malitia , quæ abundat in cordis intentione. Chry.ſi dicta ab iſtis ita ſunt mala , quantum putamus habebant in corde malitiæ,vbi ſolus Deus teſtis? 101. Int.quia tantum quis boni facit,quantum intendit. 102. Int. tantum quoque mali , quantum intendit. 103. Glo.oſtendit ex quali theſauro proferant blaſphemiam:vel ſignificat,nec ſe poſſe mala,nec diabolum bona facere. 104. Chry.timorem incutit. 105. Int.id eſt,quod ſine loquentis vtilitate dicitur,& audientis,vt de friuolis,& fabulis,at ſcurrilia non ſunt otioſa,ſed criminoſa. Greg. in hom.6. ſcurrilia replicans, & cachinnis ora diſſoluens, & aliquid proferens turpitudinis,criminoſi verbi reus tenetur. 106. Hier.quanto magis vos de calumnia? 107. Int.ſ.ſi bona,& bona intentione.Remig. 108. Int.ſcilicet malis.Remig. 109. Int.ſ.quærentes adhuc calumniam. x. Chry.verba adulatione,& ironia plena,& ideo vehementer eos arguit,cum tamen ad conuicia manſuetè reſpondeant,oſtendens ſe vtraque paſſione ſuperiorem,qui nec in conuicijs iraſcatur, nec adulatione molliatur. 110. Int.de cælo, vt alius Euangeliſta ait.Hier. 111. Int.ſ. malos fructus faciens.Chry.ingrati ſemper,& beneficiis deteriores facti. 112. Int.quæ dimiſſo viro, multis amatoribus ſe copulauerat.Hier. 113. Int.ſ.potẽtiæ,qua indigna eſt. 114. Int.ſ.de profundo, non de ſublimi;paſſionis,non gloriæ. 115. Int.exponit ſignũ Ionæ. 116. Int.ſ.vt Niuiuẽ à ſubuerſione liberaret. 117. Int.ſ.mundum redempturus. 118. Int.id eſt,in ſepulchro. 119. Int.Synecdoche.

Sens. Myst. In Cap. XII.

116. Rab.Ionas,id eſt,columba, vel dolens,Chriſtus,ſuper quem Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ deſcendit, & qui noſtros dolores portauit. piſcis deuorans, mors quam paſſus eſt in mundo; eiectio in aridam,reſurrectio in gloriam.oſtendit verò Chriſtus iſtos,niſi pœniteant,ſubuertendos.quod ſint criminoſi,vt Niniuitæ. 119. Glo.tres dies,tria tempora, ante legem,ſub lege, & ſub gratia.tres noctes, tres mortui à Chriſto ſuſcitati,ante legem latebat peccatum,& puella in domo iacebat,tamquam peccatum in conſcientia . ſub lege proditum peccatum, & filius viduæ ante portam, ſub gratia peccatum grauius,& Lazarus fœtebat;cor terræ,habitantes in terra,in quibus iacet fides Chriſti.

Addit. Auct. In Cap. XII.

s. ſcilicet particulari in morte,vel vniuerſali in fine mundi. t. id eſt,iuſtus pronunciaberis. u. ſ.cùm admirari & flecti oportebat. Reſpondere autem pro alloqui Heb. 109. alij à prioribus,vt patet ex Luc. 110. ſcilicet de cælo,vt patet ex Luc. ſ.probes te iſta Dei virtute facere,& eſſe Meſſiam,&c. 113. ſ. vt petunt,vel toti genti Iudæorũ. aa. pro ſed ſic Gal. 2.n:ſi per fidem,pro.ſed per fidem. 118 pro,intra terram. Hebr.

[120] noctibus. Viri [121] Niniuitæ ſurgent in [122] iudicio cum generatione [123] iſta, & [124] condemnabunt eam:quia pœnitentiam [125] egerunt in [126] prædicatione [127] Ionæ. Et ecce [128] pluſquam Ionas [129] hîc. [130] Regina [bb] auſtri ſurget in iudicio cum generatione [131] iſta,& [132] condemnabit eam:quia [133] venit à finibus [134] terræ audire ſapientiam [135] Salomonis,[136]& ecce plus quàm Salomon hîc. [137] Cùm autem [138] immundus [139] ſpiritus exierit ab [140] homine,ambular per [141] loca [cc] arida,[dd] quærens requiẽ, & non [142] inuenit,Tunc dicit : Reuertar in [143] domum [144] meam vnde [145] exiui. Et veniens inuenit eam [146] vacantem,ſcopis [147] mundatam,& [148] ornatam. Tunc vadit,& [149] aſſumit ſeptem

Sens. Lit. In Cap. XII.

120. Aug de conſ.Euang.quidam ignorãtes Scripturæ locutionem noctem dixerunt tres horas,quibus obſcuratus,eſt ſol,& tres inſequentes, diem; ſed vbi erit tertius dies?intellige ergo à parte totum. Idem 4 de Trinit. primus dies à parte extrema numeratur,tertius à prima.ſ.nocte. 121. Int.qui ſunt Aſſyrij, gens incredula. 122. Int.ſ.in communi omnium reſurrectione. Remig. etiam mali reſurgent cum bonis,ſed non ante diem iudicij, vt fabulantur Iudæi. 123. Int. quæ eſt populus Dei. 124. Int. ſ.non poteſtate,ſed comparatione.Hier. 125. Int.ſ.non videntes ſigna Hieron. 126. Int paucis diebus facta. Hier. triduo ſecundùm Septuaginta. 127. Int.ſcilicet minoris me. 128. Int. quia tanto tempore ſigna facio. 129. Int.ſ.in medio veſtrum.Hier.aduerbium eſt. 130. Int.q.d.non tantũ gens Niniuitarum condemnabit eam,ſed etiam regina. 131. Int.quæ Dei ſapientiam ſibi loquentem non modo non audit, ſed & blaſphemat. 132. Int.ſ. comparatione ſacti melioris. 133. Chry.non expectauit v Salomon ad ſe veniret,ſed venit,& mulier,& barbara,& tantum remota. 134. ſ.cum magna difficultate,& imperio relicto. 135. Int. ſcilicet , quem fama nouerat. 136. Int. id eſt, inter vos.

137. Int. q.d.uter vos eſt maior Iona,vel Salomone,ſed diabolus ad vos reuerſus,dominatur.Chry. futuram in eis pœnam ſub ænigmate indicat. 138. Glo. ego polluta mundo , ſathanas mundata contaminat. 139. Int.ſ.in baptiſmo. 140. Int.ſ.hæretico,& malo Catholico.Hier.ſ.à Iudæis quando acceperunt legem , ad Iudæos enim , & non ad hæreticos , & quoſlibet homines referenda parabola.

141. Hier.id eſt,gentium ſolitudines.Remig.corda gentium à Scripturis,& ſpiritualibus donis aliena. Rab. corda fidelium à mollitie cogitationum expurgata explorat. Greg.23. mor.cap 5.terrenorum mentes humore concupiſcẽtiæ repletæ,fluidæ ſunt. 142. Rem.credidit enim gentilitas. 143. Hier. id eſt,Iudæos,quos dimiſeram. 144. Int. quæ per incuriam vacat.Hier.templum Iudæorum Chriſtũ hoſpitẽ non habebat, nec Dei & Angelorũ præſidia. 145. Int.ſ.per virtutem Sacramenti. 146. Int.ſ. à bonis per negligentiã.Rab. 147. Int.ſ.à vitiis per baptiſmum.Rab. 148. Int.ſ.ſimulatis virtutibus. Hier. ſuperfluis obſeruationibus legis , & traditionibus Phariſæorum. 149. Int.id eſt, vniuerſa vitia, quæ enim vel hæreſis,vel cupiditas arripit,in imo omnium vitiorum proſternit. Hier. ſeptem dicuntur,vel propter violationem ſabbati, vel ob criminalia peccata contraria ſeptem donis Spiritus ſancti.

Sens. Myst. In Cap. XII.

121. Glo.Niniue,Gentilitas. 130. Hier.in Niniue,& regina Saba,fides nationum præfertur Iſraëli. Rab.Niniuitæ,qui peccare deſiſtunt; regina, qui peccare neſciunt; peccatum enim pœnitentia abolet, ſapientia cauet.Remig.Eccleſia gentiũ regina,quia mores regit.Auſtri verò,quia ardore Spiritus ſancti abundat.Salomon.Chriſtus,qui eſt pax noſtra. dd. Aug.lib.1.de q.Euang. q. 8. cupiditas carnis expulſa per pœnitentiam,auidius redit. 142. Glo.dormit diabolus ſub vmbra. i. tenebroſa conſcientia. in ſecreto calami.i.ſimulatoribus,foris nitidis,intus vacuis,& locis humentibus.ſ.laſciuia.

Addit. Avct. In Cap. XII.

120. adiiciuntur noctes,more Hebr.cùm ſatis eſſet dicere, tribus diebus. 134 id eſt,hoc loco. bb. Ex Æthiopia erat,vbi imperabat,& in Ægypto dicitur & Saba regina.erat autem regio in Meroe inſula intra Nilum.præerant fœminæ quæ Candaces dicebantur,vt Reges Ægypti aliquando Pharaones,aliquando Ptolomæi.Ita quidã hunc locum ediſſerunt;ſed nos aliter ſentimus.ſ. Arabiæ fuiſſe reginam.vide Scholia noſtra 3.Reg.10.Ioſephus quidem.8. Antiq.cap 6.eam reginam dicit Æthiopiæ & Ægypti;ſed ego magis Scripturæ credo,quæ loco citato Arabiæ reginam dicit,Felicis.ſ.quæ eſt inter Perſicum ſinum,& Arabicum,ad Oceanum,eaque ad Auſtrum dicitur reſpectu Iudææ. 131. id eſt,contra hoc hominum genus. cc. Gr.aquis carentia. 149. id eſt,multos.Hebr.

alios ſpiritus ſecũ nequiores ſe:& intrantes habitant ibi:& fiunt nouiſſima hominis illius [150] peiora [151] prioribus. Sic & erit [152] generationi huic peſſimæ. Adhuc eo [154] loquente ad [155] turbas,ecce mater eius & [156] fratres ſtabant [157] foris, quærentes loqui ei. [158] Dixit autem ei quidam,Ecce mater tua,& fratres tui foris ſtant quærentes te loqui. At ipſe reſpondens dicenti ſibi,ait. [159] Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei? Et extendens manum in diſcipulos ſuos,dixit,Ecce mater mea,& fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis eſt,ipſe meus [160] frater,& ſoror & [161] mater eſt.

SENS. LITER. IN CAP. XII.

150. Int.quia faciunt eos,ad quos redeunt, deteriores quàm prius eſſent. melius eſt viam veritatis non cognoſcere,quàm poſt agnitionem retroire. Chry. Grauior eſt pœna poſteriorum peccatorum, vnde dictum paralytico,Noli peccare,ne deterius tibi contingat.Hier.multi nunc à pluribus dæmonibus poſſidentur, blaſphemantes in ſynagogis Chriſtum, quam in Ægypto ante legem. Chry. maiora paſſi,quia grauius occidere Chriſtum,quàm Prophetas. 151. Int.quò tendat parabola,exponit.
152. Int.ſcilicet Iudææ. 154. Int.dum occupatus eſt officio prædicandi. 155. Auguſt. 2.de conſ. Euang.cap.40.Lucas non tenuit rei geſtæ ordinem, ſed præoccupauit, & recordatum ante narrauit.
156. Int.id eſt,conſobrini more veteris ſcripturæ.Hier.contra Heluid.fratres vocat Scriptura natura, vt Eſau & Iacob; gente,vt omnes Iudæos; cognatione ſcilicet omnes ex eadem familia, affectu denique. erant autem hoc loco fratres filij matertera Domini, quæ dicitur mater Iacobi minoris,Ioſephi & Iudæ. 158. Hier.inſidias tendit,vtrum ſpirituali operi carnem præferat. 159. Hier.nõ negat matrem,ſed docet carni ſpiritum præferendum; ſe paternis affectibus,plus quàm maternis debere demõſtrans. 160. Int.pro vtroque ſexu. 161. Greg.in ho.3.frater & ſoror credendo; mater prædicando, ſi per eius vocẽ amor Domini in proximi mente generatur.Chry.vna nobilitas eſt, Dei facere volũtatẽ.

SENS. MYST. IN CAP. XII.

157. Glo.mater,& frater,populus Iudæorum,qui intus docente Chriſto, non poteſt intrare; id eſt, ſpiritualiter verba eius intelligere negligit, ſed Chriſtum ad carnalia docenda, vult exire, ſed non agnoſcitur à Chriſto, quia eis non aſſentit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XII. *156. id eſt, cognati.*

CAP. XIII.

IN [1] illo die [2] exiens Ieſus de [3] domo, ſedebat ſecus [4] mare, & cõgregatæ ſunt ad eum [5] turbæ multæ,ita vt in [6] nauiculam aſcendens ſederet: & omnis turba ſtabat in [7] littore, & [8] locutus eſt eis multa in [9] parabolis, dicens, [10] Ecce exiit

SENS. LIT. IN CAP. XIII.

1. AV O. 2.de conſ.Euang.cap.41.aut conſequẽter,aut non multo pòſt illud,quod proximè narratum eſt. vel dies pro tempore (more Scripturæ)ſumitur. 6. Chry. volebat omnes ante ſe habere,& nullum à tergo. 8. Int.non omnia,quædam enim apertè,vt per ea ad obſcura prouocentur. Hier. 9. Int.id eſt,ſimilitudinibus.Chry.vt manifeſtatiorem ſermonem faciat, ſub aſpectũ reponens, magiſque memoriæ infigat.Hier.quia turbæ diuerſarum ſunt voluntatum,ideo in multis parabolis loquitur. 10. Int.ſ.de ſinu Patris in mundum,vel de domo Iudæorum,parte aſſumpta ad gentes.

SENS. MYST. IN CAP. XIII.

2. RA B. relicta Iudæa,ad gentes ſignificat ſe tranſiturum. 3. Int.ſ.Iudæorum. 4. Int.ſ.gentium. 5. Int. i. ad prædicationem eius per Apoſtolos factam. 6. Int. id eſt, Eccleſiam in medio non credentiũ,& contradicentium ædificandam.quam gratia ſua illuſtrat, & in qua mãſionem ſibi conſecrat. 7. Int. i. in ſoliditate fidei,nondum tamen per gratiam baptiſmi recepti.Rab.

qui ſeminat,ſeminare.[11] Et dum ſeminat,[12] quædam ceciderunt ſecus viam,[13] & venerunt
volucres[14] cœli & comederunt[15] ea. Alia autem ceciderunt in petroſa,[16] vbi non habebant
terram[17] multam:& continuò[18] exorta ſunt,quia non habebant altitudinem[a] terræ.[19] Sole[20]
autem orto;æſtuauerunt,[21] & quia non habebant radicem, aruerunt.[22] Alia autem ceci-
derunt in ſpinas:[23] & creuerunt[24] ſpinæ, & ſuffocauerunt[25] ea. Alia autem ceciderunt in
terram bonam,[26] & dabant fructum: aliud centeſimum,[27] aliud ſexageſimum,[28] aliud
trigeſimum.[29] Qui[30] habet aures[31] audiendi,[b] audiat. Et accedentes[32] diſcipuli dixerunt ei,
Quare[33] in parabolis loqueris eis?[34] Qui reſpondens ait illis:Quia vobis[35] datum eſt noſſe
myſteria[36] regni cœlorum: illis[37] autem non eſt datum.[38] Qui[39] enim habet,[c] dabitur ei, &
abundabit:[40] qui autem non habet,[41] & quod habet[42] auferetur[43] ab eo. Ideo[44] in parabolis
loquor eis: quia videntes[45] non vident,[46] & audientes[47] non

Sens. Lit. In Cap. XIII.

.11. Chry.ſolet enim & ad alia exire,vt ſcindat terram,ſpinas euellat,&c. 12. Int.ſ.ſemina. 13. Int. hi ſunt,qui nec prædicatione compunguntur,nec benè agere incipiunt. Rab.via eſt mens malis cogitationibus trita & areſacta. 14. Glo.id eſt,dæmones,qui cœleſtis naturæ, & per aëra volitant. 15. Int. id eſt,rapuerunt. 16. Int.id eſt,in duritiam protervæ mentis.Rab. ¶ Chry.in animabus quæ petra eſt poteſt fieri terra pinguis, & quæ via,non conculcari,& ſpina deſtrui: omnibus Chriſtus loquebatur, & ſi præuideret futura,vt poſſet dicere, quid me oportuit facere, & non feci? in quo docet diſcipulos ne deſides ſint,etiam ſi plures audientium pereant. 17. Int.id eſt,lenitatem animæ obedientis, & probatæ.Rab. 18. Int.quia dulcedine tantum auditi verbi,& promiſſionis ad horam delectantur,ſed radicem non figunt. 19. Glo.ſ.deſiderij ſalutaris. Rab. altitudo terræ probitas animæ diſciplinis cœleſtibus inſtitutæ. 20. Int.i.feruore perſecutionis.Rab. 21. Int.ſ.per impatientiam, quia verbum non firmiter hæſerat menti. 22. Int.id eſt,vigorem fidei perdiderunt. 23. Int.id eſt,in corda diuitiarum ambitione ſollicita. 24. Int.ſ.multiplicatæ ſunt diuitiæ. 25. Int.id eſt,occupauerũt mentem, vt fructus ſpiritualis in ea proficere non poſſit. 26. Int.id eſt,fidelem, & deuotam conſcientiam. 27. Int. cùm omnia æternitatis intentione nos facere docet. Remig.cùm vitam æternam promittit: centenarius enim de læua tranſit ad dexterã. Auctor.Intelligitur id in numeratione antiqua per digitos vtriuſque manus,ſeu articulos. 28. Int.cùm perfectionem bonæ operationis docet.Remig.Glo.in numero ſenario mundi ornatus expletus eſt,ideoq; bonam operationem ſignificat. 92. Int.cùm fidem ſanctæ Trinitatis inſinuat.Remig. 30. Int. quia hoc myſticũ eſt.Glo.cùm talis admonitio interponitur,myſticum inſinuat eſſe quod dicitur. 31. Int.i.interiores ſenſus audiendi,obediendi,faciendiq; ne.Remig.
32. Hier.fortè cum ipſo nauem aſcenderant. 33. Int. i. per ænigmata. 34. Chry.pro aliis ſunt ſolliciti. 35. Int.ſ.ſolis,& veſtris ſequacibus,qui ad me intrant,non his qui foris ſunt. 36. Int. i. abdita ſcripturarum. Remig. doctrinam Euangelicam. 37. Int. ſ. qui clauſis ſenſibus non curant intrare.
38. Chry.ipſi ſunt cauſa ſibi malorum, vt patet ex ſequentib. 39. Int.q.d.vos verò verbo intendite, quia qui habet verbi amorem,dabitur ei ſenſus intelligendi.Remi.qui habet ſtudium legendi, dabitur facultas intelligendi,& habenti charitatem,dabuntur cæteræ virtutes. 40.Int.ſ.intelligentia. 41. Int. ſcilicet amorem verbi æterni.Chry.qui non affert, quod ad ſe pertinet. 42. Int. ſ. vel naturali ingenio, vel ſtudio litterarum. 43. Chry.ſ.quia ſe indignum fecit.Hier.Iudæis non credentibus in Chriſtum, etiam naturæ bonum tollitur,non enim poſſunt ſapienter intelligere, qui ſapientiæ non habent caput. Hil. perdiderunt Iudæi legem, non habentes fidem. 44. Int. nunc reddit cauſam Apoſtolis, quare turbæ loquitur in parabolis. 45. Int.id eſt,videre ſe præſumentes ingenio ſuo. 46. Int. id eſt priuantur ſpirituali intellectu.Glo.ſic auarus nullas habet opes,quia ei inutiles ſunt. Chry. voluntaria cæcitas, videntes enim non vident. 47. Int. ſ. foris.

Addit. Avct. in Cap. XIII.

14. i. dæmones morantes in aere caliginoſe,qui natura ſubtili,veloci & ſuperba. a. Gr. βάθος.i profunditatem. 21. i.exuſta ſunt,vel æſtu perierunt. 31. ſ. mentis que non omnibus à Deo dantur. vide Deut.29. b. id eſt, vt poſſit audire. 34. ſ. qui non credunt. c. ſ. quod debet. 41. ſ. quod debet. 46. ſcilicet ipſorum culpa & merito.

au[illegible]unt,

[48] audiunt, neque [49] intelligunt, & [50] adimpletur in eis propheția Eſaiæ dicentis, [51] Auditu audietis, & non intelligetis: & [52] videntes videbitis, & non [53] videbitis. [54] Incraſſatum eſt enim cor [55] populi [56] huius, & auribus [57] grauiter audierunt: & [58] oculos ſuos clauſerunt, ne [59] quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant: & [60] conuertãtur, & [61] ſanem eos. [62] Veſtri autem beati [63] oculi quia [64] vident, & [65] aures veſtræ quia [66] audiunt. Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ & iuſti [d] cupierunt videre quæ [67] videtis, & non [68] videtũt: & audire quæ audiſtis, & non audierunt. [69] Vos ergo [70] audite parabolam ſeminãtis. [e] Omnis qui audit verbum [71] regni & non [72] intelligit: venit [73] malus, & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius: hic eſt qui ſecus [74] viam [f] ſeminatus eſt. Qui autem ſuper [75] petroſa ſeminatus eſt: hic eſt, qui verbum [76] audit, & continuò cum [77] gaudio accipit illud; non [78] habet autem in ſe [79] radicem, ſed eſt [g] temporalis: facta autem [80] tribulatione & [81] perſecutione propter [82] verbum, [83] continuò [84] ſcandalizatur. Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt qui verbum Dei audit, & [85] ſollicitudo ſæculi iſtius, & [86] fallacia

SENS. LIT. IN CAP. XIII.

48. Int. ſcilicet intus. Chry. viſis & auditis aduerſantur, ideoque aufertur eis videre, & audire, nihil enim eis proficiunt niſi ad iudicium. Itaque in parabolis eis loquitur, cùm antea apertè loqueretur.
49. Int. ſ. expoſitionem litteræ, & ſi exponatur eis. Hier. perſtrepentibus fluctibus non audiunt ad liquidum, quæ dicat Dominus qui ab eo diuiduntur. 50. Chry. inducit Prophetiam, ne videatur vt inimicus locutus. 51. Int. ſ. exteriori. 52. Int. ſ. oculo corporis. Chry. ſ. carnem. 53. Int. ſ. oculo mentis. Chry. ſ. diuinitatem. 54. Int. ſ. abundantia malitiæ. Rab. 55. Int. ſ. Iudæorum. 56. Int. aliàs eius. 57. Int. ſ. quia ingratè ſuſceperent verba Dei. Rab. 58. Int. id eſt, intuitum mentis per inuidiam auerterunt. Hier. oſtenditur culpa arbitrij. Aug. de q. Euang. cap. 14. alius Euangeliſta dicit, excæcauit oculos eorum, ſed ipſi cauſa fuerunt, peccatiſque ſuis meruerunt, vt non intelligerent, ſed excæcarentur, adeóque non crederent: poteſt etiam dici quibuſdam Iudæorum expediuiſſe, primò non credere, vt non credentes, & crucifigentes, poſt reſurrectionem miraculis exterriti, & criminis ſui reatu compuncti, proſtrati ad pœnitentiam, & humiliati conuerterentur: nempe tanta eorum ſuperbia tali humiliatione erat deiicienda. 69. Int. non ad horam, ſed cum tanta mentis impœnitudine, vt nunquam conuertantur ad fidem. 60. Int. ſ. ad pœnitentiam. Glo. quia oculos & aures clauſerunt, non meruerunt conuerti. 61. Int. id eſt, reddam innocentes. Chry. ſanaret, ſi conuerterentur. 62. Int. non Scribarum. 63. Int. ſ. interiores. Hier. 64. Int. ſ. per fidem quod viſuri ſunt, quandoque per ſpeciem. 65. Int. ſ. interiores. Hie. 66. Int. i. obediunt. d. Chry. ſi Prophetæ contrarij Deo fuiſſent, Chriſtum non cupiuiſſent. 67. Int. ſ. in præſentia. 68. Int. ſ. niſi à longè per alias ſpecies viſionum, vos autem in præſentia cognoſcentes, & quæ vultis interrogãtes. Hier. 69. Int. quia vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei. 70. Glo. exponit primam parabolam, vt idem attendant in cæteris. 71. Int. id eſt, per quod promittitur regnum. 72. Int. id eſt. ad actum non perducit, nulla fide, nulla ſaltem occaſione vtilitatis accipit. 73. Int. id eſt diabolus. 74. Int. ſ. vbi meatus cogitationum, verbum abolet, nec quicquam boni incipit. 75. Int. id eſt. in duritiam proteruæ mentis. 76. Int. ſ. ad tempus.
77. Int. quia & vtilitatem probant, & deſiderium guſtant. 78. Int. cœpit, ſed non perſeuerauit.
79. Int. ſ. charitatis. 80. Int. ſ. in loco ſuo. 81. Int. ſ. de loco ad locum. 82. Int. ſ. fidei. 83. Int. diſtat enim inter hunc & eum, qui multis pœnis compellitur, Chriſtum negare. 84. Int. id eſt tranquillitatem mentis perdit. 85. Int. id eſt, ſpes acquirendi, timor perdendi. 86. Int. ſ. quia promittunt quod non dant, voluptatem & iucunditatem. Hier. lubrica eſt diuitiarum poſſeſſio.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIII.

51. citatur ſecundum 70. quod fortè factum ab interprete Græco. 63. ſ. corporis & mentis. e. pro, cùm quis audit. f. ſuſcepto ſemine. g. id eſt, ad tempus tantum durat. 86. pro, fallaces diuitiæ. ſ. à via deducentes, id enim ſignificat ἀπάτη.

diuitiarum [87]ſuffocat verbum,& ſine fructu efficitur.Qui verò in terram [88]bonam ſeminatus eſt : hic eſt qui [89]audit verbum,& [90]intelligit,& [91]fructum affert , & facit aliud quidem [92]centeſimum,aliud autem ſexageſimum,aliud verò triceſimũ. Aliam [93]parabolam [94]propoſuit illis,dicens:[h]Simile factum eſt [95]regnum cælorum homini,qui [96]ſeminauit bonum ſemen in [97]agro ſuo : cùm autem [98]dormirent [100]homines, venit [101]inimicus eius,& [102]ſuperſeminauit [103]zizania in [104]medio tritici:& [105]abiit. Cùm autẽ [106]creuiſſet herba, & [107]fructum feciſſet:tunc [108]apparuerunt & zizania.[l]Accedentes autem [109]ſerui patrisfamilias,dixerunt ei,Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo?Vnde ergo habet zizania? Et ait illis.Inimicus homo hoc fecit.Serui autem dixerunt ei,Vis igitur imus & [111]colligamus ea?Et ait,[112]Non:ne [113]fortè colligentes zizania,[114]eradicetis ſimul cum eis & [115]triticum. [116]Sinite vtraque creſcere [117]vſque ad [118]meſſem : & in tempore meſſis dicam [119]meſſoribus; [120]Colligite primùm zizania, & [121]alligate ea in [122]faſciculos ad comburendum:triticum autem [123]congregate in [124]horreum meum.Aliam parabolam propoſuit eis,

SENS. LITER. IN CAP. XIII.

87. Int.quia dum bonum deſiderium ad cor trahere non ſinit , quaſi aditum vitalis flatus claudit. 88. Int.id eſt,fidelem & deuotam conſcientiam. 89. Int.ſ.foris. 90. Int.id eſt,intus ædificatur. 91. Int.ſ.boni operis perducit ad maturitatẽ.Hier. primùm debemus audire,deinde intelligere, pòſt, fructus reddere. 92. Aug.de q.Euang.centeſimus martyrum, ſexageſimus virginum, triceſimus coniugatorum. Hier.centeſimus virginum, ſexageſimus viduarum,& continentium , triceſimus coniugatorum.Remig.triceſimus in bona cogitatione,ſexageſimus in bona locutione,centeſimus in fructu boni operis. 93. Hier.diuerſis cibis reficit,vt quiſque ſecundùm naturã ſtomachi ſui recipiat. 94. Int. ſ.ſedens in naui. 95. Int.id eſt,Eccleſia.Remig.id eſt, Chriſtus. 96. Int.bonum non ſeminat niſi bonus , qui ſemen bonæ voluntatis ad bona opera ſtudet perducere. 97. Int.id eſt, mundo. 99. Int.id eſt inertia torpent. 100. Aug.de q.Euang.i.Præpoſiti Eccleſiæ neglĩgetius agerent,vel Apoſtoli mortui eſſent. 101. Int.id eſt,diabolus. 102. Int.ſ.præcedente nonune Chriſti.Chry.error poſt veritatẽ exiſtit. 103. Int.quæ non ſunt de ſemine tritici, paleæ verò ſunt hi,qui,etſi non vita,fide ſunt de Eccleſia.Aug.de q.Euang. 104. Int.id eſt, hæreticos permiſcuit electis. Aug. de q.Euang. 105. Int.id eſt,latuit,& occultiſſimus factus eſt.Aug.de q.Euang. 106. Int.id eſt,proficeret. 107. Int.id eſt,bonæ ſpei opera monſtraret. 108. Int.id eſt,manifeſtauerunt ſe hæreticorum dogmata.Chry. tunc hæretici venenum effundunt,cùm aliquis ſermone eis participauerit.Aug.de q.Euan.cùm homo cœperit eſſe ſpiritualis,tunc ei errores incipiunt apparere. l. Remig.ſ.mentis deſiderio. 109. Int. id eſt, cuſtodes meſſis. 111. Int.id eſt,vt excommunicemus eos. 112. Hier.datur locus pœnitentiæ,non citò amputandus frater,poteſt enim reſipiſcere.Glo.non exarſit in iram,nec mox vlciſci voluit. 113. Int. ecce diſcretio. 114. Int.ſic nec tu reddas vicem malis,vt ſcandalizes bonos; ſed patere. Auguſt.de q. Euan.boni dum ſunt infirmi,opus habent malorum commixtione,vt per eos exerceantur , aut eorum comparatione inuitentur ad melius. 115. Aug.de q.Euan.multi primo zizania ſunt,poſtea fiunt triticum,qui niſi patienter tolerentur,dum mali ſunt,non fient triticum.Hier.dum herba eſt, magna eſt ſimilitudo inter triticum,& lolium; itaque difficile diſcernuntur.Aug.lib.1.contra Epiſc. Parme. cap. 7. cùm quis dignus eſt anathemate,puniendus eſt; non ad eradicandum,ſed ad corrigẽdum,ſi periculum ſchiſmatis non timetur;alioqui patienter ferendũ,quod non poſſis corrigere. 116. Int.longanimitas, quæ vſque ad finem neceſſaria eſt. 117. Int.ſ.in Eccleſia. 118. Int. i. iudicium.Aug.de q.Euan.cùm non reſtat tempus commutandæ vitæ. 119. Int.non vobis. 120. Int. i.ſeparate à bonis. 121. Int. ſ. hic vagos. 122. Int.non vnum faſcem,quia pro modo peruerſitatis ſuæ vnuſquiſque punietur. Auguſt.de q.Euan. 123. Int.vt qui vnitatem amauerunt. 124. Int. id eſt, in cæleſtes manſiones.

ADDIT. AVCT. IN CAP: XIII.

h. pro, ſimile quid accidit in regno cælorum, ac ſi, &c. vide Mar. vel ſimilis eſt Chriſtus. 99. q. d. nactus opportunum tempus. 105. id eſt, latere ſtuduit. 109. ſcilicet miniſtri iuſtitia.

dicens,

dicens,Simile eſt [125] regnum cælorum [126] grano ſinapis,quod [127] accipiens [128] homo [129] ſeminauit in agro ſuo,quod [130] minimum quidem eſt omnibus ſeminibus; cum autem [131] creuerit, maius eſt omnibus [132] oleribus, & fit [133] arbor, ita vt [134] volucres cæli veniant, & habitent in [135] ramis eius. [136] Aliam parabolam locutus eſt eis, Simile eſt [137] regnum cælorum [138] fermento, quod [139] acceptum [140] mulier [141] abſcondit in farinæ [142] ſatis [143] tribus,donec [144] fermẽtatum eſt totum. [145] Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad [146] turbas: & ſine [147] parabolis non loquebatur eis,vt [148] impleretur quod dictum erat per Prophetam

Sens. Lit. In Cap. XIII.

125. Hier.i.prædicatio Euangelij,& notitia Scripturarũ,quæ ducit ad vitam. 126. Int. quod quanto plus teritur,tanto plus redolet. Aug.de q. Euang.granum ſinapis,feruor fidei. 127. Int.i.acceptum habens. 128. Hier.i.Chriſtus ſecundùm quoſdam,qui ſeminat in animis credentium, vel ipſe homo ſeminans in corde ſuo. 129. Int. Deus in iuſto, vel iuſtus vir in corde ſuo granum prædicationis fouet. 130 Int.hæc prædicatio primò humillima eſt omnium diſciplinarum propter ſcandalum crucis. Hier. ❨ Chry. imbecilles diſcipuli,ſed in eis magna virtus. 131. Glo.i.quantæ ſit virtutis innotuerit. 132. Chry. i.dogmatibus. 133. Hier. Phariſæorum dogmata creſcunt in herbas quæ citò areſcunt. 134. Hier.i.credentium animæ. 135. Hier.i.varijs dogmatis. Greg. 19.Mor.cap.1.in Apoſtolorum dictis reſpirant ſanctæ animæ à terrenis ſubleuatæ. 136. Int.vt pro varietate morborum,varia ſit medicina. 137. Int.i.vita iuſtorum. 138. Int.charitatis feruorem intellige, vel ſanctam doctrinam. 139. Int.ſ.à gratia Dei. 140.i.mater Eccleſia,vel ſapientia Dei.Hier.i.prædicatio Apoſtolica.Hil.fermentum Dominus;mulier ſynagoga,quæ eum per iudicium mortis abſcondit. 141. Int.i commendat hominibus de tribus Noë filiis,originem ducentibus,quos Eccleſia ad fidei vnitatem colligit. Chry.q.d.cùm fueritis ſubiecti impugnatoribus,tunc ſuperabitis,ſuffoditur fermentum,ſed non deſtruitur. 142. Hier.ſatum menſura eſt, modium, & dimidium continens. 143. Chry.tria pro multis poſuit. Aug.de q. Euang. intellige tria illa ex toto corde,ex tota anima, ex tota mente, vel centeſimum,ſexageſimum,triceſimum.Hier.ſpiritus,anima,& corpus,quæ redacta in vnum, non diſcrepant inter ſe: vel rationale,iraſcibile,& concupiſcibile: vel ſecundùm quoſdam, credulitas Patris,Filij,& Spiritus ſancti: quæ nos ad vnius diuinitatis notitiam perducit. Hil.in ſatis tribus.quia quod lex conſtituit,& Prophetæ nunciarunt, euangeliorum profectibus expletur. 144 Raba. Charitas creſcens tot[illegible] mentem in ſui perfectionem commutat, quod hic inchoatur, in futuro perficitur. 145. Int. non quia nihil propriè,ſed quia nihil vbi non ſit aliquid parabolæ. Aug.de q Euan. Chry. aliquando ſine parabolis,ſed tunc nihil. 146. Int.non ad diſcipulos,quibus volebat apertè loqui. 147. Remig.Parabola Latinè ſimilitudo. Chry. loquebatur idiotis & indigentibus per hæc induci. 148. Int.pro,&,ſic impletum eſt.

Sens. Myst. In Cap. XIII.

126. Greg.19.Mor. cap. 1. Chriſtus in horto ſepulturæ plantatus, arbor magna ſurrexit,granum per humilitatem & mortem, arbor per reſurrectionem & potentiam excedit, qui ſunt Iudæis, vt ægrotis olera dati.

Addit. Avct. In Cap. XIII.

130. ſcilicet,proportione, ſi conſideres quod ex eo naſcitur,& quod ex alijs ſeminibus, vel q d. paruum eſt valde inter omnia olerum ſemina. 133 ſ in paleſtina q d.regnum hoc quod in eo paruis incrementis, tandem ſummũ euadet. 142 ſatum, modius; qui apud Hebræos videtur paruus fuiſſe,vt patet Ruth 3. eſt autem tertia pars ephi.Ruth.2.Gomor verò decima,ephi autẽ decima pars cori,ſeu chomer. Ezec.45. aliquando tamen pro ephi vertitur modius,vt Leu.19.Deut.25 Iud.7.& pro ephi ponitur ſatũ,& pro Batho,quæ eſt menſura liquidorum æqualis ephi.quæ eſt aridorum Nu.5.2.Par.2. Hic per tria ſata intelligo ephi.ſic enim ſolebant illo tempore femina,vt Sara, Anna.Chal. ſeu Syr. סאה Hebr. סאה dicitur capere quantum. 144 eius gallinacea. 147. παραβολὴ collatio,ſeu comparatio,vertit aliquando interpres ſimilitudo. ſumitur etiam pro parœmia,ſeu prouerbio. Prou.1.& pro allegoria. Luc.14 pro ænigmate. i. obſcura allegoria. Ezech.17.denique pro ſententia graui & obſcura. Heb. מָשָׁל. m. ſ. tunc vel fermè.

[149] dicentem, [150] Aperiam in parabolis os meum: [151] eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. Tunc [152] dimiſſis turbis venit in domum Ieſus: & acceſſerunt ad eum [153] diſcipuli eius, [154] dicentes, [155] Ediſſere nobis parabolam [156] zizaniorum agri, Qui, reſpondens ait illis, Qui ſeminat bonum ſemen, eſt [157] Filius hominis: Ager autem eſt mundus. Bonum verò ſemen hi ſunt [158] filij regni. Zizania autem, filij ſunt [159] nequam. Inimicus autem qui ſeminat ea, eſt [160] diabolus. Meſſis verò, [161] conſummatio ſæculi eſt. Meſſores autem, Angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur [162] zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſæculi. Mittet Filius hominis [163] Angelos ſuos, & [164] colligent [165] de regno eius omnia [166] ſcandala, & [a] eos qui [167] faciunt [168] iniquitatem: & mittent eos in [p] caminum ignis. Ibi erit fletus [169] & ſtridor dentium. Tunc [170] iuſti [171] fulgebunt [172] ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet [173] aures audiendi, [174] audiat. Iterum. Simile eſt [175] regnum cælorum [176] theſauro abſcondito in [177] agro: quem qui [178] inuenit homo, [179] abſcondit, & præ gaudio illius [180] vadit, & [181] vendit vniuerſa quæ habet, & [182] emit agrum illum. Iterum ſimile eſt regnum cælorum homini

Sens. Lit. In Cap. XIII.

149. Int. ſ. in Pſalmo 77. ex perſona Domini. Hier. ille Pſalmus Aſaph Prophetæ inſcribitur. Itaque quidam codices habent per Eſaiam Prophetam dicẽtem: vitio. ſ. ſcriptoris, pro Aſaph, Eſaiam ponentis. Continet autem Pſalmus ille hiſtoriam Iſraëlis, ſed quæ ſit parabolicè intelligenda. 150. Int. ſ. qui prius aperui ora Prophetarum. 151. Int. i. de profundo eiiciam. 152. Chry. nullus enim cùm interrogauit quid illæ parabolæ ſignificarent. 153. Int. ſ. familiares. 154. Hier. ſecretò interrogant, quæ populus nec merebatur audire, nec poterat. 155. Chry. liberè interrogant, quia audierant, vobis datum eſt noſſe myſterium regni. 156. Chry. Parabolam fermenti & ſinapis omittunt, vt manifeſtiores, hæc autem conueniebat cum parabola de ſemine. 157. Remig. ita ſe appellat, vel humilitatẽ docens, vel quia futuri erant, qui eum negarent verum hominem. 158. Int. ſ. omnes iuſti. 159. Aug. lib. 18. contra Fauſt. cap. 3. ſ. omnes impij & maligni. 160. Chry. ſ. cuius eſt ſemper veritati inſerere errorem.
161. Chry. alibi aliter meſſis accipitur, vt cùm dicitur meſſis multa, operarij autem pauci. 162. Int. omnis immunditia in ſegete zizania dicitur. Aug. de q. Euang. 163. Int. ſ. bonos, quorum officio vindicta implebitur. Aug. de q. Euang. Chry. vide Dei amorem, per ſe ſeminat, per alios punit. 164. Int. ſ. prius, quia in tribulatione præcedẽte ſeparabuntur impij à piis. Aug. de q. Euang. 165. Aug. 20. de ciui. cap. 9. id eſt, Eccleſia. 166. Hier. id eſt, hæreticos. 167. Int. non qui fecerunt. 168. Hier. ſ. ſchiſmaticos. 169. Int. nota duplicem pœnam. Remig. ſ. nimij caloris & frigoris. 170. Int. quorum vita hîc æſtimatur inſania. 171. Remig. fulgent nunc in exemplum, tunc autem ad Dei laudem. 172. Int. ſ. ſine defectu. 173. Rab. i. intellectum. 174. Int. quia myſticè omnia. Rab. 175. Int. i. conuerſatio iuſtorum. 176. Int. theſaurus, cæleſte deſideriũ eſt. Greg. in hom. Hil. prædicatio eſt Euangelica. Hier. theſaurus verbum Dei in carne abſconditum, vel Scriptura. 177. Int. ager eſt cæleſtis ſtudij diſciplina. Greg. in hom. 178. Int. i. qui impetrat à gratia Dei. 179. Int. deprædari deſiderat, qui theſaurum publicè portat in via. Greg. in hom. cæleſte itaque deſiderium ab humanis laudibus abſcondendum.
180. Int. incipit ire, cùm incipit diligere. 181. Int. ſ. omnibus terrenis renunciat. Hil. cæleſtes diuitiæ nõ ſine damno ſæculi poſſidentur. Aug. de q. Euang. cùm quis ex parte attigerit Scripturá, contemptu temporalium comparat ſibi otium, vt ſit diues cognitione Dei. 183. Int. i. per contemptum terrenorum venit ad ſtudium æternorum.

Sens. Myst. In Cap. XIII.

152. Int. Myſticè à tumultuantibus ſeceſſit ad electorum corda, qui digni erant inſtrui.

Addit. Avct. In Cap. XIII.

151. proferam. 158. i. ad cæleſte regnum præparati, ſeu idonei. 159. τũ πονηρũ diaboli, vel malitiæ. 166. id eſt, eos, qui alijs cadendi occaſionem dederunt vita mala, aut doctrina. a. pro. ſ. p. i. fornacem. 178. præteritum eſt. 179. præteritum eſt.

[184]negotiatori,quærenti bonas [185]margaritas.Inuenta autem [186]vna pretioſa [187]margarita,abiit, & [188]vendidit omnia quæ habuit,& [q]emit eam.[189]Iterum ſimile eſt regnum cælorũ [r]ſagenæ miſſæ in [190]mare,& ex omni [191]genere piſcium congreganti:quam cùm impleta [192]eſſet,educentes,& [193]ſecus littus [194]ſedentes elegerunt bonos in [195]vaſa,malos autem [196]foras miſerunt. Sic erit in conſummatione ſæculi:[197]exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iustorum,& mittent eos in [198]caminũ ignis.ibi erit fletus & ſtridor dentium,[199]Intellexiſtis hæc omnia?Dicũt ei,Etiam Domine.Ait illis,[200]Ideo omnis [s]Scriba doctus [t]in regno cælorum,ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de [u]theſauro ſuo [201]noua [202]& vetera.Et factum eſt , cùm conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas,[203]tranſiit inde. Et [204]veniens in [205]patriam ſuam,docebat eos in [206]ſynagogis eorum:ita vt [207]mirarentur,& dicerẽt,Vnde huic [208]ſapientia [209]hæc,& [210]virtutes?Nõne hic eſt [211]fabri filius?Nõne mater eius dicitur,Maria,&

Sens. Lit. In Cap. XIII.

184. Int.ſ.qui,cùm ſit pauper,multis laboribus negociatur. 185. Int.id eſt,bonos homines cum quibus viuat,vel bona præcepta,vel bonos intellectus.Aug.de q Euág.Hier.legẽ & Prophetas. 186. Chry. vna eſt veritas. 187. Int.i.cæleſtis vitæ dulcedine,præ qua omnia vileſcunt.Hier.i.ſcientia Saluatoris. Pro qua Paulus omnia contemnit,cuiuſque comparatione omnis alia gemma vilior eſt. Chry.qui margaritam habet,ſcit ſe diuitem,alij neſciũt:ſic infideles Euangelij theſaurum neſcientes,diuitias noſtras ignorant.Aug.de q.Euang.id eſt, vno Chriſto ſine peccato,vel dilectione proximi,in qua omnia cõtinentur,vel cognitione verbi , quod erat in principio, & in quo omnia , quod lucidum eſt & pulchrum veritate,& ſolidum æternitate. 188. Int.id eſt,renunciat omnibus ſuis,& ſibi ipſi.Aug.de q.Euang.nõ habemus maius pretium quàm nos ipſos:non quia tãtum valet,ſed plus dare non poſſumus.q.Int aliàs comparauit. 189. terret timore pœnæ , quos præmij amore inuitauit. r. Hier. contexta eſt ſagena Euangelicorum dogmatum ex veteri & nouo teſtamento. 190. Int.id eſt,in mundum. 191. Int.ad veniã vocat omnis generis homines. 192. Int.vniuerſaliter. 193. Int.id eſt,in fine ſeculi. 194. Int. quia tunc verum iudicium ſecernendorum patebit. Hier. 195. Int.id eſt,in æterna tabernacula.

196. Int.ſ.in infernum. 197. ſ.ad opus ſibi iniunctum. 198. Int. apertè dicit de tormentis malorum,ne quis ſe excuſet per ignorantiã. Greg.in hom. 199. Int.hæc ad Apoſtolos,qui ſunt futuri magiſtri,quos non vult audire tantum vt populum.Hier. 200. Int.intelligentibus dignum teſtimonium reddit,dicens eos ſimiles eſſe ſibi.Chry.quia intellexerunt,laudat. s. Hil. Diſcipulos vocat Scribas ob ſcientiam. Hier. Apoſtoli Scribæ dicuntur , quaſi Notarij Saluatoris, verba illius,& præcepta in tabulis cordis ſignantes. 201. Int.Nouũ teſtamẽtum præponit dignitate.Aug.20.de ciu.cap.16. 202. Greg. id eſt,vtriuſque Teſtamenti prædicamentis vtitur. vetus eſt,pro culpa interire.nouum,conuerſum viuere.q d.ille doctus prędicator in Eccleſia,qui & ſuauitate regni inuitat,& ſupplicio terret. 203. Aug. 2.de conſ.Euan.ca.42.videntur potius Marcus & Lucas ſecuti ordinem rei geſtæ,dum aliud ſubiungũt, quod Matthæus ſupra recolens interpoſuit. 204. Int.ſ.vt ibi doceat apertius. 205. Int.i. Galilæam, vel ſpecialiter Nazareth. 206. Int.i.conuentibus. 207. Int.mira ſtultitia,mirãtium vnde habeat ſapientiam ſapientia,& virtutes virtus. 208. Int.ſ.ad doctrinam. 209. Int.tanta.Græci ſapientiam,Iudæi ſigna petũt. 210. Int.i.miracula. 211. Aug.Ser.de natiu. Eſt quidem eius,qui fabricatus eſt mũdum,qui mentes rigidas explanat , cogitationes ſuperbas excidit. Chry. inſenſati, quaſi non extiterint inſignes viri ignobilibus orti,vel ob hoc maximè honorari debuerant,qui talia ageret,talis(vt illi putabant)filius.

Addit. Avct. In Cap. XIII.

194. ſcilicet piſcatores. 201. q d. quandoquidem intelligitis,ſcitote quod omnis. s. id eſt, doctor. t. Gra.ad regnum cælorum,ſcilicet prædicandum. u. id eſt,penario. 201. pro abundanter & varia, quæ ſatiſfaciant cuiuſque guſtui:ſic Cant 7. poma noua & vetera,id eſt,abundanter,ad ſatisfaciendum cuiuſque appetitui. 211. quidam fabrum ferrarium fuiſſe putant,alij lignarium. vox Græca ſignificat, quod itali dicunt Artegiano.Galli Mecanique.

[212] fratres eius Iacobus & Ioſeph,& Simon & Iudas:& ſorores eius nonne omnes apud nos ſũt? Vnde ergo huic[213] omnia iſta?[214]Et ſcandalizabantur in eo. Ieſus autem dixit[215] eis, Non eſt Propheta[216] ſine[x] honore;niſi in patria[217] ſua, & in domo ſua.Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem[218] illorum.

Sens. Lit. In Cap. XIII.

212. Int.i.cognati,more Scripturæ Hier.cõt.Heluid.ſ.filij matertetæ. 213. Int.hinc magna,hinc humilia. 214. Hier.error iſtorum,ſalus noſtra,& hæreticorum condemnatio.in tantum enim cernebant hominem,vt putarent filium fabri. 215. Chry.vide Chriſti manſuetudinem. 216. Int.vel ego, vel quilibet alius. 217. Hier.ſ.in populo Iudæorum.Int.quia mos eſt ciuibus ciues inuidere,& recordari fragilitatem infantiæ.Hier. 218. Hier.ne ciues incredulos condemnaret.Chry.ne pœnam eis augeret.Fecit tamen pauca quædam,ne dicerent, ſi facta eſſent ſigna, credidiſſemus. Hier.pauca fecit,ne inexcuſabiles eſſent,maiora quotidie in gentibus facit,non tam in corporum quàm in animarũ ſalute.

Addit. Avct. In Cap. XIII

214. *id eſt,offendebantur generis humilitate.* x. *q.d. contemptior vſquam magiſq; inhonoratus, quàm in patria ſua.*

Cap. XIIII.

In illo[1] tempore audiuit[2] Herodes[a] tetrarcha famam Ieſu:& ait pueris[b] ſuis,Hic eſt Iohannes[3] Baptiſta: ipſe ſurrexit[4] à mortuis, & ideo virtutes operantur[5] [*] in eo.[6]Herodes enim tenuit Iohannem,& alligauit eum:& poſuit

Sens. Lit. In Cap. XIIII.

1. Avg. 2.de conſ.Euang.cap.33. non dixit illo die,vel hora. Narrant idem Marcus & Lucas, poſt miſſos Apoſtolos ad prædicandum, non tamen eſt neceſſe intelligere factum illo ordine.
2. Chry.in ho.negligentia,& ſuperbia tyranni,qui non à principio didicerat virtutẽ Chriſti,ſed poſt multum tempus. a. Remig.mortuo Herodi, quo regnante natus eſt Chriſtus, ſucceſſit filius Archelaus,diuiſum deinde regnum ab Auguſto in tetrarchias. 3. Chry.magnum quid virtus,nam & defunctum Herodes timet.Aug.2.de conſ.Euang.cap.53.vel hoc dicit dubius adhuc, vt ait Lucas,vel confirmatus ex aliorum verbis. 4. Rab. potuiſſe reſurgere Iohannem fatetur alienigena, Iudæi ex inuidia de Chriſto negant. 5. Rab.omnium ſententia eſt maiorem fore potentiam ſanctorum,vbi reſurrexerint. 6. Aug.2.de conſ. Euang.cap.44.Lucas hoc alio ordine narrauit præoccupans quod multò poſt factum eſt.

Sens. Myst. In Cap. XIIII.

6. Hil. Iohannes,lex quæ Chriſtum prædicauit;Herodes,Iudæi,fratres,gentiles populi(ex eodem enim omnes parente. Admonebantur ergo à lege,ne ſibi gentium opera iungerent. Herodias, voluptas ex infidelitate orta,quæ Iudæis ſe obtulit illecebræ cuilibus,venaleſque ſibi fecit,& infidelitatis in tinctu, caput Iohannis,id eſt,legis gloriam auferri impetrat, concedunt que illi peccatis, tamquam Sacramento coacti,principumque adiacentium metu,& exemplo deprauati.

Addit. Avct. In Cap. XIIII.

1. *ſcilicet circa tempus tertij Paſcha, cùm in Galilæa Chriſtus poſt miſſum Iohannem in carcerem plus quam annum prædicaſſet.* a. *Marcus regem vocat,quod eſſet eius poteſtas velut regia,& quidem tetrarchias antiqui regna vocabant.Fuit autem hic Herodes filius eius,qui Infantes trucidauit, & frater Archelai.* b. *id eſt,famulis, quamquam vox Græca etiam filios ſignificat.* 3. *primum dubitauit, vt ait Lucas, aut id per interrogationem legendum, aut per ironiam Iudæi quidem plerique credebant animarum tranſmigrationem.* 5. *id eſt,miracula, ſeu poteſtates miraculorum.* * *ἐνεργοῦσιν, id eſt, efficaces ſunt,q.d.per eum miracula fiunt.*

in carcerem,propter [7] Herodiadem vxorem Philippi [8] fratris ſui.Dicebat enim illi Ioá-
nes,Non [9] licet tibi habere eam.Et volens illum occidere,[10] timuit populum:quia ſicut
Prophetam eum [11] habebant. Die autem [12] natalis Herodis [13] ſaltauit filia Herodiadis in
[14] medio: & placuit Herodi: vnde cum [15] iuramento pollicitus eſt ei dare quodcumque
poſtulaſſet ab eo. At illa [c] præmonita à [16] matre ſua,Da mihi, inquit, hîc in diſco caput
Iohannis Baptiſtæ. Et [17] contriſtatus eſt rex: propter [18] iuramentum autem, & [19] eos qui
pariter recumbebant,iuſſit dari.Miſitque,& [20] decollauit Ioannem in carcere. Et alla-
tum eſt caput eius in diſco: & datum eſt puellæ,& illa attulit [21] matri ſuæ.Et acceden-
tes diſcipuli eius,tulerunt corpus eius, & [22] ſepelierunt [23] illud: & [24] venientes nunciaue-
runt Ieſu.[d] Quod cum audiſſet Ieſus,[25] ſeceſſit inde in [26] nauicula, in locum

SENS. LIT. IN CAP. XIIII.

7. Hier.hæc filia Aretæ regis Arabum,qui eam à genero ablatam ob inimicitiam,Herodi huic dedit, generi ſui fratri.Auctor.vide additionem. 9. Int.ſ.fratre adhuc viuente, mortuo enim non prohibebat lex. 10. Int.facilè à iuſtitia deuiat,qui non habet Deum in cauſis.Hieron.vincebat vxoris amor. Glo.timor Dei corrigit,timor hominum differt, ſed voluntatem non aufert. 11. Int. ſ. non tantum populus,ſed & Herodes. 12. Hier. ſolos Herodem, & Pharaonem legimus obſeruâſſe diem natalis ſui,vt quorum erat par impietas,vna eſſet ſolemnitas. 13. Remig.impudica mulier impudicam filiam nutriuit,non pudorem docens,ſed ſaltationem; nec minus reprehendendus Herodes,qui paſſus ſit regiam aulam fieri à muliere theatrum. 14. Int.ſ.triclinio. 15. Hier. ad hoc fortè iurauit, vt futuræ occaſioni machinas præpararet. 16. Int.ſ.timente ne Herodes aliquando cum fratre ſuo conueniret. Hier.& nuptiæ ſoluerentur. 17. Int.ſimulator triſtitiam præferebat in facie, cùm lætaretur in mẽte. Hier.contriſtatus dicitur,quia id diſcumbentes putabant.Glo.talis triſtitia eius,qualis pœnitẽtia Pharaonis. 18. Int.ſub occaſione pietatis impius fuit,dum iuramento ſcelus excuſat.Hier. ¶ Iſid.in malis promiſſis reſcindenda fides,impia promiſſio eſt quæ ſcelere adimpletur. Glo. promiſſio quæ in peiorem vertitur exitum,conſilio ſalubriori mutanda. 19. Int.vt omnes fierent conſortes ſceleris.Hie. luxurioſoque conuiuio cruentæ epulæ deferrentur. 20. Int. ſ. in Paſchalibus diebus.Rab. erat propè Paſcha,ait enim Iohannes,cum factum eſt miraculum panum,fuiſſe proximum Paſcha. 21. Int. ſ. vt habeat in poteſtate linguam, quæ illicitas nuptias arguit.Hier. 22. Rab. in caſtello Macherothe ſecundùm Ioſephum truncatus,ſepultus autem (vt dicitur in Eccleſiaſtica hiſtoria) in Sebaſte, quæ olim Samaria dicta eſt.Glo. Iuliani tempore cremauerunt pagani oſſa Iohannis,& diſperſerunt,ſed à monachis Hieroſolymitanis collecta maxima pars,& Hieroſolymam delata,miſſa deinde Athanaſio,& Alexandriæ ſeruata vſque ad Theophilum Epiſcopum. 24. Int.ſ.quod Iohannes paſſus eſt. 25. Aug. 2. de conſ.Euang.cap.55.poſt hoc facta ſunt illa,quibus Herodes motus dixit,hic eſt Ioannes. Hier.non ſeceſſit timore mortis,ſed parcens inimicis,ne homicidium homicidio iungerent. vel differens mortem in Paſcha,vel dans exemplum vitandæ temeritatis,vltro ſe morti offerentium, vel vt credentium probaret fidem.Chry. in hom.non ſeceſſit,antequam ei nunciaretur,vt demonſtraret Incarnationis veritatem,alioqui ſciebat ante per ſe quod factum erat. 26. Chry.in hom.vt nullus ſequeretur.

SENS. MYST. IN CAP. XIIII.

8. Int.ſ.gentilis populi. 20. Hier.Iudæi Chriſtum Prophetarum caput perdiderunt. Rab. apud Iudæos & linguam & vocem perdidit Propheta.Glo.mors Iohannis finis legis, qua finita, ad Chriſtum itur,qui eſt finis legis Greg.3.Mor.cap.4.premit Deus in infimis,muneraturus in ſummis,quid patientur reprobi,quando ſic cruciat Deus quos amat?. 23. Hil.finitis legis temporibus, venitur ad Euangelium. 25. Hil.Dominus,finita lege,Eccleſiam adiit,& ſequitur turba de ſynagoga. ſ. ad Eccleſiam tendens: curat autem, id eſt, ab infidelitate emundat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

7. ſ. filiam Ariſtobuli filij Herodis maioris, ſecundùm Ioſephum,non Aretæ regis, vt habet mendoſus codex Euſebij,vbi legendum,vxorem Herodis legitimam fuiſſe filiam Aretæ. 13. vt ſolet in choreis.

c. id eſt, priùs inſtructa. 22. ſ. in Sebaſte,quæ olim Samaria dicta. d. ſ. Herodis de Iohanne opinionem. vide Luc. 9.

Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquam, vt veniret ad Ieſum. Videns verò ventum validum,[75] timuit:[76] & cùm cœpiſſet mergi,[77] clamauit, dicens: Domine, ſaluum me fac. Et continuò[78] Ieſus extendens manum, apprehendit[79] eum: & ait illi, Modicæ[80] fidei, quare dubitaſti?[81] Et cùm aſcendiſſent in nauiculam, ceſſauit[82] ventus.[83] Qui autem in nauicula erant, venerunt & adorauerunt[84] eum, dicentes, Verè Filius Dei es. Et cùm transfretaſſent, venerunt in terram Geneſar.[85] Et cùm cognouiſſent[86] eum viri loci illius, miſerunt[87] in vniuerſam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, & rogabant eum, vt vel fimbriam[88] veſtimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerunt, ſalui facti[89] ſunt.

SENS. LIT. IN CAP. XIIII.

76. Hier. quod maius eſt ſuperans à minori turbatur. talis eſt natura noſtra, ſæpe in magnis rectè habens in minoribus deficit. demonſtrabat verò timor iſte differentiam magiſtri, & diſcipuli. 77. Glo. relinquitur tentationi, vt augeatur fides; quod ambulauit ſuper aquas, diuinæ potentiæ; quod mergitur, humanæ infirmitatis, ne ſuperbiat. 79. Chry. vt mater pullum ſolet ante tempus ex nido exeuntem, & caſurum alis reducere in nidum. 80. Int. quia vel parum timuit. 81. Int. ardebat fides, ſed humana infirmitas in profundum trahit, & in hoc ei oſtenditur, quòd non Domino æqualis ſit. Chry. oſtendit periculum non ventum, ſed modicam fidem feciſſe. 83. Int. ſ. nautæ & vectores. Rab. vel Apoſtoli. 86. Int. ita nominatam à vicinia lacus. Rab. eſt iuxta ſtagnum Genezareth. 86. Int. alij rumore, alij quoque facie: Hier. 87. Int. magna fides, quod non contenti ſalute ſuorum, aliorum quærebant ſalutem. 88. Chry. in hom. hanc ſapientiam docuit mulier illa Hæmorrhoiſſa.

SEN. MYST. IN CAP. XIIII.

75. Int. id eſt, perſecutionem vehementem. 76. Hil. Petrus tempore paſſionis conatus eſt mortem contemnere, ſed timore mortis Chriſtum negauit, clamor autem eius pœnitentiæ gemitus eſt. Rab. conuertit eum Dominus ad pœnitentiam, & indulgentiam tribuit, manum extendens. 78. Int. id eſt, impendens auxilium, quia non eſt volentis nec currentis, ſed Dei miſerentis. 79. Int. ſic nullus prædeſtinatus perit. 82. Rab. cùm Dominus per gratiam adeſt, omnia bella quieſcunt. Hil. æterna Eccleſiæ pax, & tranquillitas indicatur, poſt Chriſti aduentum. 84. Hil. veniet enim manifeſtus, eritque tunc confeſſio publica vniuerſorum. 85. Hier. Eccleſia ex perſecutione liberata ad portum tranquilliſſimum perducitur. Rab. Geneſar interpretatur hortus principis, tunc enim plena erit tranquillitas, cùm paradiſi hereditas reſtituetur. t. Hil. finitis legis temporibus, & Iudæorum quinque millibus conuerſis, reliqui ægroti offeruntur Domino: tactu fimbriæ, id eſt, virtute à Chriſto exeunte, & Apoſtolis data, ſalutem conſecuturi. 88. Hier. fimbria aſſumptio corporis, per quam venimus ad verbum.
89. Chry. quanto ergo magis ſanabimur, qui corpus Chriſti comedimus?

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII. *81. i. vacillaſti. s. ſ. Meſſias.*

CAPVT. XV.

TVNC acceſſerunt ad Ieſum ab Hieroſolymis[2] Scribæ & Phariſæi, dicentes:[1]
Quare[3] diſcipuli tui tranſgrediuntur[4] traditiones[5] ſeniorum? Non enim

SENS. LIT. IN CAP. XV.

1. AVG. 2. de conſ. Euang. cap. 48. ſeruatur ordo conſequentium rerum. 2. Chry. hom. erant per omnes tribus diſſeminati Scribæ & Phariſæi, ſed Hieroſolymitani omnium peſſimi. 3. Int. mira ſtultitia, Filius enim Dei traditionibus hominum non eſt ſubiectus. Hier. 4. Remig. quæ fuerant, aperit Marcus. 5. Chry. multa noua induxerant.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XV. *2. id eſt, qui ab Hieroſolymis venerant.*

[6] lauant manus ſuas cùm [a] panem manducant. Ipſe autem reſpondens, ait illis, [7] Quare & [8] vos tranſgredimini mandata Dei propter traditionẽ veſtrã? Nam Deus [9] dixit, [10] Honora patrem & matrẽ; & qui [11] maledixerit patri vel matri, [12] morte [13] moriatur. [14] Vos autẽ dicitis, Quicũque [b] dixerit patri vel matri, Munus quodcũque [15] eſt ex me, tibi [16] proderit: [17] & non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam: [c] & [d] irritum feciſtis [e] mandatum [18] Dei propter [19] traditionem veſtram. [20] Hypocritæ, [21] bene [22] prophetauit de vobis [23] Iſaias, dicẽs, Populus hic labiis me [24] honorat, cor autem eorum [25] longè eſt à me. [26] Sine [27] cauſa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata [28] hominum. Et [29] conuocatis ad ſe [30] turbis, dixit eis. [31] Audite, & intelligite. [f] Non quod intrat in os [32] coinquinat hominem: ſed [33] quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes diſcipuli eius dixerunt ei.

Sens. Lit. In Cap. XV.

6. Beda. carnaliter illud accipiebant, lauamini, mundi eſtote. Chry. Diſcipuli iam ſuperflua deſpiciebant, qui etiam neceſſarium cibum contemnebant. Rimig. Superflua erat illa traditio ſeniorum.

7. Chry. docet qui magna peccant, non debere pro aliorum paruis peccatis eſſe ſollicitos, nec verò probat factum diſcipulorum, ne det occaſionem calumniæ, nec vituperat, ne approbet traditiones illas.

8. Hier. ſ. Qui reprehenditis diſcipulos meos ſeniorum iuſſa paruipendentes, vt Dei præcepta cuſtodiant. 9. Int. ſ. imbecillitati conſulẽs. Hier. 10. Int. ſ. dando neceſſaria. Hier. honor in Scriptura eleemoſynas, & munera ſignificat, honora, inquit, viduas, &c. 11. Int i. debitis obſequiis parentes indignos iudicauerit. 12. Int. ſ. æterna. 13. Chry demonſtrat eos dignos morte. 14. Hier. ſ. impietatem ſub pietatis nomine inducentes. b. Glo. id eſt, dicere poterit. 15. Int. ſ. Deo deuotum. 16. Hier. q. d. non. Itaque non audebant Deo conſecrata tangere, ne ſacrilegium incurrerent. Glo. q. d. tibi proderit, ſi Deo dedero. 17. Int. ſub. ita. c. Int ſ. de ſuſtentandis parentibus. 18. Aug 2. contra aduer. legis, & Prophetarũ cap. 1. Lex Dei eſt, quam hæreticus blaſphemat Auctor. loquitur de hæreticis, qui in vetus teſtamẽtum inuehebantur, vt Manichæi. 19. Int. ſ quæ veſtræ ſeruit auaritiæ. Aug. 2 contra aduer. legis & Prophetarum, cap. 1. has traditiones Paulus vocat prophanas fabulas. 20. Int. id eſt, ſimulatores. Remig. qui ſub honore Dei terrena lucra cumulatis. 21. Int. ſ. quia bene conuenit veſtris moribus.

22. Rab. ſ. præuidens ſimulationes Iudæorum. 23. Int. in perſona Domini. Rab. 24. Rab. cùm dicerent, Magiſter, ſcimus, quia verax es. 25. Remig. viſis enim ſignis, non crediderunt, nec ſuſcipere voluerunt. 26. Int. ideo. 27. Int. ſ non habituri mercedẽ cum veris cultoribus. Rab. 28. Int. ſ. contemptis diuinis. Rab. 29. Chry. illis non emendatis, ad turbas conuertitur. 30. Int. quæ in Dei mandatis ſitiebant. 31. Chry. id eſt, attendite. 32. Int. Aug. non timeo immunditiam obſonij, ſed cupiditatis Hier. communicare, verbum Scripturæ proprium, vocant Iudæi communes cibos, quibus omnes alij homines vtuntur, vt ſuillam carnem, lepores, &c. immundum ergo commune dicunt. Aug. 16 cont. Fauſt. cap. 31. non eſt hoc teſtamento veteri contrarium, fuerunt enim illæ figuræ tempori congruentes, nec ſunt animalia immunda natura, ſed ſignificatione. Omnis enim creatura Dei bona eſt, vt ſi hoc nomen ſtultum, natura quidem dicamus mundum, ſed ſignificatione immundum, ſic porcus & alia in lege prohibita. Hier. quare idolothytis non veſcimur? idolorum inuocatio facit ea immunda apud eos, qui cum conſcientia idoli manducant, vt ait Apoſtolus; Vide verò vt vno ſermone Dominus omnem Iudæorum ſuperſtitionem eliſerit, qui in cibis ſumendis & abominandis religionem ſitam arbitrabantur. 33. Int. ſcilicet, verba malitiam cordis exprimentia.

Addit. Avct. In Cap. XV.

a. pro, cibum. Hebr. 6. Iudæi etiam inter manducandum ſæpe lauabant. 9. Gr præcepit. 14. ſ ſacerdotes, qui ferè erant Scribæ & Phariſæi. b. ſententia eſt recitata ex Rabinorum doctrina, ideo obſcura, deeſt enim aliquid v. rbi gratia rectè facit, aut quid ſimile. 15 ſ Deo oblatum. 16. ſ. apud Deum.

17. pro, ac ita fit vt non h noriſi et. c. pro, itaque. d s infirmaſtis, ſeu robore priuaſtis, vide Mar.

25. id eſt fruſtrà. f. de cibis loquitur, qui licitè edi poſſunt, & quidem non cibus ipſe etiam prohibitus coinquinat ſed inobedientia. 32. Gr. communicat. Iudæi enim commune vocant, quod Latini prophanum, aut impurum. 33. Non tamen omne, neque verò id ſolum.

qui ſeminat, [11] ſeminare. Et dum [12] ſeminat, quædam ceciderunt ſecus [13] viam, & venerunt [14] volucres cæli & [15] comederunt ea. Alia autem ceciderunt in [16] petroſa, vbi non habebant [17] terram multam: & [18] continuò exorta ſunt, quia non habebant [a] altitudinem [19] terræ. [20] Sole autem orto; [21] æſtuauerunt, & quia non habebant radicem, [22] aruerunt. Alia autem ceciderunt in [23] ſpinas: & creuerunt [24] ſpinæ, & [25] ſuffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram [26] bonam, & dabant fructum: aliud [27] centeſimum, aliud [28] ſexageſimum, aliud [29] trigeſimum. [30] Qui habet [31] aures [b] audiendi, audiat. Et [32] accedentes diſcipuli dixerunt ei, Quare in [33] parabolis loqueris eis? [34] Qui reſpondens ait illis: Quia [35] vobis datum eſt noſſe [36] myſteria regni cælorum: [37] illis autem non eſt [38] datum. [39] Qui enim [c] habet, dabitur ei, & [40] abundabit: qui autem non [41] habet, & quod [42] habet [43] auferetur ab eo. [44] Ideo in parabolis loquor eis: quia [45] videntes non [46] vident, & [47] audientes non

Sens. Lit. In Cap. XIII.

11. Chry. ſolet enim & ad alia exire, vt ſcindat terram, ſpinas euellat, &c. 12. Int. ſ. ſemina. 13. Int. hi ſunt, qui nec prædicatione compungũtur, nec benè agere incipiunt. Rab. via eſt mens malis cogitationibus trita & arefacta. 14. Glo. id eſt, dæmones, qui cæleſtis naturæ, & per aëra volitant. 15. Int. id eſt, rapuerunt. 16. Int. id eſt, in duritiam proteruæ mentis. Rab. ¶ Chry. in animabus quæ petra eſt poteſt fieri terra pinguis; & quæ via, non conculcari, & ſpina deſtrui: omnibus Chriſtus loquebatur, & ſi præuideret futura, vt poſſet dicere, quid me oportuit facere, & non feci? in quo docet diſcipulos ne deſides ſint, etiam ſi plures audientium pereant. 17. Int. id eſt, lenitatem animæ obedientis, & probatæ. Rab. 18. Int. quia dulcedine tantum auditi verbi, & promiſſionis ad horam delectantur, ſed radicem non figunt. 19. Glo. ſ. deſiderij ſalutaris. Rab. altitudo terræ probitas animæ diſciplinis cæleſtibus inſtitutæ. 20. Int. i. feruore perſecutionis. Rab. 21. Int. ſ. per impatientiam, quia verbum non firmiter hæſerat menti. 22. Int. id eſt, virorem fidei perdiderunt. 23. Int. id eſt, in corda diuitiarum ambitione ſollicita. 24. Int. ſ. multiplicatæ ſunt diuitiæ. 25. Int. id eſt, occupauerũt mentem, vt fructus ſpiritualis in ea proficere non poſſit. 26. Int. id eſt, fidelem, & deuotam conſcientiam. 27. Int. cùm omnia æternitatis intentione nos facere docet. Remig. cùm vitam æternam promittit: centenarius enim de læua tranſit ad dexterã. Auctor. Intelligitur id in numeratione antiqua per digitos vtriuſque manus, ſeu articulos. 28. Int. cùm perfectionem bonæ operationis docet. Remig. Glo. in numero ſenario mundi ornatus expletus eſt, ideoq; bonam operationem ſignificat. 92. Int. cùm fidem ſanctæ Trinitatis inſinuat. Remig. 30. Int. quia hoc myſticũ eſt. Glo. cùm talis admonitio interponitur, myſticum inſinuat eſſe quod dicitur. 31. Int. i. interiores ſenſus audiendi, obediendi, faciendíque. Remig. 32. Hier. fortè cum ipſo nauem aſcenderant. 33. Int. i. per ænigmata. 34. Chry. pro aliis ſunt ſolliciti. 35. Int. ſ. ſolis, & veſtris ſequacibus, qui ad me introeunt, non his qui foris ſunt. 36. Int. i. abdita ſcripturarum. Remig. doctrinam Euangelicam. 37. Int. ſ. qui clauſis ſenſibus non curant intrare. 38. Chry. ipſi ſunt cauſa ſibi malorum, vt patet ex ſequentib. 39. Int. q. d. vos verò verbo intendite, quia qui habet verbi amorem, dabitur ei ſenſus intelligendi. Remi. qui habet ſtudium legendi, dabitur facultas intelligendi, & habenti charitatem, dabuntur cæteræ virtutes. 40. Int. ſ. intelligentia. 41. Int. ſcilicet amorem verbi æterni. Chry. qui non affert, quod ad ſe pertinet. 42. Int. ſ. vel naturali ingenio, vel ſtudio litterarum. 43. Chry. ſ. quia ſe indignum fecit. Hier. Iudæis non credentibus in Chriſtum, etiam naturæ bonum tollitur, non enim poſſunt ſapienter intelligere, qui ſapientiæ non habent caput. Hil. perdiderunt Iudæi legem, non habentes fidem. 44. Int. nunc reddit cauſam Apoſtolis, quare turbæ loquitur in parabolis. 45. Int. id eſt, videre ſe præſumentes ingenio ſuo. 46. Int. id eſt priuantur ſpirituali intellectu. Glo. ſic auarus nullas habet opes, quia ei inutiles ſunt. Chry. voluntaria cæcitas, videntes enim non vident. 47. Int. ſ. foris.

Addit. Avct. in Cap. XIII.

14. i. dæmones morantes in aëre caliginoſo, qui natura ſubtili, veloci & ſuperba. a. Gra. βάθος. i. profunditatem. 21. i. exuſta ſunt, vel æſtu perierunt. 31. ſ. mentis quæ non omnibus à Deo dantur. vide Deut. 29. b. id eſt, vt poſſit audire. 34. ſ. qui non credunt. c. ſ. quod debet. 41. ſ. quod debet. 46. ſcilicet ipſorum culpa & meritis.

audiunt[48],neque intelligunt[49],& adimpletur[50] in eis prophetia Eſaiæ dicentis, Auditu[51] audietis,& non intelligetis:& videntes[52] videbitis,& non videbitis[53].Incraſſatum[54] eſt enim cor populi[55] huius[56],& auribus grauiter[57] audierunt:& oculos[58] ſuos clauſerunt,ne quando[59] videant oculis,& auribus audiant,& corde intelligant:& conuertātur[60], & ſanem[61] eos. Veſtri[62] autem beati oculi[63] quia vident[64],& aures[65] veſtræ quia audiunt[66].Amen quippe dico vobis,quia multi Prophetæ & iuſti cupierunt[d] videre quæ videtis[67],& non viderūt[68]: & audire quæ audiſtis,& non audierunt.Vos[69] ergo audite[70] parabolam ſeminātis. Omnis[e] qui audit verbum regni[71] & non intelligit[72] : venit malus[73], & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius:hic eſt qui ſecus viam[74] ſeminatus[f] eſt. Qui autem ſuper petroſa[75] ſeminatus eſt:hic eſt,qui verbum audit[76],& continuò cum gaudio[77] accipit illud; non habet[78] autem in ſe radicem[79],ſed eſt temporalis[g]:facta autem tribulatione[80] & perſecutione[81] propter verbum[82],continuò[83] ſcandalizatur[84]. Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt qui verbum Dei audit,& ſollicitudo[85] ſæculi iſtius,& fallacia[86]

Sens. Lit. In Cap. XIII.

48. Int.ſcilicet intus.Chry.viſis & auditis aduerſantur,ideoque auſertur eis videre , & audire , nihil enim eis proficiunt niſi ad iudicium. Itaque in parabolis eis loquitur,cùm antea apertè loqueretur.

49. Int.ſ.expoſitionem litteræ,& ſi exponatur eis.Hier.perſtrepentibus fluctibus non audiunt ad liquidum , quæ dicat Dominus qui ab eo diuiduntur. 50. Chry.inducit Prophetiam , ne videatur vt inimicus locutus. 51. Int.ſ.exteriori. 52. Int. ſ.oculo corporis. Chry. ſ. carnem. 53. Int. ſ. oculo mentis.Chry.ſ.diuinitatem. 54. Int.ſ.abundantia malitiæ.Rab. 55. Int.ſ.Iudæorum. 56. Int.aliàs eius. 57. Int. ſ. quia ingratè ſuſceperunt verba Dei. Rab. 58. Int. id eſt , intuitum mentis per inuidiam auerterunt. Hier. oſtenditur culpa arbitrij.Aug.de q.Euang.cap.14.alius Euangeliſta dicit , excæcauit oculos eorum,ſed ipſi cauſa fuerunt,peccatiſque ſuis meruerunt,vt non intelligerent , ſed excæcarentur , adeóque non crederent: poteſt etiam dici quibuſdam Iudæorum expediuiſſe , primò non credere., vt non credentes , & crucifigentes , poſt reſurrectionem miraculis exterriti , & criminis ſui reatu compuncti,proſtrati ad pœnitentiam,& humiliati conuerterentur : nempe tanta eorum ſuperbia tali humiliatione erat deiicienda. 69. Int.non ad horam , ſed cum tanta mentis impœnitudine , vt nunquam conuertantur ad fidem. 60. Int. ſ. ad pœnitentiam. Glo. quia oculos & aures clauſerunt, non meruerunt conuerti. 61. Int.id eſt,reddam innocentes.Chry.ſanaret,ſi conuerterentur. 62. Int. non Scribarum. 63. Int.ſ.interiores. Hier. 64. Int.ſ.per fidem quod viſuri ſunt, quandoque per ſpeciem 65. Int.ſ.interiores.Hic. 66. Int.i.obediunt. d. Chry.ſi Prophetæ contrarij Deo fuiſſent,Chriſtum non cupiuiſſent. 67. Int.ſ.in præſentia. 68. Int.ſ.niſi à longè per alias ſpecies viſionum , vos autem in præſentia cognoſcentes,& quæ vultis interrogātes.Hier. 69. Int. quia vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei. 70. Glo.exponit primam parabolam,vt idem attendant in cæteris. 71. Int. id eſt,per quod promittitur regnum. 72. Int.id eſt.ad actum non perducit,nulla fide,nulla ſaltem occaſione vtilitatis accipit. 73. Int.id eſt diabolus. 74. Int.ſ.vbi meatus cogitationum, verbum abolet, nec quicquam boni incipit. 75. Int.id eſt.in duritiam proteruæ mentis. 76. Int.ſ.ad tempus.

77. Int. quia & vtilitatem probant, & deſiderium guſtant. 78. Int.cœpit,ſed non perſeuerauit.

79. Int. ſ.charitatis. 80. Int. ſ. in loco ſuo. 81. Int.ſ.de loco ad locum. 82. Int.ſ.fidei. 83. Int. diſtat enim inter hunc & eum, qui multis pœnis compellitur , Chriſtum negare. 84. Int.id eſt tranquillitatem mentis perdit. 85. Int.id eſt,ſpes acquirendi, timor perdendi. 86. Int.ſ.quia promittunt quod non dant,voluptatem & iucunditatem.Hier.lubrica eſt diuitiarum poſſeſſio.

Addit. Avct. In Cap. XIII.

51. citatur ſecundum 70. quod fortè factum ab interprete Græco. 63. ſ. corporis & mentis. e. pro, cùm quis audit. f. ſuſcepto ſemine. g. id eſt,ad tempus tantum durat. 86. pro . fallaces diuitiæ. ſ. à via deducentes, id enim ſignificat ἀπάτη.

diuitiarum ſuffocat[87] verbum,& ſine fructu efficitur. Qui verò in terram bonam[88] ſeminatus eſt: hic eſt qui audit[89] verbum,& intelligit,[90]& fructum[91] affert, & facit aliud quidem centeſimum,[92] aliud autem ſexageſimum,aliud verò triceſimũ. Aliam[93] parabolam propoſuit[94] illis,dicens: Simile[h] factum eſt regnum[95] cælorum hominis,qui ſeminauit[96] bonum ſemen in agro[97] ſuo: cùm autem dormirent[99] homines,[100] venit inimicus[101] eius,& ſuperſeminauit[102] zizania[103] in medio[104] tritici,& abiit.[105] Cùm auté creuiſſet[106] herba, & fructum[107] feciſſet: tunc apparuerunt[108] & zizania. Accedentes[l] autem ſerui[109] patrisfamilias,dixerunt ei,Domine nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei,Vis igitur imus & colligamus[111] ea? Et ait,Non:[112] ne forte[113] colligentes zizania,eradicetis[114] ſimul cum eis & triticum.[115] Sinite[116] vtraque creſcere[117] vſque ad meſſem[118]: & in tempore meſſis dicam meſſoribus[119]: Colligite[120] primùm zizania, & alligate[121] ea in faſciculos[122] ad comburendum: triticum autem congregate[123] in horreum[124] meum. Aliam parabolam propoſuit eis,

Sens. Liter. In Cap. XIII.

87. Int.quia dum bonum deſiderium ad cor trahere non ſinit, quaſi aditum vitalis flatus claudit. 88. Int.id eſt,fidelem & deuotam conſcientiam. 89. Int.ſ.foris. 90. Int.id eſt,intus ædificatur. 91. Int.ſ.boni operis perducit ad maturitaté.Hier. primùm debemus audire,deinde intelligere, pòſt, fructus reddere. 92. Aug.de q.Euang.centeſimus martyrum, ſexageſimus virginum, triceſimus coniugatorum. Hier.centeſimus virginum, ſexageſimus viduarum,& continentium, triceſimus coniugatorum.Remig.triceſimus in bona cogitatione,ſexageſimus in bona locutione,centeſimus in fructu boni operis. 93. Hier.diuerſis cibis reficit,vt quiſque ſecundùm naturã ſtomachi ſui recipiat. 94. Int. ſ.ſedens in naui. 95. Int.id eſt,Eccleſia.Remig.id eſt, Chriſtus. 96. Int.bonum non ſeminat niſi bonus, qui ſemen bonæ voluntatis ad bona opera ſtudet perducere. 97. Int.id eſt, mundo. 99. Int.id eſt inertia torpent. 100. Aug.de q.Euang.i.Præpoſiti Eccleſiæ negligétius agerent,vel Apoſtoli mortui eſſent. 101. Int.id eſt,diabolus. 102. Int.ſ.præcedente nomine Chriſti.Chry.error poſt veritaté exiſtit. 103. Int.quæ non ſunt de ſemine tritici, paleæ verò ſunt hi,qui,etſi non vita,fide ſunt de Eccleſia.Aug.de q.Euang. 104. Int id eſt, hæreticos permiſcuit electis. Aug. de q.Euang. 105. Int.id eſt,latuit,& occultiſſimus factus eſt.Aug.de q.Euang. 106. Int.id eſt,proficeret. 107. Int.id eſt,bonæ ſpei opera monſtraret. 108. Int.id eſt,manifeſtauerunt ſe hæreticorum dogmata.Chry. tunc hæretici venenum effundunt,cùm aliquis ſermone eis participauerit.Aug.de q.Euan.cùm homo cœperit eſſe ſpiritualis,tunc ei errores incipiunt apparere. l. Remig.ſ.mentis deſiderio. 109. Int. id eſt, cuſtodes meſſis. 111. Int.id eſt,vt excommunicemus eos. 112. Hier.datur locus pœnitentiæ,non citò amputandus frater,poteſt enim reſipiſcere.Glo.non exarſit in iram,nec mox vlciſci voluit. 113. Int. ecce diſcretio. 114. Int.ſic nec tu reddas vicem malis,vt ſcandalizes bonos; ſed patere. Auguſt.de q. Euan.boni dum ſunt infirmi,opus habent malorum commixtione,vt per eos exerceantur, aut eorum comparatione inuitentur ad melius. 115. Aug.de q.Euan.multi primo zizania ſunt,poſtea fiunt triticum,qui niſi patienter tolerentur,dum mali ſunt,non fient triticum.Hier.dum herba eſt, magna eſt ſimilitudo inter triticum,& lolium; itaque difficile diſcernuntur.Aug.lib.1.contra Epiſc. Parme. cap. 7. cùm quis dignus eſt anathemate,puniendus eſt; non ad eradicandum,ſed ad corrigẽdum,ſi periculum ſchiſmatis non timetur,alioqui patienter ferendũ,quod non poſſis corrigere. 116. Int.longanimitas, quæ vſque ad finem neceſſaria eſt. 117. Int.ſ.in Eccleſia. 118. Int. i. iudicium.Aug.de q.Euan.cùm non reſtat tempus commutandæ vitæ. 119. Int.non vobis. 120. Int. i.ſeparate à bonis. 121. Int. ſ.hic vagos. 122. Int.non vnum faſcem,quia pro modo peruerſitatis ſuæ vnuſquiſque punietur. Auguſt.de q.Euan. 123. Int.vt qui vnitatem amauerunt. 124. Int. id eſt, in cæleſtes manſiones.

Addit. Avct. In Cap. XIII.

h. pro, ſimile quid accidit in regno cælorum, ac ſi, &c. vide Mar. vel ſimilis eſt Chriſtus. 99. q. d. nactus opportunum tempus. 105. id eſt, latere ſtuduit. 109. ſcilicet miniſtri iuſtitiæ.

dicens, Simile eſt [125] regnum cælorum [126] grano ſinapis, quod [127] accipiens [128] homo [129] ſeminauit in agro ſuo, quod [130] minimum quidem eſt omnibus ſeminibus; cum autem [131] creuerit, maius eſt omnibus [132] oleribus, & fit [133] arbor, ita vt [134] volucres cæli veniant, & habitent in [135] ramis eius. [136] Aliam parabolam locutus eſt eis, Simile eſt [137] regnum cælorum [138] fermento, quod [139] acceptum [140] mulier [141] abſcondit in farinæ [142] ſatis [143] tribus, donec [144] fermẽtatum eſt totum. Hæc [145] omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad [146] turbas: & ſine [147] parabolis non loquebatur [m] eis, vt [148] impleretur quod dictum erat per Prophetam

SENS. LIT. IN CAP. XIII.

125. Hier.i.prædicatio Euangelij,& notitia Scripturarũ,quæ ducit ad vitam. 126. Int. quod quanto plus teritur,tanto plus redolet. Aug.de q. Euang.granum ſinapis,feruor fidei. 127. Int.i.acceptum habens. 128. Hier.i.Chriſtus ſecundùm quoſdam,qui ſeminat in animis credentium vel ipſe homo ſeminans in corde ſuo. 129. Int. Deus in iuſto, vel iuſtus vir in corde ſuo granum prædicationis fouet. 130 Int.hæc prædicatio primò humillima eſt omnium diſciplinarum propter ſcandalum crucis. Hier. ¶ Chry. imbecilles diſcipuli,ſed in eis magna virtus. 131. Glo.i.quantæ ſit virtutis innotuerit.

132. Chry. i.dogmatibus. 133. Hier. Phariſæorum dogmata creſcunt in herbas quæ citò areſcunt.

134. Hier.i.credentium animæ. 135. Hier.i.varijs dogmatis. Greg. 19.Mor.cap.1.in Apoſtolorum dictis reſpirant ſanctæ animæ à terrenis ſubleuatæ. 136. Int.vt pro varietate morborum,varia ſit medicina. 137. Int.i.vita iuſtorum. 138. Int.charitatis feruorem intellige, vel ſanctam doctrinam.

139. Int.ſ.à gratia Dei. 140.i.mater Eccleſia,vel ſapientia Dei.Hier.i.prædicatio Apoſtolic. Hil.fermentum Dominus;mulier ſynagoga,quæ eum per iudicium mortis abſcondit. 141. Int.i.commendat hominibus de tribus Noë filiis,originem ducentibus,quos Eccleſia ad fidei vnitatem colligit. Chry.q.d.cùm fueritis ſubiecti impugnatoribus,tunc ſuperabitis,ſuffoditur fermentum,ſed non deſtruitur.

142. Hier.ſatum menſura eſt, modium, & dimidium continens. 143. Chry.tria pro multis poſuit. Aug.de q. Euang. intellige tria illa ex toto corde,ex tota anima, ex tota mente, vel centeſimum,ſexageſimum,triceſimum.Hier.ſpiritus,anima,& corpus,quæ redacta in vnum, non diſcrepant inter ſe: vel rationale,iraſcibile,& concupiſcibile: vel ſecundùm quoſdam, credulitas Patris,Filij,& Spiritus ſancti: quæ nos ad vnius diuinitatis notitiam perducit. Hil.in ſatis tribus.quia quod lex conſtituit,& Prophetæ nunciarunt, euangeliorum profectibus expletur. 144. Raba. Charitas creſcens totam mentem in ſui perfectionem commutat, quod hic inchoatur, in futuro perficitur. 145. Int. non quia nihil propriè,ſed quia nihil vbi non ſit aliquid parabolæ.Aug.de q Euan.Chry.aliquando ſine parabolis,ſed tunc nihil. 146. Int.non ad diſcipulos,quibus volebat apertè loqui. 147. Remig.Parabola Latinè ſimilitudo.Chry. loquebatur idiotis & indigentibus per hæc induci. 148. Int.pro,&,ſic impletum eſt.

SENS. MYST. IN CAP. XIII.

126. Greg.19.Mor. cap. 1. Chriſtus in horto ſepulturæ plantatus, arbor magna ſurrexit,granum per humilitatem & mortem, arbor per reſurrectionem & potentiam excedit, qui ſunt Iudæis, vt ægrotis olera dati.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIII.

130. ſcilicet,proportione, ſi conſideres quod ex eo naſcitur, & quod ex alijs ſeminibus, vel q d. paruum eſt valde inter omnia olerum ſemina. 133. ſ in paleſtina q d.regnum hoc quod in eo paruis incrementis, tandem ſummũ euadet. 142 ſatum, modius; qui apud Hebræos videtur paruus fuiſſe,vt patet Ruth 3. eſt autem tertia pars ephi.Ruth.2.Gomer verò decima,ephi autẽ decima pars cori,ſeu chomer. Ezec.45. aliquando tamen pro ephi vertitur modius,vt Leu.19.Deut.25 Iud.7.& pro ephi ponitur ſatũ,& pro Batho,quæ eſt menſura liquidorum æqualis ephi.quæ eſt aridorum Nu.5.2.Par.2. Hic per tria ſata intellige ephi.ſic enim ſolebant illo tempore femina,vt Sara, Anna.Chal. ſeu Syr. סאה Hebr. סאה dicitur capere quantum. 144 ous gallinacea. 147. παραβολὴ collatio,ſeu comparatio,vertit aliquando interpres ſimilitudo.ſumitur etiam pro parœmia,ſeu prouerbio. Prou.1.& pro allegoria. Luc.14 pro ænigmate.i. obſcura allegoria.Ezech.17.denique pro ſententia graui & obſcura Heb. מָשָׁל. m. ſ. tunc vel fermè.

[149] dicentem, [150] Aperiam in parabolis os meum: [151] eructabo abſcondita à conſtitutione mundi. Tunc [152] dimiſſis turbis venit in domum Ieſus: & acceſſerunt ad eum [153] diſcipuli eius, [154] dicentes, [155] Ediſſere nobis parabolam [156] zizaniorum agri, Qui, reſpondens ait illis, Qui ſeminat bonum ſemen, eſt [157] Filius hominis: Ager autem eſt mundus. Bonum verò ſemen hi ſunt [158] filij regni. Zizania autem, filij ſunt [159] nequam. Inimicus autem qui ſeminat ea, [160] eſt diabolus. Meſſis verò, [161] conſummatio ſæculi eſt. Meſſores autem, Angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur [162] zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſæculi. Mittet Filius hominis [163] Angelos ſuos, & [164] colligent de [165] regno eius omnia [166] ſcandala, [a] & eos qui [167] faciunt [168] iniquitatem: & mittent eos in [p] caminum ignis. Ibi erit fletus [169] & ſtridor dentium. Tunc [170] iuſti [171] fulgebunt [172] ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet [173] aures audiendi, [174] audiat. Iterum. Simile eſt [175] regnum cælorum [176] theſauro abſcondito in [177] agro: quem qui [178] inuenit homo, [179] abſcondit, & præ gaudio illius [180] vadit, & [181] vendit vniuerſa quæ habet, & [183] emit agrum illum. Iterum ſimile eſt regnum cælorum homini

Sens. Lit. In Cap. XIII.

149. Int. ſ. in Pſalmo 77. ex perſona Domini. Hier. ille Pſalmus Aſaph Prophetæ inſcribitur. Itaque quidam codices habent per Eſaiam Prophetam dicétem: vitio. ſ. ſcriptoris, pro Aſaph, Eſaiam ponentis. Continet autem Pſalmus ille hiſtoriam Iſraëlis, ſed quæ ſit parabolicè intelligenda. 150. Int. ſ. qui prius aperui ora Prophetarum. 151. Int. i. de profundo eiiciam. 152. Chry. nullus enim cùm interrogauit quid illæ parabolæ ſignificarent. 153. Int. ſ. familiares. 154. Hier. ſecretò interrogant, quæ populus nec merebatur audire, nec poterat. 155. Chry. liberè interrogant, quia audierant, vobis datum eſt noſſe myſterium regni. 156. Chry. Parabolam fermenti & ſinapis omittunt, vt manifeſtiores, hæc autem conueniebat cum parabola de ſemine. 157. Remig. ita ſe appellat, vel humilitatẽ docens, vel quia futuri erant, qui eum negarent verum hominem. 158. Int. ſ. omnes iuſti. 159. Aug. lib. 18. contra Fauſt. cap. 3. ſ. omnes impij & maligni. 160. Chry. ſ. cuius eſt ſemper veritati inſerere errorem. 161. Chry. alibi aliter meſſis accipitur, vt cùm dicitur meſſis multa, operarij autem pauci. 162. Int. omnis immunditia in ſegete zizania dicitur. Aug. de q. Euang. 163. Int. ſ. bonos, quorum officio vindicta implebitur. Aug. de q. Euang. Chry. vide Dei amorem, per ſe ſeminat, per alios punit. 164. Int. ſ. prius, quia in tribulatione præcedẽte ſeparabuntur impij à piis. Aug. de q. Euang. 165. Aug. 20. de ciu. cap. 9. id eſt, Eccleſia. 166. Hier. id eſt, hæreticos. 167. Int. non qui fecerunt. 168. Hier. ſ. ſchiſmaticos. 169. Int. nota duplicem pœnam. Remig. ſ. nimij caloris & frigoris. 170. Int. quorum vita hic æſtimatur inſania. 171. Remig. fulgent nunc in exemplum, tunc autem ad Dei laudem. 172. Int. ſ. ſine defectu. 173. Rab. i. intellectum. 174. Int. quia myſticè omnia. Rab. 175. Int. i. conuerſatio iuſtorum. 176. Int. theſaurus, cæleſte deſideriũ eſt. Greg. in hom. Hil. prædicatio eſt Euangelica. Hier. theſaurus verbum Dei in carne abſconditum, vel Scriptura. 177. Int. ager eſt cæleſtis ſtudij diſciplina. Greg. in hom. 178. Int. i. qui impetrat à gratia Dei. 179. Int. deprædari deſiderat, qui theſaurum publice portat in via. Greg. in hom. cæleſte itaque deſiderium ab humanis laudibus abſcondendum. 180. Int. incipit ire, cùm incipit diligere. 181. Int. ſ. omnibus terrenis renunciat. Hil. cæleſtes diuitiæ nõ ſine damno ſæculi poſſidentur. Aug. de q. Euang. cùm quis ex parte attigerit Scripturã, contemptu temporalium comparat ſibi otium, vt ſit diues cognitione Dei. 183. Int. i. per contemptum terrenorum venit ad ſtudium æternorum.

Sens. Myst. In Cap. XIII.

152. Int. Myſticè à tumultuantibus ſeceſſit ad electorum corda, qui digni erant inſtrui.

Audit. Auct. In Cap. XIII.

151. proferam. 158. i. ad cæleſte regnum præparati, ſeu idonei. 159. τοῦ πονηροῦ diaboli, vel malitia. 166. id eſt, eos, qui alijs cadendi occaſionem dederunt vita mala, aut doctrina. a. pro s. p. i. fornacem. 178 præteritum eſt. 179. præteritum eſt.

[184] negotiatori,quærenti bonas [185] margaritas.Inuenta autem [186] vna pretioſa [187] margarita,abiit, & [188] vendidit omnia quæ habuit,& [q] emit eam. [189] Iterum ſimile eſt regnum cælorũ [r] ſagenæ miſſæ in [190] mare,& ex omni [191] genere piſcium congreganti:quam cùm impleta [192] eſſet,educentes,& [193] ſecus littus [194] ſedentes elegerunt bonos in [195] vaſa,malos autem [196] foras miſerunt. Sic erit in conſummatione ſæculi: [197] exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum,& mittent eos in [198] caminũ ignis.ibi erit fletus & ſtridor dentium, [199] Intellexiſtis hæc omnia?Dicũt ei,Etiam Domine.Ait illis, [200] Ideo omnis [s] Scriba doctus [t] in regno cælorum,ſimilis eſt homini patrifamilias, qui profert de [u] theſauro ſuo [201] noua [202] & vetera.Et factum eſt, cùm conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, [203] tranſiit inde. [204] Et veniens in [205] patriam ſuam,docebat eos in [206] ſynagogis eorum:ita vt [207] mirarentur,& dicerẽt,Vnde huic [208] ſapientia [209] hæc,& [210] virtutes?Nõne hic eſt [211] fabri filius?Nõne mater eius dicitur,Maria,&

Sens. Lit. In Cap. XIII.

184. Int.ſ.qui,cùm ſit pauper,multis laboribus negociatur. 185. Int.id eſt,bonos homines cum quibus viuat,vel bona præcepta,vel bonos intellectus.Aug.de.q Euãg. Hier.legẽ & Prophetas. 186. Chry. vna eſt veritas. 187. Int.i.cæleſtis vitæ ducedine,præ qua omnia vileſcunt.Hier.i.ſcientia Saluatoris. Pro qua Paulus omnia contemnit,cuiuſque comparatione omnis alia gemma vilior eſt. Chry.qui margaritam habet,ſcit ſe diuitem,alij neſciũt:ſic infideles Euangelij theſaurum neſcientes,diuitias noſtras ignorant.Aug.de q.Euang.id eſt, vno Chriſto ſine peccato,vel dilectione proximi,in qua omnia cõtinentur,vel cognitione verbi, quod erat in principio, & in quo omnia, quod lucidum eſt & pulchrum veritate,& ſolidum æternitate. 188. Int.id eſt,renunciat omnibus ſuis,& ſibi ipſi.Aug.de q.Euang.nõ habemus maius pretium quàm nos ipſos:non quia tãtum valet,ſed plus dare non poſſumus. q. Int.alias comparauit. 189. terret timore pœnæ, quos præmij amore inuitauit. r. Hier. contexta eſt ſagena Euangelicorum dogmatum ex veteri & nouo teſtamento. 190. Int.id eſt,in mundum. 191. Int.ad veniã vocat omnis generis homines. 192. Int.vniuerſaliter. 193. Int.id eſt,in fine ſeculi. 194. Int. quia tunc verum iudicium ſecernendorum patebit. Hier. 195. Int.id eſt;in æterna tabernacula.

196. Int.ſ.in infernum. 197. ſ.ad opus ſibi iniunctum. 198. Int. apertè dicit de tormentis malorum,ne quis ſe excuſet per ignorantiã. Greg.in hom. 199. Int.hæc ad Apoſtolos,qui ſunt futuri magiſtri,quos non vult audire tantum vt populum.Hier. 200. Int.intelligentibus dignum teſtimonium reddit,dicens eos ſimiles eſſe ſibi.Chry.quia intellexerunt,laudat. s. Hil. Diſcipulos vocat Scribas ob ſcientiam. Hier. Apoſtoli Scribæ dicuntur, quaſi Notarij Saluatoris,verba illius,& præcepta in tabulis cordis ſignantes. 201. Int.Nouũ teſtamẽtum præponit dignitate.Aug.20.de ciu.cap.16. 202. Greg. id eſt,vtriuſque Teſtamenti prædicamentis vtitur. vetus eſt,pro culpa interire.nouum,conuerſum viuere.q d.ille doctus prędicator in Eccleſia,qui & ſuauitate regni inuitat,& ſupplicio terret. 203. Aug. 2.de conſ.Euan.ca.42.videntur potius Marcus & Lucas ſecuti ordinem rei geſtæ,dum aliud ſubiungũt, quod Matthæus ſupra recolens interpoſuit. 204. Int.ſ.vt ibi doceat apertius. 205. Int.i. Galilæam, vel ſpecialiter Nazareth. 206. Int.i.conuentibus. 207. Int.mira ſtultitia,mirãtium vnde habeat ſapientiam ſapientia,& virtutes virtus. 208. Int.ſ.ad doctrinam. 209. Int.tanta.Græci ſapientiam,Iudæi ſigna petũt. 210. Int.i.miracula. 211. Aug.Ser.de natiu. Eſt quidem eius,qui fabricatus eſt mũdum,qui mentes rigidas explanat, cogitationes ſuperbas excidit. Chry. inſenſati, quaſi non extiterint inſignes viri ignobilibus orti,vel ob hoc maximè honorare debuerant,qui talia ageret,talis(vt illi putabant)filius.

Addit. Avct. In Cap. XIII.

194. ſcilicet piſcatores. 201. q d. quandoquidem intelligitis,ſcitote quod omnis. s. id eſt, doctor. t. Græ.ad regnum cælorum,ſcilicet prædicandum. u. id eſt,penario. 201. pro abundanter & varia, quæ ſatiſfaciant cuiuſque guſtui:ſic Cant 7. poma noua & vetera,id eſt,abundanter,ad ſatiſfaciendum cuiuſque appetitui. 211. quidam fabrum ferrarium fuiſſe putant,alij lignarium. vox Græca ſignificat, quem itali dicunt Artegiano.Galli Mecanique.

[212] fratres eius Iacobus & Ioſeph, & Simon & Iudas: & ſorores eius nonne omnes apud nos ſũt? Vnde ergo huic [213] omnia iſta? [214] Et ſcandalizabantur in eo. Ieſus autem [215] dixit eis, [216] Non [x] eſt Propheta ſine honore; niſi in [217] patria ſua, & in domo ſua. Et non fecit ibi vir-[218]tutes multas propter incredulitatem illorum.

SENS. LIT. IN CAP. XIII.

212. Int.i.cognati, more Scripturæ Hier.cõt.Heluid.ſ.filij materteræ. 213. Int.hinc magna, hinc humilia. 214. Hier.error iſtorum, ſalus noſtra, & hæreticorum condemnatio.in tantum enim cernebant hominem, vt putarent filium fabri. 215. Chry.vide Chriſti manſuetudinem. 116. Int.vel ego, vel quilibet alius. 217. Hier.ſ.in populo Iudæorum. Int.quia mos eſt ciuibus ciues inuidere, & recordari fragilitatem infantiæ.Hier. 218. Hier.ne ciues incredulos condemnaret. Chry.ne pœnam eis augeret. Fecit tamen pauca quædam, ne dicerent, ſi facta eſſent ſigna, credidiſſemus. Hier.pauca fecit, ne inexcuſabiles eſſent, maiora quotidie in gentibus facit, non tam in corporum quàm in animarũ ſalute.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIII

214. id eſt, offendebantur generis humilitate. x. q.d. contemptior vſquam magiſq́ inhonoratus, quàm in patria ſua.

CAP. XIIII.

[1] IN illo tempore [2] audiuit Herodes [a] tetrarcha famam Ieſu: & ait [b] pueris ſuis, Hic eſt Iohannes [3] Baptiſta: ipſe [4] ſurrexit à mortuis, & ideo [5] virtutes [*] operantur in [6] eo. Herodes enim tenuit Iohannem, & alligauit eum: & poſuit

SENS. LIT. IN CAP. XIIII.

1. AVG. 2.de conſ Euang.cap.33. non dixit illo die, vel hora. Narrant idem Marcus & Lucas, poſt miſſos Apoſtolos ad prædicandum, non tamen eſt neceſſe intelligere factum illo ordine.
2. Chry.in ho.negligentia, & ſuperbia tyranni, qui non à principio didicerit virtutẽ Chriſti, ſed poſt multum tempus. a. Remig.mortuo Herodi, quo regnante natus eſt Chriſtus, ſucceſſit filius Archelaus, diuiſum deinde regnum ab Auguſto in tetrarchias. 3. Chry.magnum quid vitus, nam & defunctum Herodes timet. Aug.2.de conſ.Euang.cap.53. vel hoc dicit dubius adhuc, vt ait Lucas, vel confirmatus ex aliorum verbis. 4. Rab. potuiſſe reſurgere Iohannem fatetur alienigena, Iudæi ex inuidia de Chriſto negant. 5. Rab.omnium ſententia eſt maiorem fore potentiam ſanctorum, vbi reſurrexerint. 6. Aug.2.de conſ. Euang.cap.44. Lucas hoc alio ordine narrauit præoccupans quod multò poſt factum eſt.

SENS. MYST. IN CAP. XIIII.

6. HIc. Iohannes, lex quæ Chriſtum prædicauit; Herodes, Iudæi; fratres, gentiles populi (ex eodem enim omnes parente.) Admonebantur ergo à lege, ne ſibi gentium opera iungerent. Herodias, voluptas ex infidelitate orta, quæ Iudæis ſe obtulit illecebræ cultibus, venaleſque ſibi fecit, & infidelitatis inſtinctu, caput Iohannis, id eſt, legis gloriam auferri impetrat, conceduntque illi peccatis, tamquam Sacramento coacti, principumque adiacentium metu, & exemplo deprauati.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

*1. ſcilicet circa tempus tertij Paſchæ, cùm in Galilæa Chriſtus poſt miſſum Iohannem in carcerem pluſquam annum prædicaſſet. a. Marcus regem vocat, quod eſſet eius poteſtas velut regia, & quidem tetrarchias antiqui regna vocabant. Fuit autem hic Herodes filius eius, qui Infantes trucidauit, & frater Archelai. b. id eſt, famulis, quanquam vox Græca etiam filios ſignificat. 3. primum dubitauit, vt ait Lucas, aut id per interrogationem legendum, aut per ironiam Iudæi quidem plerique credebant animarum transmigrationem. 5. id eſt, miracula, ſeu poteſtates miraculorum. * ἐνεργοῦσιν, id eſt, efficaces ſunt, q.d. per eum miracula fiunt.*

in carcerem,propter [7]Herodiadem vxorem Philippi fratris [8]ſui.Dicebat enim illi Ioánes,Non [9]licet tibi habere eam.Et volens illum occidere,[10]timuit populum: quia ſicut Prophetam eum [11]habebant. Die autem [12]natalis Herodis [13]ſaltauit filia Herodiadis in [14]medio : & placuit Herodi : vnde cum [15]iuramento pollicitus eſt ei dare quodcumque poſtulaſſet ab eo. At illa [c]præmonita à [16]matre ſua,Da mihi, inquit, hîc in diſco caput Iohannis Baptiſtæ. Et [17]contriſtatus eſt rex : propter [18]iuramentum autem, & [19]eos qui pariter recumbebant,iuſſit dari.Miſitque,& [20]decollauit Ioannem in carcere. Et allatum eſt caput eius in diſco : & datum eſt puellæ,& illa attulit [21]matri ſuæ.Et accedentes diſcipuli eius,tulerunt corpus eius , & [22]ſepelierunt illud : & [23]venientes [24]nunciauerunt Ieſu.[d]Quod cum audiſſet Ieſus,[25]ſeceſſit inde in [26]nauicula, in locum

Sens. Lit. In Cap. XIIII.

7. Hier.hæc filia Aretæ regis Arabum,qui eam à genero ablatam ob inimicitiam,Herodi huic dedit, generi ſui fratri.Auctor.vide additionem. 9. Int.i.fratre adhuc viuente, mortuo enim non prohibebat lex. 10. Int.facilè à iuſtitia deuiat,qui non habet Deum in cauſis.Hieron.vincebat vxoris amor. Glo.timor Dei corrigit,timor hominum differt , ſed voluntatem non aufert. 11. Int. ſ. non tantum populus,ſed & Herodes. 12. Hier. ſolos Herodem , & Pharaonem legimus obſeruâſſe diem natalis ſui,vt quorum erat par impietas,vna eſſet ſolennitas. 13. Remig.impudica mulier impudicam filiam nutriuit,non pudorem docens,ſed ſaltationem; nec minus reprehendendus Herodes,qui paſſus ſit rogiam aulam fieri à muliere theatrum. 14. Int.ſ.triclinio. 15. Hier. ad hoc fortè iurauit, vt futuræ occaſioni machinas præpararet. 16. Int. ſ.timente ne Herodes aliquando cum fratre ſuo conueniret. Hier.& nuptiæ ſoluerentur. 17. Int.ſimulator triſtitiam præferebat in facie, cùm lætaretur in mēte. Hier.contriſtatus dicitur,quia id diſcumbentes putabant.Glo.talis triſtitia eius,qualis pœnitētia Pharaonis. 18. Int.ſub occaſione pietatis impius fuit,dum iuramento ſcelus excuſat.Hier. ¶ Iſid.in malis promiſſis reſcindenda fides,impia promiſſio eſt quæ ſcelere adimpletur. Glo. promiſſio quæ in peiorem vertitur exitum,conſilio ſalubriori mutanda. 19. Int.vt omnes fierent conſortes ſceleris.Hie. luxurioſoque conuiuio cruentæ epulæ deferrentur. 20. Int. ſ. in Paſchalibus diebus.Rab. erat propè Paſcha,ait enim Iohannes,cum factum eſt miraculum panum,fuiſſe proximum Paſcha. 21. Int. ſ. vt habeat in poteſtate linguam, quæ illicitas nuptias arguit.Hier. 22. Rab. in caſtello Macherohte ſecundùm Ioſephum truncatus,ſepultus autem (vt dicitur in Eccleſiaſtic. hiſtoria) in Sebaſte, quæ olim Samaria dicta eſt.Glo. Iuliani tempore cremauerunt pagani oſſa Iohannis,& diſperſerunt,ſed à monachis Hieroſolymitanis collecta maxima pars,& Hieroſolymam delata,miſſa deinde Athanaſio,& Alexandriæ ſeruata vſque ad Theophilum Epiſcopum. 24. Int.ſ.quod Iohannes paſſus eſt. 25. Aug. 2. de conſ. Euang.cap.55.poſt hoc facta ſunt illa,quibus Herodes motus dixit,hic eſt Ioannes. Hier.non ſeceſſit timore mortis,ſed parcens inimicis,ne homicidium homicidio iungerent. vel differens mortem in Paſcha,vel dans exemplum vitandæ temeritatis,vltro ſe morti offerentium , vel vt credentium probaret fidem.Chry.in hom.non ſeceſſit antequam ei nunciaretur,vt demonſtraret Incarnationis veritatem,alioqui ſciebat ante per ſe quod factum erat. 26. Chry.in hom.vt nullus ſequeretur.

Sens. Myst. In Cap. XIIII.

8. Int i.gentilis populi. 20. Hier.Iudæi Chriſtum Prophetarum caput perdiderunt. Rab. apud Iudæos & linguam & vocem perdidit Propheta.Glo.mors Iohannis finis legis, qua finita, ad Chriſtum itur,qui eſt finis legis Greg.3.Mor.cap.4.premit Deus in infimis,muneraturus in ſummis,quid patientur reprobi,quando ſic cruciat Deus quos amat?. 23. Hil.finitis legis temporibus , venitur ad Euangelium. 25. Hil.Dominus,finita lege,Eccleſiam adiit,& ſequitur turba de ſynagoga. ſ. ad Eccleſiam tendens : curat autem, id eſt, ab infidelitate emundat.

Addit. Auct. In Cap. XIIII.

7. ſ. filiam Ariſtobuli filij Herodis maioris. ſecundùm Ioſephum,non Aretæ regis , vt habet mendoſus codex Euſebij.vbi legendum,uxorem Herodis legitimam fuiſſe filiam Aretæ. 13. vt ſolet in choreis.
c. id eſt. prius inſtructa. 22. ſ. in Sebaſte,quæ olim Samaria dicta. d. ſ. Herodis de Iohanne opinionem. vide Luc. 9.

[27] deſertum ſeorſum:& cum [28] audiſſent turbæ, ſecutæ ſunt eum [29] pedeſtres de [e] ciuitatibus. Et [f] exiens [30] vidit turbam multam, & miſertus eſt eis, & [31] curauit languidos eorum. [32] Veſpere autem [33] facto acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes, [34] Deſertus eſt locus, & hora iam præteriit: [35] dimitte turbas, vt euntes in caſtella, [36] emant ſibi eſcas. Ieſus autem dixit eis, Non [37] habent neceſſe ire: [38] date illis vos manducare. Reſponderunt ei. Non habemus hic niſi [39] quinque panes & duos piſces. Qui ait eis, [40] Afferte mihi illos huc. Et cùm iuſſiſſet turbam [g] diſcumbere ſuper [41] fœnum: [h] acceptis quinque panibus & duobus piſcibus, [42] aſpiciens in cælum, [i] benedixit & [43] fregit, & [44] dedit [45] diſcipulis panes: [46] diſcipuli autem turbis. Et [47] manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt.

SENS. LIT. IN CAP. XIIII.

29. Int. vt mentis ardorem oſtenderent. Hier. 30. Int. i. amauit. Glo. delectatur Dominus credẽtium deuotione. 31. Int. magna retributio laboris eorum. Chry. magna miſericordia, quod omnes curat, & fidem non expectat. 32. Chry. in hom. fides turbarum oſtenditur, quæ tam diu famem patientes expectarunt. 33. Chry. in hom. expectat ſe rogari, vt miraculum faciat, non prior inſiliens, ſed vocatus.
34. Chry. in hom. non dicunt, ciba eos: erant enim adhuc imperfecti. ideò verò Dominus in deſertum exierat, vt fieret miraculum ſine ſuſpicione allati panis ex aliquo caſtello. 37. Chry. in hom. vide ſapientiam, non dixit ego cibabo eos, non enim facilè ſuſcepiſſent. 38. Hier. prouocat vt illis ſe non habere teſtantibus miraculi magnitudo appareret. Aug. 2. de conſ. Euan. ca. 45. poſt ea, quæ dixerũt diſcipuli, intelligendum eſt dixiſſe Dominum Philippo quæ Iohannes narrat. Glo. quod Philippus reſpondit, Marcus ait diſcipulos reſpondiſſe, quia ex cæterorum ore Philippus reſpondit. 39. Chry. contemptibilia eis erant corpora, cùm enim eſſent duodecim, quinque panes tantùm habebant. 40. Chry. poterat ex nihilo creare cibum, ſed obſtruit Marcionis, & Manichæi os, qui creaturas alienant à Deo.
42. Int. vt nos ſurſum corda habere doceret. Hier. ¶ Oportebat credi eum eſſe à Patre, itaque ad ipſum omnia referebat. Notandum verò quod in minoribus cælum reſpicit, vt intelligatur etiam in minimis à Patre virtutem habere. 43. Int. integri non in tot diuiderentur. Hier. 45. Chry. vt honoraret eos, & ne increduli eſſent, aut obliuiſcerentur. 46. Chry. augebantur panes, & piſces in manibus diſcipulorum. Hilar. fragmenta fragmentis ſuccedunt, creſcitque materies in menſurarum loco, an in ſumentium manibus, neſcio. 47. Int. edent pauperes, & ſaturabuntur.

SENS. MYST. IN CAP. XIIII.

27. Glo. i. in locum Eccleſiæ, quæ ante non habebat virum. 28. Int. cùm prædicatio Chriſti fieret in gentibus, multitudo credidit in eum. e. Hier. i. relictis priſtinis conuerſationibus, & dogmatis.
32. Hier. ſ. quando occubuit ſol iuſtitiæ. 35. Rab. faſtidium Iudæorum contra gentes, quas volebant quærere cibum in conuenticulis Phariſæorum, potiùs quàm paſci in Scripturis. 36. Int. ſ. à ſuis Phariſæis. 37. Int. ſ. vt aliundè quærant, cùm ego ſim panis. Hil. non egent cibo venalis doctrinæ, nec opus habẽt à Iudæis mercari. 38. Glo. indicat per eos paſcenda ieiuna corda. 39. Hil. quinque panes, quinque legis libri; duo piſces, Prophetarum & Iohannis prædicatio. Rab. piſces, prophetiæ & Pſalmi; totum enim Teſtamentum vetus cõtinetur Lege, Prophetis, & Pſalmis. Glo. quinque libri Moſis panes hordeacei iumentorum rudium cibus, intus tamen medulla ſuauiſſimi ſenſus. 40. i. legis intellectum ad me referte. g. Glo. diſcubuerunt quinquageni, & centeni; diuerſi enim in Eccleſia diſcubitus. quinquageni. i. qui à malis quieſcunt actibus; centeni, qui etiam à prauis cogitationibus. 41. Int. ſ. ſtudio continentiæ calcata carne. Hier h. Rab. non noua creat cibaria, non enim alia, quàm quæ prædicta ſunt, prædicabat, ſed Legis & Prophetarum ſcripta myſteriis plena demonſtrabat. 42. Chry. docet non prius t[illegible]ngendam menſam, quàm Deo gratias agamus. 43. Hier. frangitur lex & Prophetæ, cùm aperiunt myſteria. 44. Int. qui prius Apoſtolis dederat ſenſum vt intelligerent Scripturas, quæ per miniſterium Apoſtolorum aliis exponuntur. 47. Int. id eſt, intellexerunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

f. ſ. de naui, vel aliquo loco, quo ſe receperat. 32. id eſt, in. i. i. bene precatus eſt, vel gratias egit.

Et tulerunt[m] reliquias,[48] duodecim[49] cophinos fragmentorum[n] plenos. Manducantiū autem fuit numerus quinque[50] millia virorum,exceptis[51] mulieribus & paruulis.Et ſtatim compulit[52] Ieſus diſcipulos aſcendere in nauiculam,& præcedere eum trans fretū,[53] donec dimitteret turbas.Et dimiſſa[54] turba,aſcendit[55] in montem[56] ſolus orare.[57] Veſpere[58] autem facto ſolus[o] erat ibi,[59] nauicula autē[60] in medio[61] mari iactabatur[62] fluctibus,erat enim contrarius ventus.[63] Quarta[p] autem vigilia noctis venit ad eos Ieſus ambulans[64] ſuper mare.[65] Et videntes eum diſcipuli ſupra mare ambulantem,turbati[66] ſunt,dicentes,Quia phantaſma[q] eſt. Et præ timore clamauerunt.[67] Statimque[68] Ieſus locutus eſt eis, dicens, Habete fiduciam[69] : ego ſum,[70] nolite timere. Reſpondens[r] autem Petrus,[71] dixit,[72] Domine ſi tu es,iube[73] me ad te[74] venire ſuper aquas.At ipſe ait,Veni.

SENS. LITER. IN CAP. XIIII.

48. Chry.vt abſentes diſcerēt miraculū.Hier.vt ex reliquiis appareret veros fuiſſe panes. 49. Chry. vt & Iudas ſuum cophinum portaret,fecit duodecim ſuperabundare. 52. Hier.indicatur,receſſiſſe inuitos,nolebant enim à Domino ſeparari. 53. Glo.ad Bethſaidam(vt ait Marcus) ad quam etiam pertinebat deſertus locus(vt ait Lucas.) 54. Chry.in hom. docet vitandam multitudinis gloriam.Glo.at crucifixoribus occurrit, vt. ſ.ſimus parati ad aduerſa,cauti ad blanda. 55. Glo.pauit turbam vt Deus, aſcendit orare vt homo. 56. Aug.2.de conſ. Euang. cap. 47. de monte in planiora deſcenderat, cùm turbam pauit. 57. Int.ſ.non pro ſe,ſed pro nobis.Aug.2.de con.Euang.cap. 47. Iohannes ait fugiſſe in montem, ſed & tunc magna eſt cauſa orandi,cùm eſt fugiendi. 59. Hier.id eſt, in monte. 60. Int. dum Ieſus aberat. Chry. paulatim ducit eos ad maiora. non enim vt antè cùm illis eſt periclitantibus.

p. Aug.de verb.Dom.ſerm.13.i.extrema noctis parte:habet enim quatuor vigilias: vigilia autem tres horas. Hier.vigiliæ militares in trina horarū ſpatia diuidūtur tota itaq; nocte ſunt periclitati. 64. Int. etſi pondus carnis habens. 66. Chry. ſoluturus Dominus mala,difficilia,& terribilia inducit,voleuſque vt amplius lucrentur iuſti,auget certamina. 67. Int.magni timoris iudicium eſt confuſus clamor, & incerta nox.Hier. 68. Int.quia propè eſt,omnibus timentibus eum. 69. Int.contra deſperationē.

70. Int.non fantaſma. Hier. ex voce nota poterant eum agnoſcere. 71. Int.quia vbique ardentiſſimæ fidei eſt.Hier. 73. Int. quaſi dicat in tua iuſſione fiant aquæ ſolidæ, & corpus leue contra naturam.Hier. ¶.Chry.quantus feruor fidei,non dixit, ora, ſed iube. 74. Chry. quæſierat enim non propter oſtentationem,ſed propter amorem.

SENS. MYST. IN CAP. XIIII.

m. Rab.quæ à rudibus capi nequeunt,ab Apoſtolis & eorum ſucceſſoribus diligenter inquirenda.

n. Rab.cophinis ſeruilia opera aguntur,& Deus infirma mundi elegit. 50. Rab.quinque ſunt corporis ſenſus,ſignificantur autem hi qui rectè exterioribus vti nouerūt. 51. Hier.ſexus fragilis,& ætas minor numero indigni ſunt.Glo.nempe infirmi fide,nondū pugnæ idonei. 55. Int. ſic qui bene orat, mentem ſurſum à terrenis eleuat. 56. Aug.de verb.Dom.ſerm.14.mons,cælum,in quod Chriſtus ſolus aſcendit. ſ. caput cum corpore,interpellat autem illic pro nobis Patrem. 57. Aug.de verb. Dom. non mergitur Eccleſia orante Chriſto. 58. Int.nocte tribulationis appropinquante diſſimulat opem ferre. o. Hil.tempore paſſionis ſolus Chriſtus,cæteris ab ipſo trepidatione dilapſis. Hiero. turba ad ſublimia ſequi non poteſt. 61. Int.ſignificat labores Eccleſiæ in hoc ſæculo,dum tendit ad patriam.

62. Hil.periculum eſt vſque ad aduentum Chriſti. 63. Int.ſ.malorum ſpirituum flatus. 64. Aug. de verb.Dom.in fine ſæculi veniet ad iudicium iniquitatis nocte tranſacta.Hil. veniēs autem Chriſtus inuenit Eccleſiam feſſam,& Antichriſti Spiritu,totiuſque ſæculi motibus circumactam:& quia ex Antichriſti conſuetudine ad omnem tentationum nouitatem ſolliciti erunt,etiam ad Domini aduentum expaueſcent,falſas rerum imagines metuentes.Rab.cùm humana fragilitas in preſſuris ſuas vires conſiderat,tenebras cernit,ſed ad ſupernum auxilium erecta,Luciferi ortum conſpicit. 65. Int.ſ.comprimens preſſuras ſæculi. 72. Int.ſ.in perſona præſentis Eccleſiæ & laborantis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

n. id eſt, ſportas. 58. ſcilicet poſt ſolis occaſum. q. ſcilicet ſpectrum quale ſolet opera dæmonis apparere. r. pro, locutus Heb.

Et deſcen

Et deſcendens Petrus de nauicula,ambulabat ſuper aquam,vt veniret ad Ieſum. Videns verò ventum[75] validum,timuit:[76]&cùm cœpiſſet mergi,[77]clamauit,dicens:Domine, ſaluum me fac.[78] Et continuò Ieſus extendens manum,[79] apprehendit eum : & ait illi, Modicæ[80] fidei,quare dubitaſti?[81]Et cùm aſcendiſſent in nauiculam,ceſſauit ventus.[82] Qui[83] autem in nauicula erant,venerunt & adorauerunt eum,dicentes,[84] Verè Filius Dei es. Et cùm transfretaſſent, venerunt in terram Geneſar.[85] Et cùm cognouiſſent eum viri[86] loci illius[87], miſerunt in vniuerſam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes, & rogabant eum , vt vel fimbriam[88] veſtimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerunt,[89]ſalui facti ſunt.

SENS. LIT. IN CAP. XIIII.

76. Hier.quod maius eſt ſuperans à minori turbatur.talis eſt natura noſtra,ſæpe in magnis rectè habens in minoribus deficit. demonſtrabat verò timor iſte differentiam magiſtri, & diſcipuli. 77. Glo. relinquitur tentationi,vt augeatur fides;quod ambulauit ſuper aquas,diuinæ potentiæ;quod mergitur, humanæ infirmitatis , ne ſuperbiat. 79. Chry.vt mater pullum ſolet ante tempus ex nido exeuntem, & caſurum alis reducere in nidum. 80. Int.quia vel parum timuit. 81. Int.ardebat fides,ſed humana infirmitas in profundum trahit,& in hoc ei oſtenditur, quòd non Domino æqualis ſit. Chry.oſtendit periculum non ventum,ſed modicam fidem feciſſe. 83. Int.ſ.nautæ & vectores. Rab.vel Apoſtoli. 86. Int.ita nominatam à vicinia lacus. Rab. eſt iuxta ſtagnum Genezareth. 86. Int. alij rumore, alij quoque facie:Hiet. 87. Int. magna fides , quod non contenti ſalute ſuorum, aliorum quærebant ſalutem. 88. Chry.in hom. hanc ſapientiam docuit mulier illa Hæmorrhoiſſa.

SEN. MYST. IN CAP. XIIII.

75. Int.id eſt, perſecutionem vehementem. 76. Hil.Petrus tempore paſſionis conatus eſt mortem contemnere , ſed timore mortis Chriſtum negauit, clamor autem eius pœnitentiæ gemitus eſt. Rab. conuertit eum Dominus ad pœnitentiam,& indulgentiam tribuit , manum extendens. 78. Int.id eſt, impendens auxilium,quia non eſt volentis nec currentis, ſed Dei miſerentis. 79. Int. ſic nullus prædeſtinatus perit. 82. Rab.cum Dominus per gratiam adeſt,omnia bella quieſcunt.Hil.æterna Eccleſiæ pax, & tranquillitas indicatur, poſt Chriſti aduentum. 84. Hil. veniet enim manifeſtus, eritque tunc confeſſio publica vniuerſorum. 85. Hier.Eccleſia ex perſecutione liberata ad portum tranquilliſſimum perducitur.Rab. Geneſar interpretatur hortus principis , tunc enim plena erit tranquillitas, cùm paradiſi hereditas reſtituetur. t. Hil.finitis legis temporibus,& Iudæorum quinque millibus cõuerſis,reliqui ægroti offeruntur Domino:tactu fimbriæ,id eſt,virtute à Chriſto exeunte, & Apoſtolis data,ſalutem conſecuturi. 88. Hier.fimbria aſſumptio corporis, per quam venimus ad verbum. 89. Chry.quanto ergo magis ſanabimur,qui corpus Chriſti comedimus?

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII. *81. i. vacillaſti. 5. ſ. Meſſias.*

CAPVT. XV.

NVnc[1] acceſſerunt ad Ieſum ab Hieroſolymis[2] Scribæ & Phariſæi , dicentes: Quare[3] diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones[4] ſeniorum[5] ? Non enim

SENS. LIT. IN CAP. XV.

1. AVG. 2.de conſ.Euang.cap.48.ſeruatur ordo conſequentium rerum. 2. Chry.hom.erant per omnes tribus diſſeminati Scribæ & Phariſæi,ſed Hieroſolymitani omnium peſſimi. 3. Int. mira ſtultitia,Filius enim Dei traditionibus hominum non eſt ſubiectus. Hier. 4. Remig. quæ fuerint, aperit Marcus. 5. Chry. multa noua induxerant.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XV. *2. id eſt , qui ab Hieroſolymis venerant.*

[6]lauant manus ſuas cùm [a]panem manducant.Ipſe autem reſpondens,ait illis,[7]Quare & [8]vos tranſgredimini mandata Dei propter traditionẽ veſtrã:Nam Deus [9]dixit,[10]Honora patrem & matrẽ;& qui [11]maledixerit patri vel matri,[12]morte [13]moriatur.[14]Vos autẽ dicitis, Quicũque [b]dixerit patri vel matri,Munus quodcũque [15]eſt ex me,tibi [16]proderit:[17]& non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam:[c]& [d]irritum feciſtis [e]mandatum [18]Dei propter [19]traditionem [20]veſtram. [21]Hypocritæ,[22]bene prophetauit de vobis [23]Iſaias,dicẽs,Populus hic labiis me [24]honorat,cor autem eorum [25]longè eſt à me. [26]Sine [27]cauſa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata [28]hominum. Et [29]conuocatis ad ſe [30]turbis ,dixit eis. [31]Audite,& intelligite. [f]Non quod intrat in os [32]coinquinat hominem:ſed [33]quod procedit ex ore,hoc coinquinat hominem.Tunc accedentes diſcipuli eius dixerunt ei.

Sens. Lit. In Cap. XV.

6. Beda.carnaliter illud accipiebant,lauamini,mundi eſtote. Chry. Diſcipuli iam ſuperflua deſpiciebant,qui etiam neceſſarium cibum contemnebant.Rimig. Superflua erat illa traditio ſeniorum.

7. Chry.docet qui magna peccant , non debere pro aliorum paruis peccatis eſſe ſollicitos, nec verò probat factum diſcipulorum,ne det occaſionem calumniæ,nec vituperat,ne approbet traditiones illas.

8. Hier.ſ.Qui reprehenditis diſcipulos meos ſeniorum iuſſa paruipendentes,vt Dei præcepta cuſtodiant. 9. Int.ſ.imbecillitati conſulẽs.Hier. 10. Int.ſ.dando neceſſaria.Hier.honor in Scriptura eleemoſynas,& munera ſignificat,honora,inquit,viduas,&c. 11. Int i.debitis obſequiis parentes indignos iudicauerit. 12. Int.ſ.æterna. 13. Chry demonſtras eos dignos morte. 14. Hier. ſ.impietatem ſub pietatis nomine inducentes. b. Glo.id eſt,dicere poterit. 15. Int. ſ. Deo deuotum. 16. Hier q.d. non.Itaque non audebant Deo conſecrata tangere,ne ſacrilegium incurrerent. Glo.q.d.tibi proderit,ſi Deo dedero. 17. Int.ſub.ita. e. Int ſ.de ſuſtentandis parentibus. 18. Aug 2 contra aduer. legis, & Prophetarũ cap.1.Lex Dei eſt,quam hæreticus blaſphemat Auctor.loquitur de hæreticis, qui in vetus teſtamẽtum inuehebantur,vt Manichæi. 19. Int.ſ quæ veſtræ ſeruit auaritiæ.Aug.2 contra aduer. legis & Prophetarum,cap.1.has traditiones Paulus vocat prophanas fabulas. 20. Int.id eſt,ſimulatores. Remig.qui ſub honore Dei terrena lucra cumulatis. 21. Int.ſ.quia bene conuenit veſtris moribus.

22. Rab.ſ.præuidens ſimulationes Iudæorum. 23. Int. in perſona Domini. Rab. 24. Rab.cùm dicerent,Magiſter,ſcimus,quia verax es. 25. Remig. viſis enim ſignis , non crediderunt , nec ſuſcipere voluerunt. 26. Int.ideo. 27. Int.ſ non habituri mercedẽ cum veris cultoribus.Rab. 28. Int.ſ.contemptis diuinis.Rab. 29. Chry.illis non emendatis,ad turbas conuertitur. 30. Int.quæ in Dei mandatis ſitiebant. 31. Chry.id eſt,attendite. 32. Int.Aug.non timeo immunditiam obſonij,ſed cupiditatis Hier.communicare, verbum Scripturæ proprium, vocant Iudæi communes cibos, quibus omnes alij homines vtuntur,vt ſuillam carnem,lepores,&c.immundum ergo commune dicunt.Aug.16 cont. Fauſt.cap. 31. non eſt hoc teſtamento veteri contrarium,fuerunt enim illæ figuræ tempori congruentes,nec ſunt animalia immunda natura,ſed ſignificatione.Omnis enim creatura Dei bona eſt,vt ſi hoc nomen ſtultum,natura quidem dicamus mundum, ſed ſignificatione immundum, ſic porcus & alia in lege prohibita.Hier.quare idolothytis non veſcimur?idolorum inuocatio facit ea immunda apud eos, qui cum conſcientia idoli manducant, vt ait Apoſtolus; Vide verò vt vno ſermone Dominus omnem Iudæorum ſuperſtitionem eliſerit , qui in cibis ſumendis & abominandis religionem ſitam arbitrabantur. 33. Int.ſcilicet, verba malitiam cordis exprimentia.

Addit. Avct. In Cap. XV.

a. pro,cibum.Hebr. 6. Iudæi etiam inter manducandum ſæpe lauabant. 9. Gr præcepit. 14. ſ ſacerdotes qui ferè erant Scribæ & Phariſæi. b. ſententia eſt recitata ex Rabinorum doctrina,ideo obſcura, deeſt enim aliquid v.g.tibi gratia rectè facit,aut quid ſimile. 15. ſ Deo oblatum. 16. ſ.apud Deum. 17. pro,ac ita fit vt non honoraſſi et. c. pro,itaque. d. i. infirmaſtis,ſeu robore priuaſtis.vide Mar. 25. id eſt fruſtrà. f. de cibis loquitur, qui licitè edi poſſunt, & quidem non cibus ipſe etiam prohibitus coinquinat ſed inobedientia 32. Gr. communicat. Iudæi enim commune vocant , quod Latini prophanum, aut impurum. 33. Non tamen omne,neque verò id ſolum.

Scis quia [34] Phariſæi, audito verbo hoc, [35] ſcandalizati ſunt? At ille reſpondens ait; Omnis [36] plantatio quam non [g] plantauit Pater meus cæleſtis, [37] eradicabitur. [38] Sinite illos, [39] cæci ſunt, & [40] duces cæcorum. Cæcus autem ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadent. [41] Reſpondens autem Petrus dixit [42] ei Ediſſere nobis [43] parabolam iſtam. At ille [44] dixit, Adhuc & vos ſine intellectu [45] eſtis? [h] Non intelligitis quia [i] omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in [46] ſeceſſum emittitur? Quæ autem procedunt de [47] ore, de [48] corde exeunt, & ea [49] coinquinant hominem: & de [50] corde enim [51] exeunt [52] cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, [m] blaſphemiæ [53] Hæc ſunt quæ [54] coinquinant hominem. Non [55] lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem. Et [56] egreſſus inde Ieſus, ſeceſſit in [n] partes Tyri & [57] Sidonis. Et ecce [58] mulier [59] Chananæa [60] à finibus illis egreſſa

SENS. LIT. IN CAP. XV.

34. Int. quorum religio eſt in cibis. 35. Chry. in hom. quia fuerant conuicti, non contradixerunt. Hier ſcandalum, offendiculum ſignificat, vel ruinam, & impactionem pedis, vnde ſcandalizare eſt dicto vel facto occaſionem ruinæ dare. 36. Int. ſ. doctores cum ſequacibus ſuis, qui non habent fundamentum Chriſtum, cor figentes in terrenis. ¶ carnalis cupiditas cui conſulunt. Remi. falſa doctrina & ſuperſtitioſa obſeruatio. 37. Int. ſ. de terra viuentium. Hier. non eradicabitur quod plantauit Paulus, erat enim Dei cooperator. Dei, inquit, agricultura eſtis, plantationem quidem Dei, quia in voluntate arbitrij eſt, nemo poteſt, niſi hac conſentiente eradicare. Ego te plantaui vineam veram, quomodo verſi eſtis in amaritudinem vitis alienæ? 38. Hier. ita Apoſtolus, hæreticum poſt primam & alteram correctionem deuita, &c 39. Int. id eſt, traditionibus tenebroſis, luce mandatorum Dei priuati. Rab.

40. Int. quia non ſolùm ſibi non proſpiciunt, ſed etiam alios in præcipitium trahunt. Rab. 41. Int. ſ. ad prædicta. 42. Int. quaſi myſtica ſit in hoc intelligentia. 43. Remig. putauit Dominum parabolicè locutum. 44 Int. increpatiuè. Remig. omnes reprehendit, quia ex perſona ceterorum Petrus fuerat locutus. 45. Int. q. d. putatis myſticum, quod eſt propriè dictum? Chry. in hom. increpat, quia fuerant ſcandalizati. 46. Aug. de vera relig. ex alimentis, quæ apta ſunt, aſſumũtur in membrorum fabricam, non apta verò per congruos meatus abjiciuntur. 47. Int. vt verba turpia & nociua. Aug. 15. de Trin. cap. 10. os hic non corporis, ſed cordis intelligit. 48. Int. i. de cordis immunditia. 49. Int. ſ. inquinatum cogitatione, magis inquinant ſordida locutione. Chry. 50. Hier. principale animæ non in cerebro, ſed in corde ſecundùm Chriſtum. 51. Hier. non à diabolo ergo immittuntur, ſed ex propria voluntate naſcuntur, eſt ille quidem adiutor, & incenſor, ſed non author, nec occulta quæque cordis rimatur, ſed ex corporis habitu & geſtibus æſtimat. Chry. hoc primò ponit, quia Iudæorum vitium qui ei inſidiabantur. 53. Int. ſ. intus latentia. 54. Remig. i. impurum reddunt. 55. Int. q. d. exteriora autem. 56. Hier. ſ. relictis calumniatoribus. 57. Int. quæ fuerunt ciuitates gentilium. Remig. Tyrus enim Chananæorum metropolis, Sidon autẽ terminus ad Aquilonem. Chry. in hom. at dixerat in viam gentium ne abieritis: primò, non erat obnoxius præcepto. ſecundò, non abiit prædicaturus; vnde & ſe occultauit, vt ait Marcus. Remig. iuit vt per gentilis fidẽ Phariſæorum nequitiã condemnaret. 58. Aug. de conſ. Euang. venit hæc prius in domum, vbi erat Ieſus (vt indicat Marcus) poſt ſecuta eſt egreſſum.

SENS. MYST. IN CAP. XV.

56. CHry. in hom. Ereptis Iudæis ab obſeruatione eſcarũ, gentibus ianua aperitur. ſic Petrus iuſſus hanc legem ſoluere, ad Cornelium mittitur. Remig. relictis Iudeis tranſiturus erat Chriſtus ad gentes. 59. Int. i. Eccleſia de gentibus. Remi. 60. Int. i. à priſtina conuerſatione. Remi.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XV.

g prædeſtinatione ſ. 38. q. d. ne curetis illorum ſcandalum. 43. id eſt, ſermonem illum obſcurum. h. Græc. nondum ἄκω. i. non dicit totum ſed omne ſ. cibi genus. vide Mar. vbi ait, ſic purgari eſcas. ſ. remanente puro alimento in corpore. m. id eſt. conuitia in Deum, aut homines, vel ſermones impij derogantes Dei honori. n. i. loca vicina, vel ad eam regionem pertinentia. 59. ſ. à Chanaam deſcendens.

clamauit,

clamauit,[61] dicens ei, Miſerere mei[o] Domine Fili[p] Dauid: filia[62] mea malè à dæmonio vexa-
tur. Qui non reſpondit[63] ei verbum. Et accedentes diſcipuli[64] eius rogabant eum dicen-
tes, Dimitte eam,[65] quia clamôr poſt nos. Ipſe autem reſpondens, ait: Non ſum miſſus[66]
niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël. At illa[67] venit,[q] & odorauit[68] eum dicens, Domi-[69]
ne adiuua me. Qui reſpondens, ait Non eſt bonum ſumere panem[70] filiorum,[r] & mit-
tere canibus.[71] At illa dixit, Etiam[72] Domine, nam[73] & catelli[74] edant de micis quæ[75] cadunt
de menſa dominorum[76] ſuorum. Tunc reſpondens Ieſus ait illi, O mulier, magna[77] eſt fi-
des tua fiat[78] tibi ſicut vis.[s] Et ſanata[79] eſt filia eius ex illa hora. Et cùm tranſiſſet inde Ie-
ſus, venit[80] ſecus mare Galilææ;[t] & aſcendens[81] in montem, ſedebat[82] ibi.[u] Et acceſſerunt[83] ad
eum[84] turbæ[85] multæ, habentes[86] ſecum mutos,[87] cæcos,[88] claudos,[89] debiles,[90]

SENS. LIT. IN CAP. XV.

63. Int. vt probaret patientiam & longanimitatem. Hier. ne videretur contrarius illi ſententiæ, In viam gentium ne abieritis, & calumniantibus occaſionem daret. 64. Int. myſterij ignari, vel miſericordia moti, vel importunitate eius carere cupientes. Hieron. 65. Int. ſ. quam tenes non exaudiendo.
66. Int. ſ. corporali miſſione. Remig. 67. Chry. ſ. vbi vidit Apoſtolos nihil poſſe. q. Int. quæ à longè clamabat, conſecuta eſt eum. 68. Int. ſ. vt Deum. 69. Int. ſuprà, Fili Dauid. 70. Glo. verbum ſalutis, quod prius debetur Iudæis. 71. Rab. Gentiles vocantur ob idololatriam, canes, qui eſui ſanguinis deditì & cadaueribus, vertuntur in rabiem. Hier. de Iudæis tamen illud dictum, Circũdederunt me canes multi. 72. Int. id eſt, verum eſt. 73. Int. q. d. non mereor panem, vel ſedere ad menſam, ſed contenta ſum reliquiis. Hieron. 77. Chry. ideo tardauerat Dominus, vt tanta mulieris virtus appareret.
78. Chry. ſimilis hæc vox illi, fiat firmamentum. 79. Chry. impetrauit oratione quod non Apoſtoli. vult Dominus pro noſtris noxis à nobis magis rogari quàm ab aliis. t. Hier. ita dictum ob adiacentẽ Galilæam, dicitur & Tyberiadis ob Tyberiadem ciuitatem. 81. Int. vt auditores erigat ad ſuperna. Rab. 83. Int. ſ. mente deuota. 90. Hier. Græcè κυλλοὺς, id eſt, debilem manum vnam habentes.

SENS. MYST. IN CAP. XV.

61. Int. ſcilicet, per fidem, vnde nouit clamare Filium Dauid. Glo: Chriſti Incarnationem confitens.
o. Remig. datur exemplum catechizandi paruulos, vbi fides pro eis promittitur. Non enim hæc dicit miſerere filiæ, ſed mei, & adiuua me. 62. Glo. rogat Eccleſia pro anima, vel homo pro fœdata conſcientia. Aug. 1. de q. Euang. cap. 18 Eccleſia ſibi eſt & mater, & filij, ſimul omnes mater, ſinguli filij.
r. Rem. filij intelliguntur Patriarchæ, & Prophetæ illius temporis. 72. Glo. mira Eccleſiæ fides patientia & humilitas. 74. Rem. menſa, Scriptura; micæ, minima præcepta, vel interna myſteria; catelli, humiles; cruſtæ, præcepta carnalia, quæ Iudæi obſeruant. 75. Int. ſ. quæ Iudæi vilipẽdebãt. 76. Int ſcilicet Iudæorum, quibus Scriptura primo loco appoſita eſt. 77. Rab. magna fides gentium, quæ in auditu auris obediunt, nec lege, nec Prophetis inſtructæ. 79. Aug. 1. de q. Euang. cap. 18. quod puerum Centurionis, & hãc, non veniẽs ad eos, ſanat, ſignificat gentes, ad quas non venit, ſaluas fore per verbũ eius. 80. Rab. cùm plenitudo gentium intrauerit, tunc Iſraël ſaluus fiet. 82. Int. quia requies non niſi in cæleſtibus eſt quærenda. Rab. u. Rab. ſ. in cælorum arce. 83. Int. ſ. mente deuota. 84. Int. ſ. regnantem in cælo. 85. Int. ſ. fidelium. 86. Int. ſ. quos ſecum ducunt doctrina & exemplo. 87. Int. ſ. à confeſſione Chriſti. 88. Int. ſcilicet, à lumine fidei. 89. Int. per deuia praui operis, non rectè euntes. 90. Int. ſcilicet ſarcina peccatorum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XV.

p. ſic Meſſiam vocabant. 66. ſcilicet corporaliter. 71. κυναρίοις, catellis, id eſt gentilibus; ſic enim à Iudæis vocabantur ob idololatriam, & peccatorum ſordes. 72. ναὶ certè. 73. καὶ γὰρ etenim confirmat quod Chriſtus dixerat. q. d. ita eſt ſanè, catelli enim ſolùm micas comedunt. Indicat verò ſe mica contentam. Chriſto enim velut micam eſſe, quod illa petit. Maria femina prudentia Dei ſapientiam velut proprijs ipſius verbis illaqueans. s. id eſt, petis. 90. κυλλοὺς mancos, ſeu manu altera truncatos. Ioan. 5. dicuntur aridi.

& alios multos:& [91] proiecerunt eos ante [92] pedes eius: & [93] curauit eos:ita vt turbæ mira-
[94] rentur videntes mutos [95] loquentes,debiles ſanos,claudos [96] ambulantes,cęcos [97] videntes,
& [98] magnificabant Deum [99] Iſrael. Ieſus autem [100] conuocatis diſcipulis ſuis,dixit,[101] Miſereor
turbæ, quia [102] triduo iam perſeuerant [103] mecum , & non [104] habent quid manducent : & di-
mittere eos [106] ieiunos [107] nolo : ne deficiant in via.Et dicunt ei [108] diſcipuli,Vnde [109] ergo nobis
in deſerto [x] panes tantos , vt ſaturemus turbam tantam?[111] Et ait illis Ieſus , [112] Quot panes
habetis?At illi dixerunt,[113] ſeptem,& [114] paucos piſciculos.Et præcepit turbæ vt diſcumbe-
rent ſuper [115] terram. Et accipiens [116] ſeptem [z] panes & piſces:gratias agens, [117] fregit, & [118] dedit
diſcipulis. & diſcipuli dederunt populo, & [119] comederunt omnes , & [120] ſaturati ſunt. Et
quod [121] ſuperfuit de fragmentis,tulerunt [122] ſeptem

Sens. Lit. In Cap. XV.

93. Chry.in hom.ſcilicet ſtatim,non quia meliores Chananæa,ſed vt Iudæorum ora obſtrueret.
94. Chry.in hom.ſ.ob multitudinem & facilitatem curationis. 99. Int.ſcilicet Deum non recentẽ.
100. Hier.vel vt exemplum det maioribus cum minoribus conſilia communicandi,vel vt intelligãt diſcipuli ſigni magnitudinem. 101. Int. compatitur vt homo, paſcit vt Deus.Rem. 103. Int. ſ. pro curatione ſuorum. 104. Chry.in hom.quos ſecum attulerant cibos,iam conſumpſerant,ideo Chriſtus hoc fecit die tertio,conſtituens ſ.illis in neceſſitate. 10[illegible]. Int.prius auferr debilitatem,poſt cibos offert ſanis. 107. Chry.in ho. apparet de longe veniſſe. 108. Int.rudes in fide,qui non recordantur quinque panibus,quinque millia hominũ ſatiata fuiſſe. 110. Chry. in hom. facit hoc in ſolitudine , vt ne quis ſuſpicetur allatis aliunde panibus fuiſſe illos ſatiatos. 111. Int.non ignarus,ſed docendo reſponſurus. 112. Chry.in hom.reducit in mentem prius facti. 113. Chry.in hom.non illis multa menſæ cura. 115. Int.ſ.ſuper ipſius montis ſoliditatem,nullo fœno interpoſito. 122. Chry.Quare pauciora, nunc colliguntur?vel quia ſportę maiores cophinis,vel vt ex diuerſitate,vtriuſque miraculi recordentur.

Sens. Myst. In Cap. XV

91. Int.quia mediatori per humilem aduentum curandos ſubiiciunt , ſancti prædicatores. 92. Int, quaſi confitendo humanitatẽ Chriſti. 94. Int. quia fideles ineſtimabili gaudio exultant. quando hæc vident.Rab.9[illegible]. Int.id eſt,Chriſtum confitentes. 96. Int. per bona opera. 97. Int. ſ.credendo.
98. Int. dicunt quis Deus magnus ſicut Deus noſter? 102. Int. in fide Trinitatis, lucidi pro ſuis ſuorumque peccatis inſtanter ſupplicant.Remig ſe opere, ſermone, & cogitatione ad Dominum conuertunt.peccata per pœnitentiam corrigentes.Rab.tertium tempus eſt,quo gratia datur. primum enim ante legem.ſecundum ſub lege.quartum erit in futurum,ad quod tendens reficitur in via. 104. Int.ſ. pabulum Scripturæ. 106. Int.id eſt à ſacra admonitione vacuos. 107. Int. perit qui ſine cæleſti pane ad patriam tendit. 110 Int.Ipſi Apoſtoli deſertum,quia adhuc infœcundi. x. Glo. panes,prædicatores.q. l.vnde nobis facundia, quæ ſufficiat tam auidis auditoribus? 113. Int. ſ. Scripturã noui Teſtamenti Glo.in quo gratia Spiritus ſancti reuelatur, & datur.non ſunt hordeacei, quia non in figuris alimentum,quaſi palea tectum,non piſces duo.i.vt in lege rex & ſacerdos.ſed pauci,ſancti. ſ.de ſeculi fluctibus erepti. illic ſuper fœnum, celſitudo enim Chriſti carnali ſpe & deſiderio tegebatur propter carnales. hic remota omni cupiditate carnali ſoliditas ſpei permanentis conuiuas continet. illic quinque millia,id eſt,quinque ſenſibus ſubditi,hic quatuor virtutibus præditi,prudentia,temperantia,fortitudine,iuſtitia vtraque refectio in monte.vtraque enim Scriptura cæleſtia & Chriſtum prædicat, 114. Int. ſcilicet Sanctos illius temporis,quo ea condita eſt,vel quorum fidem,vitam, & paſſiones continet.
116. Int. primum complens in ſe præcepta quæ dabat, & Sanctorum vitã in ſe præfigurans. z. Glo. ſeptiformi ſpiritu paſcit,adiuncta Apoſtolica authoritate. quaſi piſcium ſapore reficientium exemplo vitæ & mortis. 117. Int.id eſt,Sacramenta aperiunt. 118.Int.quia miniſterio Apoſtolorum voluit Eccleſiæ diſtribui cibaria vitæ 119. Int.ſ.audiendo,& exempla intuendo. 120. Int.ſ.memoria recondendo,& operando. 121. Int.vt eſt,ſi vis perfectus eſſe,vende omnia,&c. 122. Int. intelligitur ſpiritualium ſumma perfectio.Glo.perfectorum corda ſeptiformi gratia illuſtrata Apoſtoli implent.

ſportas

ſportas plenas. Erant autem qui manducauerũt, quatuor millia hominũ, extra paruulos & mulieres. Et dimiſſa turba, aſcendit in nauiculam, & venit in fines Magedon.

SENS. LIT. IN CAP. XV.

125. Chry. nc turba cum ſequatur. 126. Aug. 2. de conſ. Euan. ca. 51. dicitur a Marco Dalmanutha, nempe duobus nominibus appellata, quamquam quidam codices etiam in Marco, habent Magedam.

SENS. MYST. IN CAP. XV.

a 2. Glo. Sancti vt ſportæ, qui vt iuncus in aqua non areſcunt: habent enim cor in fonte vitæ, retinéntque in corde palmam æternæ retributionis. 123. Int. ſ. noui Teſtamenti populus, non quinque ſenſibus obnoxius, ſed quatuor animi virtutibus exornatus. Hier. hic numerus ſemper in laudibus ponitur. in quo & Euangelia conſecrata, & quadrangulus lapis non fluctuat. 124. Int. i. exceptis leuibus, & infirmis, qui in virum perfectum non creuerunt. 126. Rab. interpretatur poma, vel nuncia, & ſignificat hortum vbi creſcunt poma virtutum, & nunciatur nomen Domini: docentur autem prædicatores, miniſtrato verbo intra cordis cubiculum, refici virtutum pomis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XV.

a 2. id eſt, quantum tot ſportæ capere poſſent: neque enim neceſſe eſt fuiſſe in deſerto tunc ſportas, quãquam potuit etiam id accidere, vt illa turba ſportas haberet. 126. Marcus dicit Dalmanutha. ſ. venit in fines vtriuſque loci, vel fortè alterum regionis nomen eſt, alterum vici.

CAP. XVI.

ET acceſſerunt ad eum Phariſæi & Sadducæi tentantes, & rogauerunt eũ vt ſignum de cælo oſtenderet eis. At ille reſpondẽs, ait illis, Facto veſpere, dicitis ſerenum erit, rubicũdum eſt enim cælum: & manè, hodie tempeſtas: rutilat enim triſte cælum. Faciem ergo cæli diiudicare noſtis: ſigna autem temporum non poteſtis? Generatio mala & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei: niſi

SENS. LIT. IN CAP. XVI.

1. IN r. Legis fiducia inſolentes, dedignantes opera virtutum. 2. Remig. mira cæcitas, quaſi vero non feciſſet ſigna, quod autem ſignum peterent, Iohannes indicat, nempe manna de cælo. Glo. petunt vel ignem de cælo, vel tonitrua, &c. quaſi verò & illa non poſſent calumniari. 3. Remig. videns nec ſic credituros. 4. Hier. hoc Græcè non habetur in pleriſque codicibus. 7. Int. ſ. ex iſtis ſignis. 8. Glo. ſ. prædicta à Prophetis de me. 9. Int. nota eadem ſuperius dicta. Aug. 2. de conſ. Euan. cap. 51. ſæpe Dominus eadem dixit, quod ergo exiſtente contrario ſolui non poterit, bis dictum intelligatur. 10. Int. id eſt, incredula. c. Int id eſt, pro ſpirituali carnalem intellectum habens. 11. Int. ſcilicet, de cælo. Rab. Apoſtolis datum ſignum de cælo cùm aſcendit, & ſpiritum Sanctum miſit.

SENS. MYST. IN CAP. XVI.

4. IN r. Ita in morte mea debetis reſurrectionem peccatorum per meum ſanguinem intelligere. Aug. 1. de q. Euang. cap. 20. indicatur primus & ſecundus aduentus, ſanguine enim Chriſti primo aduentu indulgentia peccatorum datur, & ſecundo igne præcedente venturus eſt. 5. Int. id eſt, futurum iudicium præuidere per præcedentes tribulationes Sanctorum. 6. Glo. patiuntur Apoſtoli, quod ſi eis non parco, nec parcam aliis in futuro.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVI.

a. id eſt, potentia eius periculum facere volentes. 2. non vt crederent, ſed vt calumniari poſſent, ſi non faceret. 6. id eſt, rubicundum eſt, idem enim verbum quod ſuprà πυῤῥάζει. b. id eſt, turbulentum, vel triſtitiam afferens hominibus. c. id eſt, diſpoſitionem. 8. ſ. quæ Prophetæ dixerunt futura in aduentu Meſſiæ, vel miracula. d. ſcilicet aduentus Meſſiæ.

ſignum[12] Ionæ Prophetæ. Et relictis[13] illis[14] abiit[15]. Et cùm veniſſent diſcipuli[16] eius trans fretum, obliti[17] ſunt panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini[f], & cauete à fermento[18] Phariſæorum & Sadducæorum. At illi cogitabant[g] inter[h] ſe, dicentes, Quia panes[19] non accepimus. Sciens[20] autem Ieſus, dixit, Quid cogitatis inter[l] vos modicæ[m] fidei, quia panes non habetis[21]? Nondum[22] intelligitis, neque recordamini[i] quinque panum[23], & quinque millium hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis? neque ſeptem panum[24], & quatuor millium hominum: & quot ſportas ſumpſiſtis? Quare[25] non intelligitis quia non de pane[26] dixi vobis, Cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum. Tunc intellexerunt[27] quia non dixerit cauendum à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum & Sadducæorum. Venit autem Ieſus in partes Cæſareæ[28] Philippi, & interrogabat[29] diſcipulos ſuos, dicens: Quem dicunt homines[30] eſſe Filium[31] hominis[32]? At illi dixerunt, Alij[33] Iohannem Baptiſtam, alij autem Heliam[34], alij verò Hieremiam, aut

Sens. Lit. In Cap. XVI.

12. Int.ſ.de inferiori. 19. Int.vt infidelibus non dimiſſis.Rab.non dimiſſi dicuntur; ſed relicti vt infideles. 16. Remig. ne ad punctum quidem ab eo recedere volebant. 17. Remig. nec neceſſaria curant.Glo.veri panis dulcedine capti. 18. Int. id.eſt,à vanis traditionibus. Hier. modicum fermentum totam maſſam corrumpit,ita doctrina hæretica. 19. Int. non vult vt de panibus eorum accipiamus. 20. Int.ſ.cogitationes eorum. m. Chry.hæc increpatio opportuna,cùm dixerunt,vnde nobis panes? &c. ſed noluit tunc reprehendere,quia aderant turbæ:item ne ſe videretur ingerere ad miracula,nunc merito reprehenduntur,qui duplex miraculum vidiſſent. 21. Glo.q. vobis defuturi ſint.

22. Int.q.d. nec myſterium intelligitis,nec virtutem in memoria habetis. 23. Int. ſ.expenſorum.

24. Int. ſ.expenſorum. 25. per occaſionem docet quid ſignificarint panes, & hi quos pauerat, ſi enim fermentum traditiones peruerſas ſignificat,& hæretica dogmata, panes illi ſignificabant veram integrámque doctrinam. 26. Int.ſ.corporali. 27. Chry.in hom.quamuis Chriſto non interpretante, eorum enim mentem erexerat. 28. Int.quam in honorem Tyberij Cæſaris,Philippus frater Herodis extruxit.Glo.hic Iordanis oritur ad radicem Libani,ex Ior & Dan duobus fontibus.Chry.in hom.longè educit à Iudæis,vt liberè dicant quod ſentiant, eſt autem alia Cæſarea Stratonis. 29. Int. vt veræ confeſſionis mercedem reddat,non quaſi neſciat.Rab. ¶ Orig.interrogat vt ex reſponſione diſcamus diuerſas fuiſſe Iudæorum opiniones de Chriſto, & vt etiam nos ſcrutemur opiniones hominum de nobis,&c.Rab.quærit quid alij ſentiant,vt expoſitis errantium ſententiis probentur diſcipuli non opinione vulgi veritatem,ſed reuelatione didiciſſe. 30. Hier.qui de Filio hominis loquuntur, homines ſunt; nam qui diuinitatem intelligunt,dij appellantur.Chry.non Scribarum & Phariſæorum; ſed plebis mentem inueſtigat:erat enim hæc à malitia libera. 31. Int. non dicit me, ne inſolenter loqui videatur.Hier. 32. Hier.vbi in veteri teſtamento legimus hominis, Hebraicè eſt filius Adam.

33. Orig. ſ. Herodis æſtimationem ſecuti. 34. Hier.ſic turbæ errare potuerunt in Helia & Hieremia,vt Herodes errauit in Iohanne.

Sens. Myst. In Cap. XVI.

14. Int. ſ. Iudæis. 15. Int. ſ. ad gentes.

Addit. Avct. In Cap. XVI.

f. pro, diligenter cauete. 18. ſuprà in bonam partem acceptum,cap.13 hic in malam,vt 1. Corinth. 5. Galat.5. g. διελογίζοντο poteſt verti diſceptabant, ſcilicet alij in alios culpam reijcientes.vide Mar 8.

h. iungendum id, & hic,& in Marco,cùm dicentes, l. pro intra: 25. πῶς ὡ quomodo non. 28. ſita eſt ad fontem Iordanis,prius Paneas dicta, poſtea à Philippo tetrarcha in honorem Cæſaris Auguſti, Cæſarea vocata, tandem Cæſarea Philippi dicta ad differentiam eius, quam Herodes pater in Iudæa ædificarat in honorem Cæſaris, in loco qui turris Stratonis prius dicebatur. Hæc autem Philippi poſtea ab Agrippa rege ornata in honorem Neronis,dicta Neroniana. 31 ſic ſe vocare ſolet modeſtiæ cauſa, & humilitatis, habet autem articulum,quo certus quidam ſignificatur.

vnum

vnum ex Prophetis. [35] Dicit illis Ieſus, [36] Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens autem [37] Simon Petrus dixit, Tu es [38] Chriſtus [39] Filius Dei [40] viui. [41] Reſpondens autem Ieſus dixit ei, [42] Beatus es Simon [43] Bariona: quia [44] caro & ſanguis non [45] reuelauit tibi, ſed [46] Pater meus qui in cælis eſt. Et ego dico [47] tibi, quia [48] tu es [49] Petrus: & ſuper hanc [50] petram ædificabo Eccleſiam meam: & [51] portæ inferi [52] non præualebunt aduerſus eam. Et [53] tibi dabo [54] claues regni [55] cælorum.

Sens. Lit. In Cap. XVI.

35. Chry. euocat ad opinandum aliquid maius de ipſo. 36. Int. ſ. diſcreti ab aliis, non homines, ſed Dij. Hier. ¶ Chry. qui mecum ſemper eſtis, & maiora ſigna vidiſtis, non enim eos interrogauit, niſi poſt multa ſigna, & ideo non ab initio prædicationis. 37. Int. ſciunt & Apoſtoli, ſed Petrus reſpondet pro omnibus. Chry. Petrus tamquam os Apoſtolorum, & caput pro omnibus reſpondet. 38. Int. omnia complexus eſt, qui & naturam, & nomen expreſſit ¶ verum hominem, & verum Deum credit & confitetur. Orig. hæc neſciebant Iudæi, credebant hoc quidem diſcipuli, cùm prius mitterentur ad prædicandum, ſed profecerunt in cognitione. 39. Chry. Filium Dei propriè ex Patre natum confiretur, alioqui non erat opus reuelatione, nec digna cõfeſſio bearirudine. Vnde nec illi beati dicti, qui in naui dixerunt tu es Filius Dei, nec Nathanael, non enim confeſſi ſunt talem filiationem, qualem Patris. ſ. ex ſubſtantia patris. 40. Orig. qui ſolus haber immortalitatem, id eſt, fons vitæ. Hier. alij, qui putantur Dij mortui ſunt, Saturnus, Iuppiter, & cetera idolorum portenta. 41. Int. in Petro omnibus reſpondit. 42. Int. ſ. tam altæ fidei confeſſione. Hier. reddit vicem Chriſtus pro teſtimonio. 43. Chry. oſtẽdit ſe naturaliter Filium Dei, vt Petrus eſt Filius Ionæ eiuſdem cum eo ſubſtantiæ. 44. Int. id eſt, carnalis quilibet. 45. Int. ſ. tantum arcanum. 46. Int. qui illuſtrat mentes hominum. 47. Int. qui credis in me. 48. Int. tu dixiſti mihi Filius Dei, & ego dico tibi, cuius dicere eſt facere. Hier. 49. Hier. ſicut ipſe lumen Apoſtolis donauit vt lumen mundi appellentur, ita Simoni credenti in petram Chriſtum Petri nomen dedit. Aug. 2. de conſ. Euan. cap. 53. non hic accepit hoc nomen, ſed vbi Iohannes dictum ait tu vocaberis Cephas. Glo. eſt Petrus ob fidei fortitudinem, & confeſſionis conſtantiam.

50. Int. id eſt, Chriſtum in quem credis. Chry. ¶ Hier. id eſt, ædificabo Eccleſiam ſuper te. Aug. 1. lib retract. cap. 21. aliquando expoſui in Petro ædificatam Eccleſiam, ſæpe verò ſuper petram, id eſt, Chriſtum. quarum ſententiarum, quæ ſit probabilior lector eligat. 51. Hier. i. vitia & peccata vel hæreticorum doctrina. Rab. tormenta, & blandimenta perſecutorum. 52. Int. id eſt, non ſeparabunt eam à charitate mea & fide. Chry. nec præualebunt contra petram, neque contra Eccleſiam. Chry. lib. theſau. Petri Eccleſia ab omni ſeductione, & hæretica circumuentione manet immaculata, ſuper omnes Epiſcopos & Primates Eccleſiarum, ſolaque regnat inquaſſabiliter omnium hæreticorum ora obturans.

53. Rab. præ cæteris donatus eſt clauibus, qui regem cælorum maiori deuotione confeſſus eſt, vt conſtaret neminem ſine ea confeſſione & fide, regnum cælorum poſſe inrrare. 54. Int. id eſt, præſentis iudicij poteſtatem. Rab. diſcretionem, & potentiam. 55. Int. id eſt, Eccleſia.

Sens. Myst. In Cap. XVI.

43. Int. id eſt, filius columbæ. Syriacè. Glo. quia Dominum pia ſimplicitate ſequebatur, vel quia plenus gratia, Filius dicitur Spiritus ſancti, qui oſtenſus eſt in columba. Hier. ex confeſſione ſortitur vocabulum, quod reuelationem ex Spiritu ſancto habeat. quod ſi, vt quidam volunt, Bar Iohanna, id eſt, filius Iohannis legendum ſit, ſignificatur Domini gratia, & donum ſpirituale.

Addit. Auct. In Cap. XVI.

38. ὁ χριστὸς ille Chriſtus, habent & tria verba ſequentia articulum. q. d. ille verus Meſſias ſingulariter Filius Dei veri, viuentis, &c. 43. Bar. Filius Chal. Iona verò abbreuiatio eſt more Hebræo pro Iohãna. vide Io. vlt. ſignificat Iona columbam, Iohanna Dei gratiam. ſolent Hebræi vice cognominum, quibus carent addere patris nomen. 44. id eſt, homines. vide Gal. 1. 49. iam ſic vocabatur ſecundum Aug.

50. de qua proximè dixerat, Tu es Petrus. Græcè enim idem πέτρος & πέτρα. & quidem Cephas, ſeu Cepha, qua voce Chriſtus vſus, Syriacè lapis, ſeu ſaxum. Heb. Ceph, 51. id eſt, potentia Sathanæ, præſidia enim militum in portis ciuitatum. vide Geneſ. 22. n. vltimo Iohannis data. 54. id eſt, plenam & ſupremam poteſtatem gubernandi Eccleſiam. vide Iſa. 22. Apocal. 3. 55. præcipuè poteſtas eſt Petri circa ſpiritualia, ſcilicet, ad regnum cæleſte pertinentia.

Et quodcunque ligaueris[56] ſuper terram, erit ligatum & in cælis:& quodcũque[57] ſolueris ſuper terram,erit ſolutum & in cælis. Tunc præcepit diſcipulis ſuis[58], vt nemini dicerent:quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus. Exinde[59] cœpit[60] Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis: quia oporteret[o] eum ire Hieroſolymam,& multa pati à ſenioribus & ſcribis, & principibus ſacerdotum:& occidi,& tertia die reſurgere.[61] Et aſſumens[62] eum Petrus,[63] cœpit increpare[64] illum dicens. Abſit[65] à te Domine,non erit[66] tibi hoc. Qui cõuerſus,[67] dixit[68] Petro, Vade[69] poſt me Sathana,[70] ſcandalum[71] es mihi:quia non ſapis ea quæ Dei ſunt,ſed ea quæ[p] hominum. Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis,Si quis[73] vult[74] poſt me venire,

Sens. Lit. In Cap. XVI.

56. Int. id eſt,quemcunque indignum remiſſione iudicaueris dum viuit,apud Deum indignus iudicabitur.Orig vide quantam poteſtatem habet petra ſuper quam ædificatur Eccleſia. 57. Int. i. quemcunque ſoluendum iudicaueris dum viuit, remiſſionem peccatorum conſequetur à Deo.Rab. hæc poteſtas ligandi & ſoluendi,etiam cæteris quidem Apoſtolis data,eſtque etiam nũc in Epiſcopis,& presbyteris,ſed ideo Petro ſpecialiter,vt omnes intelligant ab vnitate fidei,vel ſocietate eius ſe ſegregantes,nec à peccatis abſolui poſſe,nec in cælum ingredi.Glo.ſoluunt miniſtri Eccleſiæ à peccato, nec audiendi(vt ait Auguſt.)qui negant Eccleſiam poſſe omnia peccata dimittere. Concil. Conſtant. 5. Non ſolùm hoc de viuis intelligendum eſt , Sancta enim Romana Eccleſia quoſdam Epiſcopos etiam poſt mortem anathematizauit. 58. Hier.aliud eſt prædicare Chriſtum,quod ſuprà auti ſunt facere , aliud Ieſum Chriſtum,quod hic prohibentur. Chriſtus communis dignitatis eſt nomẽ,Ieſus verò, proprium Saluatoris.Orig.ſuprà,eum vt magnum virum & mirabilem prædicabant , non autem vt Chriſtum,vel ſi hoc etiam, leuiter tamen. inutile verò erat prædicare Chriſtum tacendo eius crucem , quod conueniebat fieri poſt reſurrectionem. 95. Hier.quaſi dicat,tunc me prædicate cum paſſus fuero,non enim prodeſſet eius Maieſtatem prædicare,quem eſſent viſuri poſtea crucifixum.Glo. prodeſſet verò vbi reſurrectio diuinitatis potentiam oſtendiſſe .Orig.non ait dicere,aut docere, ſed oſtendere; oſtendebat enim Chriſtus quæ loquebatur , quamquam tunc cœpit oſtendere , quod poſtea capacioribus plenius demonſtrauit. 60. Int non alijs,ſed prouectioribus. 61. Int.ſeparatim,ne coram alijs magiſtrum arguat.Hier. 63. Orig.indigna hæc arbitrans Filio Dei,quaſi verò is poſſit facere dignum aliquid increpatione. 64. Int. ſcilicet , amantis affectu. Hier. 65. Int.optando. Hier.Græcè eſt,propitius ſis tibi Domine. 66. Int.id eſt,non poteſt eſſe vt Filius Dei occidatur.Hier. 67. Int. ſcilicet, à laude ad vituperium. 68. Hier.ignorantiam exprobrans. 69. Int.id eſt, ſequere ſententiam meam. Hil. id eſt, exemplo paſſionis meæ ſequere me. 70. Int.id eſt,aduerſariæ meæ voluntati.Hier.Sathanas enim aduerſarius,ſeu contrarius interpretatur. Orig. per ignorantiam Deo contrarium ſentiebat.Hil.in diabolum,per quem opinio illa ſuggerebatur, conuerſus hoc adiecit,nec enim Petrum ita appellaſſet,poſt illa beatitudinis & poteſtatis præconia. Hier.illa beatitudo & poteſtas in futuro promiſſa,non in præſenti data,alioquin non ita erraſſet.Chry.in hom.apparet quæ fuerat de Chriſto confeſſus,non ex ſe locutum, qui ita turbatur in his,quæ non ſunt reuelata. 71. Int.q.d.offendis me volendo perire. Orig.ſcandalo eſt Chriſto omnis qui peccat. 72. Hier.q.d.volũtatis meæ & Patris eſt pro ſalute hominum mori.

73. Int. quaſi dicat, ego verè patiar,& ſi quis vult me imitari,renunciet voluptatibus ſuis.Chry.in hom.quaſi dicat , nec ſaluari poteris,niſi vitæ abrenuncies. 74. Chry.in hom.qui libertatem auditori relinquit,magis attrahit,qui vim infert,ſæpè impedit.

Sens. Myst. In Cap. XVI.

61. Orig.vt liberatis hoc donaret,vt baptizentur Spiritu,anima,& corpore,in nomine Patris,& Filij & Spiritus ſancti.

Addit. Avct. in Cap. XVI.

o. Qui ſcilicet Iudæorum rempublicam ſua auctoritate gubernabant. 62. ſcilicet,ad ſe,vt ſolent qui familiariter loquuntur. 64 ſcilicet amantium more. 65. ἵλεώς σοι propitius tibi.ſcilicet ſis,vel ſit Deus, ſic enim ſolent Hebræi aliquid deprecari, propitius ſit tibi Dominus.vide Geneſ.18.& 44 2. Reg 23. 3. Reg.21. 69. Græc. Abito poſt tergum meum, ſeu poſt me,pro, recede hinc.Hebr. 70. id eſt. aduerſarie. Hilarius putat Diabolo id dictum,non Petro. 71. id eſt,impedimentum. 72. quaſi dicat,Dei decretum non capis. p. id eſt,humana,quale fugere aduerſa.

abneget[75] ſemetipſum,& tollat[76] crucem ſuam,& ſequatur[77] me. Qui[78] enim voluerit animam ſuam ſaluam[79] facere, perdet[80] eam, qui autem perdiderit animam ſuam propter me,[81] inueniet eam. Quid[82] enim prodeſt hominí,ſi mundum vniuerſum lucretur,[83] animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut[84] quam dabit homo commutationem[85] pro anima[86] ſua? Filius[87] enim hominis venturus eſt in gloria[88] Patris[89] ſui cum Angelis ſuis: & tunc reddet[q] vnicuique[90] ſecundùm opera[91] eius. Amen[92] dico vobis, ſunt quidam[r] de hîc ſtantibus,qui non guſtabunt[93] mortem,donec videant[94] Filium hominis venientem in regno[95] ſuo.

Sens. Lit. In Cap. XVI.

75. Greg in hom.niſi quis à ſe deficiat, ad eum, qui ſuper ipſum eſt. non appropinquat, tunc autem nos abnegamus,cùm vitamus, quod per vetuſtatem fuimus. 76. Chry. ſe oportet abnegare vſque ad mortem crucis,& non ſolùm vſque ad contumelias.Greg. in hom.tollitur crux afflixione corporis,vel compaſſione proximi. Hier.tollit crucẽ, qui mundo crucifigitur. 77. Int.ſ.faciendo hoc ex charitate. Chry.non ſufficit paſſio malorum,nam & latrones multa patiuntur, patienda ſunt mala propter Chriſtum,eiuſque virtutes adjiciendæ. Hier.Dominum ſequitur is,cui mundus crucifixus eſt. 78. Chryſ. mitigat ponens præmia. 79. Int.ſ.hic. 80. Int. ſ.in futuro. q. dicatur agrigolæ ſi frumentum ſeruas, perdis;ſi ſeminas,renouas.Orig.vel ſenſus eſt,qui vult veram ſalutem,perdet animam ſe abnegans.

81. Int.non propter vanam gloriam,vel aliud quodlibet. 82. Int.cùm deeſt perſecutio cuſtodiatur cor.Greg.in hom.perſecutionis tempore ponenda eſt anima,pacis tempore frangenda deſideria,diſtinxit itaque Dominus tempora in præceptis. 83. Orig.lucratur mundum quantum ad voluptates, qui ſe non abnegat.Chry.toto orbe non poteſt animam emere. 84. Int.Quid retribuam Domino pro omnibus,&c. 85. Int.nihil dabit pro anima,quia Filius hominis ſecundùm opera dabit. 86. Glo.ſ.nihil terrenum poterit dare pro anima perdita. 87. Hier.triſtibus læta ſuccedant. Glo. ne videatur durum pati,non enim ſunt condignæ paſſiones,&c. 88. Int.qui prius venit humiliter. Orig. non decebat in gloria conſtitutum peccata noſtra portare. 89. Chry oſtenditur eadem gloria Patris & Filij, atque adeo vna ſubſtantia. q. Chry.ſ.ſupplicia & coronas. 90. Int.id eſt,omni conditioni,omni ſexui.Hier.

91. ſtella enim differt à ſtella in claritate.Hier.non perſona, ſed opera conſiderantur. 92. Int.quod quia incertum eſt,Amen,&c.Hier.præſentem timorem præſenti compenſat præmio. r. Chry.non dicit qui, ne alij velut deſpecti grauiter ferrent. 93. Int. à Sanctis mors quaſi libando guſtatur, vitam verò poſſident in futuro.Rab. 94. Chry.Reuelata illis gloria vt poterant capere,ne in Domini morte dolerent. 95. Int.id eſt, in ea claritate in qua erit peracto iudicio, quod completum eſt in transfiguratione,de qua ſtatim agit Euangeliſta.Remi. ¶ Greg.in hom.Regnum Dei præſens Eccleſia,quam aliqui ex diſcipulis conſtructam, & contra mundi gloriam erectam conſpecturi erant.

Addit. Avct. In Cap. XVI.

75. ſ.vale dicendo proprijs affectibus. 76. ſ.ferendo patienter & libenter aduerſa. 86. ſ.perdita redimenda. 93. Metaphora ab epotantibus venenum. 96. i.in gloria regni ſui apparentem,loquitur verò de transfiguratione,fortè autem de reſurrectione etiam,& Euangelij propagatione.

CAPVT XVII.

ET post dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum: & transfiguratus eſt ante eos. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtiméta autem eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyſes, & Helias cum eo loquentes. Reſpondens autẽ Petrus, dixit ad Ieſum, Domine, bonum eſt nos hîc eſſe: ſi vis, faciamus hîc tria tabernacula: tibi vnum, Moyſi vnum, & Heliæ vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes

Sens. Lit. In Cap. XVII.

1. HIer. Lucas octo dicit, numerat enim primum & extremum. Chry. in hom. non ſtatim à promiſſione duxit, vt interim qui aſſumendi erant, vehementius cuperent, adeoq; ſollicita mente accederent. 2. Chry. ideo hos, quia aliis potiores, non occultat autem Matthæus ſibi præpoſitos, erant enim Apoſtoli ab æmulatione & vana gloria mundi. 3. Int. ſ. gloriam maieſtatis oſtenſurus.

4. Int. vt diſcant gloriam non in profundo huius ſæculi, ſed in regno ſupernę beatitudinis eſſe quærendam. Remig. 6. Int. non ſubſtantiam carnis amiſit, ſed gloriã futuræ reſurrectionis oſtendit. Hier. talis apparuit, qualis futurus eſt tempore iudicij. 7. Hier. non ſubſtantia tollitur, ſed gloria commutatur. 8. Int. non habet clarius quid, cui comparet. Chryſ. 10. Int. vt oſtendant eum eſſe quem lex & Prophetæ promiſerunt. Chry. vt appareat differentia ſeruorũ, & domini, dicebant enim turbæ Chriſtum eſſe vnum ex Prophetis. Item vt vitæ & mortis Dominus oſtendatur, duxit enim mortuum, & viuum. Item, vt mitigaret crucem, ducit in medium qui ſe expoſuerunt morti pro Dei voluntate. Denique vt diſcipuli imitentur Moyſis manſuetudinem, & Heliæ zelum. 11. Int. Legiſlator. 12. Int. eximius Prophetarum. Hier. Apoſtolis ſignum de cælo datur, & ab inferis vt augeatur eorum fides, deſcendit enim Helias de cælo, Moyſes ab inferis reſurrexit. 13. Int. ſ. de paſſione eius, & reſurrectione.

14. Int. oblitus regnum non in terra, ſed in cælis eſſe promiſſum, nec mortali carne circundatos poſſe intrare. Orig. quia audiuit à Chriſto eundum Hieroſolyma, pro eo timens, volebat vt hîc maneret.

15. Remig. adeò eſt delectatus, vt temporalia obliuiſceretur. 16. Remig. deuotio ſubditi, & obedientis. 17. Int. his non reſpondet Dominus, oſtendens non improbum eſſe ſed inordinatum, quod cuperet. Hier. erras Petre. & ſicut alius Euangeliſta teſtatur, neſcis quid dicas. Remig. errat, volens regnum electorum conſtitui in terra, ſeque & ſocios ſine guſtu mortis eſſe felices. Rab. cæleſti conuerſationi non erant neceſſaria tabernacula. 19. Orig. illic ſemper volebat eſſe. 20. Glo. vt diſcat in reſurrectione non regmine domorum, ſed Spiritus ſancti gratia protegendos.

Sens. Myst. In Cap. XVII.

1. RAb. Poſt ſex ætates futura reſurrectio. Orig. ſex diebus factus mundus, quem qui tranſcendit, poteſt Dei gloriam aſpicere. 2. Hil. oſtenditur de trium origine, Sem, Cham, & Iapher, futura populi electio. Rab. multi ſunt vocati, pauci verò electi. fruentur verò æterna viſione qui fidem incorruptè ſeruant. Glo. ſit quiſque Petrus, id eſt, firmus in fide. Iacobus, id eſt, ſupplantator vitiorum. Iohannes, id eſt, omnia gratiæ diuinæ aſcribens. 4. Remig. qui contemplari vult, non in voluptatibus iaceat, ſed ad cæleſtia erigatur. Glo. qui reſurrectionẽ expectant, in excelſis habitent, precibusque continuis inſiſtant. 5. Remig. Sancti ſeparati ſunt à malis, & ſeparabuntur in futuro. a. Orig. apparet Deus vnicuique vt capax eſt. 9. Int. id eſt, Sancti, quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Orig. id eſt, ſermones Euangelici, quibus indutus eſt Chriſtus. 10. Glo. oracula legis, & prophetiæ electis in futuro patebunt. 12. Hil. cum his Iſraëlem, quibus teſtibus prædicatus eſt, iudicabit. Orig. qui ſpiritualiter legem & Prophetas intelligit, videt Moyſem & Heliam in gloria cum Chriſto Glo. ſignificantur regnaturi cum Chriſto. ſ. mortui, & qui viui inuenientur. 15. Glo. ſi ita afficitur videns gloriam humanitatis, quid putandum de videntibus diuinitatem? 18. Hier. errat, vnum enim eſt tabernaculum Euangelij, in quo lex & Prophetæ recapitulanda.

Addit. Avct. In Cap. XVII.

4. *ſ. Thabor, qui diſtat à Nazareth duabus leucis ad Orientem: altitudine, ſecundùm Ioſephum, triginta ſtadiorum, planitie verò ſupra verticem viginti.* b. *Gra. φῶς lux.* 11. *Hic aſſumpto corpore aliquo. Helias verò in proprio.* c. *pro, locutus. Hebr.*

lucida[21] obumbrauit eos. Et ecce vox[22] de nube dicens: Hic eſt Filius[23] meus dilectus[24] in quo mihi bene complacui[25]: ipſum audite[26]. Et audientes[d] diſcipuli, ceciderunt[27] in faciem[e] ſuam[f], & timuerunt[28] valde. Et acceſſit[29] Ieſus, & tetigit[30] eos: dixitque eis, Surgite[31], & nolite timere. Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum[32] Ieſum. Et deſcendentibus illis de monte, præcepit eis Ieſus, dicens, Nemini[33] dixeritis viſionem, donec Filius hominis à mortuis reſurgat. Et interrogauerunt eum diſcipuli, dicentes. Quid[34] ergo ſcribæ[35] dicunt, quod Heliam oporteat primùm venire[36]? At ille reſpondens ait eis, Helias[37] quidem venturus eſt primùm, & reſtituet omnia[38]. Dico autem vobis, quia Helias[39] iam venit[40], &[g] non cognouerunt[41] eum, ſed fecerunt[42] in eo quæcunque voluerunt. Sic & Filius hominis paſſurus eſt ab

Sens. Lit. In Cap. XVII.

21. Chry: in hom. non tenebroſa, vt in Sina, non enim terrere volebat, ſed docere. Glo. in baptiſmo Spiritus ſanctus in columba, hic in nube lucida, vtrobique ſanctæ Trinitatis myſterium oſtenditur, videbimus enim quod credimus. 22. Chry. ſ. Patris. Hier. quia imprudenter interrogauerat, reſponſum Domini non meretur. reſpondet verò Pater pro Filio iuxta illud, Qui me miſit, teſtimonium perhibet de me. 23. Hier. illi autem ſerui. 24. Chry. ne timeas ergo Petre, diligit enim eum Pater. 25. Int. qui prius dixit, pœnitet me feciſſe hominem. Chry. id eſt, in quo requieſco, quem accepto, quare ſi crucifigi vult, non contra dicas, vna enim Filij & Patris voluntas. 26. Remig. q. d. recedant vmbræ, lumẽ Euangelij ſequimini oſtenditur verò ille eſſe, de quo Moyſes Prophetam ſuſcitabit vobis Deus, &c. habuit Dominus teſtes; è cælo vocem Patris, è Paradiſo Heliam; ex inferis Moyſem; ex hominibus Apoſtolos. vt in nomine Ieſu omne genu, &c. d. Glo. altiore ſenſu vnam vtriuſque Deitatem intellexerũt.
27 Int. homo fragilis maiorem gloriam non ſuſtinet, ſed cadit. Hier. 28. Int. non ſolum de Patris, ſed & Filij maieſtate Hier. terrentur, quia ſe erraſſe cognouerant, vel quia operti nube, vel quia Patris vocem audierant. Chry. quare non ſimile accidit audita voce in baptiſmo? ſolitudo, altitudo, ſilentium multum, transfiguratio, lumen, & nubes cauſa erant ſtuporis. 29. Int. quia per ſe ſurgere non poterãt. Hier. 30. Int. vt metum fuget, & membra ſolidet. Hier. 31. Int. quos manu ſanauit, ſanat imperio. Hier. 32. Int. vbi cœpit filius deſignari, ſerui diſceſſerunt. Hier. ſi manſiſſent, incertum videretur, cui vox teſtimonium daret. 33. Hier. non vult prædicari, ne incredibile eſſet, & poſt tantam gloriam ſequens crux rudes ſcandalizaret. Remig. ne ſi eius maieſtatem populus intelligeret, paſſionem impediret. Hil. ſilentium imperat, vſque dum eſſent Spiritu ſancto repleti. 34. Int. ſ. cùm iam te in gloria viderimus. 35. Hier. traditio Phariſæorum eſt iuxta Malachiam, venturum Heliam ante Saluatoris aduentum. interrogant ergo ſi iam veniſti in gloria, quomodo præcurſor non apparet? 36. Int. ſ. ante aduentum Domini. Chry. in hom. Scripturæ duos Chriſti aduentus dant, Scribæ autem plebem euertentes tantùm ſecundum commemorabant, vt non haberetur Chriſtus, quem Helias non præueniſſet.
37. Int. ſ. præcurſor Iudæis, vnde conſtat hunc, non eſſe ſecundum aduentum. 38. Glo. ſ. à Propheta prædicta. Aug. 1. de q. Euang. cap. 21. id eſt, perturbatos Antichriſti perſecutione. Chry. quare non tũc miſſus, quando quidem conuerſurus erat Iudæos? putabant illi Chriſtum Heliam, non tamen illi credebant, cùm autem venerit Helias poſt tantam expectationem credetur ei. 39. Int. ſ. præcurſor Redẽptoris, vnde conſtat primũ aduentũ completum. Chry. Iohannem Heliam vocat. 40. Int. ſ. non corpore, ſed virtute & ſpiritu. Hier. 41. Int. i. amauerunt. 42. Int. ſ. ſpreuerunt, decollauerunt. Phariſæi enim conſenſerunt. Hier. ¶ Hil. aduentum prænuncians, paſſionem quoque Domini præcurrit.

Sens. Myst. In Cap. XVII.

27. Hier. quanto quis ampliora quæſierit, tanto magis ad inferiora labitur, ſi ignorauerit menſuram ſuam. e. Remig. Sancti in faciem cadunt, impij retrorſum. 32. Hier. diſcedente legis & Prophetarum vmbra, vtrumque in Euangelio reperitur.

Addit. Auct. In Cap. XVII.

f. pro, nam ſeu quia. Hebr. 34. ſub cùm te Helias non præceſſerit. 35. quæ ex Malachia id colligebant. 38. ſcilicet conuertendo incredulos. g. pro, ſed. Hebr.

[41] eis. Tunc intellexerunt diſcipuli, quia de Ioanne Baptiſta dixiſſet eis. Et cùm [44] veniſſet ad turbam: acceſſit ad eum homo genibus prouolutus ante eum, dicens, Domine miſerere [h] filio meo, quia [45] lunaticus eſt, & malè patitur: [46] nam ſępè cadit in ignem, & crebro in [47] aquam: & [48] obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare eum. Reſpondens autem Ieſus, ait, O [49] generatio incredula & [l] peruerſa: [50] quouſque ero vobiſcum? vſquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et [51] increpauit [52] illum Ieſus: & exiit ab eo dæmoniũ, & [53] curatus eſt puer ex illa hora. Tunc [54] acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum ſecretò, & dixerunt, Quare [m] nos non potuimus eiicere [n] illum? Dixit illis Ieſus: Propter [55] incredulitatem veſtram. Amen quippe dico vobis, Si habueritis [56] fidem ſicut [57] granum ſinapis, [o] dicetis [58] monti [59] huic, tranſi hinc illuc: & [60] tranſibit, & nihil [61] impoſſibile erit vobis.

Sens. Liter. In Cap. XVII.

43. Int.ſ. à Iudæis, Herode conſentiente. Hier. 45. Orig. hanc paſſionem dæmon operatur. lunæ curſum obſeruans, vt culpabilis Dei creatura exiſtimetur. Glo. hunc Marcus ſurdum & mutum dicit. 46. Int. deprecans exponit omnia incommoda ægroti. 48. Hier. latenter accuſat Apoſtolos, cùm tamen impoſſibilitas curandi interdum non ad imbecillitatem curantium, ſed eorum, qui curandi ſunt, fidem referatur. Chry. itaque Chriſtus diſcipulos ab accuſatione liberat. 49. Chry. non infirmum inuehitur, ne ipſum conturbaret, ſed in omnes Iudæos. Probabile eſt enim multos malè de diſcipulis cogitaſſe. Orig. ad diſcipulos dicit hoc, qui non potuerant ſanare ob modicam fidem. 50. Remig. à multo tempore Iudęorum improbitatem paſſus erat. Orig. hoc dixit quaſi grauatus malitia humani generis. Hier. non tædio victus id dicit, ſed vt Medicus videns ægrotum contra ſua præcepta agere, ait, vſquequo artis perdam induſtriam? 51. Int. per ipſum Iudæos arguit. Hier. 52. Int. ſ. puerum non dæmonem, vt oſtenderet tràditum eſſe immundo ſpiritui propter peccatum ſuum, vel parentum. Chry. Dæmon increpatur non infirmus. 53. Int. quia ibi nullus morbus præualet, vbi omnipotentis interuenit manus. Rab. 54. Chry. in hom. dubitabãt, perdidiſſent ne poteſtatẽ, quam acceperant. 55. Hil. crediderant quidem, ſed non perfectè, abſente enim Domino torpor quidam eorum fidem retardauerat. Chry. non aderant illæ columnæ. ſ. Petrus, Iacobus, & Iohannes. 56. Int. vnde alibi, quæcunque in nomine meo petieritis, credite, quia accipietis. Hier. 57. Int. quod minimum contra montem. Greg. 10. moral. Grani ſinapis, niſi teratur, virtus non agnoſcitur: ſic ſanctitas in perſecutione apparet. Orig. Modicum quid & vile apparet fides hominibus, ſed conſecuta bonam animam, in arborem magnam creſcit. 58. Hier. non eſt parua fides quæ montes transfert. 60. Rab. facit fides, vt omnia impetremus. Chry. vbi hoc fecerunt Apoſtoli? maiora fecerunt mortuos ſuſcitantes, dicuntur & quidã Apoſtolis minores, montes tranſtuliſſe. quod potuerunt Apoſtoli, ſed noluerunt, quia opus non fuit, nec Chriſtus dixit quod facerẽt, ſed quod poſſent facere. adde quod non omnia miracula, quæ fecerunt ſcripta ſunt. 61. Int. nulla incommoditas inſanabilis.

Sens. Myst. In Cap. XVII.

44. Orig. quaſi de monte diuinitatis deſcendit ad turbam, vt his qui ob infirmitatem aſcendere non poterant, proficiat. h. Orig. orat Angelus cuſtos pro anima medicum. 45. Hier. lunaticus eſt qui per horas mutatur ad vitia. nunc in ignem concupiſcentiæ, nunc in aquas voluptatum. Aug. 1. de q. Euang. cap. 22. ignis ad iram pertinet, aqua ad voluptates. Orig. de inconſtantia peccatoris dicitur, ſtultus vt luna mutatur. 47. Int. in aquam voluptatis, quæ emollit. 57. Aug. 1. de q. Euang. cap. 29. admonentur per fidei humilitatem, elationem curare. 58. Int. id eſt, ſuperbo diabolo. 59. Int. ſ. ab obſeſſo corpore, in altum maris, id eſt, in profundum inferni.

Addit. Avct. In Cap. XVII.

43. ſcilicet impijs. 49. id eſt, natio, ſeu vt vulgò dicitur, gens. l. διεστραμμένη diſtorta, quæ ſe dirigi non patitur, ſeu ad finem adduci. vide Deut. 32. 50. ſignificat ſe moleſtè ferre illorum incredulitatem. 52. ſ. Dæmonem, vt patet ex Marco, fuit verò increpatio imperium quo exire coëgit. m. ſ. quibus olim poteſtatem dediſti eiiciendi dæmonia. n. ſ. dæmonem cùm potiùs dicendum illud, quia præceſſit dæmonium, ſed vt comicus dixit ſcelus qui. 55. i. fidei imbecillitatem. 56. ſ. cum fiducia impetrãdi coniunctam. 57. id eſt, acrẽ, feruentẽ, vehementem, efficacem. ita quidam. vide Mat. 21. fortè. q. d. vel exiguã. o. pro. ſi dixeritis.

[62] Hoc autem genus non eiicitur niſi per [p] orationem & [63] ieiuniū. Conuerſantibus autem eis in Galilæa, [64] dixit illis Ieſus. Filius hominis [65] tradendus eſt in manus hominum, & occident eum, & [66] tertia die reſurget. Et [67] contriſtati ſunt vehementer. Et cùm veniſſent Capharnaum, [68] acceſſerunt qui didrachma accipiebant ad [69] Petrum, & [70] dixerunt ei: Magiſter veſter [r] non ſoluit [*] didrachma? Ait, [71] Etiam. Et cùm intraſſet in domum, [72] præuenit eum Ieſus, dicens, Quid tibi videtur Simon? Reges terræ à quibus accipiūt [73] tributum, vel [74] cenſum: à filiis ſuis, an ab alienis? Et ille dixit, ab alienis. Dixit illi Ieſus, Ergo [75] liberi ſunt [76] filij. Vt autem non [77] ſcandalizemus eos, [78] vade ad mare, & mitte hamum: & eum [79] piſcem qui primus [s] aſcenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies [80] ſtaterem: illum [81] ſumens, da eis pro [82] me & [e] te.

SENS. LIT. IN CAP. XVII.

62. Rab. docet modum grauiora quæque ſuperandi. Chry. de vniuerſo dæmonum genere loqoitur. p. Chry. nihil potentius homioe decenter orante. 63. Remig. Ieiunium eſt oon ſolùm à cibis, ſed à peccatis abſtinere, & oratio etiam in boois operibus cōſiſtit: de qua Apoſtolus, ſine iotermiſſione orate. Chry. Ieiunium & oratio duæ alæ veotis leuiores. 64. Remig ſæpè prædicit paſſionem, vt quando accideret, leuius ferrent, quaſi præcognitam. Orig. ſuprà ſimile quid dixit, ſed hîc plura. 65. Orig. ſ. à patre, & à contrariis poteſtatibus. 66. Int. ſi illud contriſtat, hoc lætificat. Hier. 67. Hier. noo ex infidelitate, ſed dilectione magiſtri. 68. Iot. id eſt, exactores tributi. Hier. poſt Auguſtum Cæſarem Iudæa facta eſt tributaria, ſubiacebat autem Nazareth, vbi nutritus Chriſtus, vrbi Capharnaum, ideo hic petitur tributum. 69. Hier. pro ſignorum magnitudine non audent à Chriſto petere. Chry. in hom. videbatur Petrus primus eſſe diſcipulorum. 70. Chry. manſuetè, oec incuſaotes, ſed interrogaotes. Hier. malitiosè iolerrogant, vtrum reddat tributum, an contradicat Cæſari. 71. Int. id eſt, verè noo.
72. Hier. ne ſcandalizarētur diſcipuli ad poſtulationem tributi videntes eum noſſe ſe abſente geſta.
73. Int. ſ. de terris. 74. Int. ſ. de capitibus. 75. Aug. 1. de q. Euan. ca. 23. id eſt, non vectigabiles.
76. Int. quanto magis Dominus regum? Aug. 1. de q. Euan. cap. 23. quanto magis filij regis ſub quo ſunt omnia regna? Hier. Dominus & ſecundùm carnem, & ſecundùm Spiritum filius regis Dauid. ſ. & Dei Patris, itaque tributa non debebat. Chry. proprium ſe filium oſtendit, & Petri reuelationem confirmat. 77. Int. id eſt, ne ſimus eis cauſa offenſionis. Orig. prohibet Dominus hominibus ſcandalum fieri, ne amplius peccent, ſiue vt ſalueotur. aliquando verò contemnit ſcandalum Phariſæorum. eſt enim cùm contemnendum eſt. Greg. in Ezech. hom. 7. quantum ſine peccato poſſumos ſcandalum proximorum vitare debemus: ſi autem de veritate ſcandalum ſumitur, vtilius naſci permittitur, quàm veritas relinquatur. 78. Hier. tantæ paupertatis Dominus, vt vnde tributa ſolueret, non haberet. Chry. vult oſtendere ſe maris & piſcium Dominum. 79. Int. præſcientia. Hier. 80. Int. mira potentia, quæ hoc dicendo creauit ſtaterem. Hier. ¶ Idem, ſtater duo habet didrachma. 81. Orig. non Chriſtus accepit, ne ſit aliquando imago Cæſaris, apud imagioem iouiſibilis Dei.

SENS. MYST. IN CAP. XVII.

s. Hil. oſtenduntur aſcenſuri plures. Stephanus primus aſcendit, in cuius ore duo denarij, Dei enim gloriam, & Chriſtum in paſſione prædicabat. Hier. primus piſcis Adam, qui per ſecuodum Adam liberatur. Orig. de fluctibus auaritiæ rationabili hamo ſubleuatur auarus ab aliquo veritatem docente, & de eius ore verbum pecuniæ aufereote. Glo. Chriſtus piſcis, qoi ſe in hoc mari primus morti obtulit pro redemptione, os eius prædicatio eſt, hamus mors. 82. Hiero. ſimilitudo carnis oſtenditur, dum eodem Dominus & ſeruus pretio liberantur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVII.

*62. ſ. peſſimorum dæmonum vbi diu poſſederunt hominem. 63. ſ. addita fidei. r. pro, nonne ſolet ſoluere? ſoluebatur autem Romanis à ſingulis viris didrachma pro tributo quot annis. ¶ * ſic eſt etiam Græc. ſ. numero plurali à δίδραχμα. 7.. pro, certè. q. d. ſolet quidem ſoluere. 76. adeoq; ego cum tota familia, qui Filius ſum Regis regum. 80. continet 2. didrachmas, ſeu drachmas quatuor, drachma autem denarius Romanus ſtater & ſiclus, idem. ſ. vel tunc ſolus erat Petrus cum Chriſto, vel pro eo ſoluit, non pro alijs, volens illum præ cæteris honorare.*

CAPVT XVIII.

IN illa hora[a] acceſſerunt[1] diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Quis, putas, maior[2] eſt in regno[3] cælorum? & aduocans[4] Ieſus paruulum[5], ſtatuit eum in medio[b] eorum, & dixit; Amen dico vobis, niſi conuerſi[6] fueritis, & efficiamini ſicut[7] paruuli[8], non intrabitis in regnum cælorum. Quicunque[9] ergo humiliauerit[10] ſe ſicut[11] puſillus iſte[12]: hic eſt[c] maior in regno[13] cælorum. Et qui ſuſceperit vnum[14] paruulum talē[d] in nomine[15] meo, me ſuſcipit[16]: qui autem[17] ſcandalizauerit vnū de puſillis[18] iſtis qui in me credunt, expedit[19] ei vt ſuſpendatur mola[20] aſinaria in collo eius, & demergatur[21] in profundum[e] maris. Væ[22] mundo[23] à ſcandalis[24]. Neceſſe[25] eſt enim vt veniant ſcandala[26]: veruntamen

SENS. LIT. IN CAP. XVIII.

1. HIER. Soluto tributo pro Petro & Domino ex æqualitate pretij arbitrati ſunt omnibus Petrum eſſe Prælatum. Chry. in hom. aliquid humanum paſſi ſunt, cùm videiũt in vnum ſolum collatum honorem. 2. Orig. ſciebant non eſſe æqualitatem ſanctorum in regno cæleſti. 3. Int. i. in collegio iuſtorum. Chry. in hom. nihil eorum quæ ſunt in terris quærunt. Glo. Regnum Dei doctrina Euangelij. 4. Int contra ambitionem gloriæ humilitatem proponit. 5. Chry. ſ. omnibus paſſionibus exutum. Hier. vt ſimilitudinem innocentiæ demonſtraret. 6. Int. ſ. à veſtra elatione. 7. Int ſ. nō ſenſibus, ſed malitia. Hier. 8. Int. ſ. innocentes & humiles per virtutes. Hil id eſt, credentes vt pueri, qui patrem ſequuntur, matrem amant, velle malum neſciunt, non inſoleſcunt, non oderunt, non mentiuntur, dictis credunt. 9. Int. qui de ſe maiora non ſenſerit, innocens erit. 10. Int. quia aliter non intratur. 11. Int. ſ. talem per virtutem, qualis iſte per naturam. Hier. 12. Int. ſ. quem propono, vel q. d. qui me imitatus fuerit, qui me exinaniui, formam ſerui accipiens. Hier. 13. Remig. ſ. in cognitione gratiæ, vel æterna beatitudine. 14. Int. id eſt, humilem, meæ innocentiæ imitatorem. Hier. 15. Int. ne putent ſe honorari. Hier. 16. Chry. ſuſceptibilem ſermonem facit pœnam inducens. 17. Hier. generalis quidem ſententia, ſed etiam contra Apoſtolos dicta, poterant enim ſcandalizare alios, videntes ipſos de honore pugnare. 18. Int. magnus enim non poteſt moueri. Hier. qui ſcandalizatur paruulus eſt, nam maiores ſcandala non recipiunt. Aug. 1. de q. Euang. cap. 24 id eſt, ex humilibus. 19. Glo. melius eſt breuem pœnam ſuſcipere, quàm æternam, non enim iudicabit Deus bis in idipſum. 20. Hier. Iudæi maiora crimina ligato ſaxo, & demerſo reo puniebant. Chry. conſequens erat dicere me non ſuſcipit, quod omni pœna amarius, ſed ea pœna non fuiſſent commoti. 22. Int. ergo væ, &c. 23. Orig. i. hominib. qui ſunt de mūdo. 24. Int. ſ. quæ non cauet. Glo. non iudicatur quis ſecundùm vtilitatem ex ſcandalo prouenientem, ſed ſecundū exitum, quem intēdit. 25. Chry. in ho non deſtruit libertatem arbitrij, ſed futurū omnino prædicit. q. d. omnino venient. 26. Int. ſ. vt qui probati ſunt meliores fiant. Hil. humilitas paſſionis ſcandalū mundo, erat autem neceſſe cōpleri in Chriſto paſſionis humilitatem.

SENS. MYST. IN CAP. XVIII.

20. GReg. 6. Mor. cap. 6. mare, ſæculum; mola aſinaria, actio terrena, in laboris circuitum mittens mentem per ſtulta deſideria, expedientius ergo peruerſæ menti occupari terrenis negotiis, quàm contemplationi ad multorum perniciem vacare. 21. Aug. 1. de q. Euang. cap. 24. congruit vt cupiditas temporalium, cui cæci alligantur, pondere ſuo deducat ad interitum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVIII.

a. i. tempore. 3. regnum Meſſiæ intelligunt, quod etſi cuiuſmodi futurum eſſet, neſciebant, futurum tamen cæleſte & diuinum putabant. 5. creditur fuiſſe Martialis, poſtea à Petro ad prædicandū in Germaniam miſſus. b. pro, inter eos. Heb. 6. ſ. ab ambitione iſta. 11. i. cor, ſeu animum. 12. q. d. vt iſte eſt ætate, & corpore, ita animo ſit humilis. c. ὁ μείζων. i. maior ille de quo quæritis. d. qualem depinxi. ſ. humilem. 17 i. ruinæ ſpiritualis occaſio fuerit, nam ſcandalū ſignificat ruinæ occaſionem. ſ. id in quod quis impingit, ſeu offendit in via. 19. pro, melius ei eſſet, ſeu minus dānoſum. 20. id erat ſupplicium apud Iudæos maiorū criminū aſinaria autem dicitur, quod ab aſino circum agatur. e. Græ pelagus. ſ. in mediū vbi mare profundius eſt. 22. pro, malè erit hominibus, ſiue quia ſcādala euadere non poterūt, ſiue quia pro his pœnas dabunt. 25. ſ. præſuppoſita hominum prauitate ſic 1. Cor. 11. oportet hæreſes eſſe.

væ ho

væ [27]homini illi per quem ſcandalum [f]venit. Si [28]auté [29]manus tua vel [30]pes tuus [31]ſcandalizat te: [32]abſcinde ea, & [33]projice abs te: [34]Bonum tibi eſt ad vitá ingredi [35]debilem vel claudum, quàm [36]duas manus, vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et ſi [37]oculus tuus [38]ſcandalizat te, erue eum, & projice abs te: bonum tibi eſt vnum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis. [39]Videte ne contemnatis vnum ex his [40]puſillis: dico enim vobis, quia Angeli [41]eorum in cælis ſemper [42]vident [43]faciem Patris mei qui in cælis eſt. [44]Venit enim Filius hominis ſaluare quod [45]perierat. [46]Quid vobis videtur? Si [47]fuerint alicui [48]centum oues, & [49]errauerit [g]vna ex eis: nonne [50]relinquit [h]nonaginta nouem in [51]montibus, & [52]vadit quærere [53]eam quæ errauit? & ſi contigerit vt inueniat eam: amen dico vobis, quia

Sens. Lit. In Cap. XVIII.

27. Hier. percutitur Iudas, qui proditioni animum præparauerat. 28. Chry. ex his diſce non eſſe neceſſitatis abſolutè ſcandala. 29. Int. id eſt, quantumcunque vtilis adiutor. Chry. non de membris corporalibus loquitur, ſed de amicis. Hier. omnis truncatur affectus, ne per occaſionem pietatis ſcádalis pateas. 30. Int. id eſt, diſcurſor in tuos vſus. 31. Int. id eſt, lædit te in cauſa animæ. ¶. ſcandalizat, qui dicto vel facto minus recto occaſionem dat ruinæ. Rab. 32. Int. id eſt, rumpe affectu. 33. Int. id eſt, deuita eius ſocietatem, quem caſtigare nequis. Hier. 34. Hier. melius eſt ſolitariam vitam ducere, quàm ob vitæ huius neceſſaria æternam perdere. 35. Int. id eſt, ſine pernicioſo adiutore, vel diſcurſore. 36. Int. id eſt, quàm cum his. 37. Int. id eſt, prouiſor in conſiliis. 38. Int. id eſt, in errorem vult inducere. 39. Hier. auſteritatem ſententiæ ſubiecto præcepto temperat. quaſi dicat quantum in vobis eſt nolite contemnere, ſed poſt veſtram ſalutem etiam illorum quærite ſanitatem; ſin autem perſeuerent in peccatis, melius eſt ſaluari ſolum, quàm perire cum multis. Chry. in hom. ſupra docuit ſcandalizantium abſcindere amicitias, hic exhibere ſanctis honorem & curam. 40. Orig. puſilli ſunt nuper in Chriſto nati, vel quaſi nuper nati. Chry. perfecti ęſtimantur apud multos paruuli, id eſt, pauperes, & contemptibiles. 41. Int. id eſt, deputati eis ad cuſtodiam. Hier. magna dignitas animarum, quod habeat vnaquæque ab ortu natiuitatis in cuſtodiam Angelum delegatum. Greg. in hom. ait Dionyſius ex minoribus ſolùm mitti ad miniſterium. Hier. ſaluandorum orationes Angeli quotidie Deo offerunt.
42. Greg. 2. Mor. cap. 3. non ſic à diuina viſione foras exeunt, vt contemplationis gaudijs priuentur.
43. Aug. vlt. de ciu. facies Dei eius manifeſtatio eſt. 44. Int. quaſi dicat non debetis curam hominũ paruipédere, pro quibus ego veni. Chry. alio ratio priori maior, cur non debeant contemni. 45. Rem. ſ. genus humanum. 46. Int. ad clementiam prouocat, qui præmiſit, videte ne contemnatis. 47. Int. aliud de eadem re ſubdit exemplum. 50. Int. aliàs relinquit.

Sens. Myst. In Cap. XVIII.

29. Orig. Eccleſiæ oculi ſacerdotes; manus, diaconi, & cæteri miniſtri; pedes, populus, quibus non parcendum ſi ſcandalum Eccleſiæ facti fuerunt, vel actus animæ peccans, manus; inceſſus, pes; viſus, oculus; quæ præſcindenda, ſi ſcandalum præbeant, ſæpe enim in Scriptura opera pro membris ponuntur. 48. Greg. in hom. centenarius perfectus numerus, Deus ergo centum oues habuit cùm Angelorum & hominum ſubſtantiam creauit. 49. Int. quia rationalis creaturæ numerus pereunte homine fuit diminutus. g. Hil. in vnius Adæ errore omne hominum genus aberrauit. h. Hiero. quidam in nonaginta intelligunt iuſtos, in vna verò peccatores, iuxta illud, nõ veni vocare iuſtos ſed peccatores. Hil. 99. relicta cæleſtis gloriæ multitudo eſt. Beda, nonaginta nouem ſuperbi, quibus ad perfectionem vnitas deeſt. 51. Int. in deſerto, id eſt, cælo ab homine derelicto. ¶ Alius Euangeliſta dicit in montibus, id eſt, excelſis. 52. Int. ſ. in terram. 53. Int. id eſt, hominem, vt ſumma reintegretur. Rab.

Addit. Avct. In Cap. XVIII.

f. ſcilicet perſecutione, læſione, malo exemplo aut doctrina. 32. id eſt, ſepara tales à tuo conſortio. 34. pro, melius. Heb. 39. id eſt, cauete. 41. ſcilicet, cuſtodes.

gaudet [54] ſuper eam magis quàm ſuper nonaginta nouem quæ non errauerunt. [55] Sic non eſt [56] voluntas ante Patrem veſtrum, qui in cælis eſt, vt [57] pereat vnus de puſillis iſtis. [58] Si autem [59] peccauerit in [60] te frater tuus, [m] vade, & [61] corripe eum [62] inter te & ipſum ſolum, ſi te [n] audierit, [63] lucratus eris fratrem tuum, ſi autem non te audierit: [64] adhibe tecum adhuc [o] vnum vel duos, [65] vt in [o] ore duorum vel trium teſtium [p] ſtet omne verbum. Quod ſi non [66] audierit eos, dic [67] Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiam non audierit, [68] ſit tibi ſicut [69] ethnicus & [70] publicanus. [71] Amen dico vobis, quæcunque

Sens. Lit. In Cap. XVIII.

55. Int.ſ.ſicut non eſt voluntas paſtoris, vt vna de ouibus pereat. 56. Int. docet parabolam ideo propoſitam, vt puſilli non contemnantur. Hier. 57. Int.ſed omni beneuolentia etiam ab his quos offendunt, corrigantur: ſi perit, non voluntate eius perit. 58. Chry. in hom. vult ſcandalizantes redargui. Aug. de ver. Dom. ſerm. 16. admonet non negligere inuicem peccata. Glo. ſic ſcādala vitanda, vt peccantem tamen zelo iuſtitiæ corripiamus. 59. Int.ſ.iniuria vel contumelia affecerit. 60. Hier. ſi enim in Deum, non eſt noſtri arbitrij, ſi autem in nos, dimittendi habemus poteſtatem, immo neceſſitatem.
m. Chry.ſ.tamquam ſanus ad ægrotum. 61. Aug. 1. de ciui. c. 9. ſi quis non corripit, quia opportunius tempus quærit, aut quia metuit ne deteriores ex hoc fiant, vel aliis noceant, conſilium charitatis eſt, longè autem grauior eſt cauſa præpoſitorum Eccleſiæ, vt peccantes corripiant. Chry. facilius ſuſtinet correptionem qui fecit iniuriam, ab eo qui paſſus eſt, cùm videt ſuam ſalutem quærere, & non vindictam, maximè ſi ſolus corripiat. Aug. de verb. dom. ſerm. 16. ſi amore tui corporis, nihil facis, ſi amore illius, optimè facis vnde ſequitur, Si te audierit, &c. faciendum enim eſt vt illum lucreris. Glo. ita peccat, qui videns fratrem peccare, tacet; ſicut qui pœnitenti non indulget. 62. Int.ſ.ne publicè correptus verecundiam perdat, qua perdita in peccato permaneat. Hier. ¶ Aug. de verb. Dom. ſerm. 16. corripe ſtudens correctioni, parcens pudori, fortè enim præ verecundia incipit defendere peccatum, & quem vis facere correctiorem, facis peiorem. Eſt quidem aliquando frater coram omnibus corripiendus (vt ait Paulus) at quando in te peccauit, id eſt, ſecretò, & te ſolo ſciente, ſecretò corrigendus: nam ſi corā multis peccat, etiam in alios peccat. n. Rab. non paſſim dimittendum peccanti, ſed audienti, id eſt, obedienti, & pœnitentiam agenti, ne vel difficilis ſit venia, vel remiſſa indulgentia. 63. Int. & per alterius ſalutem ſalus tibi acquiritur. Hier. ¶. Aug. de verb. Dom. ſerm. 16. periit qui in alium peccat. Chry. oſtenditur damnum commune vtrique ex diſcordia. 64. Int.ſ.ſtudio corrigendi, vel conuincendi ſub teſtibus. Hier. ¶ Chry. non ſit hæc correctio vindictæ gratia, ſed emēdationis; itaque non ſtatim iubet duos accipere, ſed quando ille corrigi non voluerit. 65. Chry. q. d. habes teſtimonium, quòd totum feciſti quod tuum erat. 66. Int. id eſt, adhuc incorrigibilis extiterit. 67. Int. ſ. vt obiurgatio plurimorum eum corrigat. Hier. vt qui non potuit pudore ſaluari, ſaluetur opprobriis, multis dicendum eſt, vt deteſtationi eum habeant. Chry. Eccleſiæ, id eſt, his qui Eccleſiæ præſident. 68. Aug. de verb. Dom. ſerm. 16. q. d. noli illum deputare in numero fratrum. Orig. non eſt intelligendum hoc de minimis, & non mortiferis peccatis. 69. Int. id eſt, gentilis. 70. Hier. oſtenditur maioris deteſtationis eſſe qui ſub nomine fidelis agit opera infidelium, quàm qui apertè gentiles ſunt. Int. id eſt, exactor publicorum vectigalium. Hier. per fraudes, furta, & periuria. 71. Hier. poteſtatem tribuit Apoſtolis, vt ſciant qui à talibus condemnantur, humanam ſententiam diuina corroborari.

Sens. Myst. In Cap. XVIII.

54. Int. quia maior gloria reformantis eſt, perdita reſtaurare, quàm ea quæ ſunt immota retinere. Bed. mirabiliter Angelos creauit, ſed mirabilius hominem reſtaurauit. Greg. in hom. quātum gaudium eſt, ſi humiliter plangat iuſtus, cùm gaudium ſit ſi quod male geſſit, damnat iniuſtus? Beda, cùm inuenerit peccatorem, magis ſuper eū gaudet, id eſt, ſuos gaudere facit, quàm ſuper iuſtos falſos. Glo. magis gaudet Dominus de noſtra reparatione, quàm de Angelorum immutabilitate.

Addit. Auct. In Cap. XVIII.

54. ſcilicet, actuali gaudio. 60. id eſt, te lædendo, vt patet ex ſeq. & Luc. 17. quamquam etiam reliqua peccata comprehendi charitas poſtulat, vel te præſente & vidente. l. id eſt, fidelis vel proximus.
o. pro, ſermone. p. pro, firmetur res tota, id eſt, vt duorum teſtimonio poſſit conuinci. 60. Iudæi ab Ethnicorum conſortio prorſus abſtinebant.

alligaueritis[72] ſuper terram,erunt ligata & in cælo;[73] & quæcunque[74] ſolueritis ſuper terram,erunt ſoluta & in cælo. Iterum[q] dico vobis:quia ſi[75] duo ex[r] vobis conſenſerint[s] ſuper terram de omni[76] re quamcumque petierint[t], fiet illis à Patre meo qui in cælis[77] eſt. Vbi[78] enim ſunt duo vel tres congregati in nomine[79] meo,ibi ſum[v] in medio eorum. Tũc accedens Petrus ad eum dixit,Domine quoties peccabit in me frater meus,&[80] dimittam ei? vſque[81] ſepties?Dixit illi Ieſus, Nõ dico tibi vſque ſepties,ſed vſque ſeptuagies[82] ſepties.Ideo[83] aſſimilatum eſt regnum[84] cælorum homini[85] regi, qui voluit rationem[86] ponere cum ſeruis[87] ſuis.Et cùm cœpiſſet rationem ponere, oblatus eſt ei vnus[88] qui debebat ei decem[89] millia talenta.Cùm autem non haberet[90] vnde redderet,iuſſit[91]

SENS. LIT. IN CAP. XVIII.

72. Int.ſ.vinculo anathematis.Hil.i.peccatis innexos reliqueritis. 73. Int. ſ. diuino iudicio. Chry. in hom.duplex pœna,proiectio ab Eccleſia,de qua ſuprà,& futurũ ſupplicium. 74. Hil.ſ.veniam dando. r. Chry.in hom.ſ.qui conuerſationem Euangelicam oſtenditis. s. Orig.vt in muſicis,niſi fuerit concentus,non delectatur auditor,ita nec Deus,niſi ſit in Eccleſia conſenſus. 76. Int. ſcilicet, quæſita pro ſalute corrigendorum. t. Chry. in hom. non impetrant aliqui, quia non petunt expedientia, vel quia ſunt indigni,vel petunt miſericordiam peccantibus,qui non pœnituerunt. 77. Int.id eſt,ſanctis. 78. Int.q.d.in omnibus quæ iudicando aguntur in terra ad ſalutem hominum adſum cooperator. ¶ monuit ad concordiam,nunc præmium pollicetur,quod eſt in medio eorum. 79. Chry in hom. i.propter me. 80. Int.ſ.pœnitenti. 81. Chry.in hom. putauit ſe aliquid magnum dicere. 82. Aug. de verb.Dom.ſer.15.q.d.quoties peccauerit,ignoſce.Hier.toties dimitte,quoties peccare poteſt. Chry. non numero concludit remiſſionem,ſed quod continuè & ſemper eſt,ſignificat. 83. Chry. ne videretur graue quid iniunxiſſe,adiicit parabolam.Hier. familiare Syris ad omnem ſermonem parabolã iungere,vt ab auditore teneatur.Præcipit verò Dominus ſub hac comparatione Petro,vt dimittat conſeruis peccantibus.Orig.vult nos eſſe faciles ad indulgendum his,qui nobis nocuerunt,maximè ſi ſatisfaciant & deprecentur veniam. 84. Int.i.vita iuſtorum.Remig.i.Eccleſia. 85. Int.huic toti negotio.

SENS. MYST. IN CAP. XVIII.

75. Hier.id eſt,ſi ſpiritus,anima,& corpus conſenſerint. Orig.in quo duo teſtamenta conſentiunt ſibi,eius oratio de omni re acceptabilis Deo. 82. Aug. de verb. Dom. ſerm.15. decem legis præcepta, vndecim,peccatum,eſt enim tranſgreſſio denarij ſeptem totum, ſeptem enim diebus voluitur tempus, ſepties verò vndecim,ſeptuagies ſepties, omnia ergo peccata dimitti voluit. 85. Int. typicè Chriſto, qui merita cuiuſque examinat.Orig.regnum cælorum,id eſt,Filius Dei, factus eſt ſimilis homini regi, vniens hominem ſibi.Remig poteſt hic intelligi Pater & Filius. 86. Orig.vitæ noſtræ ratio ponenda, omnes enim oportet ſiſti ad tribunal Chriſti, facietque tunc Deus ineffabili virtute,vt omnia geſta ab omnibus,ſingulis quibuſque citò in mentem veniant. 87. Orig.id eſt, diſpenſatoribus verbi. Remig. id eſt,omnibus hominibus. 88. Int.id eſt,populus Iudaicus, qui decalogo conſtrictus,multarũ tranſgreſſionum reus erat.Rab. 89. Aug.de verb.Dom.ſerm.15. ſignificantur omnia peccata, decem enim præcepta legis. 90. Int.id eſt,viribus ſuis hoc explere non poſſet.Remig. homo non poteſt à peccato ſuo conatu ſurgere. 91. Int.permiſit iuſto iudicio malignorum ſpirituum ſeruum fieri.Chryſoſt.non iuſſit ex crudelitate,ſed amore,vt territus ſupplicaret.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVIII.

q. pro, præterea, ſeu rurſus. 79. id eſt,propter me, ſeu cauſa rei ad me pertinentis. v. pro, adſum adiuturus. 82. pro,ſeptuageſies & ſepties ſ.77.vicibus, vt ita dicam.vide Gen.4. Græ.vtrobique ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. q.d ſeptuagies ſeptem.Ideo quidam intelligunt 490.vices, vtcunque ſit. ſenſus eſt, vt ſi Latinè dicas ſexcenties ſ.numero finito pro infinito. 83. pro,ideo ſimile quiddam accidit in Eccleſia, vt ſi,&c. 89. faciunt coronatorum ſexies mille millia, talentum enim 600. coronati, decem ergo talenta, ſex millia coronatorum, ſeu aureorum.decem millia verò, ſex milliones,vt ita dicam.

eum dominus eius venūdari,& [92] vxorem eius,& filios,& omnia quæ habebat, & red-
di. [93] Procidens autem ſeruus ille,adorabat eum,dicēs:Domine, [94] patientiam habe in me,
& omnia [95] reddam tibi. [96] Miſertus autem dominus ſerui illius, [x] dimiſit eum : & debitum
[97] dimiſit ei. [98] Egreſſus autem ſeruus ille,inuenit [99] vnum de conſeruis ſuis,qui [100] debebat ei
[101] centum denarios;& tenens [102] ſuffocabat eum,dicens, [103] Redde mihi quod debes:Et pro-
cidens conſeruus eius ad pedes eius, [104] rogabat eum,dicens , [x] Patientiam habe in me, &
omnia [105] reddam tibi.Ille autem [106] noluit,ſed [107] abiit,& miſit eum in [108] carcerem, donec [109] red-
deret debitum. Videntes autem [110] conſerui eius quæ fiebant:contriſtati [111] ſunt valde : &
[112] venerunt,& [113] narrauerunt domino ſuo omnia quæ facta fuerant. Tunc [114] vocauit illum
dominus ſuus, & ait illi, Serue nequam , omne [115] debitum illud dimiſi tibi , quoniam
rogaſti me:nonne ergo oportuit & te [116] miſereri conſerui tui, ſicut & ego tui miſertus
ſum ? Et [117] iratus dominus eius,tradidit eum [118] tortoribus,

Sens. Lit. In Cap. XVIII.

98. Chry.non multo pòſt,ſed quaſi in auribus habens adhuc beneficium. 102. Int.non ſinebat eum reddere rationem.Aug de verb. Dom.ſerm. 15. acriter inſiſtebat , vt vindictam exigeret. 104. Orig. non adorabat,vt alter regem,ſed rogabat.

Sens. Myst. In Cap. XVIII.

92. Aug.1.de q.Eu.c.25.pro cupiditate,& prauis operibus,tāquam vxore & filiis pœnas ſoluit.Remi. vxor ſtulti,ſtultitia,& cupiditas.Glo.non ſolùm populum,ſed etiā prælatos cū tota familia,vel ſubſtantia tradidit exteris nationib. 93. Int.cùm ſpōte nollet,coactus populus ille pœnitet.Remi.peccatoris humiliatio,& ſatisfactio demōſtratur. 94. Int.i.parce peccatis.Remi.petit viuendi tempus,& ſpatium pœnitendi. 95. Int.ſ.credendo in te,qui es finis legis. 96. Remig.larga Dei clementia,ſemper enim paratus eſt per baptiſmū aut pœnitentiā peccata dimittere. x. Glo.i.pondere carnaliū obſeruationum abſoluit & dimiſit priores trāſgreſſiones. 97. Glo.nō ſolùm miſericors Dominus ſoluit captiuitatem Iudaicā,ſed etiam peccatorum omnium veniam in aduētu Chriſti ſe daturū promiſit.Remi.i.à peccatis abſoluit.Chry.quantus amor Dei,plus dat,quàm petitur,dediſſet etiam non rogatus,niſi vellet non ſolùm ſuum eſſe donum, ſed & ſupplicationis illius voluit etiam prius ponere rationé,vt ille intelligeret quantis debitis liberaretur. 98. Int ſcilicet,in libertatem fidei,vel de captiuitate liberatus. 99. Glo.ſ. Gentilem populum,quem fatigabat gratiam Chriſti non neceſſariā dicens, ſed carnales obſeruationes.

100. Int.id eſt,recognoſcebat ab eo,ſalutem præſtitam ſibi. 101. Aug. de verb Dom.ſerm.15.ſumitur etiam hic numerus à decem,qui eſt legis, ſignificantur ergò peccata vt in ſuperiori numero, omnis enim homo & debitor eſt Dei,& debitorem habet fratré.Chry.tanta, imò maior eſt differentia peccatorum in Deum & in homines , quàm iſtorum debitorum. Remig. per illum debitorem intelliguntur qui grauiora committunt crimina,per iſtum qui minora. 103. Int i.obſerua carnales obſeruantias.

105. Int.i.quicquid lex præcipit,ſpiritualiter implebo. 106. Int. ſ. ſpiritualia. 167. Int. i. à ſpiritualium intellectu receſſit. 108. Int.i.arctam tribulationem. 109. Int. hoc intendens vt legem carnaliter impleret,quod videbatur debere. 110.Int.i.Angeli,qui referunt Deo geſta hominum,vel prædicatores Euangelij Remi.vel quicunque fideles,qui contriſtantur cum quis non miſeretur fratris.

111. Int.ſcilicet,propter afflictionem Chriſtiani populi. 112. Remig.ſ.corde. 113. Int.pro ſalute credentium contra dolum perſecutorū Dominum implorant. Remig.narrare eſt dolores cordis in ſuo affectu demonſtrare. 114. Remig.id eſt,iuſſit migrare ex hoc ſæculo. 115. Int.i.omnes præuaricationes. 116. Int.i.dignas miſericordia gentes reputare,quoniam omnes peccauerunt, & egent gratia Dei. 117. Int ſ.iuſta animaduerſione. Remig.ira Domini dicitur vindicta. 118. Int.i.in manus Romanorum,vel Tartareis miniſtris. Remig.tortores dæmones, ſemper ad hoc parati,vt perditas animas ſuſcipiant & torqueant.

Addit. Avct. In Cap. XVIII.

102. *ſcilicet, iniecta manu, obtorto collo trahebat, vt Græca indicant.*

quoaduſque[119] redderet vniuerſum debitum ei. Sic & Pater meus cæleſtis faciet[120] vobis, ſi non remiſeritis vnuſquiſque fratri ſuo de cordibus[121] veſtris.

SENS. LIT. IN CAP. XVIII.

119. Int.ſ.in perpetuum.Rem.nullum reſpóſum legitur dediſſe. nam poſt hanc vitam omnis excuſatio ceſſabit.Chry.oſtenditur æternaliter puniendus,etſi autem ſunt irreuocabilia Dei dona,tamen malitia tantum valuit,vt hanc legem ſoluere videatur.Rem. ſerm.perſoluet, ſed numquam perſoluet.
120. Int.i.repetet à vobis dimiſſa.Aug.de verb. Dom.ſerm. 15.ſi non dimiſeris, replicabo tibi quicquid dimiſeram.Glo.quod per pœnitentiam dimiſſum erat,non dimittenti exigitur. 121. Int.id eſt, non ficta pace.Hier. ¶ Aug.de verb.Dom.ſerm. 15.ſi per charitatem imponitis diſciplinam,de corde lenitas non recedat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVIII.

120. ſcilicet puniet grauiſſimè ob ingratitudinem & inhumanitatem,ac ſi nihil prius remiſiſſet. Alioqui nemo punitur ob culpas ſemel à Deo remiſſas.

CAP. XIX.

ET factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus ſermones iſtos,migrauit,à Galilæa,[1] & venit in fines Iudææ trans Iordanem: & ſecutæ[2] ſunt eum turbæ multæ, & curauit[3] eos ibi.Et acceſſerunt ad eum Phariſæi tentantes[4] eum,& dicentes,Si licet[5] homini dimittere vxorem ſuam quacunque ex cauſa?[6] Qui reſpondens,ait illis,[7] Non legiſtis quia qui fecit[a] hominem ab initio,maſculum[8] & feminam fecit[9] eos?[*]& dixit,[b] Propter[10] hoc dimittet[c] homo patrem & matrem;& adhærebit[d] vxori[11] ſuæ:

SENS. LIT. IN CAP. XIX.

1. REMIG. Tota prouincia Iſraëlitatum Iudæa dicebantur, ſed ſpecialiter pars Meridionalis, in qua habitabat tribus Iuda,& Beniamin. 2. Int.ſcilicet de Galilæa. ¶ ex pietate, vt doceantur, & infirmi ſanentur.Chry.quaſi paruuli patrem peregrè proficiſcentem. 3. Int.ſ.in Iudæa. 4. Int.ſ.ex liuore,vt decipiant.Hier.vt quaſi cornuto eum teneant ſyllogiſmo,ſi dixerit dimittendam.& aliam ducendam,pudicitiæ prædicator ſibi videbitur dicere contraria,ſi negauerit,contra Moyſis doctrinam facere. 5. Chry.in hom.intuere malitiam,ita enim interrogant,quaſi Dominus de hac re nihil dixiſſet, opinantes nimirum eum oblitum eorum quæ dixerat. 6. Int.ſ.earum cauſarum quæ ſcribebantur in libro repudij. 7. Int. non ſua reſpondit, ſed hiſtoriæ veteris,& mandatorum Dei recordatur. Hier. ¶ Chry. in hom.non dixit,non licet,ne turbarentur,ſed per probationē hoc conſtituit. 8. Hier.dicendo maſculum & feminam:non autem feminas,oſtendit duarum vitanda coniugia. 9. Rab.facta femina de viro,ne vir putaret à ſe diuerſam. b. Aug.q.ſuper Geneſim cap. 19. cùm Scriptura teſtetur verba fuiſſe hominis,hic intelligimus ea diuinitius,tamquam Prophetam dixiſſe. 10. Chry.in hom.ex modo legiſlationis monſtrauit oportere vnum vni coniungi, & numquam reſcindi. d. Chry. in hom.ex modo locutionis indiuiſibilitas oſtenditur. 11. Int.non vxoribus.Hier.

SENS. MYST. IN CAP. XIX.

3. ORIG. ſanantur trans Iordanem vbi dabatur baptiſmus, in hoc enim omnes à ſpiritualibus infirmitatibus ſaluantur. Rab.curat Galilæos in Iudæa, vt peccata gentium in eam veniam, quæ Iudææ parabatur,admitteret. c. Rem.Chriſtus quaſi Patrem deſeruit cùm de cælis deſcendit, deſeruit verò matrem, id eſt, ſynagogam ob infidelitatem, & adhæſit vxori,ſ.ſanctæ Eccleſiæ,ſuntque duo in vno corpore.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIX.

*5. pro,licet ne. 9. iungendum cum ab initio vide Mar.10. * homines.ſcilicet. b. ſcilicet per os Adæ. d. ſcilicet amore, cohabitatione.*

& erunt [12] duo in [13] carne vna. [14] Itaque [e] iam non ſunt duo,ſed [15] vna caro. [16] Quod ergo Deus [17] coniunxit, [18] homo [19] non ſeparet. [20] Dicunt illi, [21] Quid ergo Moyſes mandauit dari libellum repudij, [l] & dimittere eam? Ait illis, [22] Quoniam [23] Moyſes [f] ad duritiam cordis veſtri per- [24] miſit vobis dimittere vxores veſtras: ab [25] initio autem non fuit ſic. [26] Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam,niſi ob [27] fornicationem,& aliam duxerit,mœ- [28] chatur: & qui [g] dimiſſam duxerit, mœchatur. Dicunt ei diſcipuli eius,Si [29] ita eſt cauſa hominis cum vxore,non [30] expedit [h] nubere. Qui dixit illis, [31] Non omnes [32] capiunt verbũ [i] iſtud,ſed [33] quibus datum eſt. [34] Sunt enim [35] eunuchi, qui de [36] matris vtero ſic nati ſunt: & [37] ſunt eunuchi qui [m] facti ſunt ab hominibus:& ſunt eunuchi qui ſe ipſos

SENS. LIT. IN CAP. XIX.

12. Int.non tres. 13. Int.in carnali copula.Hier.præmium nuptiarum eſt ex duobus vnam carnem, ſcilicet prolis fieri. 14. Chry.in hom.quod dixit,interpretatur,& legem inducit. 15. Int.quia vnum facit carnalis coniunctio.Chry.in hom.vt carnem incidere ſcelus eſt,ita mulierem à viro diuidere iniquum.Aug.13.de ciu.vnum dicuntur,vel propter coniunctionem,vel quia de viri latere femina creata eſt. 16. Chry.in hom.oſtendit non ſolùm eſſe præter naturam vxorem dimittere, quia vna caro diuiditur,ſed etiam præter legem,Deus enim iuſſit non dimitti. 17. Int.ſcilicet, faciendo vnam carnem. Hier. 18. Int.ſed Deus.Hier. 19. Aug.19.cont.Fauſt.cap.29.ecce Iudæi ex libris Moyſi conuincuntur non eſſe vxorem dimittendam. 20. Int.ecce aperiunt calumniam.Hier. 21. Int.q.d.quando quidem Deus ſic ordinauit,quare Moyſes ſuperordinauit? 22. Chry.in hom. ſi Dominus eſſet alienus à veteri Teſtamento, non certaſſet pro Moyſe, nec ſua monſtraſſet veteribus conuenire. 23. Int. non Deus.Glo.ſeruus permiſit,ego Dominus præcipio.Hie.cõſilium fuit hominis,non Dei imperium. maluit Moyſes indulgere diſcordiam, quàm odia & homicidia perſeuerare. 24. Int.nõ imperauit.Chry. quod precipimus,ſemper volumus;quod permittimus,nolentes indulgemus.permiſit ergo facere mala ne facerent peiora,ſed à peccato abſtulit culpam peccandi,vt quaſi ſecundùm legem agentibus peccatum,non videatur eſſe peccatum. 25. Int.id eſt, non ſic habuit lex naturalis. ¶ doctrina Chriſti concordat legi naturali. 26. Chry.in hom. cum authoritate legem inducit. 27. Int.quæ vnam carnem diuidit in alteram,& ſeparat.Hier.cùm illa ſe fornicatione ſeparauerit à marito,non debet teneri.Chry. vt eſt crudelis & iniquus, qui caſtam dimittit, ſic fatuus & iniquus, qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis eſt,qui crimen celat vxoris.Rab.vna ſolùm eſt carnalis cauſa,id eſt, fornicatio; vna ſpiritualis,id eſt,timor Dei.vt vxor dimittatur,nulla autem cauſa eſt,vt viuente ea,quæ relicta eſt,alia ducatur Hier. ſic priorem iubetur dimittere, vt ſecundam, prima viuente, non habeat. 28. Int.id eſt, mœcham facit. 29. Int.ſ.vt nullo modo ſit dimittenda, niſi pro fornicatione. 30. Int.id eſt,bonum eſt continere.Chry.in hom.leuius eſt contra concupiſcentiam prœliari, & contra ſeipſum, quàm contra mulierem malam. 31. Glo.quaſi conſentit quod non expedit. 32. Glo.non dixit,non poſſunt.

33. Int.quia non valemus niſi ex gratia Dei. Glo.non omnes poſſunt implere præceptum continentiæ,quia non omnibus datum eſt à Deo.Hier.his datum eſt à Deo,qui petierunt, qui voluerunt, qui vt acciperent,laborauerunt.Chry.ideo non omnes poſſunt,quia non volunt. auxilium gratiæ volentibus non denegatur dicit enim Dominus,Petite,& inuenietis. 34. Chry.in hom.oſtendit eſſe poſſibile.

35. Int.id eſt,continentes. 36. Int.ſine inſtrumentis, vel frigidæ naturæ. 37. Int. quorum neuter præmium habet,quia neceſſitate abſtinet,non voluntate. m. Hier. poſſunt etiam intelligi,qui perſuaſione hæretica ſimulant caſtitatem,vt mentiantur religionis veritatem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIX.

13. pro,vna caro,id eſt,homo vnus,adeoq́; ſeparari non poterunt. e. id eſt,poſthac. 17. Græ.coniugauit,ſeu eodem iunxit iugo.nempe, omnes coniuges, ita voluit eſſe coniunctos, vt numquam,dum viuunt, poſſint ſeparari. f. pro,ob. 24 repudiare permiſſum,dare libellum præceptum vide Mar.10.Dicunt vero quidam & fuiſſe peccatum dimittere. & non licuiſſe matrimonium contrahere cum alio. Alij vtrumque negant.& probabilius,diſpenſabat enim Deus. g. ſ.etiam ob fornicationem. 29. i ſi ita habet negotium. h. id eſt, matrimonium contrahere. ſic Græci 32. id eſt,ſuſcipiunt , amplectuntur,vel non ſunt capaces. l ſcilicet non expedire nubere

castrauerunt

caſtrauerunt[38] propter regnum cœ[n]lorum. Qui[39] poteſt capere, capiat. Tunc[40] oblati ſunt ei paruuli[41],vt manus[42] eis imponeret & orarer[o]. Diſcipuli[43] autem increpabant[44] eos. Ieſus verò ait[45] eis,Sinite[46] paruulos,& nolite eos prohibere[47] ad me venire : talium[48] eſt enim regnum cœlorum.Et cùm impoſuiſſet[49] eis manus,abiit inde. Et ecce[50] vnus accedens, ait illi, Magiſter bone , quid boni faciam , vt habeam vitam æternam? Qui[51] dixit ei, Quid[52] me interrogas de bono ? Vnus[53] eſt bonus[p] , Deus. Si autem vis ad vitam[54] ingredi , ſerua mandata[55], Dixit[56] illi, Quæ[q] ? Ieſus autem dixit[57], Non[58] homicidium

Sens. Lit. In Cap. XIX.

38. Int.ſ.qui voluntate ſe deuouerunt caſtitati. Chry.illa eſt glorioſa continentia quam complectitur voluntas ſancti propoſiti.Hier.iſtis promittitur præmium , ſuperioribus autem quibus neceſſitas eſt caſtimonia,& non volũtas,nihil debetur.Chry.in hom.non membrorum dicit abſceſſionem, maledictioni enim obnoxius qui membrum abſcindit,ſed malarum cogitationum interemptionem:nec ita abſciſſio membri comprimit tentationes,vt cogitationum frenum. 39. Hiero. hortantis vox eſt , & milites ad pudicitiæ præmium côci antis q.d.qui poteſt pugnare,pugnet,ſuperet,ac triũphet. 40. Int. ſ.cùm de caſtitate eſſet ſermo. 41. Chry. ſ. caſtitate mundiſſimi , putabant enim offerentes , corpore mundos tantum à Domino laudatos. 42. Int.ſ.vt eis manu & voce benediceret,quaſi laudaret caſtos neceſſitate,non virtute continentiæ.Orig.erant experti impoſitione manuum eius,& oratione expelli mala.Remig.Solebant veteres paruulos offerre ſenioribus , vt eorum manu vel ore benedicerentur.

43. Int.infirmi fide.Hier.nondum habentes pleniſſimam fidem. 44. Int. ſ. timentes eum importunitate offerentium laſſari.Hier. ¶ Chry.in ho.expellebant pueros cauſa dignitatis Chriſti. 45. Chry. in hom.docens tumorem mundanum calcare,accepit pueros,& in vlnis tenuit. 46. Int.non enim perſonarum acceptor eſt Deus. 47. Chry.quis mereatur appropinquare Chriſto , ſi repellitur ab eo ſimplex infantia? Glo.q.d.ſi ſancti futuri ſunt,cur prohibetis? ſi mali, cur ſententiã præfertis ante culpam?

48. Hier.non dixit iſtorum,ſed talium,oſtendens non ætatem regnare,ſed mores. 50. Rab. audierat fortè ſolos paruulis ſimiles dignos eſſe regno cæleſti. Hier.erat iſte diues,& ſuperbus, nec voto diſcentis,ſed tentantis interrogat.Chry.in hom.ego eum auarum non recuſo dicere, at ſimulatorem nequaquam,non enim eſt ſecurum de incertis iudicare,præſertim cùm Marcus dicat eum genu flexo rogaſſe,Chriſtúmque inſpicientem,eum amaſſe,quod ſi tentans acceſſiſſet,indicaſſet hoc Euangeliſta; & Chriſtus vel manifeſtè,vel occultè inſinuaſſet. 52. Int. i. quid me vocas bonum magiſtrum , quaſi aliquem hominem Aug.2.de conſ.Euan.ca.63.intelligitur vtrumque dixiſſe,& hoc.ſ.& quod alij referunt,quid me dicis bonum? Orig. ſciebat propoſitum interrogantis non eſſe , vt faceret ; ideo ita reſpondit. 53. Hier.Sancti comparatione Dei non ſunt boni. Glo.non ſe magiſtrum bonum negat , ſed magiſtrum abſque Deo vllum bonum eſſe. Hier.bonitatis teſtimonium nõ tenuit,ſed magiſtri abſque Deo excludit errorem,docétque cognoſcere eum,qui verè eſt bonus. 54. Aug.de verb.Domi. ſer. 57. non dixit vitam æternam,ſed vitam,eam definiens vitam,quæ fuerit æterna. 55. Int.ſ.viam,quæ ducit ad vitam. Remig. demonſtratur his verbis , quod lex ſuis impletoribus non ſolum temporalia dabat,ſed etiam vitam æternam. 56. Int.ſ.tentando quaſi non legerit, vel Dominus poſſet iubere contraria Deo.Hier. ¶ Chry.in hom.non dixit tentans , ſed exiſtimans alia eſſe præcepta præter legalia, quæ eſſent vitæ cauſa. 57. Remig. clementiſſimè legis præcepta exponens : commemorauit autem ſola præcepta ſecũdæ tabulæ,quia dilectio proximi gradus eſt ad dilectionem Dei.Orig.fortè ita præcepta ſufficiunt,vt quis in vitæ principiũ ingrediatur. 58. Int.hæc eſt puerilis innocentia, & caſtitas.

Sens. Myst. In Cap. XIX.

41. Orig paruuli ſunt adhuc carnales in Chriſto,& lacte opus habentes, qui non debent contemni, aut prohiberi venire ad Chriſtum.Hil.infantes gentium formæ ſunt, quibus per fidem & auditum ſalus redditur. 49. Int. vt humiles ſua benedictione dignos ſignificet. Remig. ¶ Chry. docentur parentes filios ſacerdotibus offerre,in Chriſti enim nomine manus imponunt.

Addit. Avct. In Cap. XIX.

38. ſ. continentia perpetua propoſitio. n. ſ. certius conſequendũ. 39. conſulẽtis verba,non præcipientis.poteſt verò quiſque capere,quia poteſt petere,& qui petit,accipit. o. ſ. bond vis precaretur 48. ſ. innocentium,& ſimpliciũ. p. ſub. bonumq; dicis,vt eſt in Mar.& Luc. 53. ſolus Deus natura bonus,& bonitatis fons,ille Chriſtũ purũ hominẽ putabat. q. neſciebat de quibus Chriſtus præceptis loqueretur.

[r] facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falſum teſtimonium dices, Honora patrem tuum, & matrem tuam, Diliges [59] proximum tuum ſicut teipſum. [60] Dicit illi adoleſcens, Omnia hæc cuſtodiui à [s] iuuentute mea: [61] quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus, Si [62] vis [63] perfectus eſſe, vade, & [64] vende [65] omnia quæ [66] habes, & da [67] pauperibus, [68] & habebis [69] theſaurum in [70] cælo: & veni, [71] ſequere me. Cùm audiſſet autem adoleſcens verbum, abiit [72] triſtis: [73] erat enim [74] habens [75] multas poſſeſſiones. Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis, Amen dico vobis, quia [76] diues [77] difficile [t] intrabit in regnum cælorũ. Et [78] iterum dico vobis, facilius eſt [79] camelum per foramen [u] acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cælorum. Auditis autem his, diſcipuli mirabantur valde, dicentes:

Sens. Lit. In Cap. XIX.

59. Int. non quod facit, ſed quod factus, non vitium tuum, vel ſuum. 60. Glo. non tentans, nec mentiens, alioqui non eum intuitus Dominus dilexiſſet (vt ait Marcus) 61. Chry. in hom. ſignum vehementis deſiderij. 62. Int. quia ex voluntate eſt. Rab. duæ vitæ proponuntur; actiua, ad quam pertinent legis mandata; contemplatiua, ad quam pertinet ſi vis perfectus eſſe, &c. actiua, ad legem pertinet; contemplatiua, ad Euangelium: ſicut enim vetus Teſtamentum præceſſit nouum, ita bona actio contemplationem. 63. Int. ſ. in dilectione Dei. 64. Genadius de Eccl. dog cap. 71. bonum eſt facultates cum diſpenſatione pauperibus erogare, melius eſt pro intentione ſequendi Dominum ſimul donare, & abſolutum ſollicitudine egere cum Chriſto. 65. Int. non partem. Remig. 66. Remig. illa habemus, quæ iuſtè poſſidemus. 67. Remig. non dixit proximis aut diuitibus. Orig. qui pauperibus tradidit bona ſua, ipſorum orationibus adiuuatur. 68. Int. ſ. ſic dando. 69. Int. i. retributionem. Chry. in hom. in theſauro copia & permanentia retributionis oſtẽditur. Aug. cont. Fauſt. non tamen ſoli qui dimittunt omnia ſua, pertinent ad regnum cælorum. 70. Int. ecce contemplatiua, quæ ad Euangelium pertinet. 71. Int. non ſufficit relinquere mala, niſi ſequatur Dominum. i. imitetur. Hier. facilius enim ſacculus contemnitur, quàm voluntas. 72. Orig. ſcribitur in Euangelio ſecundùm Hebræos, vbi illa Dominus dixiſſet, cœpiſſe diuitem ſcalpere caput. Hier. hæc eſt triſtitia quæ ducit ad mortẽ. 73. Int. quare? erat enim, &c. 74. Int. ſ. cum amore. 75. Int. quæ ſemen Dei ſuffocauerunt. Hier. ¶ Chry. in hom. adiectio diuitiarum maiorem accendit flammam. Aug. ad Paulinum, & Theraſiam, cùm ſuperflua terrena diliguntur, arctius adepta, quàm concupita conſtringunt, aliud eſt enim nolle incorporare quæ deſunt, aliud iam incorporata diuellere. 76. Int. ſ. amator diuitiarum. Chry. in hom. non pecuniis detrahit, ſed his qui detinentur ab eis. Hil. habere diuitias criminis non eſt, ſed modus in habẽdo retinendus eſt. Remig. exponens Dominus apud Marc. dixit; confidentes in diuitiis, i. omnem ſpem ſuam in diuitiis collocantes. 77. Int. non impoſſibile eſt, ſed rarum, quia difficulter contemnuntur diuitiæ. Hier. Hil. periculoſa cura velle diteſcere, & graue onus innocẽtiæ ſubit, incrementis opum occupata, rem enim ſæculi, famulatus Dei nõ ſine ſæculi vitiis aſſequetur. t. Glo. qui eſſe diuites deſierũt, intrabunt. 78. Chry. in ho. dixit eſſe difficile, oſtẽdit eſſe impoſſibile. 79. Int. ingentib. mẽbris enormẽ.

Sens. Myst. In Cap. XIX.

79. Hier. quondam curui, & vitiorum grauitate diſtorti, depoſita graui ſarcina peccatorum, & totius corporis prauitate, intrare poſſunt per arctam viam, quæ ducit ad vitam, (ſicut legimus apud Eſaiam) cameli Madian & Epha veniunt in Hieruſalem. Chry. Gentium animæ vt tortuoſi cameli, cognitio enim Dei erectio eſt animarum: acus autem Dei filius, parte ſubtili conſtans, id eſt diuinitate, & craſſiori, id eſt, humanitate: totus verò rectus, per cuius paſſionis vulnus gentes ingreſſæ ſunt in vitam, hac acu conſuta eſt immortalitatis tunica, hæc ſpiritui conſuit carnem, hæc Iudaicum populum ac gentilem iunxit, hæc amicitiam hominum, & Angelorum copulauit, facilius ergo eſt gentiles, quàm Iudæos diuites intrare in regnum cælorum. Greg. 35. Mor. camelus per foramen acus tranſiit, cùm Chriſtus per anguſtias paſſionis intrauit, paſſio enim vt acus corpus dolore pupugit, & niſi ipſe ita ſe humiliaſſet non ſe noſtra ſuperbia inclinaret.

Addit. Avct. in Cap. XIX.

r. futura pro imperatiuo, more Hebræo. s. quantum Iudæi ſuſſi ere putabant: ſ. neminem lædendo, communiaq; charitatis offi ia exhibendo. 71. ſ. imitatione. 72. id eſt, triſtitia affectus. v. ſ. quod habet animo, aut quod facit.

[80] Quis ergo poterit ſaluus eſſe? [81] Aſpiciens autem Ieſus, dixit illis, Apud homines hoc [82] impoſſibile eſt apud Deum autem omnia [83] poſſibilia ſunt. Tunc reſpondens Petrus dixit ei, Ecce nos reliquimus [84] omnia, [85] & [86] ſecuti ſumus te: [87] quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis, Amen dico vobis, quod vos qui [88] ſecuti eſtis me, in [89] regeneratione, cùm [z] ſederit Filius [90] hominis in ſede maieſtatis ſuæ, [91] ſedebitis & vos ſuper ſedes [92] duodecim, [93] iudicantes [94] duodecim [95] tribus Iſraël. Et [96] omnis qui [97] reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut [x] vxorem, aut filios, aut agros propter [aa] nomen meum, [98] centuplum [99] accipiet, & vitam æternam [bb] poſſidebit. [100] Multi autem erunt primi, [101] nouiſſimi: & [102] nouiſſimi, primi.

Sens. Lit. In Cap. XIX.

80. Aug. de q. Euan. cùm pauci ſint diuites in comparatione pauperum, intelligendum eſt aduertiſſe diſcipulos omnes qui diuitias cupiunt, in diuitum numero haberi. 81. Int. ſuo aſpectu attentos facit. Chry. in hom. manſueto oculo timidam eorum mentem mitigauit. 82. Int. ſ. vt per ſe à cupiditatibus ſuis conuertantur. Chry. in hom. multa opus eſt gratia vt homo in diuitiis dirigatur. 83. Remig. non intelligas poſſibile diuitem auarum, & ſuperbum intrare in regnum cælorum, ſed conuerti, & intrare.

84. Int. i. voluntatem habendi. Orig. & ſi minima reliquerunt, ſed ex tanta dilectione, vt ſi multa habuiſſent, omnia reliquiſſent. 85. Int. i. etiam. 86. Int. quod eſt perfectio. Hier. 87. Int. ſ. præmij.

88. Int. non qui reliquiſtis tantùm, quod & Socrates fecit. Hier. & multi alij, ſed qui ſecuti eſtis me, quod eſt propriè Apoſtolorum, & credentium. 89. Int. ſ. quando mortui reſurgent incorrupti. Hiero.

¶ Aug. 20. de ciu. ca. 5. ſic caro regenerabitur per incorruptionem, vt anima per fidem. Glo. duæ regenerationes, altera ex aqua & Spiritu ſancto, altera in reſurrectione. Ita duæ adoptiones, & duæ reſurrectiones. Chry. ex quo gentes cœperunt credere, regenerati. ſ. per baptiſmum, ſedit Chriſtus in ſede maieſtatis iuxta illud, Regnabit Deus ſuper gentes, &c. & ex tunc Apoſtoli ſederũt ſuper duodecim thronos, id eſt, in omnibus Chriſtianis iudicantes Iudæos, per hoc quod recepta eſt fides à Gentibus.

90. Glo. i. cum ſerui forma, quæ iudicata eſt. 91. Chry. in ho. honorem & gloriã ineffabilem ſignificauit, quam tamen Iudas non eſt conſecutus, eſt enim lex poſita per Ieremiam, ſi fecerit malum, pœnitebo, & ego de bono, &c. id eſt, ſi indignos ſe promiſſione faciant, non faciam quod promiſi: adde quod non ſimpliciter hic promittit, ſed his qui ſe ſecuti fuerint. 92. Aug. 20. de ciu. ca. 5. duodenario numero vniuerſa ſignificatur iudicantium multitudo, ob duas partes numeri ſeptenarij, quo plerũque vniuerſitas ſignificatur. 5. 3. & 4. quorũ altera per alterã multiplicata, 12. faciũt, alioqui Paul. vbi ſederet, qui de ſe dicit, neſcitis quia Angelos iudicabimus? Idem lib. de pœnit. hoc numero intelligantur qui propter Euangelium omnia reliquerunt, & ſecuti ſunt Dominũ. 93. Hier. i. condemnãtes. 94. Aug. 20. ciu. c. 5. intelliguntur hoc numero omnes iudicandi. 95. Int. quia vobis credentibus, credere noluerũt. Hier. ¶ Chry. in hom. non dixit orbẽ terræ, ſed tribus Iſraël, quia eiſdẽ erãt educati legibus Apoſtoli & Iudæi. 96. Int. nõ tãtùm vos. 97. Int. i. omnes affectus charitati ſuppoſuerit. Hier. cõgruit hoc illi ſententiæ, Veni ſeparare hominẽ, &c. z. Chry. in ho. nõ vult ſimpliciter nuptias diuelli, ſed omnib. præferri fidei pietatẽ: nec haberi pro patribus aut coniugibus qui ad impietatẽ trahant. 89. Hier. qui carnalia pro Chriſto dimiſerit, ſpiritualia recipiet, quæ cõparatione & merito, cẽtenario numero cõparãtur. Au. 20. de ciu. c. 7. cẽtuplũ pro vniuerſitate ponitur aliquãdo. Vnde Apoſtolus veluti hoc explicãs, ait: Nihil habẽtes, & omnia poſſidẽtes. 99. Orig. i. in hoc ſeculo multos inueniẽt fratres ſecũdùm fidẽ, & patres, & filios, &c. Glo. Mar. addit in tẽpore hoc cũ perſecutionib', in hac enim vita perſecutionib' plena gaudiũ regni deguſtãt. 100. Int. multi prius feruẽtes, poſtea torpẽt, multi ſubitò inardeſcũt. Orig. per hoc exhortatur nuper accedẽtes ad fidẽ, vt feſtinẽt ad perfectũ aſcẽdere. 101. Int. vt Iudas. Orig. vt Iſraëlitę. 102. Int. vt latro. Or. vt gẽtes: multi etiã natura nouiſſimi fiũt per vitã Ang. quibuſdã ſuperior.

Addit. Avct. In Cap. XIX.

80. ſub. q(uo)m tã multi cupidi diuitiarũ itemq; multi peccata faciãt? 84 ſub. nec tamẽ vt requiris pauperibus dedimus. 80. ſ. corporũ. x. ſ. Iudex. 91. alloquitur collegiũ Apoſtolorũ, vnde Iudas cecidit ſed ſuffectus Matth. dicũtur verò ſeſſuri i. cũ gloria adſtituri. 93. Nõ ſolùm approbatione, id enim omniũ iuſtorũ, ſed etiã auctoritate, tãquã principes regi propinquiſſimi. 94. i. vniuerſos homines. aa. i. me. 98. i. multo plus, vt explicat Lucas Gr. ſingula centuplicata, ſeu centies tanto amplius. bb. Gr. hereditabit.

Caput

Cap. XX.

[1] Simile eſt [2] regnū cælorū homini [3] patri familias,qui exiit [4] primo mane conducere operarios in vineā ſuam. [5] Conuentione autem facta cum operariis ex [6] denario [a] diurno, [7] miſit eos in vineā ſuam. Et egreſſus circa horam [8] tertiam, vidit alios ſtantes in [9] foro [10] otioſos,& dixit illis,Ite & vos in vineam meam, & quod [11] iuſtum fuerit,dabo vobis.Illi autem abierūt.Iterum autem exiit circa [12] ſextam & [13] nonam horam: & fecit ſimiliter. Circa [14] vndecimam verò [15] exiit , & inuenit [16] alios ſtantes , & dicit illis, Quid hìc ſtatis tota die [17] otioſi ? Dicunt ei,Quia [18] nemo nos [19] conduxit. Dixit illis,Ite & vos in vineam meam.Cùm [20] ſerò autem factum eſſet,dicit [21] dominus vineæ [22] procuratori ſuo, [23] Voca operarios,& [24] redde illis mercedē,incipiens à [25] nouiſſimis vſque ad primos.

Sens. Lit. In Cap. XX.

1. IN T. exponit per ſimile. 2. Int. i. præſens Eccleſia , vel vita iuſtorum. 3. Int. paterfamilias conditor,qui poſſidet electos in mundo,vt dominus ſubditos in domo.Chry.Chriſto cælum & terra quaſi vna eſt domus,familia autem cæleſtium,terreſtrium,& infernorum creaturarum.Vinea,iuſtitia,vites virtutes omnes,quæ generaliter iuſtitia appellantur;homines,vineæ cultores; ſumus enim mercenarij conducti:quare debemus primùm aſpicere quæ ad Dei gloriam pertinent , deinde quæ ad vtilitatem noſtram:prius enim aſpicit mercenarius opus,quàm cibum , totúmq; diem inſumit in opere,vnam autem horam circa cibum,quem etiam petere erubeſcit,ſi opus non fecerit.Greg.in hom.Paterfamilias Deus,vinea Eccleſia,palmites Sancti:nullo verò tempore deſtitit mittere operarios,Patres Legis doctores,Prophetas,& ad extremum Apoſtolos : quamquam operarius etiam fuit quiſquis cum recta fide bonæ actionis extitit. 4. Greg.in hom.mane,fuit ab Adam vſque ad Noë.Orig.totum hoc ſæculum modicus dies eſt ad Dei vitam.Greg.vel mane pueritia,tertia adoleſcētia,ſexta iuuentus, nona ſenectus,vndecima decrepita ætas. 5. Remig.laborat quiſque in Eccleſia pro ſpe futuræ remunerationis. 6. Remig. deſignatur per denarium obſeruati decalogi præmium. 7. Int. prima hora ab Adam vſque ad Noë. 8. Int.à Noë vſque ad Abrahā.Greg. 9. Int.quaſi venales,ſi quis dignè emere vellet,à bono tamen opere ceſſantes. Orig. forum eſt, quicquid extra vineam.i.Eccleſiam Chriſti eſt. 10. Greg.otioſus eſt,qui fructum diuini operis non ſectatur.Chry.otioſus eſt,qui opus Dei nō operatur. 11. Chry.ſub incerto pacto conducit.Fecit quidem Dominus certum pactū ad Adam,ne quando diceret ſe neglexiſſe iuſtitiam,quia neſciebat quæ præmia eſſet recepturus,cū iſtis autem non fecit pactum,quia paratus eſt retribuere quantum mercenarij recipere non ſperabant.Orig.poterant iſti facere æquale opus vocatis manè. 12. Int.ab Abraham vſque ad Moyſem. Greg. 13. Int à Moyſe vſque ad aduentum Domini.Greg. ¶ Chry. ideo coniunxit ſextam & nonam, quia in his vocati Iudæi. 14. Int. ab aduentu Domini vſque ad finem mundi. Greg. quo tempore vocati gentiles. 15. Int. id eſt, per ſeipſum apparuit, qui prius per patres innotuit. 16. Int. ſ. Gentilem populum à bono opere torpentem. 17. Int.id eſt,omni tempore pro ſalute laborare negligitis.Greg. ¶ Glo. q. d.vel in vltimis reſipiſcite. 18. Int.id eſt,vias vitæ nemo nobis prædicauit.Greg.Chry.in hom.hoc non dicit Dominus, ſed operarij ipſe enim omnes quantum ad ſe pertinet, à prima ætate vocat. Exit enim primo mane,&c. 19. Chry.conductio,promiſſio vitæ æternę,gentes verò nec Deum,nec Dei promiſſa ſciebant. 20. Int.id eſt,cùm finis mundi, vel cuiuſlibet veniſſet. Chry. adhuc ſæculo iſto ſtante futurum eſt iudicium, & vnicuique reddenda merces. 21. Int. Pater. 22. Int. id eſt, filio cui omnia dedit in manus.Orig.alicui Angelorum,qui ſuper mercedes retribuendas eſt poſitus.Rem. Chriſtus ipſe paterfamilias,& procurator,ſicut ipſe oſtium,& oſtiarius. 23. Int.id eſt,ſtatue ante tribunal tuum. 24. Int. ſ.vnicuique ſecundùm opera ſua,prout geſſit. 25. Chry.nimia miſericordia ordinem non aſpicit.Aug. de ſpiritu & littera cap.24.velut priores repeciuntur hi,quia minus dilati ſunt. Greg.plerūque ante remunerantur,qui vltima ætate vocati ſunt. prius enim de corpore exeūnt ad regnum, quàm qui in pueritia vocati.Glo.à nouiſſimis incepit,dum prius latronem quàm Petrum in paradiſum introduxit.

Addit. Avct. In Cap. XX.

1. Gra.ſimile enim,redditur enim ratio præcedentium;ſenſus eſt, ſimile quid accidit in Eccleſia militante,& triumphante. 4. Gr.mox vt diluxit. a. ſ.dando per opera vnius diei.

[26] Cùm veniſſent ergo qui circa vndecimam horam venerãt, [27] acceperũt ſingulos denarios. Venientes autẽ & [28] primi, arbitrati ſunt quod [29] plus eſſent accepturi: acceperũt autẽ & ipſi [30] ſingulos denarios. Et accipiẽtes [31] murmurabãt aduerſus patrẽfamilias, dicentes, Hi nouiſſimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis feciſti qui [32] portauimus põdus diei & [33] æſtus? At ille [34] reſpõdens vni eorũ, dixit, Amice, non [35] facio tibi iniuriã: [36] nonne ex denario [37] cõueniſti mecũ? Tolle quod tuum eſt, & [38] vade: [39] volo autem & huic nouiſſimo [40] dare [41] ſicut & tibi. [42] Aut non licet mihi quod volo facere? An [43] oculus tuus [44] nequam eſt quia ego bonus ſum? [45] Sic erunt [46] nouiſſimi, [47] primi: & primi, nouiſſimi. Multi enim ſunt [48] vocati, pauci verò [49] electi. Et [50] aſcendens Ieſus Hieroſolymam, aſſumpſit [51] duodecim diſcipulos [52] ſecretò, & [53] ait illis, [54] Ecce [55] aſcendimus Hieroſolymam, & Filius hominis tra-[56]detur Principibus ſacerdotum, & Scribis: & condemnabunt eum morte:

Sens. Lit. In Cap. XX.

26. Int.ſ.gentiles, vel qui decrepiti ſunt vocati. 27. Int. i.eandem æternitatem cum his qui ab initio mundi vocati ſunt. Greg. æqualem vitæ æternæ retributionem. 28. Int.i.Iudæi. 29. Int.ſ.digniorem locum in regno, qui prius in tabernaculo. 30. Int.id eſt, conformitatem claritati corporis Chriſti.
31. Greg. quia Patres antiqui vſque ad aduentum Domini non ſunt ducti ad regnum, hoc ipſum murmuraſſe eſt. Chry. in hom. non oportet in parabolis totum quod dicitur inueſtigare, ſed intentionem, non ergo ſignificantur aliqui inuidi, ſed hos eſſe t[illegible] potitos honore, vt aliis potuerit inuidia generari. Hier. Iudæi gentilibus inuident, & in Euangelij torquentur gratia. Glo. non omnes murmurabant, ſed quidam mali.ſ. qui bonum, quod inceperant, ad finẽ non perduxerunt, itaque præmio priuati, murmurant. 32. Int.id eſt, qui diu ſub onere legis ſudauimus, & longi[illegible] carnis tentamenta ſuſtinuimus.
33. Int.carnis. 34. Int.quia par erat omnibus murmurandi ra[illegible] ſ.primæ horæ operatio. Remi. poſſunt intelligi per vnũ omnes, qui ex Iudæis crediderunt [illegible]s amico[illegible] propter fidẽ nominat. 35. Int.ſ. reddo quod debeo. 36. Int.non enim promiſi tibi niſi [illegible] in meam. Hier. denarius figuram regis habet, recepiſti ſimilitudinem meam, quid quæris a[illegible]? 37. Int. q. d. reddo tibi ſecundum opus tuum, in te itaque iuſtus ſum. 38. Remig.ſ.in gloriam. 39. [illegible]q.d. gratia eſt & miſericordia vt coæqualis & concorporalis tibi fiat populus gentilis. 4[illegible] Remig. ſecundum meritum. 41. Aug. de ſancta Virginitate c.26. omnibus datur vita æterna, ſed [illegible] mansiones ſunt, honoratur enim alius alio clarius. 42. Int. q. d. nonne eſt poteſtas Iudicis, vel [illegible] facere, vel miſericordiam cui vult impendere? 43 Int. i.intentio, qua ad primarum [illegible]eris. Remig. Iudæi de ſalute gentium dolebant. 44. Int.i.inuidia plenus, cui mea non placet benignitas. 45. Int.ſ.ſicut oſtenſum eſt. 46. Int.ſ. gentiles, vel qui minoris videntur meriti. Chry. nõ ſignificat nouiſſimos digniores eſſe primis, ſed coæquari, & nullam eſſe temporis cauſa differentiam. Chry in hom. inſinuat eos, qui à malitia reducti multos ſuperarunt. Remig. Iudæi de capite verſi in caudam, & nos de cauda in caput. 47. Int. i.Iudæi, qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Glo. nec omnes primi, nec omnes nouiſſimi ad numerum electorum pertinent. 48. Int.ſ.ad fidem. Gre. 49. Int.ſ.ad regnum. Greg. plerique enim Dominum vocibus ſequuntur, moribus fugiunt. 50. Int.ſecundùm ſitum loci. 51. Orig. in quibus adhuc Iudas erat, fortè dignus audire cum aliis ſeorſum quæ Chriſtus eſſet paſſurus. 52. Chry. ſemper pretioſior theſaurus in melioribus vaſis includitur, ſi autem alij audiſſent paſſionem futuram, fortè turbarentur ob infirmitatem fidei. 53. Chry. in hom.ſ.manifeſtè. 54. Chry. q. d. ecce, iam tertio prædico vobis paſſionem meam, vt altius inſideat mentibus veſtris ſæpius repetitum. Hier. crebrò de paſſione ſua eis dixerat, ſed quia poterat de memoria labi ducturus Apoſtolos Hieroſolyma ad tentationẽ eos parat. Chry. leuior eſt tribulatio cùm expect[illegible] aduenit. 55. Chry. in hom. q. d. voluntariè vado ad mortem. Orig. ſæpe oportet ſe offerre perſecutionibus & periculis. 56. Int.ſ.à Iuda.

Addit. Avct. In Cap. XX.

33. Gra. & [illegible] q.d per totum diem cum maximo labore. 44. id eſt, inuidus, parcus. q.d. illine inuides meam liberalitatem & benignitatem? 48 Senſus eſt, etſi multi vocantur, tamen cum quibuſdam agitur benignius. 52. id eſt, ſenſim. 53. ſcilicet, iam tertiò eis mortem ſuam prædicens.

& tradent[57] eum gentibus[58] ad illudendum,[59] & flagellandum & crucifigendum,[60] & tertia[61]
die reſurget.[62] Tunc acceſſit ad eum mater[63] filiorum Zebedæi cum filiis ſuis, adorans,[b]
& petens[64] aliquid ab eo, Qui dixit ei, Quid[65] vis? Ait illi,[66] Dic[67] vt ſedeant[68] hi duo filij mei,
vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno[c] tuo. Reſpondens autem Ieſus
dixit, Neſcitis[69] quid petatis. Poteſtis[70] bibere calicem[71] quem ego bibiturus[72] ſum? Di-
cunt ei, Poſſumus.[73] Ait illis, Calicem[74] quidem meum bibetis: ſedere autem ad dexte-
ram meam vel ſiniſtram, non eſt meum[75] dare vobis[76]: ſed quibus[77] paratum

Sens. Lit. In Cap. XX.

57. Iot.ſ.Iudæi. 58. ſ. Pilato, & miniſtris Romanorum. 59. Int. Aue Rex Iudæorum. 60. Rab. ideò voluit Dominus grauia pati, vt oſtenderet qui per delectationem cecidimus, cum qua amaritudine redire debeamus. Aug. 18. cap. 49. Paſſione oſtendit quid ſuſtinere pro veritate; reſurrectione, quid ſperare in æternitate debeamus. 61. Iot. vt tam cita reſurrectio euacuet ſcandalum crucis. 62. Chry. in hom. hoc dicit, vt cùm triſtia viderent, reſurrectionem expectarent. Aug. 4. de ciu. vna mors Chriſti duabus mortibus noſtris. ſ. animæ & corporis ſaluti fuit. Vna reſurrectio duas nobis reſurrectiones præſtitit. 63. Hier. putauit poſt reſurrectionem Chriſtum regnaturum, & auiditate feminea præſentia cupit immemor futurorum. Chry. hęc eſt Salome, cuius magna laus, quod etiam ipſa virum reliquerat, Chriſtum ſecuta, niſi quis dicat illo tempore iam mortuum Zebedæum, contulit autem ſe diabolus ad conſueta arma, volens, vt Adam per mulierem ſpoliauit, ita iſtos per matrē ſuperare. 64. Chry. fecerat ad petendum audacem naturæ affectus, petit verò reuerentia exhibita, vt impetret. 65. Int. non de ignorantia, ſed vt illa palam proferat, & ipſa ſit occaſio docendi. Chry. vt illa exponente appareret irrationabilem eſſe petitionem. 66. Aug. 2. de conſ. Euang. c. 64. quia filiorum voluntatem afferebat, dixit Marcus, hæc à filiis eſſe dicta. Chryſ. in hom. videbant ſe honoratos præ aliis, primatumque cathedræ appetebant, timebant verò Petrum ſibi præferri, non habebant autem intelligentiam regni ſuperioris. 67. Gloſ. bonum deſiderium, ſed inconſiderata petitio. 68. Orig. muliebri ſimplicitate vel imperitia, talia petenda exiſtimauit. Chryſ. non terrena, ſed cæleſtia filiis optabat. 69. Int. matre petente, filiis reſpondet, quorum voluntate illa petierat. Hier. non mirum eſt ſi iſta arguatur imperitiæ, cùm de Petro dicatur, neſciens quid diceret. Chry. patitur ſæpe Dominus diſcipulos aliquid non rectè dicere, aut agere, vt occaſionem inueniat exponendi regulam pietatis. Chry. in hom. oſtendit eos nihil ſpirituale petere, vel non fuiſſe auſutos tantum petere, ſi ſcirent quæ petebant. Hil. neſciunt quid petant, quia nihil de Apoſtolorum gloria ambigendum erat, iam enim dixerat iudicaturos. Rab. neſciebant quid peterent, quia ſedem, quam nondum merebantur inquirunt. 70. Int. q. d. quid ante humilitatem paſſionis vult exaltari? Chry. ſciebat ipſos poſſe imitari paſſionem, ſed interrogat vt omnes intelligant, neminem poſſe cum eo regnare qui non eius paſſionem fuerit imitatus. 71. Hier. Calix in Scriptura paſſionem ſignificat. Chry. in hom. q. d. vos mihi de honore & corona loquimini, ego vobis de agonibus, & ſudoribus; non eſt enim hoc præmiorum tempus. 72. Chry. in hom. ex modo interrogationis eos attrahit. Remi. vt ex cōmonione ad ipſum auidiores fiant. 73. Int. in expertis leuius videtur, quod experti timuiſſent. Chry. ¶ Chry. in ho. ex deſiderio promittunt. 74. Hier. Ioāni martyrij animus non defuit, miſſus enim eſt in doliū feruētis olei, & relegatus in Pathmos inſulam. 75. Hier. regnum Dei non eſt tantùm dantis, ſed etiam accipientis, quicunque ſe dignū prębuerit, accipiet; quod non perſonæ, ſed vitæ paratum eſt. Non dixit autem, Neque non ſedebitis, ne duos confunderet, neque ſedebitis, ne cæteros irritaret. Chry. in hom. q. d. ſi alius maiorem virtutem afferat, non vobis primatum dabo. Aug. 1. de Trin. ca. 12. ſecundum formā ſerui loquitur. 76. Int. ſ. nondum humiliatis, Remi. i. ſuperbis, ſed humilibus corde. 77. Chry. in hom. his. ſ. qui ab operibus poſſunt fieri clariores.

Addit. Avct. In Cap. XX.

59. id, & flagella iuuentum gentilium, crucem Iudæi petierunt. b. i. inclinans ſ. ſe, & reuerentiā exhibens. 64. alibi filij dicuntur petijſſe ſ. per matrem petierunt. c. id in terra futurū putabant. 69. neſciebant quale eſſet regnum, aut quomodo aſſequendum. 71. i. poculum. Accipitur in Scriptura interdum pro proſperitate, hic pro aduerſitate. Metaphora à potione quæ bibitur. 74. i. pro me patiemini, ſeu idem quod ego paſſurus ſum, idem ſignificat baptiſmo baptizeri. 75. ſ. vt putatis, aut vt vultis.

eſt à [78] Patre meo.Et audientes decem,in[79]dignati ſunt de duo[80]bus fratribus.Ieſus autem [81] vocauit eos ad ſe, & ait: Sciris quia principes gentium dominantur eorum: & qui [d] maiores ſunt, poteſtatem ex[e]ercent inter eos. Non [82] ita erit inter vos, ſ[83]ed quicunque voluerit inter vos [f] maior fieri,ſit ve[84]ſter miniſter:& qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter [85] ſeruus: [86] ſicut Filius hominis [87] non venit mini[88]ſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam rede[g]mptionem pro mu[89]ltis.Et egredie[90]ntibus illis ab Ie[91]richo,ſecuta eſt eum tu[92]rba multa.Et ecce duo cæ[93]ci ſedentes ſecus viam,audi[94]erunt quia Ieſus

Sens. Lit. In Cap. XX.

78. Aug.1.de Trin.cap.12.quod paratum eſt à Patre,& à Filio paratum eſt,ſunt enim vnũ. 79. Glo. vt illi carnaliter petierant,ita iſti carnaliter contriſtati ſunt. 80. Int.non de matre,quam illi miſerant ad grandia petenda, ignorantes menſuram ſuam. Hier. ¶ Chry. in hom.ex increpatione intellexerunt petitionem eſſe diſcipulorum. Chry.velle eſſe ſuper omnes vituperabile eſt. 81. Hier.humilis magiſter & mitis,nec duos arguit cupiditatis,nec telrquos indignationis.Chry.in hom.turbatos conſolatur de propinquo eis loquens,duo enim propius ſtabant, ſeorſum Domino loquentes. 82. Chry.Principes Eccleſiæ fiunt,vt ſeruiant minoribus,& miniſtrent eis accepta à Chriſto,ſuiſque neglectis,illorum vtilitates procurent,& mori non recuſent pro illorum ſalute:primatum Eccleſiæ concupiſcere nec iuſtum eſt,nec vtile,nullus ſapiens vltrò ſe tali periculo ſubiicit, vt det rationem pro omni Eccleſia.
83. Int.cùm è contrà ad ſummam virtutem veniatur non imperando,ſed miniſtrando. 84. Int.ſ.nõ primatum ambiendo,ſed humiliter deuitando. 85. Int.quod charitas, non conditio exigit. 86. Int. exemplum ponit, vt ſi verbis non credunt,erubeſcant ad opera.Hier. 87. Int.ſcilicet,non tantum prędicando,vel miraculis admonendo, ſed animam quam pro nobis accepit,impendendo. 88. Orig.ſcilicet,in mortem.Chry.in hom. quantumcunque humiliatus fueris,non poteris tantũ deſcendere quantum dominus tuus. 89. Int. non omnibus, ſed prædeſtinatis. 92. Chry. neminem labor itineris impedinit,amor enim ſpiritualis fatigationem non ſentit. 93. Aug.2.de conſ.Euang.cap.65.Marcus vnũ cæcum dicit,qui ſcilicet,ex duobus iſtis erat famoſiſſimus in illa ciuitate.& vt eius nota calamitas erat, ita fuit clara miraculi fama. quod verò Lucas narrat,in alio cæco factum intelligendum eſt,nẽpe cùm appropinquaret Chriſtus Iericho:hoc enim quod Matth. narrat,fecit cùm inde egrederetur.

Sens. Myst. In Cap. XX.

90. IN t. Poſt reſurrectionem gentes credunt in eum.Glo.redeunte Chriſto de præſentis vitæ defectu ad cælos,cœpit vterque populus diu perfidia cæcus,ſpem ſalutis & illuminationis habere viſum. 91. Int.id eſt,luna,& ſignificat defectum noſtræ mortalitatis. Rab. ¶ Orig. Iericho mundum ſignificat,in quem Chriſtus deſcendit. 93. Int.vterque populus ſine Chriſto cæcus.Orig.duo cæci,Iuda & Iſraël,ſedentes ſecus viam legis & Prophetarum,& ſecundùm carnem tantum intelligentes.Hier. quidam intelligunt Phariſæos,& Sadducæos, vel ſignificantur quidam de vtroque populo credentes diſpenſationem temporalem,ſecundùm quam Chriſtus via eſt,& deſiderantes illuminari,id eſt,aliquid de verbi æternitate intelligere,quod impetrare cupiunt tranſeunte Ieſu,id eſt, per fidem, qua creditur natus,& paſſus.Chry.quidam duos cæcos dicunt gentiles ex Cham & Iaphet,qui iuxta viam, id eſt,veritatem,quam inuenire non poterant, conuerſabantur. 94. Int.iam voto Chriſtum cognoſcere cupientes,aduentus eius præconia audierunt.

Addit. Avct. In Cap. XX.

d. ſcilicet.inter eos.Gre μεγάλοι.Magnates cognomentum regum præſertim Perſarum. e. ſcilicet,imperioſè cum faſtu pro libito.Gra poteſtatem exercent contra eos.id eſt,illorum malo ſeu incommodo,ſic ſupra dominantur contra eos.poteſtatem autem,id eſt,ius ſeu authoritatem eorum autem,& eos,pro earum & eas.ſic Pſalm. 9. Iudicentur gentes:conſtitue legiſlatorem ſuper eos. f. μέγας,magnus. 84. q.d.oportet quiddam in quo cæteris ſeruiendum,&c. 87. id eſt,vtilitati omnium ſeruire. 88. id eſt,ponere vitam. dicitur autè dare,quia patri obtulit eam, vt pretium in redemptionem humani generis ab eius ira,adeo que diaboli poteſtate. g. λύτρον,pretium. 89. ſcilicet efficaciter,vel multis poſitum pro omnibus,more ſcripturæ ſic Rom.5.Peccatores conſtituti ſunt multi,id eſt,omnes.

tranſiret:& [95] clamauerunt,dicentes, [96] Domine miſerere noſtri Fili Dauid. [97] Turba autem [98] increpabat eos,vt tacerent. At illi [99] magis [100] clamabant,dicentes: Domine miſerere noſtri Fili Dauid. Et [102] ſtetit Ieſus & [103] vocauit eos,& ait: [104] Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi:Domine vt aperiantur oculi noſtri. Miſertus autem eorum Ieſus, [105] tetigit oculos eorum: & confeſtim [106] viderunt,& [107] ſecuti ſunt eum.

SENS. LIT. IN CAP. XX.

95. Int.magno deſiderio illuminati poſtulauerunt,confeſſi Dauid filium. 96. Int.quem Deum credimus,Filium hominis factum. 98. Chry.videbant ſordidas veſtes,& non conſiderabant conſcientiæ claritatem. Hil.acerbè audiunt quod negabant, Dominum. ſ. eſſe filium Dauid. Orig. qui crediderant, nolebant appellarent Filium Dauid,ſed Filium Dei Chry.in hom. permittebat eos Chriſtus vetari, vt plus eorum deſiderium appareret. 99. Hil.Fides quando vetatur,magis accenditur,& ideo in periculis ſecura eſt,& in ſecuritate periclitatur. 100. Int. orando,pulſando inſiſtebant.donec ſtrepitum turbæ vincerent. 102. Hier.ideo ſtetit, quia cæci quò pergerent ignorabant,nempe vt venire ad ſe poſſent. 103. Hier.ne turbæ prohiberent.Aug.1.de q.Euan.ca.28.pulſanti aperitur. 104. Int.non ignorat,ſed audire vult confeſſionem,qui nouerat intentionē.Hier.interrogat,vt ex reſponſione, debilitas, appareat,& virtus ex remedio,cognoſcantur.Chry.Interrogat,vt dum cæci Dei Filium confitentur,cōfundantur videntes,qui eum tantùm hominē putant. 105. Int.oculos tangit,qui radiis ſuæ lucis conſcientiā illuſtrat.Chry.tetigit vt homo,ſanauit vt Deus. 107. Hier.non tā pedibus,quàm virtutibus.

SENS. MYST. IN CAP. XX

97. Int.ſcilicet,carnalia deſideria,vel perſequutiones obſtabant. Hier. ¶. Aug.de verb.Dom.Serm.10. bonos volentes facere præcepta Dei,mali & tepidi prohibent. 102. Int.tranſeunte Ieſu cæci admoniti ſunt,vt illuminentur,& à ſtante illuminati ſunt.Aug.1.de q.Euang.cap. 28. Fides enim incarnationis temporalis ad æterna intelligenda nos præparat, temporalia tranſeunt, æterna ſtant. Orig. vt quaſi de fonte ſtante miſericordia defluat ad eos. Glo. tranſiens audit, ſtans illuminat, per humanitatem enim miſertus,per diuinitatem lumen reddidit. 106. Int.ſcilicet,fide. 107. Int.ſcilicet,imitatione.

CAPVT XXI.

[1] ET cùm [2] appropinquaſſet Hieroſolymis, & veniſſet Bethphage [3] ad [4] montem [a] Oliueti, [5] tunc Ieſus [6] miſit [7] duos diſcipulos, dicens eis: Ite in caſtellum [8] quod

SENS. LITER. IN CAP. XXI.

2. GLo. prætermittit Matthæus facta ante ingreſſum in vrbem. 3. Remig. Bethphage viculus ſacerdotum,in latere montis Oliueti,vno miliario diſtans ab Hieruſalem, in quem ſe recipiebāt ſacerdotes expleto miniſterio. 7. Glo.quidam dicunt fuiſſe Petrum & Philippum.

SENS. MYST. IN CAP. XXI.

1. INT. Salute data credentibus,ingredi cupit pacis vrbem,& viſionis Dei.Hier. 2. Glo. appropinquauit Dominus per incarnationem Eccleſiæ, in qua eſt viſio pacis. 3. Int. domus buccæ interpretatur. Orig.domus maxillarum. maxilla enim pars erat propria ſacerdotum in lege. 4. Int. Mons Oliueti ſignificat Eccleſiam, vel celſitudinem Dominicæ dilectionis. a. Glo oleum miniſtrat lucem, ſolatur in laboribus,& doloribus, & excellit cæteris liquoribus. 5. Int.ſcilicet,quando miſericordiæ recordatus eſt. 6. Int.quia lucerna[illegible], quam accendit, non vult ſub modio poni. 7. Int. id eſt, duos prædicatorum ordines,alterum in gentes, alterum in Circunciſionem. Rem. ſiue quia duo ſunt præcepta charitatis,& [illegible] teſtamenta,& litera & ſpiritus.Hier.duplex ſcientia,theorica,& practica. 8. Int. quod penetrare barbara & indocta [illegible] latera,quaſi contra p[illegible] mœnia.Hier.mundus contra Apoſtolos erat,nec lumen doctrinæ volebat accipere.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXI.

3. id eſt domus maxillarum,Beth.domus Pag.Chal.maxilla,vel domus [illegible] vallis.[illegible] Ge.vallis erat autem villa ſacerdotum in monte Oliueti, vnde in Ieruſalem victima [illegible]. a. [illegible]. id eſt, oliuarum,quibus,ſcilicet,conſitus erat. 8. id eſt,vicum,oppidum,[illegible], Bethphage.

contra

[b]contra vos eſt: & ſtatim inuenietis aſinam [9]alligatam, & [c]pullum cum ea: [10]ſoluite, &
[d]adducite mihi: & ſi quis vobis aliquid [11]dixerit, [12]dicite, quia [13]Dominus his opus habet:
& [14]confeſtim [e]dimittet [15]eos. Hoc autem factum eſt, vt adimpleretur quod [f]dictum eſt
per [16]Prophetam, dicentem, [17]Dicite [18]filiæ Sion, [19]Ecce [g]Rex tuus venit [20]tibi [21]manſuetus,
ſedens ſuper [22]aſinam [*]& pullum [23]filium ſubiugalis. [24]Euntes autem diſcipuli, [25]fecerunt
ſicut præcepit illis Ieſus. Et adduxerunt aſinam & pullum, & impoſuerunt ſuper
[h]eos [26]veſtimenta ſua: & eum [27]deſuper ſedere fecerunt. Plurima autem

Sens. Lit. In Cap. XXI.

13. Int.ſ.omnium rerum cui ſeruire debet omnis creatura. Chry. ipſe ſolus Dominus omnium hominum. 14. Chry.in ho.non paruum,hoc eſt,quis enim ſuaſit non velle contradicere? oſtendit verò ſe poſſe Iudæos prohibere,ſed nolle. 15. Int.ſ.veri Domini ſeruitio mancipandos. 16. Int.ſ.Zachariam. 17. Int.ſ.prædicatores. 18. Rab.filia Sion dicitur Hieruſalem ſita in monte Sion. 19. Int. q.d.Spiritu videte,non oculis.Chry.multi ante tempora dicebant,ecce quia iam etat antequam naſcerētur. g. Chry.cùm ergo videritis nolite dicere,Non habemus regem niſi Cæſarem. 20. Chry. ſi intellexeris,vt ſaluet te,alioqui contra te. 21. Int.ſ.vt ametur, non vt per potentiam timeatur. Chry.

22. Int.ecce manſuetudo.Aug.de conſ. Euang. Matthæus aſinam dicit commemoratam à Propheta, ſecus tamen habent 70.qui eodem ſpiritu interpretati ſunt,quo erant,quæ interpretabantur dicta. Itaque nonnulla variarunt à voluntate tamen Dei non credendo,in quo oſtenditur non eſſe mendacium, cùm aliquid diuerſo modo narratur,ſi ab eius voluntate,cui eſt conſentiendum,non receditur: tacent etiam cæteri Euangeliſtæ de aſina,quod non magis debet permouere lectorem, quàm ſi Matthæus de pullo tacuiſſet:vbi enim vtrumque poteſt intelligi factum,nulla repugnantia eſt,præſertim cùm vnus vnum,[illegible] vtrumque commemoret. 24. Int.Chriſti virtus, qui cor illius Domini ad dandum animal parauit. 25. Int.miniſterium Apoſtolorum. 27. Int.non ad litteram ſuper vtrumque ſedit, ſed in præcordiis v[illegible] aſ[illegible]ue populi.Hier. ¶ Remig.Fieri potuit vt ſuper vtrumque ſederit. Chry. in hom. non propter m[illegible] ſolum ſuper aſinam ſedit, ſed demonſtrans non eſſe neceſſe equis ferri, ſed ſufficere aſino vti, interroga verò Iudæos quis alius Rex ſuper aſinam intrauerit Hieroſolymam.

Sens. Myst. In Cap. XXI.

9. Int. id eſt,Iudæos legis iugo domitos,ſed tamen peccatis irretitos.Hiero. aſina ſynagoga, pullus gentium populus,cuius Iudæa,ſecundùm Deum, mater eſt. Rab. vnde Matthæus, qui Iudæis ſcripſit, aſinæ meminit,vt Iudæi ſalutem ſperent,ſi pœniteat. Chry. homines ante Chriſti aduentum, vt aſini immund[illegible] ation[illegible]iles,ſtulti,ignobiles,& er[illegible]oribus onerati,ligata verò aſina, id eſt, [illegible]iaboli er[illegible]tibus impediti,& niſi Deus ſoluat peccatis, ligatum vſque ad mortem in eorum vinculis permanebit. Hil.aſina & p[illegible]lus duplex gent[illegible] vocatio ſ.Samaritanorum,& reliquarum gentium: per Phil[illegible]pum Samar[illegible] credi[illegible]it,per Petrum Cornelius gentium primitiæ. 10. Int. ſ.à peccatis. ¶ quæcumque ſoluerítis,ſoluta erunt.Chr[illegible].per doctrinam & miracula ſoluite. d. Chry.id eſt ad gloriam meam conuertite. 11. Int.ſ.obedientiam eorum denegare voluerit. 12. Int.q.d non deſiſtatis prædicādo.Remig. 22. Int.non in curru,vel equo ſuperbiæ,vel belli,ſed in aſina pacis,quia in humilibus & quietis requieſcit Chry. 2[illegible]. Int. quia exemplo Iudæorum gentilis populus credidit. 26. Int. id eſt, fidem & mores.Hier.Veſtis Apoſtolica,doctrina virtutum,vel diſcretio Scripturarum,vel dogmatum Eccleſiaſticorum varietates,quibus niſi anima ornata ſit;ſeſſorem habere Dominum non meretur. Remig. Apoſtoli gloriam,quam acceperunt à Chriſto,gentibus dederunt. 27. Remig.Eccleſiæ præſides, animas,quas in ſæculo regunt,ad cæleſtem patriam introducunt.

Addit. Avct. In Cap. XXI.

*b. i. è regione veſtri, ſeu in conſpectu veſtro, vide Luc.19. 9. volebat præter morem equitare, vt aliquod regni ſui exhiberet ſpecimen, coniunctu[illegible] tamen humilitati, & paupertati: illud enim iumentum vile & alienum. e. id eſt, permittet, ſeu concedet vobis. f. ſenſum refert non verba. 18. id eſt ciuibus Hieroſolymitanis, ſic filia Tyri, filia Babylonis. Pſal. 44. 139. Sion autem arx erat regia, & regni Dauid ſedes. * ſuper vtrumque videtur viciſſim ſediſſe. h. ſ. ignorantes ſuper vtro eorum vellet ſedere, vel eos poſitum pro alterum, per ſynecdochen. 3[illegible]. i pallia, ſeu ſummas veſtes.*

[28] turba [29] ſtrauerunt [30] veſtimenta ſua in via. Alij autem cædebant ramos de [31] arboribus, &
ſternebant in via: [32] turbæ autem quæ [l] præcedebant,& quæ ſequebantur, clamabant,
dicentes: [33] Oſanna [m] filio Dauid, [34] benedictus [n] qui venit in [35] nomine Domini, oſanna [36] in
altiſſimis. Et cùm [37] intraſſet [o] Hieroſolymam, [38] commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens,
Quis [p] eſt hic? [39] Populi autem dicebant, Hic eſt Ieſus [40] Propheta, à Nazareth Galilææ.
Et intrauit Ieſus in [41] templum Dei, & [42] eiiciebat omnes

Sens. Lit. In Cap. XXI.

28. Int.ſ.Iudæorum.Hier.qui egreſſi de Iericho, ſecuti fuerant Chriſtum. 29. Int. ſ. vt illæſo pede pullus incederet.Hier. 31. Hier.ſ.fructiferis,quibus mõs Olineti coöſitus eſt. 33. Int.id eſt,O Domine ſalua.Hier.pro eo quod in 70.habetur Pſalmo 117. ὦ κύριε σῶσον δὴ, O Domine ſaluum fac, Hebraicè legimus, אנא יהוה הושיעהנא Aona Iehoua oſianoa,quod Symachus vertit:Obſecro domine,ſaluum fac obſecro. 34. Int.& tu à peccato immunis,qui prius io forma ſerui, tandem appariturus es in gloria Domini. 35. Int. vnde & ipſe, veni io nomine Patris mei.Hier. 36. Iot. Excelſis aliàs altiſſimis.Hier.oſteoditur aduentus Chriſti totius mundi ſalus eſſe: terrena iungeos cæleſtibus. Orig.laudant humanam Chriſti diſpenſationem dicentes,Oſanna filio Dauid,& e.reſtitutionem autem in ſancta,dicentes,O ſanna in excelſis.Hil redemptionis in eo exprimũt poteſtatem, filium autem Dauid nnocupant,vt in quo agooſcerẽt æterni regis hæreditatem.Glo.in excelſis,quia etiam Aogelorum ſalus,quorum numerum implet. 37. Iot.ſ.cum tanta turba.Rab.fuit introitus hic quinto die ante Paſcha, vt conſtat ex Iohanne, & quidem decima die menſis primi iubebantur agnum immolandum in domum introducere. o. Glo.vt tempore paſſionis poſſet inueniri,io quo oſtendit ſe non inuitum pati. 38. Int.ſ.mirans frequentiam,neſciens veritatem. Hier. ¶ Chry.videbant rem mirabilem,laudabatur homo quaſi Deus,puto verò quod nec laudantes ſciebant quid laudarent, ſed ſpiritus in eos ingreſſus,veritatis verba fundebat. 39. Int.à minoribus incipit confeſſio. 40. Int.ſicut & Moyſes eum Prophetam dixit.Hier. 41. Chry.proprium boni filij ad domum currere patris,eique honorem reddere,fecit etiam vt bonus medicus,primum intendens ad originem morbi:ſi enim ſacerdotium integrum ſit,tota Eccleſia floret,ſi corruptum,marcida eſt.Glo.exemplum dat,vt quocũque imus,primùm orationis domum,ſi ſit,adeamus. 42. Int.ſ.ardore ſpiritus coocitatus.Hier. ¶ Aug. 2.de conſ. Euang. cap.6.eiecerat & aliàs(vt Iohannes ait)ſed hæc vltima eiectio, de qua alij Euangeliſtæ. Chry. in hom. maior Iudæorum accuſatio, quòd cùm hoc aliàs factum fuiſſet, in ſua tamen dementia perſiſtebant. Hier.mihi inter omnia Domini ſigoa,hoc videtur mirabilius, quod homo tántopere contemptibilis illo tempore,Scribis & Phariſæis cootra ſæuientibus, vno flagello tantam potuerit ejicere multitudinem;igoeum enim quiddam & ſydereum radiabat ex oculis,& diuinitatis maieſtas lucebat in facie.

Sens. Myst. In Cap. XXI.

29. Int.Iudæi legis mandata ſternnot Remig.credentes Iudæi gloriam,quam habebant ex lege contemnebant, vel veſtimenta ſuot corpora pro Chriſto tradita ad martyrium, vel per abſtinentiam domita. 30. Int.id eſt,fidem & mores. 31. Remig.rami,exempla.Glo.rami, verba, & ſententiæ de libris patrum excerptæ. 32. Int.primitiui Patres,& eorum ſequaces, cum magno affectu fatebantur, quia ſalus adſcribenda eſt homini à verbo Dei aſſumpto. l. Hier.vterque populus, qui. ſ. ante Euangelium, & qui poſt credidit, Chriſtum conſona voce laudant.

Addit. Avct. In Cap. XXI.

33 Peculiaris apud Hebræos acclamatio,vt apud Græcos Io Paan,apud Romanos Io triumphe: vtunturq; ſæpe in feſto tabernaculorum,vbi & frondes geſtant,& palmarũ ramos,id quod Spiritu ſancto impellente,ad Chriſti in vrbem aduentũ fecerunt:vtuntur & ſæpe ſe ad laudem Dei inuicẽ excitantes. Lucas affectum tãtum acclamantiũ expreſſit.fortè ea verò etiam præterea dixerũt,quæ Lucas ſcribit. Heb. הושיע נא. i.ſalua, ſeu ſaluifica obſecro: dicitur etiam הושע, vnde Hoſanna, cum ב dageſſato. m. pro filium Dauid.Heb.ſ.precãtur Meſſiæ omnem à Deo felicitatem,vt ſolent,qui dicunt,Viuat Rex. 34. i. benedicatur à Deo,proſperet Deus eius regnum. n. ὁ ἐρχόμενος,ille qui venturus.ſ.erat vel expectabatur. 35. i.à Domino miſſus. 36. ſub. qui es,aut habitas. ſic Pſal. 148. Laudate eum in excelſis.ſ.habitantem,vel qui in excelſis eſtis,vel q.d.ſalua ſalute cæleſti & æterna. p. ſ. cui ſic acclamãt, quemq; pro Meſſia ſuſcipiunt. 42. anticipatio eſt, factum enim id ſequenti die, vt ait Marcus.

[43] vendentes & ementes in [44] templo:& menſas [45] nummulariorum, & cathedras venden-
tium [46] columbas euertit,& dicit eis,[47] Scriptũ eſt,Domus mea domus [48] orationis vocabi-
tur:vos autem feciſtis illam ſpeluncam [49] latronũ.Et [50] acceſſerunt ad eum [51] cæci,& claudi
in templo : & [52] ſanauit eos.Videntes autem principes ſacerdotum & Scribæ mirabilia
quæ fecit,& pueros clamantes in templo,& dicentes, Oſanna filio Dauid : [53] indignati
ſunt,& dixerunt ei,[54] Audis quid iſti dicunt?Ieſus autem dixit [55] eis,[s] Vtique:numquam le-
giſtis,Quia ex ore [t] infantium & lactentium [56] perfeciſti laudem? Et [57] relictis illis , abiit
[58] foras extra ciuitatem in [59] Bethaniam:ibique [60] manſit. [61] Manè autem reuertens in ciuita-
tem,[62] eſuriit. Et videns fici [63] arborem vnam [64] ſecus viam, venit ad [65] eam: & nihil inuenit
in ea niſi [66] folia tantùm,& [67] ait illi,[68] Numquam ex te fructus naſcatur in

SENS. LIT. IN CAP. XXI.

43. Hier.confluente in templum innumera multitudine, plurimæ hoſtiæ offerebantur,maximè feſtis diebus,quæ ne deeſſent de longè venientibus,ſacerdotes animalia ad ſacrificia vendebant,cumque aliqui vnde emerent;non haberent, conſtituerunt nummularios , qui mutuam ſub cautione pecuniam darent. 44. Orig. in quo orationibus tantum vacandum. 47. Orig. ſcilicet, in Eſaia. 48. Int.vnde Auguſtinus,nemo in oratorio aliquid agat, niſi ad quod factum eſt, vnde & nomen habet. 49. Hier. latro eſt,qui lucra de religione ſectatur. 50. Int. calumniatoribus virtutis potentiã oſtẽdit. 51. Int. teſtes vocis puerorum. 53. Int.non auſi manum mittere, opera calumniabantur, & teſtimonium populi. Hier. ¶ Chry. vt columna modicum inclinata, accepto pondere facilius cadit, ſic cor peruerſum viſis operibus iuſtis magis ad inuidiam concitatur. 54. Int.q.d.aſcribis tibi,hæc eſſe ſcripta de te?

55. Int.ſcilicet , perfidis contemptoribus. s. Hier.moderata reſponſio,nec dixit,benefaciunt,nec errant , ſed teſtimonio Scripturæ puerorum dicta firmat. t. Chry. in hom. hæc non parua conſolatio Apoſtolis prædicaturis,cùm eſſent idiotæ,daturus quippe erat illis ſermonem,qui pueris dederat.

56. Int.perfectio laudis eſt,fieri ab indoctis,in quibus ſola veritas operatur non ingenium hominis.

57. Int.ſ.incredulis,& contradicentibus.Chry.malum melius locum dando vinces,quàm reſpondendo. 58. Hier. tantæ Dominus paupertatis, & ita nulli adulatus, vt in vrbe maxima nullum hoſpitem inuenerit. 61. Int.more ſtudioſi operatoris qui manè ſurgit. Rab. 62. Int.pro veritate carnis. Hier.

67. Hier.paſſurus Dominus,diſcipulorum animas voluit ſigni anticipatione firmare. 68. Hil. Dominicæ bonitatis argumentum , exemplum enim procuratæ per ſe ſalutis , in hominum corporibus exercuit,at formam ſeueritatis in contumaces,in arbore indicauit. Chry.in hom.maledicit , vt diſcant Apoſtoli potuiſſe eum ſiccare crucifigentes,ſi vellet.

SENS. MYST. IN CAP. XXI.

45. Chry.in tẽplo Dei non debent eſſe niſi ſpirituales nũmi Dei imaginem habẽtes. 46. Int.id eſt, gratiam ſancti Spiritus,vt ordines,&c.Orig.qui tradunt Eccleſias quibus non oportet:columbas,id eſt Spiritus ſancti gratiam vendunt. 51. Orig.in Eccleſia Dei non ſunt omnes videntes nec rectè ambulantes. 52. Remig.non poſſunt homines ſanati niſi in Eccleſia, cui data eſt poteſtas ligandi , & ſoluendi. t. Glo.Infantes ſunt ſimplices; lactentes,qui miraculorum ſuauitate delectantur; panis enim, doctrina perfecta. 59. Int.id eſt,in domum obedientiæ,vocationem gentium præfigurans. Orig. requieſcit Chriſtus in obediente verbo ſuo,malóſque & peccatores relinquit. 60. Int. ſ. vſque ad conſummationem ſæculi. 62. Int.ſ.ſalutem credentium. 63. Int.ſ.ſynagogã. Hier. 64. Int. non in via ſpiritus,ſed litteræ.Hier. 65. Int. ſ. immobilem, ſine pedibus Euangelij. 66. Int.i. eloquia legis & Prophetarum.Chry.traditiones Phariſaicas,iactationémque legis abſque fructibus veritatis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXI.

45. qui pecunias commutabant. 49. alluſit ad Ier.7. s. ſcilicet, audio. 58. Id ſecundum Septuaginta: nam Hebr. aliquanto aliter. 60. id eſt, pernoctauit. 62 vt qui præcedenti die toto ieiunarat, ſobrieque de more cœnauerat,& totam noctem orauerat, vt ait Lucas, vel diſpenſatione factum propter myſterium ſignificandum. 64. Gra. in via.

ſempi

ſempiternum.[69] Et areſacta[70] eſt continuò ficulnea. Et videntes diſcipuli,mirati ſunt,dicentes,Quomodo[71] continuò aruit?[72] Reſpondens autẽ Ieſus,ait eis:Amen dico vobis,ſi habueritis fidem,[73] & non hæſitaueritis,[74] non ſolùm de ficulnea facietis, ſed & ſi monti[75] huic dixeritis,Tollere,[76] & iacta te in mare:fiet.Et omnia[78] quæcunque petieritis in oratione credentes,[79] accipietis.[80] Et cùm veniſſet in templum, acceſſerunt[81] ad eum docentem Principes ſacerdotum & ſeniores populi, dicentes, In qua poteſtate[82] hæc facis? Et quis[83] tibi dedit hanc poteſtatem? Reſpondens[84] Ieſus dixit eis, Interrogabo vos & ego vnum ſermonem: quem ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua poteſtate hæc facio.Baptiſmus[85] Iohannis[86] vnde erat?[87] è cælo,an ex hominibus?[88] At illi cogitabant[89] inter ſe dicentes,Si dixerimus è cælo,dicet nobis,Quare ergo non credidiſtis illi? Si autem dixerimus ex hominibus:[90] timemus[91] turbam:

Sens. Lit. In Cap. XXI.

70. Chry.in hom.fecit miraculum in humidiſſima planta,vt maius appareret: ne quæras autem cauſam cur ſit ſiccata,cùm tempus ficuum non eſſet,ſed miraculum inſpice, & mirare factorem. Glo. plebem,quam docebat facto terruit,ne forte habens folia,id eſt, verba iuſtitiæ, ſine fructu operum mereatur excidi:non facit verò Creator iniuriam poſſidenti,ſi ad arbitriũ ſuum creatura vtitur. v. Aug. 2.de conſ.Euang.cap.6.ſcilicet,alio die. 71. Int.ſ.quãdo maledicta eſt. 72. Chry in ho.apparet propter eos factũ fuiſſe;vt ſ.erigerentur ad cõfidendum. 73. ſ.quæ non frangatur aduerſis.Glo. per dilectionem operantem. 74. Int.ſ.vos accepturos quod petitis. 75. Int.id ad literam,quando ratio exegit,iam in multis factum eſt,vel monti,id eſt, ſuperbo diabolo. Hier. quærunt gentiles, vbi Apoſtoli hoc fecerint.Reſpõdemus multa eſſe facta,quæ ſcripta non ſunt. 78. Int. ſ.quæ ad ſalutem pertinent.

79. Int.ſ.non hæſitantes. 80. Rab.non exaudimur, quia vel contra ſalutem noſtram petimus, vel eorum,pro quibus petimus,peruerſitas obſtat,vel differtur in futurum,vt deſideria creſcant. 81. Int. veſi diceret ſe Chriſtum velut arrogantem, & ſuperbum, & ſacrilegum inuaderent. Chry. videntes Chriſtum cum magna gloria introeuntem,inuidia torquebantur. 82. Int. quaſi non Dei, ſed Belzebub,vt ſuprà.Hier. 83. Int.Filium Dei negant,quem non ſuis,ſed alienis viribus operari putãt.Hier. ¶ Chry. ſi credidiſſent omnem poteſtatem eſſe à Deo eſſe,non hoc interrogaſſent. 84. Hiero. poterat aperta reſponſione calumniam refutare,ſed prudenter interrogauit,vt ſuo ipſi vel ſilentio, vel ſcientia condemnarentur. 85. Int.ſub.dicite mihi. 86. Aug.ſuper Iohannem, tract. 5. Baptiſmus Iohannis dicitur, ſolus enim tale donum accepit,vt baptiſmus ipſius diceretur, præparabat autem viam Domino, non interius mundabat. 87. Int.id eſt,ex ſtatuto Dei. 88. Int.id eſt,an fictione hominum.

89. Hier.quid in ſua malitia pertractarent,oſtenditur. 90. Int.qui dixit,Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi,qui mihi teſtimonium perhibuit,& in qua poteſtate hæc facio,demonſtrauit. 91. Int. timent lapidationem,ſed magis veritatis confeſſionem.

Sens. Myst. In Cap. XXI.

u. Orig.etiam diſcipuli faciunt areſcere ficum,cùm oſtendunt aliquem vacuum eſſe Chriſto, vt Petrus Simonem. 75. Orig.mons,ſathanas;mare,abyſſus.Chry.mare,mundus,vbi aquæ ſalſæ, id eſt,populi iniqui. Aug.2.de q.Euang.cap.29,mons,ſuperbia,quàm à ſe ſeruus Dei debet repellere, vel Dominus à Iudæis in gentes,tamquam in mare tranſlatus. 76. Int.ſcilicet,de prædeſtinatis. 77. Int. ſcilicet,in turbulentos infideles.

Addit. Avct. In Cap. XXI.

u. ſcilicet, ſequenti die,ut ait Marcus. 73. ſcilicet, fiducie coniunctam. 75. ſ. Oliueti. 76. Græ. tollere & iactare,ἄρθητι καὶ βλήθητι. 79. ſcilicet,fide & fiducia nihil uacillãte,vide Iacobum. 82. ἐξουσία, authoritate. z. ſcilicet,ingreſſus tanta pompa,eiiciens templo,docens,&c. aa. pro unam rem Hebr.

87. id eſt,è diuina ne an humana authoritate profectus. 89. διελογίζοντο cogitabant,& inter ſe conferebant,deliberantes. 90. ſcilicet,de me teſtificanti. 91. ne,ſcilicet,lapidet nos vt blaſphemos.

[bb] omnes enim habebant [92] Iohannem ſicut Prophetam. Et reſpondentes Ieſu,dixerunt, [93] Neſcimus.Ait illis & [94] ipſe,Nec ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio. [cc] Quid autem vobis videtur?[95] Homo quidam habebat duos [96] filios:& accedens ad [97] primum,[98] dixit, Fili,vade [99] hodie [100] operare in vineam meam. Ille autem [101] reſpondens ait , [102] Nolo. [103] Poſtea autem pœnitentia [104] motus,abiit. Accedens autem ad [105] alterum,dixit ſimiliter. At ille reſpondens [106] ait,[107] Eo domine,& non [108] iuit.Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Di-[109]cunt ei,[110] Primus.Dicit illis Ieſus,Amen dico vobis, quia [111] publicani & [112] meretrices præ-[dd]cedunt vos in [113] regno Dei.[114] Venit enim ad vos Iohannes in [115] via iuſtitiæ,& non credidiſtis ei:publicani autem & meretrices crediderunt ei : vos autem [116] videntes nec pœnitentiam habuiſtis [117] poſtea vt crederetis ei.Aliam [118] parabolam [119] audite.Homo erat [120] paterfamilias,qui plantauit

SENS. LIT. IN CAP. XXI.

92. Int.cuius baptiſma ſuſceperant.Hier. 93. Hier.mentiti ſunt. 94. Int.non ego dico vobis,quia non vultis fateri quod vtique ſcitis. Hier. oſtendit illos ſcire, ſed reſpondere nolle, & ſe noſſe,ſed non dicere,quia quod ſciunt,tacent.Rab.ob duas cauſas occultanda veritas,cùm.ſ.quęrens aut minus capax eſt,aut indignus, cui debeat aperiri. c c. Hier. infert parabolam, qua & illos impietatis arguat , & ad gentes regnum Dei transferendũ doceat. Chry.reos ipſos iudices facit. Magna fiducia iuſtitiæ,vbi aduerſario cauſa committitur, vtitur autem parabola, vt non intelligant quomodo contra ſe ſententiam dicant. 95. Int. ſ. Deus , qui paternè diligit omnęs quos creauit. Chry. & vult magis diligi vt Pater, quàm timeri vt Dominus. 96. Int.i.populos. 97. Int.ſ.gentilem, qui à Noë. ¶ quia prius fuit gentilis,quàm Iudæus. 98. Int. non in auribus, ſed dans intellectum in ſenſibus. Chry. 99 Int. id eſt,in tempore huius ſæculi. Chry. ¶ Glo ex quo homo conditus eſt , legem habuit, quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. 100. Int.ſ.quod tibi non vis,alij ne feceris.Hier. ¶ Chry. operari in vinea eſt iuſtitiam facere. 101. Int. ſ.ſuperbè cùm bonum reliquit, & malum elegit. 102. Int. hic liberum arbitrium. Chry.gentes à principio noluerunt facere Dei iuſtitiá. 103. Int.ſ.in aduentu Chriſti.Hier. 104. Int. ſermonis contumaciam labore correxit.Hier. 105. Int.ſ.Iudæum qui ab Abraham. 106. Int.ſ.Moyſi.Hier. 107. Int.omnia quæcunque dixeris,faciemus. Hier. 108. Int. quia filium extra vineam interfecit. 109. Int.vt ſuo iudicio damnentur.Hier. 110. Chry. ſ.populus gentiũ.Hier.in veris exemplaribus non habetur nouiſſimus,ſed primus , quod ſi legas nouiſſimus , intellige Iudæos nolle dicere quod ſentiunt. 111. Int.vt Matthæus.Chry.nomine publicanorum intellige omnes viros peccatores, meretricũ verò nomine omnes peccatrices,abundat enim præcipuè in viris auaritia, aſſiduè enim verſantur in actibus rerum diuerſarũ.in mulieribus autem fornicatio,quæ maximè ex otio naſcitur. Hier. quidam putant non gentilium , & Iudæorum eſſe parabolam, ſed ſimpliciter peccatorum & iuſtorum. Chry.videbatur dicturus,gentes præcedẽt vos in regno Dei,ſed poſſumus id ita intelligere. q.d.in tantum gentes magis placẽt Deo,quàm vos,vt etiam publicani,&c. Oſtendit autem meliores eſſe populares,qui aliquando conuertuntur,quàm ſacerdotes,qui numquam. 112. Int. vt Maria Magdalena.

113. Int. id eſt, in cælo,vel Eccleſia.Rab.in Euangelio,citius enim gentes,quàm Iudæi credere voluerunt. 114. Int.quare? Venit enim,&c. 115. Int.ſ.Chriſto,vel præceptis Dei.Rab. Chriſtum, qui conſummatio legis eſt,digito monſtrauit. Chry.conuerſatio eius peccatorum corda concutiebat.

116. Int.ſ.viam iuſtitiæ,quam prædicauit. 117. Int.ſaltem poſt completam eius prophetiam.

118. Int.vbi mortem ſuam eis improperauit 119. Int.alias locutus eſt. 120. Int. ſcilicet,Dominus Sabaoth.Chry.homo dicitur ſimilitudine,non veritate,natura Dominus eſt,beneuolentia Pater.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXI.

b b. Gra.habent. 97. primus eſt apud Deum,peccator cùm pœnitet poſtremus, qui iuſtitia decidit.

107. Gra ego,ſr. praſto ſum.ſeu eccum me.Heb. 112. Ha , & publicani præcipuè apud Iudæos infames. d d. id eſt,potiores partes habent. 115. ſcilicet incedens.q.d.vir integerrima vita,& perfecta doctrina. 116. ſcilicet illorum pœnitentiam.

[121] vineam, & [122] ſepem circundedit ei:& fodit in ea [123] torcular: & ædificauit [124] turrim:& loca-uit eam [125] agricolis:& [126] peregrè profectus eſt. Cùm autẽ [127] tempus fructuũ appropinquaſ-ſet:miſit [128] ſeruos ſuos ad [129] agricolas, vt [130] acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehenſis [131] ſeruis eius, alium [132] ceciderunt, alium [133] occiderunt, alium verò [134] lapidauerũt. [135] Iterum miſit alios ſeruos [136] plures prioribus, & fecerunt illis ſimiliter. [137] Nouiſſimè autem miſit ad eos filium ſuum, dicens, Verebuntur [138] fortè [139] filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerunt [ee] intra ſe, Hic eſt [140] hæres, venite [141] occidamus eum: & [142] habebimus hæreditatem eius. Et apprehenſum eum, [141] eiecerunt extra vineam, & occiderunt.

SENS. LIT. IN CAP. XXI.

121. Hier. de qua Eſaias, Vinea Domini Sabaoth, domus Iſraël eſt. 122. Int. i. communitionem, ſcilicet, murum vrbis, vel Angelorum cuſtodiam, vel bellicoſorum virorum, vt Dauid & Machabæorum. Chry. cuſtodiam patrum iuſtorum. Orig. cuſtodiam Dei. 123. Int. impoſuit ei tormenta legalia, per quæ cogeretur ad bene viuendum. Hier. altare, aut torcularia, quorum titulo prænotantur Pſalmus 8. 80. 83. ſ. martyres. Hil. Prophetas, in quos vbertas Spiritus ſancti feruentis influeret. Chry. Verbum Dei quod cruciat hominem contradicente carne. 124. Int. i. templum. Hier. de quo per Michæam: Et tu turris nebuloſa. Hil. eminentiam legis, quæ & in cœlũ proueheret, & ex qua ſpeculari Chriſti aduentus poſſet. 125. Int. qui ſuprà operarij in vinea. Chry. ſ. cùm Sacerdotes & Leuitæ populi regimen ſuſceperunt. 126. Int. nõ mutando locum, ſed operãdi relinquens liberum arbitrium. Hier. ¶. Chry. in hom. Longanimitate vtens, & non ſemper peccatis eorum pœnas inducens. Orig. non vt olim apparent in nube, & columna ignis. 127. Rab. tempus dixit non prouentum, nullus enim fructus populi contumacis. 128. Int. ſ. Moyſen & Aarõ legiferos. Chry. in hom. Prophetas. 129. Int. qui ſe male colebant. 130. Int. vt inquirerent fructum legis. 131. Int. ſ. legis cuſtodibus. 132. Int. vt Ieremiam. Hier. 133. Int. vt Eſaiam. Hier. 134. Int vt Zachariam, quem occiderunt inter templum & altare. Hier. 135. Chry. per ſingulos gradus malitiæ, Dei miſericordia addebatur, & per ſingulos gradus miſericordiæ Dei, Iudæorum malitia creſcebat. 136. Int. ſ. Prophetarum choros. Hier. 137. Int. adhuc locum dat pœnitentiæ. Chry. in hom. quare non ſtatim miſit? vt ex his, quæ fecerant, ad alios ſe accuſarent & verecundarentur propter filium aduenientem. 138. Int. ambigere dicitur Deus, vt libera voluntas homini reſeruetur. Hier. ¶ Chry. in hom. oſtendit quid facere deberent. Orig. impletum hoc in Iudæis, qui crediderunt. Glo. q. d. faciam quod meum eſt, ipſi videant quod ſuum eſt. 139. Chry. conuincuntur ex hoc loco qui dicunt Chriſtum ſolum poſt incarnationem Filium Dei, vt cæteri ſancti dicuntur. Filium enim vocat, cùm mittere cogitabat: deinde cur non & Prophetas filios vocauit? aut non Chriſtum ſeruum? 140. Hier. conſtat hinc Principes Iudæorum non per ignorantiam, ſed per inuidiam Dei filium crucifixiſſe, intellexerunt enim eum eſſe ad quem Pater, Poſtula à me, &c. 141. Chry. poſtquam eiecit ex templo, præcipuè hoc cogitarunt, ne, ſi populus Chriſtum ſecutus, ſacrificia dimitteret, & ita lucrum perderent. 142. Chry. cogitatio ſacerdotum carnaliũ, nõ quomodo viuat populus, ſed quid in Eccleſia offerat. Rab. ſuam, quæ ex lege eſt, iuſtitiã volebãt præferre, extincta fide in Chriſtum. Hier. hæreditas Chriſti, Eccleſia, quam ſua morte acquiſiuit. 143. Int. quia extra portam paſſus eſt, vel prius à cordibus incredulorum repulſus, deinde crucifigitur. Orig. quantum ad ſe alienum iudicauerunt à vinea. Glo. à ſuis finibus excluſerunt, & gentibus miſerunt.

SENS. MYST. IN CAP. XXI.

121. Orig. vinea, doctrina; fructus, vita irreprehenſibilis; ſepes, littera; torcular, profunditas eloquiorum, turris, verbum de Deo & Chriſto; coloni, populus aute nos. Rab. vinea cuique colenda commiſſa eſt, cùm eſt baptizatus, ſeruus mittitur, cùm lex, Pſalmus, aut prophetia legitur, eijcitur cùm contemnitur. vel blaſphematur, hæredem occidit, qui Filium Dei conculcat, & ſpiritui gratiæ contumeliam facit, vinea alij datur, cùm gratiam à ſuperbo ſpretam humilis accipit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXI.

122. ſcilicet. cuſtodiam Angelorum, vel rectorum. 123. i. lacum, quo ſolet excipi expreſſum vinum, ſignificat verò legem purum ab impuro diſcernentem. 124. i. tabernaculum, templum, & ſpeculatores 138. ſignificat quod illos facere æquum erat. ee. pro, inter ſe.

Cum

Cùm ergo [144] venerit dominus vineæ [145] quid faciet agricolis illis? Aiunt [ff] illi, [146] Malos malè perdet,& [147] vineam ſuam locabit alijs agricolis:qui reddãt ei [148] fructum temporibus ſuis. Dicit illis Ieſus, [gg] Nunquam legiſtis in Scripturis, Lapidem quem [hh] reprobauerunt ædi- [149] ficantes,hic eſt factus in [150] caput anguli: A [151] Domino factum eſt iſtud:& eſt mirabile in oculis [ll] noſtris? [152] Ideo dico vobis, quia auferetur à [153] vobis [154] regnum Dei: & dabitur [155] genti facienti [156] fructus [mm] eius:& qui [nn] ceciderit ſuper lapidem iſtum, [157] confringetur: ſuper quem verò [oo] ceciderit:conteret eum. Et cùm audiſſent Principes ſacerdotum & Phariſæi parabolas eius:cognouerunt quod de ipſis [158] diceret:& [159] quærentes eum [160] tenere, [161] timuerunt turbas:quoniam ſicut Prophetam eum [162] habebant.

Sens. Liter. In Cap. XXI.

144. Int.id eſt,iudicauerit. 145. Int.non ignorans quærit,ſed vt ſua reſponſione eos condemnet. Hier. ff. Aug,2. de conſ.Euang.cap. 70. Marcus ait Dominum ipſum reſpondiſſe, ſed poteſt intelligi illorum fuiſſe reſponſionem,quod tamen cum dixerunt,quia verum erat,de ipſis reſpondit qui veritas eſt.Chry.in hom. vtrumque factum eſt,reſponderunt & ipſi,& dominus poſtea iterauit. Aug. de conſ. Euang.Lucas ait, reſpondiſſe abſit,ſed intellige quoſdam ex plebe reſpondiſſe quod ait Matth.quoſdã verò quod Lucas, intelligentes nimirum contra ſe parabolam dictam.Chry.ore dixerunt abſit,in corde verò quod Matth.narrat.Chry.in hom.antequam intelligerent parabolam contra ſe ſententiam protulerunt,poſtea verò dixerunt,abſit. 146. Chry.veritas ipſis violentiam fecit.Orig.Prophetant iſti vt Caiphas contra ſe. 147. Int.id eſt,Eccleſiam de alijs nationibus eliget.Orig. tollenda erant illis eloquia Dei,& danda gentibus,vel alij agricolæ ſunt,qui ex Iudaïco populo crediderunt. 148. Int. ſcilicet verbi vel facti pro competentia temporis. hh. Glo.ſ.Chriſti fidem & iuſtitiam contemnentes.

149. Int.ſcilicet, ſuas traditiones. Hier. quos ſupra operarios & agricolas,nunc ædificatores vocat. Glo.qui de ſubdita plebe, quaſi Deo domum ſtruere videbantur. 150. Int. ſ. duos populos, in ſe vno condens.Hil. 151. Int.q.d.non humanis viribus,ſed Dei potentia. 152. Int.concludo ex veſtra conceſſione,& prophetica authoritate. 153. Int.ſ.Iudæis. 154. Int.i.ſacra Scriptura. 155. Int.ſ.gentilibus. 156. Int.ſ.opera. 157. Hier. qui peccator eſt,& tamen credit, confringitur, ſed non omnino conteritur,reſeruatur enim per patientiam ad ſalutem:at conteritur qui Chriſtum penitus negat.Chry. de eo quod confringitur,aliquid manet,quod autem comminuitur, quaſi in puluerem vertitur.Chry. in hom.duas eorum perditiones oſtendit,vnam quod offenderunt,& ſcandalizati ſunt,aliam à captiuitate ſuperuentura.Aug.1.de q.Euang.cap.30.cadunt ſuper eum,qui modo contemnunt,vel iniurijs afficiunt,cadet verò cum veniet in iudicium perditurus,vt ſint impij tamquam puluis quam proiicit ventus. 158. Int.ſcilicet,illas parabolas. 159. Chry.bonus comprehenſus in peccato gemit,quia peccauit, malus verò magis contra corripientem iraſcitur. 162. Orig. non tamen magnitudinem eius intelligebant, ſecundùm quod erat Dei Filius.

Sens. Myst. In Cap. XXI.

160. Orig. omnes non rectè ſapientes de diuinitate, tenere volunt Ieſum,& perdere.Chry.omnis malus quantum ad voluntatem ſuam, manus mittit in Deum;& occidit eum. 161. Rab. quotidie in Eccleſia,qui ſolo nomine frater eſt, vnitatem quam non diligit propter bonos vel erubeſcit impugnare,vel timet.

Addit. Avct. In Cap. XXI.

gg. reſpondet ad illud de quo Lucas 19. Abſit,&c. 150. dicitur à Petro & Paulo ſummus angularis lapis,quia in ſummo,id eſt, extremo anguli ponitur ſic à ſummis cælis, id eſt,extremis. ll. ſcilicet, fidelium. mm. ſcilicet,regni Dei. nn. ſcilicet,volens perdere, & conculcare ſuperbè. oo. ſcilicet,poſt aſcenſionem in cælum,deſcendens & puniens. 160. id eſt,manus iniicere.

CAPVT. XXII.

ET [1] reſpondens Ieſus, dixit iterum in [2] parabolis eis, dicens, [3] Simile factum eſt [4] regnum cælorũ [5] homini regi, qui [6] fecit nuptias filio ſuo. Et miſit [7] ſeruos ſuos vocare [8] inuitatos ad nuptias: & nolebant [9] venire. Iterum miſit [10] alios ſeruos dicens, Dicite inuitatis, Ecce [11] prandium meum paraui: [12] tauri mei & [13] altilia [a] occiſa ſunt: & omnia [14] parata: [15] venite ad nuptias. Illi autem [16] neglexerunt & abierunt, alius in [17] villam ſuam, alius verò ad negociationem ſuam: [18] reliqui verò tenuerunt [19] ſeruos

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

1. IN T. Obuiãs eorum prauæ cogitationi de morte ſua. Chry. in hom oſtendit cui genti ſit vinea danda. 2. Aug. 2. de conſ. Euang. cap. 71. parabolam hanc ſolus Matthæus narrat, nam quod Lucas, ſimile quidem eſt, ſed aliud. Greg. in hom. hic per nuptias præſens Eccleſia, illic per cænam æternum cõuiuium deſignatur, à quo nemo ſemel ingreſſus exibit, ſi quis verò contendat idem eſſe, dicere poteſt ipſum prandium cænam vocari, quòd apud antiquos hora nona prandium fieret. 3. Int. hic de perſecutione Apoſtolorum arguit. 4. Int. id eſt, congregatio iuſtorum, ſeu præſens Eccleſia. ¶ 5. Int. ſ. Deo Patri. Orig. Regnum cælorum ſecundùm eum qui regnat, ſimile eſt homini regi, ſecundum autem conregnantem filio regis, ſecundum verò ea, quæ ſunt in regno, inuitatis ad nuptias. 6. Int. id eſt, per incarnationis myſterium Eccleſiam filio copulauit. Greg. in hom. quando in vtero virginis, qui thalamus fuit, filium naturæ humanæ coniunxit. Chry. cùm erit reſurrectio ſanctorum, ſuſcipiet hominem vita, qui eſt Chriſtus, mortalitatem noſtram immortalitate ſua abſorbens: nunc enim quaſi arrham futuri coniugij Spiritum ſanctum accipimus. Orig. nuptias intellige coniunctionem Chriſti ad animam, partum autem, bona opera. 7. Int. prius Prophetas prænuncios incarnationis. Hier. ſeruum Moyſem, per quem legem inuitatis dedit, quod ſi legas ſeruos, vt pleraque habent exemplaria, Prophetas intellige. 8. Int. Iudæos, quibus in Patriarchis hoc promiſerat. Chry. inuitati ſunt homines à tempore Abrahæ, cùm Chriſti incarnatio promiſſa. 9. Int. id eſt, credere. 10. Int. Apoſtolos qui aſſerunt factum, vnde hic dicitur, prandium paratum eſt, id eſt, myſterium incarnationis impletum. Hier. ſi ſuprà legas ſeruum, intellige hic Prophetas, alioqui Apoſtolos. Orig. intellige aliam congregationem Prophetarum Hil. Serui primò miſſi Apoſtoli, ſecundò autem viri Apoſtolici illorũ ſucceſſores. 11. Int. id eſt, doctrinam iuſtitiæ, & menſam Scripturarum ex omnibus Prophetis ordinaui. vel q. d. Introitus regni apertus eſt in fide meæ incarnationis, qui ante fuerat clauſus. Hier. per prandium, tauros & altilia, intellige opes regias, vel dogmatum magnitudinem. 12. Greg in hom. id eſt, Patres veteris teſtamenti, qui ex permiſſione legis inimicos ſuos virtutis corporeæ cornu feriebant. q. d. Patrum mortes aſpicite, & remedia vitæ veſtræ cogitate. 13. Greg. in hom ita dicuntur ſaginata, ab alendo, quaſi alitilia, vel alita. ſignificantur verò Patres noui Teſtamẽti à terrenis ad ſublimia contemplatione ſubleuati. Chry. altilia Prophetæ, tauri autem qui Prophetæ fuerunt & ſacerdotes, vt enim tauri gregis duces, ita Sacerdotes Principes populi. Hil. tauri, martyres, qui tamquam hoſtiæ immolati, altilia, homines ſpirituales, tamquam cæleſti pane ſaginari. Greg. in priori inuitatione non hæc memorantur, ſed in ſecunda. Deus enim cùm audire nolumus, adiungit exempla, vt res non impoſſibilis, ſed facilis appareat. Orig. quia prandium eſt Dei eloquium, quæ fortia ſunt tauri, quæ ſuauiora, ſaginata vocantur. 14. Chry. id eſt, omnia requiſita ad ſalutem, adimpleta ſunt in Scripturis, vel parata dicit, quæ pertinent ad myſterium redemptionis. 15. Int. ſcilicet, fide cæteris concordando. Chry. fide & moribus. 16. Int. ſcilicet, ſalutis ſuæ præconium. 17. Hil. ambitione ſæculi, vt villa homines detinentur. Chry. villam colit, qui labore lucrum ſectatur, cùm autem ſine labore, negociatio dicitur. Glo. in villam ire, eſt terreno labori immoderate incumbere, negotiari verò, terrenis lucris inhiare. 18. Int. alij non ſolùm contemnunt, ſed & perſequuntur. 19. Int. de morte diſcipulorum dicit, qui ſuprà in alia parabola de morte ſua dixit, Chryſoſtomus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

1. pro, exorſus ſermonem. Hebr. 3. Hic incipit cap. 22 in codice Complutenſi. 6. id eſt, conuiuium nuptiale ſcilicet, doctrina Euangelica, Sacramentorum, gratiarum, &c. ſcilicet, miniſtros noui Teſtamẽti. 10. ſcilicet, poſt aſcenſionem. 13. id eſt animalia alimento impinguata. a. Græ. immolata, ſeu mactata: olim enim nuptialia conuiuia ſacris epulis agebantur.

eius : & contumeliis affectos, occiderunt. [20]Rex autem cùm [21]audiſſet, [22]iratus eſt : [a]& miſſis [23]exercitibus ſuis, perdidit [24]homicidas illos,& [25]ciuitatem illorum ſuccēdit. [26]Tunc ait [27]ſeruis ſuis, [28]Nuptiæ quidem paratæ ſunt,ſed [29]qui [30]inuitati erant,non [b]fuerunt digni. Ite ergo ad [31]exitus viarum, & [32]quoſcunque inueneritis, vocate ad [33]nuptias. [34]Et egreſſi ſerui eius in [35]vias, [36]congregauerunt omnes quos inuenerunt, [37]malos & [38]bonos : & [39]impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. [40]Intrauit autem rex, [c]vt videret [41]diſcumbentes: & vidit ibi [42]hominem non [43]veſtitum veſte nuptiali : & ait illi, [44]Amice, [45]quomodo huc [46]intraſti, non habens [47]veſtem nuptialem? At ille [48]obmutuit. Tunc dixit Rex [d]miniſtris, [49]Ligatis [50]manibus & pedibus eius, mittite eum in [51]tenebras [52]exteriores : ibi erit

Sens. Lit. In Cap. XXII.

20. Hier.cùm inuitabat,& clementer agebat,homo dicebatur,nunc ad vltionem veniens rex dicitur. 21. Int.ſ.vocem ſanguinis. 22. Int. tamen cum tranquillitate iudicans. Chry. Iraſci Deus dicitur quando vleiſcitur. 23. Int.ſ.Romanis ſub Tito & Veſpaſiano.Hier. ¶ Chry.dicitur Romanus exercitus Dei,quia Domini eſt terra,& quia niſi excitatus à Domino,nō veniſſet.Orig. exercitus ſunt Angelorum agmina,per quos in homines iudicium exercetur. 24. Int.i. Iudæos interemit. 25. Int ſ. Hieruſalem.Orig.non ſolū anima,ſed caro quoque in qua habitauerat,cruciabitur in inferno. 26.Int. adhuc alios inuitat,quia ſermo Dei & ſi alicubi laborat,alibi requieſcit. 27. Orig.ſ.Apoſtolis,aut Angelis præpoſitis ad vocationem gentium. 28. Remig. i. Sacramentum humanæ diſpenſationis completum eſt. 29. Int. ſ. Iudæi. Remig. 30. Int. ſ. per legem & Prophetas. 31. Int. viæ ſunt errores gentium.Remig. ¶ Chry. viæ ſunt profeſſiones huius mundi,& philoſophiæ,& militiæ, & huiuſmodi; iubet ergo cuiuſque conditionis homines inuitari ad fidem.Hil. via,tempus ſeculi,iubetur ergo ire ad exitus,quia omnibus retroacta donantur.Greg.in hom. viæ, actiones; exitus,defectus; plerumque enim facilè conuertuntur,quibus proſperè non ſuccedit. 32. Int.i.cuiuſcūque conditionis. 33. Int. ſ.ad fidem. 34. Int.ſ.de Iudæa.Orig.vel de interioribus Angeli. 35. Int.i. ſectas gentium. 36. Int. ſicut Eccleſia inter cælum & infernum eſt, indiſcretè malos & bonos colligit. 37. Hier. i. procliuiores ad vitia. 38. Hier. i. virtutibus deditos. 39. Int. ſ. crediderunt quotquot præordinati erant ad vitam. 40. Int.ad iudicium veniens illuminabit conſcientias. Orig. ingreditur Rex antequam apponatur prandium,vt habentes nuptialia veſtimenta retineat, cæteros condemnet. Chry. vbi vult per iudicium aſpicere,ibi dicitur præſens,dies autem aſpectionis eſt dies iudicij. c. Glo. i. vt videri faciat iudicandorum merita. 41. Int. i. in fide requieſcentes.Chry. ſuper menſam ſcripturarum recumbentes. 42. Int.i.omnes,qui in malo ſunt vnum. 43. Int. i. fidem habentem, non opera charitatis, per quam Dominus ad ſociandæ ſibi Eccleſiæ nuptias venit.Greg. ¶ Aug.2.cont.Fauſt.ca.19. i. ſuam,non Domini gloriam quærentem.Hil.veſtis nuptialis,gratia Spiritus ſancti,& candor habitus cæleſtis,qui bona interrogatione confeſſionis ſuſceptus vſque in cæleſtem cœtum, immaculatus eſt reſeruandus. Hier.opera quæ complentur ex lege & Euangelio,noui hominis efficiunt veſtimentum.Glo.non omnes qui ſunt in Eccleſia,digni ſunt regno. 44. Hier.amicum vocat, quia eſt inuitatus ad nuptias.

45. Int.impudentiæ arguit.Hier. 46. Int.ſ.per fidem,non per operationem. 47. Int. ſ.noui hominis, ſed veteris Hier. 48. Int.quia non locus negandi ibi eſt.Hier. ¶ Orig. quia nulla excuſatio.

49. Int.ligantur pœna,qui ligati fuerunt culpa.Greg. ¶ Aug. 11. de Trinit. prauatum voluntatum implicatio,vinculum eſt. 50. Glo.ibi ſingula membra pœnis ſubiicientur,quæ hic ſingulis vitiis ſeruierunt. 51. Int.ſ.inferni. 52. Int.quia hic interiores habent tenebras.Greg.interiores tenebræ,cæcitas cordis; exteriores.æterna damnationis nox.Chry.quem Chriſtus videt in Eccleſia ſine veſte nuptiali,tradit magiſtris ſeductionis,qui eum mittunt in errores gētium,vel Iudæorū, vel hæreticorum.

Addit. Avct. In Cap. XXII.

21. ſ. quæ acta eſſent. b. ſ. ſe fecerunt indignos. 31. vbi. ſ. viæ concurrunt, vel vbi terminantur. ſ. ad fines terræ. Pſal.18. 39. i. gentiles & Iudæos,qui ſibi boni videbantur. vel qui tales in Eccleſia tandem futuri. 40. ſ. in fine ſæculi. 42. ſignificatur ne vnum quidem poſſe latere. 44. ſignificatur non odio condemnari,ſed zelo iuſtitiæ. 45. reprehendentis eſt. 47. i. charitatem, ſeu puram vitam. d. ſ. Angelis. vide Dan.7. Matt. 13. 49. ſignificatur violenta detentio, ita vt effugere nunquam poſſit. 52. id eſt, obſcuriſſimas, & longè poſitas à vera luce.

[53] fletus & ſtridor [54] dentium. [55] Multi autem ſunt [56] vocati, pauci verò [57] electi. Tunc abeuntes Phariſæi, [58] conſilium inierunt vt [e] caperent eum in ſermone. Et mittunt ei [59] diſcipulos ſuos cum [60] Herodianis, dicẽtes, [61] Magiſter, ſcimus quia verax es, & viam [f] Dei in [g] veritate doces, & non eſt tibi [62] cura de [63] aliquo. Non enim reſpicis [64] perſonam hominũ. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licétne cenſum dari Cæſari, an non? Cognita autem Ieſus [65] nequitia eorum, [66] ait: Quid me tentatis [67] hypocritæ? [68] Oſtendite mihi [69] numiſma cenſus. At illi obtulerũt ei [70] denarium. Et ait illis Ieſus, [71] Cuius eſt imago hæc & ſuperſcriptio? [72] Dicunt ei, Cæſaris. Tunc ait illis, [h] Reddite ergo [73] quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt [74] Dei, Deo. Et [75] audientes, mirati ſunt: & [76] relicto eo, abierunt. In illo [77] die

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

53. Int. ſ. oculorum in vanis vagorũ. Greg. 54. Int. qui dè edacitate gauiſi ſunt. Greg. ¶ Hier. per hæc, membrorum corporalium magna tormenta oſtenduntur. 55. Glo. q. d. etſi de vno dixi, de multis eſt intelligendum. 56. Int. ſ. ad nuptias fide. 57. Int. ſ. ad regnum. Hil. de iudicio meritorum, probitatis electio eſt. 58. Int. ſ. vt aliquid quaſi eo ignorante extorquerent ab eo, in quo argui poſſet. Chry. Iudæorum malignitas ex vna parte confuſa, alium ſibi aditum inuenit. 59. Int. ſ. quaſi minus notos, à quibus minus caueret, & reprehenſi minus erubeſcerent. 60. Int. eo tempore Herodes erat Hieroſolymis Hier. Auguſtus Herodem, Antipatris filium, alienigenam, & proſelytum, regem Iudæis conſtituerat, qui tributis præeſſet, & Romano pareret imperio. Herodiani ergo dicuntur Herodis milites, vel quos Phariſæi illudentes quòd Romanis tributa ſoluerent, Herodianos vocabant, Phariſæorum enim erat ſententia non eſſe ſoluenda. Chry. in hom. volebant aliquid diceret contra Herodianos.
61. Int. quaſi laudatus myſterium ſui cordis ſimpliciter eis aperiat, eóſque velit habere diſcipulos. Chry. 62. Int. ſ. non timens prælatam perſonam. Hier. illuc prouocant, vt Deum magis timeat, quàm Cæſarem, & dicat non debere ſolui tributa. 63. Chry. in ho. Herodem & Cæſarem occultè inſinuant.
64. Int. i. indiſcretè dicis veritatem maioribus, & minoribus. 65. Int. id eſt, doloſitate. 66. Int. non ſecundùm verba eorum blandè, ſed ſecundùm conſcientiam eorum aſperè. Chry. ita loquitur, vt conſiderantes eum corda cognoſcere, deſiſterent, blandiebantur illi, vt perderent, Chriſtus confundebat, vt ſaluaret, vtilior eſt homini Deus iratus, quàm homo propitius. 68. Hier. ſapienter egit, vt ſuis ipſi ſermonibus confutentur. 69. Int. id eſt, denarium, qui pro cenſu ſoluitur, & habet imaginem Cæſaris. Hier. 70. Int. genus nummi, quod pro decem nummis computabatur. 71. Int. ſatis patet quod non de ignorantia interrogat, ſed vt ad verba eorum competenter reſpondeat. Hier. 72. Int. ſ. Tiberij, priuigni Auguſti, ſub quo paſſus eſt Dominus. Hiero. ¶ Hier. omnes Romani reges à primo Caio Cæſare Cæſares appellantur. 73. Int. ſ. tributum. Hiero. ¶ Chry. intellige ſi in nullo pietati noceant, alioqui diaboli tributum eſt. 74. Int. ſ. decimas, victimas. Hiero. ¶ Hil. oportet reddere Deo corpus, animam, & voluntatem. Dei enim numiſma homo, in quo Dei imago figurata. 75. Int. qui credere debuerunt, mirantur quod non habent tentandi locum. Hier. 76. Int. ſ. infidelitatem reportantes. Hier. 77. Int. ſcilicet, quo Phariſæi abierunt.

SENS. MYST. IN CAP. XXII.

73. Orig. danda corpori neceſſaria, Deo verò offerenda, quæ ducunt ad virtutem, qui ergo dicunt de corpore nihil curandum, ſunt Phariſæi prohibentes dari Cæſari tributum. Qui corporibus volunt indulgeri, Herodiani ſunt; Chriſtus autem vult nec nimis ſeruiri carni, nec eam nimis grauari, vel reddenda Cæſari, id eſt, diabolo ſua, id eſt, deponenda vniuerſa malitia.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

57. Multi enim noluerant venire, nec qui veniunt omnes ſaluantur. e. id eſt, illaquearent παγιδεύσωσιν, nempe ſi diceret licere, fieret populi inimicus, ſi negaret, Cæſaris. 60. ſ. militibus, vel ſecta aliqua ſignificatur Cæſari fauentium ab Herode primo nomen habens: quidam putant exiſtimaſſe Herodem eſſe Chriſtum, quod defeciſſet ſceptrum de Iuda. f. id eſt, Deo gratam, qua ad Deum itur. g. id eſt, verè. 64. id eſt, non iudicas ſecundùm perſonarum qualitatem aliquam externam, ſed ſecundùm cauſa meritum. Heb. eodem ſenſu dicitur non reſpicere in faciem, & perſonam non accipere. 69. id eſt, quod ſolet pro cenſu, ſeu tributo ſolui. h. nempe ab illo acceptam.

[78] acceſſerunt ad eum [79] Saducæi:qui dicunt non eſſe [80] reſurrectionem:& interrogauerunt eum,dicentes:Magiſter,Moyſes dixit:Si quis mortuus fuerit, non habens filium: vt [l] ducat frater eius vxorem illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. [81] Erant autem apud nos [82] ſeptem fratres,& primus,vxore ducta,defunctus eſt: & non habens ſemen, reliquit vxorem ſuam fratri ſuo.Similiter ſecundus,& tertius,vſque ad ſeptimum.Nouiſſimè autem omnium, & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo [83] cuius erit de ſeptem vxor:omnes enim habuerunt eam.Reſpondens autem Ieſus,ait illis,Erratis,neſcientes [84] Scripturas, neque [85] virtutem Dei: In reſurrectione enim neque [86] nubent, neque [87] nubentur: [88] ſed erunt ſicut [m] Angeli Dei in cælo. De [89] reſurrectione autem mortuorum non [90] legiſtis quod dictum eſt à Deo dicente vobis,Ego ſum Deus [n] Abraham,& Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt Deus [91] mortuorum, ſed

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

78. Chry.in hom.oportebat eos confuſis aliis, deſiſtere, ſed præſumptio inuerecundum quid eſt, & pertinax. 79. Int.qui interpretantur iuſti.Chry.volebant, ſi non poſſent ratione ſuperare, ſaltem per ipſam frequentiam ſubuertere ſenſum eius.Hier.duæ hæreſes erant in Iudæis Phariſæorum, id eſt, diuiſorum. ſ.à populo qui traditionum & obſeruationum iuſtitiam præferebant,& Saducæorum, id eſt, iuſtorum,qui ſibi vendicabant,quod non erant,& reſurrectionem negabant. 80. Int. Phariſæi credebant & animæ & corporis reſurrectionem, at Saducæi etiam animas interire cum corporibus. Hieron. Orig. ¶ Chry.introduxit hanc hæreſim diabolus,vt omne faciendæ iuſtitiæ propoſitũ frangeret. Aug. in Enchiridio,ca.88.in quamcunque ſubſtantiam materia hominum vertatur, anima reddetur in puncto temporis. 81. Hier.fabulam fingunt,poteſt tamen fieri vt aliquando apud eos cõtigerit. 83. Int. opinabantur,quod ſi reſurgerent,ita tunc ſicut nunc in hoc ſæculo viuerẽt. 84. Int. quæ reſurrectionem aſſerunt.Chry.calumniatoribus oportet primùm Scripturam proferre, deinde rationem: interrogantibus autem per ignorantiam contrà:hi enim ſunt docendi,illi conuincendi. 85. Int.ſ. qua poteſt corpora ſuſcitare. 86. Int. ſ.viri producent.Hier.nubere de viris,nubi de mulieribus dictũ eſt. Chry. hic ducuntur vxores,vt naſcendo ſuppleatur,quod moriendo minuitur:at illic mors non erit. 87.Int. ſ.feminæ,producentur. 88. Int. i. ſine labe corruptionis viſione Dei fruentur,qui ibi erunt. Chry. in hom.putabant fore reſurgentium eandem conditionem,& ideo negabãt reſurrectionem,cauſam ergo remouit,oſtendens futuros alterius conditionis.Chry.Omnes quidem virtutes res Angelica,præcipuè tamen caſtitas.Aug.22.de ciuit.c.17.melius mihi videntur ſapere,qui vtrumque ſexum reſurrecturum non dubitant.Hier.nemo dicit de rebus, quæ non habent membra genitalia, non nubent, neque nubentur. 89. Rab.hactenus de conditionibus reſurrectionis, nunc de ipſa reſurrectione. 90. Int. ſ. in Moyſe,quem recepiſtis. Chry.in hom.per Moyſem quem interrogantes citauerant,eos confutat. Hier. poterat vti apertioribus teſtimoniis ex Prophetis, ſed Saducæi tantùm Moyſi libros recipiebant.

n. Aug.in Iohannem tract.11.ſpecialiter Deus dicitur iſtorum,quia in his omnes modi generationis filiorum Dei notantur.ſ.bonorum ex bonis, & malorum ex malis. vt ex libera Iſaac, ex ancilla Iſmaël bonorum & malorum ex bonis,vt Iacob & Eſau.bonorum ex bonis & malis, vt filij Iacob ex liberis & ancillis. 91. Hier.probato quod animæ permanerent poſt mortem, conuenienter introducitur corporum reſurrectio,quæ cum animabus bona & mala geſſerunt.Chry.in hom. non eſt illud contrarium, vt viuorũ & mortuorũ dominetur,ſignificãtur.n.illic mortui,qui victuri ſunt,nõ qui vlterà nõ reſurgẽt.

SENS. MYST. IN CAP. XXII.

82. Aug.1.de q.Euang.cap.32.myſticè ſignificantur impij qui per omnes ſeptem mundi ætates, fructum iuſtitiæ non potuerunt afferre.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

79. negabant q́(vt ait Ioſephus)animæ immortalitatem, & Dei prouidentiam, recipiebantq́; ex Scriptura ſolum Moyſen. l. id eſt,propinquior cognatus. 86. olim nubere etiam viri dicebantur,vt & Græ. γαμεῖν. m. ſcilicet,liberi eiuſmodi neceſſitatibus & rebus.

viuentium,

[92] viuentium. Et audientes [93] turbæ, mirabantur in doctrina eius. Phariſæi autem audientes quod [94] ſilentium impoſuiſſet [95] Saducæis, [96] conuenerunt in [97] vnum: & interrogauit eum [98] vnus ex eis, legis doctor, [99] tentans eum. [100] Magiſter, quod eſt mandatum [101] magnum in lege? Ait illi Ieſus, [102] Diliges Dominum Deum tuum ex toto [103] corde tuo, & in tota [104] anima tua, & in tota [105] mente tua. Hoc eſt [106] maximum, & [107] primum mandatum. [108] Secundum autem [109] ſimile eſt huic, Diliges [110] proximum tuum ſicut te [111] ipſum. In his [112] duobus mandatis vniuerſa lex [113] pendet, & Prophetæ. [114] Congregatis autem Phariſæis, [115] interrogauit eos Ieſus, dicens, Quid vobis videtur de Chriſto, cuius [116] filius eſt? Dicunt ei, [117] Dauid. Ait illis, [118] Quomodo ergo Dauid in [119] ſpiritu vocat eum

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

92. Hil. erant, quorum Deus erat, nihil enim habere poterant, neque Deum, ſi non erant. Orig. impoſſibile eſt vt Deus dicatur eſſe eorum, qui non ſunt, eſt enim qui eſt. 93. Int. ſimpliciter gradientes, miracula venerantes, ſequuntur doctrinam. 94. Int. ſcilicet ſapienti reſponſione. 95. Int. ſcilicet, nō habentibus quid dicerent. Orig. mendacij vocem obmuteſcere facit claritas veritatis. 96. Hier. Maleuolentia & liuor nutrit impudentiam. Glo. conuenerunt, vt multitudine vincerent, quem non poterāt ratione. 97. Hier. Qui inter ſe contrarij ſunt, ad tentandum Ieſum conſentiunt. 98. Int. ſcilicet, pro omnibus legis doctor, vt ſi vincat, omnes victores habeātur. ſi vincatur, ſolus erubeſcat. Chry. 99. Int. non ſcire deſiderans. Aug. 2. de conſ. Euang. cap. 73. Marcus ait dixiſſe Dominum, Non longè es à regno Dei: ſed poteſt fieri vt tentans acceſſerit, Domini tamen reſponſione correctus ſit. vel illa tentatio non fuit decipere, ſed experiri amplius ignotū volentis. 100. Int. cuius nō vult eſſe diſcipulus. 101. Int. id eſt, egregium. Orig. erat hæc quæſtio inter Phariſæos. Chry. de magno interrogat, qui nec minimum obſeruabat. 102. Int. id eſt, diligere debes. Chry. Timere ſeruorum eſt, diligere filiorum. vult Deus non ſeruiliter timeri, ſed diligi vt Pater. 103. Int. id eſt, intellectu, vt nullum in confeſſione diuinitatis relinquas errori locum. 104. Int. id eſt, voluntate, vt nihil ei contrarium velis. 105. Int. id eſt, in memoria nihil reminiſcens quo minus de eo ſentias. Aug. 1. de doct. Chriſtiana, cap. 22. ex toto corde, vt omnes cogitationes. ex tota anima, vt omnem vitam. ex tota mente, vt omnem intellectum in illum conferas. Orig. ex corde, id eſt, ſecundùm totam recordationem, operationem, & cogitationem. ex anima, vt paratus ſis eā ponere pro pietate in Deum. in mente, vt nihil aliud proferas, niſi quæ Dei ſunt. Glo. in primo integritas fidei, in ſecundo perfecta obedientia, in tertio perſeuerantia oſtenditur.

106. Int. ſcilicet, dignitate. 107. Int. ſ. ordine. 108. Int. etſi in executione ſit primum. 109. Int. quia de dilectione ¶ Non pat. 110. Aug. 1. de doct. Chriſtiana, c. 30. omnis homo proximus: intelligitur verò etiam hoc præcepto contineri angelos, à quibus miſericordiæ officia recipimus. Idem 8. de Trin. c. 6. amādi homines, aut quia iuſti ſunt, & ſe etiam-qui[illegible]ue ſic amare debet. 111. Aug. 1. de doct. Chriſt. ca. 27. nemo ſe debet propter ſe diligere, ſed propter Deum. Itaque qui rectè proximum diligit, hoc debet eum eo agere, vt toto corde diligat Deum: non eſt autem hic tui dilectio prætermiſſa: dicitur enim, vt diligas ſicut te ipſum. Chry. [illegible]gitur Deus in homine, vt in imagine. 112. Int. i. ad hæc duo refertur totus Decalogus, & monita Prophetarum ibi habent finem. 113. Int. i. illo refertur. Aug. 1. de q. Euang. ¶ Rab. præcepta primæ tabulæ ad dilectionem Dei pertinent, ſecundæ verò ad dilectionem proximi. Aug. 8. de Trinit. cap. 7. non immeritò Scriptura plerumque pro vtroque vnum ponit, ex eadem enim charitate Deum, & proximum diligimus. 114. Int. qui ad tentādum venerant, occaſionem dederunt ſuæ confutationis. 115. Chry. in hom. vt oſtendat ſe eſſe Deum, illi enim putabant hominem purum, alioqui non tentaſſent. 116. Int. ſ. ſecundum carnem. 117. Int. non reprehenduntur, quod Dauid filium dicunt, ſed quia Filium Dei eſſe non credunt. 118. Int. ſ. ſi purus eſt homo? Chry. hoc etiam contra hæreticos poſuit verbi diuinitatem negantes. 119. Int. q. d. non de corde ſuo, ſed in Spiritu ſancto. Hier.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

92. quod ſi viuunt animæ, reſumens & corpora aliquando, vel ſignificat illos velut dormientes aliquando à Deo excitandos, etſi hominibus mortui ſint, nam Deo dormiunt. 94. Gra. os obturaſſet, ſeu occluſiſſet. 99. id eſt, experiri volens, an ſibi bene reſponderet. 101. pro, maximum. 102. futurum, pro imperatiuo more Hebreo. 112. pro, Huc omnis Scriptura pertinet, ſeu hac Scriptura ſumma. 113. Mar. & Luc. aliquanto aliter, ſed eodem ſenſu.

[120]Dominum,[121]dicens,[122]Dixit [123]Dominus [124]Domino meo,ſede à [125]dextris meis : [126]donec ponam [127]inimicos tuos [o]ſcabellum pedum tuorum? Si ergo Dauid vocat eum [128]Dominum:quomodo [129]filius eius eſt? Et nemo [p]poterat ei reſpondere verbum : neque [130]auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius [q]interrogare.

Sens. Lit. In Cap. XXII.

120. Int. qui non ante eum, ſecundum vos. 121. Hier. Pſal.109. 122. Glo. dicere, eſt filium ſibi æqualem generare. 123. Int.ſ.Pater. 124. Int.ſ.Filio. 125. Remig. in honore & æqualitate paternæ dignitatis mane. 126. Int.non ad horā.Remig.ſignificātur perpetuo ſubijciendi. 127. Int.ſ.inobedientes ſubijciam tibi volentes,vel nolentes. Chry. in hom. hoc ſubdit, vt timeant. 128. Int. quod eſt ſecundùm Deitatem. 129. Int. quod eſt ſecundùm carnem. Hier.Iudæi ad diluendam interrogationem hanc,multa confingūt,& hæc aiunt dicta in perſona vernaculi Abrahæ, ſed interrogemus eos, quomodo Abraham ſit ante Luciferum genitus,& cætera quæ ſequuntur? 130. Int.ſ.verbis,ſed apertè comprehenſum tradunt Romanæ poteſtati. Orig.ſi diſcendi voluntate interrogaſſent, non feciſſet vt amplius interrogare non auderent.Rab.venena inuidiæ ſuperari poſſunt, ſed difficile conquieſcunt.

Addit. Avct. In Cap. XXII.

125. pro,à dextera mea,impletum id in aſcenſione. o. pro,ſubijciam tibi. p. ſcilicet,ex hoſtibus. q. vt ſolebant, ſeu illo modo.

CAPVT XXIII.

T[1]VNC Ieſus locutus eſt ad turbas,& ad diſcipulos ſuos,dicens,Super [2]cathedrā [a]Moyſi ſederunt [b]Scribæ & Phariſæi. [3]Omnia ergo [4]quæcunque [c]dixerint vobis,[5]ſeruate,[d]& [6]facite ea:ſecundùm [7]opera verò eorum nolite facere,dicunt enim,& [8]non faciunt. [9]Alligant autem onera grauia & [e]importabilia : & imponunt in [10]humeros hominum:[11]digito autem ſuo [12]nolunt ea mouere.Omnia verò

Sens. Lit. In Cap. XXIII.

1. INt.vt confuſio illorum iſtis ſit diſciplina,confutatur malus, vt corrigatur bonus,quicquid facit malus propter bonos fit. 2. Int. i.doctrinam, quam docuit Moyſes. a. Orig. ſ. legem Moyſi interpretari ſe gloriantes. b. Orig.quia hos erat accuſaturus, ne videretur eorum principatum cupere, vel ob inimicitiam facere, primùm à ſe hanc ſuſpicionem amouet. 3. Chry. in hom. ne quis ſe excuſaret,quod malus ſit doctor,hanc tollit occaſionem. 4. Int.ſ.ad cathedram pertinentia.Orig.quæ corrigunt mores. 5. Int.ſ.in corde. 6. Int.ſ.in opere.Chry.in hom.non enim ſua dicunt,ſed quæ Dei ſunt. 7. Int.q.d.doctrinam tene, non vitam.Chry.ſic aurum de terra eligitur, & terra relinquitur. 8. Int. quia non concordat vita cum doctrina. Chry.in hom.incipit reprehendere. 9. Int.ſ.vndecunque traditiones colligant, quæ conſcientiam non leuant, ſed grauant, quas viribus ſuis implere non poſſunt. Chry.non eſt graue pondus imponendum ad pœnitentiam venientibus,ne aut reijciant, aut dum ſufferre non poſſunt,amplius ſcandalizentur,deinde ſi erramus parua imponentes,melius eſt propter miſericordiam reddere rationem,quàm propter crudelitatem.Non ſit diſpēſator tenax, vbi paterfamilias largus eſt, ſi Deus benignus, cur ſacerdos auſterus? circa te eſto auſterus,circa alios eſto benignus,audiant te homines parua mandantē,& grauia facientem. 10. Int. quaſi ad hoc fortes ſint. 11. Int. i.nec in minimis perficiunt,quæ ſine gratia implenda docere præſumunt. 12. Chry.in hom.non dixit,non poſſunt.Hier.generaliter loquitur contra magiſtros,qui grandia iubent,& minora non faciunt.

Addit. Avct. In Cap. XXIII.

2. authoritas ſignificatur docendi & præcipiendi, ſic Petri cathedra dicitur Rom. Eccleſiæ authoritas. a. pro ſedent.Heb. b. Hi ferè erant Sacerdotes & Leuitæ.Not.verò Chriſtum ſub hoc nomine Sacerdotes reprehendiſſe ob reuerentiam ſacerdotij. 3. modò legi diuinæ non contraria. c. pro,præceperint. Græcis & Hebræis,ſic inf.dicunt,pro præcipiunt. d. pro,id eſt. 9. velut in faſces præcepta varia. e. id eſt,obſeruatu difficilia.vide Act.15.

[13] opera quæ faciũt,vt [14] videantur ab hominibus,[15] dilatant enim [16] phylacteria ſua, & ma-
[f] gnificant [17] fimbrias.[18] Amant autẽ primos recubitus in [f] cœnis:& [19] primas cathedras in ſy-
nagogis:& ſalutationes in foro:& vocari ab hominibus Rabbi. [20] Vos [21] autẽ [g] nolite vo-
cari rabbi, [h] vnus eſt enim [22] magiſter veſter, omnes autem vos [23] fratres eſtis. Et patrem
nolite [l] vocare vobis ſuper terram:vnus eſt enim [24] Pater veſter,qui in cælis eſt.Nec vo-
[25] cemini [m] magiſtri:quia [26] magiſter veſter [27] vnus eſt Chriſtus.[28] Qui [29] maior eſt veſtrum,

Sens. Lit. In Cap. XXIII.

13. Int.hoc per partes oſtendit,dicens,Dilatant,&c. 14. Int. ſ.eo fine vt venentur gloriam, & ideo non poſſunt credere Chriſto cæleſtia prædicanti. 15. Chry. in hom.oſtendit in vilibus gloriari.

16. Hier.illud ligabis ea in manu tua,&c.id eſt,opere complebis, dieque & nocte meditaberis, Phariſæi malè interpretantes, decalogum ſcribebant in membranis, & in fronte velut coronam geſtabant. Vocabant autem phylacteria,id eſt, conſeruatoria, quod. ſ.ad ſui cuſtodiam ea geſtarent. 17. Hier. iuſſerat Dominus in quatuor angulis palliorum fieri hyacinthinas fimbrias, vt etiam veſtibus ille populus diſcerneretur,ſuperſtitioſi ergo doctores captantes auram popularem,& lucra,faciebant grandes fimbrias eiſque acutiſſimas ſpinas ligabant, vt punctione ſubinde admonerentur ſeruitutis Dei.

18. Int.q. d. velut mercedem ſuæ religionis gulam ſequuntur, & in publico gloriam quærunt.Chry. non vituperat recumbentes primo loco,ſed id amantes,ſunt autem multi humiles in capite recumbentes,& conſcientia ſe in vltimo eſſe exiſtimantes,contrà vero multi ſuperbi,qui cùm in vltimo ſedeant, quia laudabile eſt,cordis tamen elatione in capite recumbunt. Chry.in hom.ſi malũ eſt diligere,quantum erit ſtudere,vt potiaris? 19. Int.magiſtros primos ſedere non vetat,ſed eos arguit, qui hæc habita,vel non habita indebitè appetunt.Rab. 20. Int.i.Magiſtri.Chry.nomẽ appetunt, officiũ negligunt.

21. Int.i.ne quod Deo debetur,vobis præſumatis, nec alios Rabbi vocetis, ne diuinum hominibus honorem deferatis.Chry. ¶ in hom.aliis omiſſis, quod erat omnium malorum cauſa, id eſt, thronum appetere magiſtralem,in medium adducit. 22. Chry. ſ. qui omnes homines naturaliter docet. Homines tantum exercent docendo,non intellectum præſtant. 23. Int. ſ. ab vno facti vnius naturæ. Hier. contra Heluı.omnes homines fratres,ex vno enim Patre nati, Chriſtiani etiam fratres vocantur.

24. Int.ſ.author naturæ,ex quo ſunt omnia.Chry.non habemus vitæ initiũ ex parentibus,ſed per eos tranſitum vitæ accipimus. 25. Int. i. ne appetatis vocari. m. Hier. at Paulus ſe dixit doctorem gentium,& in monaſteriis ſe inuicem patres vocant.Aliud eſt eſſe natura patrem vel magiſtrum, aliud indulgentia:non eſt homo author vitę,nec magiſter,niſi ex conſortio veri magiſtri. 26. Int reperit propter filium, per quem ſunt omnia, & per quem reconciliati ſumus. 27. Int. cui quicquid ſcitis attribuendum eſt.Chry. in hom. vt hic non excluditur Pater, ita nec ſupra Chriſtus, cùm dicebatur Deus Pater noſter. 28. Int.q. d.de primatu inter vos non ſit contentio. Chry. in hom. non ſolùm prohibet primatus cupere,ſed ad contrariũ ducit. Glo.certantibus de prioratu diſcipulis(vt Lucas ait) Chriſtus formam humilitatis oſtendit. 29. Glo.id eſt, maioris meriti,vel præfectus aliis.

Sens. Myst. In Cap. XXIII.

18. ORig.& in Eccleſia Chriſti primos quidam recubitus appetũt,vt fiant diacones; quidam primas cathedras,vt preſbyteri;quidam volunt Rabbi vocari,id eſt,Epiſcopi. Sunt verò deſiderandi primi recubitus in cœnis ſpiritualibus,& curandum vt ſedere ſuper duodecim ſedes cum Apoſtolis,& ſalutari in cæleſtibus congregationibus dignus fias bonis actibus,

Addit. Avct. In Cap. XXIII.

16. quaſi conſeruatoria. Erant hæ membranæ,quibus Phariſæi legem, vt eius viderentur obſeruatores,ſcribebant frontique & brachijs circumponebant.Non bene illud intelligentes Deu.6. Ligabis ea quaſi ſignum,&c. f. id eſt,magnas faciunt. 17. de quibus Num.15.Deut.22.erant hyacinthinæ,& geſtabantur ad diſtinctionem ab alijs gentibus,& ad legis memoriam. 20. id eſt,Magiſter mi. g. Græ.Ne vocemini,ſed ſic vſum interpres expreſſit.Nec enim in noſtra poteſtate eſt. Ne vocemur,ſed ne velimus vocari,prohibet autem honoris [illegible] lationem:nam alioqui & Paulus ſe doctorem vocat. h. ſ.propriè, & principaliter. 23. adeoq; non debetis velle cæteris præferri. l. Græ.ne vocetis. 24. ſ.verè, & propriè à quo omnia habetis. m. καθηγηταί,inſtitutores,gubernatores.

erit [30]miniſter veſter. Qui autẽ ſe [31]exaltauerit, [32]humiliabitur: & qui ſe [33]humiliauerit, exaltabitur. [34][35]Væ autem [36]vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, [37]qui [38]clauditis [39]regnum cælorum ante homines, vos enim non [40]intratis, nec [41]introeuntes [42]ſinitis intrare. Væ [43]vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui comeditis domos [44]viduarum, orationes [n]longas orantes: [45]propter hoc [46]amplius accipietis iudicium. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui circuitis [47]mare, & aridam, vt faciatis [o]vnum [48]proſelytum: & cùm fuerit factus, facitis eum [49]filium gehennæ [50]duplo quàm vos. Væ [51]vobis [52]duces [53]cæci, qui dicitis, Quicunque [55]iurauerit per templum,

Sens. Lit. In Cap. XXIII.

30. Glo. id eſt, præueniat obſequendo, non ſuperbè dominando, rectorem & matrem exhibeat pietas, & patrẽ diſciplina, cauendũque ne aut diſtrictio rigida, aut pietas ſit remiſſa. 31. Int. id eſt, incautè eleuauerit. 32. Int. ſcilicet, à Domino, etſi non corã hominibus. 33. Int. ſ. de benefactis 34. Int. ſ. à Deo. 35. Orig. vt verè Filius Dei, qui legem dedit, ſecundum ſimilitudinem benedictionum, quæ ſunt in lege, beatitudines ſaluandorum poſuit, & ſecundùm ſimilitudinem maledictionem in lege poſitarum, ponit Væ. non maledicit autem pater filium, quod velit illum dignum maledictionibus fieri, ſed vt ab eis diuertat. 36. Int. ſ. qui habetis notitiam legis, & Prophetarum. 37. Int. ſ. qui aduentum Chriſti doctrinæ ſimulatione abſconditis, qui aperit regnum cælorum. 38. Glo. ſ. malo exemplo, vel myſteria Scripturarum tollendo. 39. Chry. Regnum cælorum Scripturæ, vel beatitudo; ianua, intellectus, vel Chriſtus; clauicularij, ſacerdotes, clauis, verbum ſcientiæ, apertio, interpretatio. 40. Int. id eſt, non creditis. 41. Int. id eſt, credere volentes. 42. Orig. derogantes doctrinæ Chriſti, & ſubuertentes de eo prophetias, eiuſque opera blaſphemantes. ſic etiam in Eccleſia faciunt, qui aliquem ſine ratione excommunicãt. 43. Int. ſ. qui veſtra ſuperſtitione nihil intenditis, niſi vt prædam de ſubiecta plebe faciatis. 44. Chry. ſexus mulierum incautus eſt, & facilè flectitur in malum, vel bonum. ideoque ſanctitatis ſimulatores circa mulieres maximè negociantur, præcipuè autem viduas, quæ non habent virum conſiliarium, & de facultatibus ſuis faciliùs dant. 45. Int. q. d. ſeruus domini voluntatem ſciens, & non faciens, vapulabit plagis multis. 46. Chry. quia & iniqui eſtis, & auaritiam religionis colore depingitis, vt ametur iniquitas, dum pietas, exiſtimatur. Hil. debent enim pœnam proprij peccati, & alienæ ignorantiæ reatum. 47. Int. q. d. totum orbem. Chry. in hom. cum eſſent inefficaces ad aliorum ſalutem, multo labore indigebant ad vnius conuerſionem. 48. Int. id eſt, ad legem conuertatis vnum aduenam de gentibus. Hil. proſelyti ſunt ex gentibus in ſynagogam recepti. Chry. non hoc faciebant volentes ſaluare, ſed ob auaritiam, vt plures eſſent oblationes, vel ob vanam gloriam. 49. Int. ſ. dum videns vitia veſtra, reuertitur gentilis factus, & pro præuaricatione maiori pæna dignus. Hier. ¶ Aug. 18 cont. Fau. ca. 29. hoc dicit, non quia circuncidebatur, ſed quia iſtorũ mores imitabatur. Chry, in hom. cuius opera quis facit, huius filius appellatur: ſic dicitur filius perditionis, filius huius ſæculi.

50. Hil. ſ. quia nec remiſſionem peccatorum conſequitur, & ſocietatem habet eorum qui Chriſtum ſunt perſequuti. Chry. Malo enim exemplo magiſtrorum prouocatus peior eis fiebat. Orig. hinc apparet differentiam eſſe tormentorũ: vt enim iuſtus ſecundum numerum iuſtitiarum ſuarum augetur in gloria, ita peccator ſecundùm numerum peccatorum in gehenna. 51. Int. ſ. Scribæ & Phariſæi. 52. Int. ſ. aliorum. 53. Int. id eſt, ſtulti. 55. Hier. ſ. in iurgio, vel cauſæ ambiguo.

Sens. Myst. In Cap. XXIII.

47. Hil. maris & terræ peragratione ſignificatur eos in toto orbe Euangelio obtrectaturos, & legis iugo contra fidei iuſtificationes aliquos ſubdituros. o. Hil. ſignificatur raritas, non enim poſt Chriſti prædicationem, Iudæorum doctrinæ fides relicta eſt.

Addit. Avct. In Cap. XXIII.

35. ex Luca apparet ſimilia aliàs dixiſſe, octies verò dicit Væ, vt octies ſuprà dixerat Beati. 37. In codice Complutenſi prim legitur, qui comeditis domos, &c. quàm id, ſed nos vulgatam lectionem ſecuti. 38. ſcilicet, impedientes introitum. 42. id eſt, conantes ingredi. n. Gra ſub obtentu longæ orationis, vt eſt apud Mar. 46. id eſt, maiorem condemnationem. ſ. quàm cæteri. 48. id eſt, aduenam ſic vocabãtur ad Iudaiſmum conuerſi. q. ad religionem aduentitij. 49. id eſt, æternæ damnationi obnoxium. 50. communis loquendi modus tunc pro, plus.

[56] nihil eſt: qui autem iurauit in [57] auro templi, debitor eſt. [58] Stulti & [59] cæci: quid enim maius eſt, aurum, an [60] templum quod [q] ſanctificat aurum? [r] Et quicunque iurauerit in altari, [61] nihil eſt: quicunque autem iurauerit in [62] dono quod eſt ſuper illud, debet. Stulti & cæci: quid enim maius eſt, [63] donum, an altare quod ſanctificat donum? Qui ergo iurat in [64] altari, iurat in eo, [65] & in omnibus, quæ ſ... er illud ſunt. Et quicunque iurauerit in templo, iurat in illo, & in eo qui habitat in ipſo. Et quicunque iurat in [66] cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui [67] ſedet ſuper eum. [68] Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui de[69]cimatis [70] mentham, & anethum, & cyminum: & [71] reliquiſtis quæ [72] grauiora ſunt legis, [73] iudicium, & [74] miſericordiam & [75] fidem, [76] hæc oportuit [77] facere, & [78] illa non [79] omittere. Duces [80] cæci, [81] excolantes culicem, [82] camelum autem [83] glutientes. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ: qui mundaris [84] quod [85] deforis eſt calicis & [86] paropſidis, [87] intus autem pleni eſtis [88] rapina, & [89] immunditia. Phariſæe

Sens. Liter. In Cap. XXIII.

56. Int. reus periurij non tenetur. Hier. 57. Int. q. d. in pecunia, quæ ſacerdotibus offertur, ſi conuincitur, ſtatim in quo iurauerit, cogitur exoluere. Glo. dicebant eſſe ſanctiora oblata, vt homines promptiores facerent ad oblationem, quàm ad preces. Chry. 58. Int. id eſt, proterui. 59. Int. ſ. à vero lumine, qui putatis maius ſanctificatum, quàm ſanctificans. Hier. arguit ſtultitiæ & fraudulentiæ. 60. Glo. Templum & altare ad Dei gloriam pertinent, & hominum ſalutem, dona verò magis ad vtilitatem ſacerdotum. 61. Int. id eſt, non eſt reus periurij. 62. Int. id eſt, in oblationibus, & victimis, & cæteris quæ offeruntur. Hier. 63. Int. ſ. ſanctificatum. 64. Int. ſ. ex quo oblatorum ſanctificatio deriuatur.

65. Int. q. d. aſtringitur ſacramento continentis, & contenti, & ſanctificantis, & ſanctificati 66. Orig. hoc ſubdit ad reprehenſionem Iudæorum, qui per cælum iurare ſolebant. 67. Glo. qui iurat per creaturam, & per diuinitatem præſidentem creaturæ iurat. 68. Int. hic arguit eos au... itiæ, quia nihil prætermittunt de ijs quæ ad commodum ſuum ſunt. Hier. 69. Int. id eſt, qui diligenter exigitis decimas cunctarum rerũ. Chry. id eſt, ſoluitis decimas minima... rerũ. 70. Int. id eſt, viliora olera. 71. Int. ſ. incorrecta. 72. Int. ſ. ſi negligantur. 73. Int. id eſt, vt rectè iudicetur in diſcuſſione cauſarum.

74. Int. ſ. in pauperes & viduas. 75. Int. ſ. in Deum. 76. Int. ſ. maiora. 77. Int. principaliter vos, vel populum. 78. Int. ſ. minora, id eſt, decimas terrenorum fructuum exigere, vel illos dare. 79. Orig. hoc addidit, ne contemneretur minimarum rerum decimatio. Remig. etiã minima legis præcepta vult impleri. 80. Remig. non proſunt eleemoſynæ, niſi à pecc...ti ceſſes. 81. Int. excolare, eſt aliquem liquorem magis purum facere, vt lac. 82. Int. id eſt, onera. Hier. camelus, quæ dixit grauiora, quæ negligentia deuorantur, culex autem decimatio olerum; in quibus adhibetur diligentia. 83. Orig. q. d. committentes maxima delicta, cauentes minima. 84. Int. illud, quod. 85. Int. ſ. fallaciter. 86. Int. vas quadratum eſt. 87. Int. i. in conſcientia. 88. Int. id eſt, auaritia. 89. Int. id eſt, ſordibus vitiorũ.

Sens. Myst. In Cap. XXIII.

60. Aug. 1. de q. Euang. cap. 34. Templum & altare Chriſtus. aurum & donum, laudes & ſacrificia, in eo, & per eum oblata. Orig. altare cor, dona, orare, ieiunare, &c. quæ ſancta facit cor. 83. Greg. 1. Moral. cap. 14. Liquauerunt culicem, latronem dimitti petentes; camelum glutierunt, Chriſtum extinguere conantes. culex ſuſurrando vulnerat. camelus ſponte ſe ad ſuſcipienda onera inclinat.

Addit. Avct. In Cap. XXIII.

56. id eſt, non tenetur. 57. id eſt, per aurum. p. ſcilicet, pœna. q. id eſt, facit aurum ſanctum haberi. ſcilicet, quod templo offertur. r. ſub. dicitis. 69. id eſt, decimas ſoluitis. 72. id eſt, maioris momenti.

73. id eſt, iuſtitiam. 75. ſcilicet, in Deum, vel fidelitatem fraudi contrariam. 81. q. d. in paruis diligentes, in maximis negligentes. metaph. à percolantibus vinum ſi in illud culex. 86. diſcus eſt, ſeu patina, qua apponitur cibus.

[90] cæce,munda prius quod [91] intus eſt [92] calicis & paropſidis , vt [93] fiat & id quod deforis eſt,
[94] mundum.[95] Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia ſimiles eſtis [96] ſepulchris deal-
batis,quæ à foris parent hominibus ſpecioſa , [97] intus verò ſunt plena oſſibus mortuo-
rum,& omni [98] ſpurcitia:[99] ſic & vos à foris quidem [100] paretis hominibus iuſti,intus autem
pleni eſtis [101] hypocriſi & [102] iniquitate. Væ vobis Scribæ & Phariſæi [103] hypocritæ , qui
[104] ædificatis ſepulchra Prophetarum , & ornatis monumenta [105] iuſtorum , & [106] dicitis : Si
fuiſſemus in diebus patrum noſtrorum , non eſſemus ſocij eorum in [107] ſanguine Pro-
phetarum.[108] Itaque teſtimonio eſtis [109] vobiſmetipſis,quia filij eſtis eorum qui Prophetas
occiderunt.Et vos [110] implete menſuram [111] patrum veſtrorum.[112] Serpentes [113] genimina vipe-
rarum , [r] quomodo [114] fugietis à [ſ] iudicio gehennæ ? [115] Ideo dico vobis , Ecce ego mitto ad
vos [116] Prophetas, & [117] ſapientes , & [118] Scribas, & ex illis [119] occidetis,& [120] crucifigetis : & ex eis
[121] flagellabitis in ſynagogis veſtris : & [s] perſequemini de [122] ciuitate in ciuitatem , vt [123] veniat
ſuper [t] vos omnis [124] ſanguis iuſtus , qui effuſus eſt ſuper terram à ſanguine

Sens. Lit. In Cap. XXIII.

90. Int.ſ.qui intus non vides. 91. Int.i.cor,& conſcientiam à fraude & malis deſideriis. 92. Chry. non de ſenſibili c[illegible]ee loquitur,ſed de intelligibili. Chry.in hom. corpus per hæc intelligit. 93. i. vt poſſis foris veraciter oſtendere ſanctitatem per opera. 94. Int.alioqui non eſt mũdum, ſi quod intus eſt,ſordidum eſt. 95. Int.alia ſimilitudine eos arguit. 96. Int.id quod ſuprà ſimilitudo calicis.Chry. iuſtorum corpora templa dicuntur (habitat enim in iuſtis Deus)peccatorum autem ſepulchra,eſt enim mortua anima. 97. Int.ſic peruerſi magiſtri,qui alia docent,& alia faciunt.Hier. 98. Int. i.putredine,& fœtore. 99. Int.omnes ſuperiores ſimilitudines breuiter hic exponit. 100. Int.ſ.habitu veſtis, phylacteriis,longa oratione.Greg.26.mor.ca.28.non poſſunt excuſationem habere de ignorantia, qui enim hominibus omnem modum ſanctitatis oſtendunt , ſibi teſtimonio ſunt , quod bene viuere non ignorant. 101. Int.ſ.amore vanæ laudis. 102. Int.ſ.odio veritatis. 103. Int.hypocritæ omnia fallaciter faciunt propter opinionem vulgi. 104. Chry.in hom.non accuſat opus , ſed intentionem ; ad pompam enim faciebant.Chry.ſed quid eis prodeſt laudari vbi non ſunt,vbi ſunt torqueri ? Non gaudent martyres ex illis pecuniis honorari,in quibus pauperes plorant. 105. Int.ſ.aliorum. 106. Int. ſi non verbis,at opere,ambitioſè ornando monumenta iuſtorum, quos à patribus non negant occiſos eſſe.Hier. 107. Int.ſ.effundendo. 108. Chry.in hom. occulte in innat malitiæ ſimilitudinem.

109. Glo.ſ.dum Chriſtum & Apoſtolos perſequimini. 110. Chry.in hom.non dicit iniungens,ſed prædicens futurum.Chry.prophetizat interfecturos & ſe, & Apoſtolos. Orig. implent menſuram non credendo in Chriſtum. 111. Int.ſ.à Patribus cœptam. 112. Int. id eſt, doloſi homicidæ. 113. Int. id eſt,de homicidis nati.Hier. ¶ Chry. filij viperarum ventrem ſcindunt,vt egrediantur, ſic Iudæi Patres condemnant,reprehendentes eorum facta. 114. Int.non enim ædificando ſepulchra. Chry. ſine cauſa enim iuſtos honorat,qui iuſtitiam ſpernit,nec poſſunt ſancti amici eſſe iis , quibus Deus eſt inimicus. 115. Int.ſ.vt impleatis quod Patribus defuit,de me & meis. 116. Int ſ.qui ventura dicant.

117. Int.qui Scripturas exponunt. 118 Int.id eſt,moralium latores. Hil.Apoſtoli reuelatione futurorum Prophetæ,Chriſti agnitione ſapientes,legis intelligentia Scribæ.Hier. varia dona diſcipulorum Chriſti.Prophetæ,qui ventura prædicunt ; ſapientes, qui norunt quando debent proferre ſermonem; Scribæ in lege doctiſſimi. 119. Int. vt Paulum. 120. Int. vt Petrum. 121. Int. vt Apoſtolos in Actibus Apoſtolorum. 122. Int. de Iudæa ad gentes. 123. Chry timorem incutit , ne ſe putent impune facere. t. Glo. omnem malorum generationem alloquitur , omnes enim vna ciuitas ſunt, vnum corpus diaboli. 124. Int. id eſt, debita vltio pro effuſione ſanguinis iuſti. Rab.

Addit. Auct. In Cap. XXIII.

107. s. cade. 110. quaſi dicat,imitamini mores. 113. i.progenies: quaſi dicat, peſſimorum filij peſſimi. s. id eſt, ſupplicio. t. id eſt, iſtam generationem malam. vt inf. dicitur.

Abel[125] iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ[126] filij Barachiæ[127], quem occidiſtis inter tem-
plum & altare. Amen[128] dico vobis, Venient hæc omnia[129] ſuper generationem iſtam.[130]
Hieruſalem[131], Hieruſalem[132], quæ occidis Prophetas[133], & lapidas eos, qui ad te[134] miſſi ſunt.
Quoties[135] volui congregare[136] filios[137] tuos quemadmodum gallina[138] congregat pullos
ſuos ſub alas., & noluiſti[139]? Ecce[140] relinquetur vobis domus[141] veſtra[v] deſerta. Dico
enim vobis, Non[142] me videbitis amodo[143] donec[144] dicatis, Benedictus[145] qui venit in no-
mine Domini.

Sens. Lit. In Cap. XXIII.

125. Int. quaſi dicat, cuiuſlibet Laici. Hier. Iuſtus comprobatur Abel Geneſis teſtimonio, vbi eius munera narrantur accepta Deo. 126. Int. Sacerdotis. Hiero. hunc quidam dicunt ex duodecim Prophetis, & patris nomen conſentit, alij patrem Iohannis, alij Zachariam occiſum à Iohas rege Iudæ in atrio templi. Fuit autem is filius Ioiadæ, & quidem in Euangelio, quo vtuntur Nazarei filium Ioiadæ ſcriptum eſt. Remig. hos duos commemorauit Dominus, quia per eos Martyres omnes deſignantur, laici ſcilicet, & ſacerdotalis ordinis. Chry. in hom. Abel meminit, oſtendens ex inuidia illos Chriſtum & diſcipulos eſſe occiſuros, Zachariæ verò, quia ſanctus in loco ſancto interfectus eſt. Orig. eſt quædam traditio, cùm Maria, genito Saluatore, ſtetiſſet in tēplo in loco virginum, prohiberéntque qui nouerant genuiſſe, cùm Zacharias aſſereret eam virginem, dignamque virginum loco, occiſum eſſe inter templum & altare. 127. Int. id eſt, Benedicti Domini. Hier. Barachias, id eſt, benedicens Deum. 128. Int. ne miremini ſuper his, quæ dico, nam dico. &c. 129. Int. ſcilicet ſcelera.

130. Glo. quæ à primo parricida, vſque ad vltimum perditionis filium computatur. Chry. vt quæ meruerunt ſingulæ generationes præcedentes, illis donata ſunt, qui receperunt Chriſtum; ita quæ pati meruerunt præcedentes iniqui, ſuper nouiſſimos Iudæos venerunt. Non ſtatim quidem Deus punit gentem, cùm verò punit, videtur præcedentium generationum peccata illi reddere, pariter enim quod omnes merebantur. Chry. in hom. qui multos peccantes vidit, & incorrectus manſit, eadem vel grauiora faciens, maiori eſt pœnæ obnoxius. 131. Int. homines, non ſaxa plangit affectu patris. Hiero.

132. Chry. in hom. duplicatio, miſerentis eſt, & valde diligentis. 133. Int. Dominum nunciantes Prophetarum. 134. Int. duritia cordis à te repellis, vel corporaliter vt Stephanum. Chry. occiderunt Eſaiam; Ieremiam lapidarunt; Ezechielem per lapides tractum excerebrarunt; dixit autem occidis, & lapidas, id eſt, conſueuiſti occidere, & lapidare. 135. Int. ſ. per Prophetas miſſos à me hactenus. Chry. in hom. quaſi dicat, nec me tuis factis à beneuolentia auertiſti. Orig. Fuit præſens Chriſtus in Moyſe, & Prophetis, & Angelis miniſtrantibus ſaluti humanæ. 136. Int. ſ. in vnitatem fidei. 137. Int. Patriarcharum hæredes. Orig. Ciuium ſucceſſores dicimus præcedentium filios. 138. Chry. in hom. magnitudinem amoris oſtendit. Aug. 1. de q. Euang. cap. 36. magnus gallinæ affectus in filios, eorum infirmitate affecta, infirmatur & ipſa; alis protegens contra miluum pugnat, ſic Dei ſapientia carnis ſuſceptione quodammodo infirmata, protegit nos, & reſiſtit diabolo. 139. Orig. Qui congregatus non fuerit, iudicabitur, quaſi noluerit congregari. 140. Int. ſ. in proximo. 141. Int. id eſt, Templum, vel ciuitas Romanis tollentibus gentem, & locum. v. Glo. id eſt, auxilio Dei nudata. 142. Int. q. d. niſi pœnitentiam egeritis, & confeſſi fueritis me Filium omnipotentis Patris, meam faciem non videbitis. Hier. 143. Int. ſcilicet poſt paſſionem. Chry. in hom. 144. Hier. habent Iudæi ſtatutū tempus pœnitentiæ, confiteantur quod ſequitur, & Chriſti ora conſpicient. 145. Int. q. d. donec confiteamini Filium omnipotentis, quem benedictum, id eſt, à peccato immunem miſit Pater ad glorificandum nomen ſuum. Chry. in hom. occultè ſignificauit ſecundum aduentum, tunc enim eum adorabunt. Glo. confitebuntur tunc Filium quem crucifixerunt.

Sens. Myst. In Cap. XXIII.

141. Chry. vt corpus recedente anima frigeſcit, putreſcit & ſoluitur: ita nos recedente ſpiritu.

Addit. Auct. In Cap. XXIII.

127. qui & Ioiada. 130. id eſt, hoc hominum genus. 143. id eſt, poſt breue tempus quo ſum è mundo diſceſſurus. 145. id eſt, felix vel prædicandus.

CAPVT XXIIII.

ET [1]egreſſus Ieſus de templo ibat. Et acceſſerunt diſcipuli eius, vt oſtenderēt ei [2]ædificationes templi. Ipſe autē reſpondens dixit illis, [3]Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, [4]non relinquetur hic [5]lapis ſuper lapidem, qui non [6]deſtruatur. Sedente autem eo ſuper [8]montem Olíueti, acceſſerunt [9]ad eum diſcipuli [10]ſecretò, dicētes, [11]Dic nobis, quando hæc erunt? & quod ſignum [12]aduentus tui, & conſummationis ſæculi? Et [13]reſpondens Ieſus, dixit eis, [14]Videte ne quis vos ſeducat: [15]multi enim [16]venient in [a]nomine meo, dicentes, [b]Ego ſum Chriſtus: & [17]multos

SENS. LIT. IN CAP. XXIIII.

1. GLo. Quod comminatus eſt verbo, oſtendit ſigno, dum egreditur ab illis. 2. Int. non ignotas, ſed tamquam admirandas, quia videbatur quod numquam deſtrueretur tale opus, & fruſtra eſſet comminatio Chriſti. Orig. oſtendunt, vt flectant ad miſericordiam, ne faceret quod erat comminatus. 3. Int. q. d. videtis tam firmam ædificationem. 4. Int. quod quadrageſimo anno poſt paſſionem Domini factum eſt à Romanis. Rab. ¶ Remig. diuinitus procuratum eſt, vt reuelata gratia templum cum ceremonijs tolleretur, ne fortè videns aliquis fidelis illa permanere, ad Iudaïſmum tranſiret.

5. Chry. in hom. ſunt eius partes vſque ad fundamenta deſtructæ. 8. Glo. Marcus addit contra templum. 9. Int. Marcus ait, Petrus & Iacobus, Iohannes & Andreas. 10. Chry. erant enim de magnis interrogaturi. vehementer enim deſiderabant gloriam eius videre, itaque cupiebant diſcere diem aduentus eius. 11. Hier. Tria interrogant, quo tempore deſtruenda ciuitas, quando venturus ſit, & quādo futura ſæculi conſummatio. Chry. Lucas ait ſolùm interrogaſſe de ciuitate, quaſi putarent futurum tunc Chriſti aduentum, & finem mundi, quando illa deſtrueretur. 13. Hil. primò, de ciuitatis occaſu. Chry. de malis, quibus ſtatim obuiandum erat. 14. Int. q. d. ne quis perſuadeat, quaſi hæc omnia mox ſint futura. 15. Int. ſ. Antichriſti, pro Chriſto, quorum primus Simon Magus, cui omnes in Samaria auſcultabant, dicentes: hic virtus Dei magna eſt. Hier. Reliquit Simon hic ſcriptum inter cætera in ſuis libris, Ego ſum ſermo Dei, ego omnipotens, ego omnia Dei. Ego verò exiſtimo omnes hæreſiarchas, Antichriſtos eſſe, & ſub nomine Chriſti, Chriſto contraria docere. Orig. veritas Chriſtus eſt, æmulata veritas Antichriſtus. Omnes autem ſpecies boni, quas habet Chriſtus in veritate ad ædificationem hominum, habet diabolus in ſpecie ad ſeductionem. 16. Int. ante horum completionem. Glo. imminente Hieruſalem excidio, multi fuerunt qui dicerent ſe Chriſtos, & tempus libertatis prope eſſe multi etiam temporibus Apoſtolorū dicebant inſtare diem Domini. b. Orig. numquam legitur Chriſtus dixiſſe, Ego ſum Chriſtus, ſufficiebant enim ad id credendum eius doctrina & virtus. Auctor. legitur quidem Ioan. 4. 17. Orig. multi enim ſunt qui intrant per largam portam, quæ ducit ad perditionem.

SENS. MYST. IN CAP. XXIIII.

1 ORig. Vnuſquiſque cauſa eſt ſuæ deſertionis, vt egrediatur ab eo Chriſtus. 2. Orig. etiam modò Sancti ante conſpectum Chriſti intercedunt, ne deſerat genus humanū propter peccata. 6. Hier. Recedente Domino de templo, omnia legis ædificia, & compoſitio mandatorum ita deſtructa, vt nihil à Iudęis poſſit impleri. Orig. qui poſtquam peccauit, curam ſui non habet, paulatim minuitur, donec ad plenum recedat à Deo, & ſic non relinquitur lapis ſuper lapidem mādatorum Dei, qui non deſtruatur. 8. Int. i. fructiferam Eccleſiæ celſitudinem. Remig. in Eccleſia quieſcens, impiorum ſuperbiam condemnat. Orig. mons Oliueti, myſterium Eccleſiæ è gentibus. 12. Orig. duplex aduentus verbi in animam; primus, quando prædicamus Chriſtum natum & crucifixum: ſecundus, in viris perfectis, cui adiungitur conſummatio ſæculi in illis quibus mundus crucifixus eſt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXIIII.

2. ad commiſerationem flectere volentes, vel mirantes poſſe talem molem dirui. 10. ſeorſum. ſ. à turbis, vel alys diſcipulis. 14. id eſt, cauete: a. id eſt, nomen meum præ ſe ferentes. 18. Factum id ante vaſtationem Hieruſalem, vt refert Ioſephus.

[18] ſeducent. [19] Audituri [e] enim eſtis [20] prœlia,& [21] opiniones prœliorum : videte ne [22] turbemini,
[23] oportet enim hæc fieri, [24] ſed nondum [d] eſt finis. [25] Conſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum:& erunt [26] peſtilentiæ,& fames,& [e] terræmotus per loca. Hæc autem
omnia [27] initia ſunt [28] dolorum. Tunc [29] tradent [30] vos [31] in tribulationem, & occident [32] vos: &
[33] eritis odio [34] omnibus gentibus propter [35] nomen meum. Et tunc [36] ſcandalizabuntur [f]
multi,& inuicem [38] tradent:& [39] odio habebunt inuicem. Et multi

Sens. Lit. In Cap. XXIIII.

18 Orig peius multò arbitror,non ſecundum veriſſimam regulam Scripturarum ſentire, quàm inuenire aliquem ſecundum mores errantem. 19. Int. ſcilicet, ante excidium. Auguſt. ad Eſichium epiſ.80.cum dicat ſigna,quę ad illa tria pertinent.ſ.excidium ciuitatis,aduentum ſuum,& finem ſeculi, quid ad quid referendum ſit,diligenter conſiderandum eſt. 20. Int.ſcilicet,hoſtium. 21. Int.id eſt, expectationes & rumores.In Luca ſeditiones. ¶ ſ.ciuium.Orig qui audit voces,quæ fiunt in prœlus, audit prœlia qui verò de prœliis longe geſtis audit,opiniones audit,vel rumores prœliorum. 22. Int. ſ. quantum ad prœlia. 23. Int. conſtat hæc omnia contigiſſe tempore Iudaicæ ſeditionis , ante vltimam penè Iudaicæ euerſionem. 24. Hiero. i. nondum inſtat dies iudicij. Rab. nondum finis ciuitatis. Glo.vltima tribulatio multis tribulationibus præuenitur. 25. Int.audituri eſtis prœlia, & opiniones, &c.conſurget enim gens. 26. Int.hæ ſunt partes præliorum. Chry.in hom. oſtendit & ſe etiam præliaturum contra Iudæos.Rab.cum dicitur conſurget,&c.oſtenditur perturbatio hominum; cum peſtilentiæ,inæqualitas corporum; cùm fames,ſterilitas terræ;cùm terræmotus,reſpectus irę deſuper.Glo. cùm tempeſtates ſecundum Lucam,inæqualitas aëris:omnia ergo conſummanda turbantur , vt qui in omnibus deliquimus , in omnibus feriamur:vnde pugnabit pro eo orbis terræ contra inſenſatos.

e. Orig.non ſimul vult Deus perdere genus humanum,ſed iudicás per partes, dat pœnitẽtiæ locum.

27. Orig.vt ægrotant corpora ante mortem,ita neceſſe eſt ante mundi corruptionem, quaſi láguentem terram frequentius conquaſſari, aërem fieri peſtilentem,excitari bella,&c.Si verò, vt quibuſdam placet,fames & peſtilentiæ,ab angelis ſathanæ fiunt , hæc etiam tunc ab illis fient. Glo. hæc non conſummatio,ſed initia; quaſi præconia Antichriſti,vel excidij vrbis. pertinent enim hæc partim ad euerſionem Iudæorum,partim ad diem iudicij,de vtroque enim Apoſtoli interrogauerant. 28. Int. ſ. futurorum. Hier.melius transfertur parturitionum,vt quaſi conceptus quidam aduentus Antichriſti,non partus intelligatur.Chry.in hom.dolorum,id eſt, Iudaicorum malorum.Orig. dolorum generalium in vniuerſo mundo,& eorũ qui ſunt ſecuturi contra impios. 29. Rab. ne ſolo merito hæc Iudæis eueniant, ſubdit.Chry.in hom.grauia eis prænunciat,vt fortiores faciat. Orig. traditi quidem & antè hæc Chriſtiani in tribulationes,ſed tunc maximè,nempe relicto a multis cultu idolorum , dicebant. ſ. gentiles malorum cauſam eſſe Chriſtianos.ſ.famis,peſtilentiæ,&c.itaque eos perſequebantur. 30. Int.ſ.miniſtris. 31. Int.ſ.exercendos. 32. Int.per Apoſtolos omnium credentium perſona ſignatur. 33. Int in fine mundi ſimiles Apoſtolis tribulationibus ſunt probandi. 34. Orig. omnibus, pro multis poſitum eſt ad exaggerationem;vel cùm contigerint quæ prædixit Chriſtus, fient perſecutiones generaliter vbique contra populum Dei. 35. Int.id eſt, propter aſſertionem veritatis. Chry. in hom. conſolatur eos,quod propter ſe ſint paſſuri. 36. Chry.in hom.poſuit prælium duplex.ſ.à ſeductoribus & inimicis,nunc ponit tertium.ſcilicet,a falſis fratribus. 37 Int.ſcilicet, diſcedent à fide timore, vel portentis,vel immanitate tormentorum. 38. Int.ſcilicet,gladio Domini ab inuicem ſeparante eos, quod in principio prædicationis factum eſt, & maximè tempore Antichriſti eſt futurum. 39. Int. ſcilicet, frater infidelis fratrem fidelem.

Sens. Myst In Cap. XXIIII.

26. Hier.peſtilentiæ, eorum quorum ſermo ſerpit vt cancer;fames,audiendi verbum Dei;terræmotus,commotio terræ,& à fide ſeparatio:conſurgit autem gens in gentem, cùm hæretici contra ſe inuicem dimicantes, Eccleſiæ victoriam faciunt. 30. Orig. qui viſurus eſt aduentum glorioſum Dei in animam ſuam,neceſſe eſt ſecundum menſuram profectus,vt quaſi magnus athleta patiatur.

Addit. Avct. In Cap. XXIIII.

c. Græcè, autem. 21. id eſt, rumores Græ. auditiones. d. ſcilicet, Hieruſalem, & Iudæorum.

pſeudoprophetæ[40] ſurgent,[41]& ſeducent multos,& quoniam abundabit[42] iniquitas,[43] refri-[44]
goſcet[45] charitas multorum.[46] Qui autem perſeuerauerit[47] vſque in finē,[48] hic ſaluus erit. Et
prædicabitur[49] hoc Euāgelium[50] regni in vniuerſo[51] orbe, in teſtimonium[52] omnibus gen-
tibus[53]: & tunc[54] veniet[55] conſummatio.[56] Cùm ergo[57] videritis[f] abominationem[58] deſolatio-[g]
nis, quæ dicta[59] eſt à Daniele Propheta, ſtantem in loco[60] ſancto (qui legit[61] intelligat)[62]

Sens. Lit. In Cap. XXIIII.

40. Glo.quorum primus Simon Magus, extremus Antichriſtus. 41. Int. ſ. vt miraculis ſeducant. ¶ Hoc tempore Iudaicæ vaſtitatis;plenè autem tempore Antichriſti.Remig.imminente captiuitate Hieruſalem.multi ſe Chriſtianos dicentes,multos ſeduxerunt, quos Paulus vocat falſos fratres,Iohannes verò Antichriſtos. 42. Int.vnde Apoſtolus,erunt homines amantes ſe. 43. Int.ſ.infidelitas.
44. quæ ante tribulationem videbatur calere,vel calebat vtcunque in pace. 45. Remig. id eſt, vera dilectio erga Deum & proximum. 46. Hier.non dixit omnium,non enim Apoſtolorum & ſimilium.
47. Int.ſ.in fide & charitate quocūque tempore incipiat. 48. Int.ſ.præſentis vitæ.Remig.ſ.vitæ ſuæ.
49. Chry.in hom.promittit quod non ſolùm viuerent,ſed vbique docerent. Remig. conſolatur eos, quod multò plures credituri erant de gentibus,quàm de Iudæis perituri. 50. Int.ſ.ædificatorium Eccleſiæ,ante finem mundi,ſicut ante deſtructionem Hieruſalem. 51. Chry.in hom.prædicatū eſt Euangelium vbique ante captam Hieruſalem,vnde Paulus, fructificat, & creſcit in omni creatura, quæ ſub cælo eſt.Item,In omnem terram exiuit ſonus eorum.Hier.Signū Dominici aduentus prædicari Euangelium in toto orbe. Aug. ad Eſichium epiſt.80. Non eſt Euangelium vbique prædicatum per Apoſtolos,ſunt enim in Africa innumeri,quibus nondum eſt prædicatum. Illud autem in omnem terram,&c. Præteriti temporis eſt locutio,ſignificat quod futurū eſt, ſi verò latet quando implebitur orbis Euangelio, & finis ſæculi latet. Orig. multæ ſunt gentes quæ nondum audierunt Euangelium, cum autem omnes gentes audierint,erit finis ſæculi. Hier. non puto remanſiſſe gentem quæ Chriſti nomen ignoret,ex vicinis enim gentibus opinionem fidei non poteſt ignorare. 52. Int. ſ. ſuæ damnationis.Chry. in hom in accuſationem. 53. Int.ſ.non credentibus.Chry.in hom. credentes condemnabunt non credentes. 54. Int.ſ.poſt hæc omnia. 55. Int.non ſtatim,ſed non prius. 56. Chry. in hom.id eſt, finis Hieroſolymorum.Remig.poteſt totus locus referri ad conſummationem ſæculi,tunc enim multi recedent à fide,videntes malorum multitudinē,& diuitias,& miracula Antichriſti. 57. Chry.in hom. occultè inſinuauerat Hieroſolymæ finem,nunc manifeſtè oſtendit. f. Chry.in hom.oſtendit viuentibus quibuſdam eorum hæc futura.Admiranda Chriſti virtus,& diſcipulorum fortitudo,qui in talibus temporibus prædicabant,quibus omnia Iudaica impugnabantur,cœperunt Romani infinita millia Iudæorum.At duodecim viros nudos & inermes nō ſuperarunt. 58. Int.i.hominem peccati,qui aduerſatur, & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, qui deſtruet, & ad ſolicitudinem rediget ſuſceptutos ſe. Chry. in hom exercitum dicit,quo deſolata eſt ciuitas.Hier.poteſt intelligi de imagine Cæſaris,quam Pilatus poſuit in templo,aut de Adriani equeſtri ſtatua,quæ in ſanctis ſanctorū ſtetit vſque in præſentem diem,abominatio enim ſecundùm veterē Scripturam Idolum dicitur,additur autem deſolationis, quod in deſolato templo poſitū ſit. Hil. abominatio dicitur, quia Antichriſtus honorem ſibi Dei vendicabit;deſolationis verò,quia bellis & cædibus terram deſolaturus eſt. 59. Int.i.prædicta. 60. Int. ſcilicet,in templo Dei, vel vbi non debet, ſecundùm Marcum, quod idem ſignificat. 61. Int. ſ. illam prophetiam vel ſequentia. 62. Hier.ad myſticam intelligentiam prouocat.

Sens. Myst. In Cap. XXIIII.

60. Orig.Locus ſanctus Scripturæ;vbi Antichriſtus,falſa interpretatio,quod cùm vides,fuge ad veritatis montes.

Addit. Auct. In Cap. XXIIII.

44. ſcilicet,peribit. 51. fortè intelligitur maxima orbis pars. vide Rom.10. Col.41. 52. vide ſuprà cap.10 num.75 56. τέλος finis,ſcilicet,mundi,vel Hieruſalem deſtructio. 58. ideſt, exercitum idolelatrarum, ſolet enim Scriptura idola,& eorum cultum abominationem vocare.
g. ſcilicet.Hieroſolymitana.vide Luc.21.
60. ſcilicet. Hieruſalem.
61. ſcilicet,librum Danielis.

[63] tunc qui in [64] Iudæa ſunt, fugiant ad [65] mõtes: & qui in [66] tecto, [h] non deſcẽdat [l] tollere aliquid de [67] domo ſua: & qui in [68] agro, nõ reuertatur tollere [69] tunicã ſuam. [70] Væ autẽ [71] prægnãtibus & [72] nutrientib. in illis diebus. [73] Orate autẽ, vt nõ fiat fuga veſtra in [74] hyeme, vel [m] ſabbatho. [75] Erit enim tunc tribulatio [76] magna qualis [77] non fuit ab initio mundi vſque modò, ne- [n] que fiet. Et niſi [78] breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua [o] omnis caro: ſed propter

Sens. Lit. In Cap. XXIIII.

63. Remig. appropinquante Romano exercitu omnes Chriſtiani (vt refert hiſtoria Eccleſiaſtica) diuinitus moniti receſſerunt tranſito Iordane in ciuitatem Pellam regis Agrippæ, ibiq; aliquandiu manſerunt. 65. Hil. Iud. eam deſeri monet, ne à mixtione plebis illius Antichriſto credituræ vis aut contagio afferatur. 66. Chry. in ho. oſtendit ineuitabilia mala, & infinitã Iudæorũ calamitatem. h. Chry. in hom. eligibilius enim nudo corpore ſaluari, quàm intrare domum, vt tollas veſtimentum, & occidi.
71. Chry. in hom. prægnantes non poſſunt fugere facilè, onere grauatæ, nutrientes autẽ detinet compaſſio filiorum. Orig. non erit tunc tempus miſerendi prægnantium, nec lactantium, nec infantium.
74. Int. quia hæc tempora non ſunt itineri conuenientia. Hier. in altero prohibet duritia frigoris ad ſolitudines pergere, & ibi latitare, in altero tranſgreſſio legis. Orig. Arbitrabantur Iudæi non oportere in ſabbatho ambulare, niſi ſabbathi iter. Auctor. ſ. vnum aut alterum miliare. vide Act. 1. Chry. in hom. contra Iudæos eſt ſermo. Apoſtoli enim ſabbathum non erant obſeruaturi. 75. Int. hoc propriè temporibus Antichriſti. Chry. in hom. vide diſpenſationẽ Spiritus ſancti, nihil enim horũ Iohannes ſcripſit, ne videretur ex eorũ quæ facta ſunt hiſtoriã ſcribere, vixit enim poſt captam ciuitatẽ multo tempore, ſed qui nihil horum viderunt, ipſi ſcribunt, vt vndique fulgeat prænunciationis virtus. 76. Int. cuius non cõcutiatur fides, cùm perſecutor pietatis erit operator virtutũ? 77. Aug. ad Eſichiũ epiſt. 80. narrat Ioſephus accidiſſe mala, quæ vix credibilia videãtur; quod ſi tẽpore Antichriſti maior erit tribulatio, aut talis, intelligendũ eſt illi populo talem non futurã: ſi enim eſt Antichriſtũ recepturus, nõ tribulationẽ patietur, ſed faciet. Chry in ho. Iudæis propter crucẽ apertè tãta mala euenerunt. 78. Chry. in hom q. d. ſi amplius duraſſet prœlium Romanorũ, vniuerſi Iudæi periſſent. Aug. ad Eſichiũ, per dies, mala ſignificãtur, quæ dicuntur breuiari, vt Deo tolerantiam donante, minus ſentirentur, quidã tamen putant dies breuiores futuros curſu ſolis celeriori. Hier. abbreuiabũtur non menſura, ſed numero, ne temporum mora concutiatur credentium fides. Glo. Durabunt enim mala tribus annis & dimidio tantum.

Sens. Myst. In Cap. XXIIII.

63. Glo. ſ. cùm hæreſes & flagitia regnare cœperint. 64. Int. i. in confeſſione fidei. 65. Int. i. virtutum culmen altius aſcendant. 66. Int. i. qui excedit carnem, animo non redeat ad aliquos actus priſtinæ conuerſationis. Hil. qui in cordis perfectione conſtiterit, non deſcendat in humiliora ſæcularium cupiditate. 67. Int. i. carne, vel mundo. 68. Int. i. qui operatur in Eccleſia, vel qui exierit ciuitatem huius mũdi. Hil. poſitus in operatione præcepti ad curas priſtinas nõ reuertatur. Aug. ad Eſichium epiſt. 80. in tribulationibus cauendũ, ne aut ad carnalia deſcendas, aut ad poſteriora reſpicias. 69. Int. i. rem ſecularem, qua ſe exuit vt nudus Chriſtum ſequatur. 70. Int. Væ ambitioſis. 71. Int. i. diuitias, quas adepti ſunt fouentibus, quia ſarcina grauati, fugere non poterunt. Hil. i. animabus peccatis repletis.
72. Int. i. qui initia fidei habent, & egent nutrimento magiſtrorum. Hil. infirmis animabus, qui tamquam lacte educantur. Aug. de verb. Dom. ſerm. 20. Prægnans eſt aliena concupiſcens, nutriens qui iam rapuit quod concupierat, iſtis væ erit in die iudicij. 73. Int. q. d. non tunc primò incipiatis declinare à malo, cùm morte præueniente, iudicium Dei non poteſtis effugere. 74. Aug. 1. de q. Euang. cap. 37. i. triſtitia, vel lætitia rerum temporalium. Hil. i. frigore peccatorum, aut otio bonorum operum. Glo. Lucas dicit, ne grauentur corda crapula & ebrietate, & curis huius vitæ. ſ. curæ quæ triſtes ſunt, ad hyemem pertinent, crapula & ebrietas ad ſabbathũ. 76. Orig. quæ maior tribulatio; quàm videre fratres noſtros ſeduci, & nos moueri, & conturbari?

Addit. Avct. In Cap. XXIIII.

l. vt tollas, ſed vt fugiat. 69. Græ. pallia, ſeu ſummas veſtes. 70. facilè enim capientur. 72. Græc. lactantibus. 74. i. tempore ad fugam incommodo, intelligitur verò peccatorum frigus. m. quo non poteſt fieri longum iter q. d. in impedimento aliquo, intelligitur ſpiritualiter bonorum operum otium.
75. ſ. tempore ex. idij Hieroſolymitani. n. ſ. huic genti, vt patet ex Luca. 78. ſ. numero q. d. ſi tribulatio illa diu duraret, nemo ſupereſſet. o. pre, vllus homo. Hebr.

electos

[79] electos [80] breuiabuntur dies illi. [81] Tunc ſi quis [82] vobis dixerit, Ecce [83] hîc eſt Chriſtus, aut
[84] illic:nolite credere. Surgent enim [85] pſeudochriſti,& pſeudoprophetæ:& dabunt ſigna
[86] magna & prodigia,ita vt in errorem inducantur(ſi [87] fieri poteſt)etiam electi.Ecce præ-
[88] dixi vobis. Si ergo [89] dixerint vobis, [90] Ecce in deſerto eſt:nolite [91] exire:ecce in [92] penetrali-
bus:nolite credere. [93] Sicut enim [9] fulgur exit ab [94] Oriente,& paret vſque in [95] Occidentem,
[96] ita erit & aduentus Filij hominis.Vbicunque fuerit [97] corpus,illuc [98] congregabuntur

SENS. LITER. IN CAP. XXIIII.

79. Aug.ad Eſichium, cùm euerſa eſt ciuitas,erant in illo populo Dei electi. 80. Int.ſ.ne deſperēt electi. 81. Int.ſ.in illa preſſura Chry.in hom.dixit de ciuitate,nunc de ſuo aduentu,prætermiſit verò quod futurum erat à capta ciuitate,vſque ad initia conſummationis mundi. 82. Int.id eſt,veſtris imitatoribus. 83. Int.ſ.apud Arrianos Aug.1.de q.Euang.cap.38.habet vnaquæque hæreſis certas mundi partes;aut occultis conuenticulis curioſitatem hominum decipit. 84. Int.ſ.apud Donatiſtas, vel huiuſcemodi. 85. Int.ſ.membra eius qui ſe efferet ſuper omne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Chry.in hom.loquitur de Antichriſto,& quibuſdam eius miniſtris,quales fuerunt multi tempore Apoſtolorum,ſed ante ſecundum Chriſti aduentum multo erunt amatiores.Hier.multi tempore captiuitatis Iudaïcæ ſe Chriſtos dicebant,melius tamen intelligitur de mundi conſummatione, poteſt & tertiò intelligi de pugna hæreticorum contra Eccleſiam. Orig.generaliter vnus eſt Antichriſtus,ſpecies autē eius multæ. 86. Aug.lib.83.q.79.q.admonet ſceleratos miracula quædam facere, qualia Sancti facere non poſſunt,quod ideo non omnibus Sanctis tribuitur, ne putent infirmi in talibus eſſe maiora dona, quàm in operibus iuſtitiæ, faciunt miracula boni Chriſtiani per publicam iuſtitiam Dei. ſ. iuſſu, mali verò per ſigna publicæ iuſtitiæ. Idem. 3.de Trin. malis Angelis non ſeruit ad nutum viſibilium materia,ſed Deo,à quo eis poteſtas datur; ſpargunt verò rerum ſemina,& ita generandarum rerum præbēt occaſiones.Greg.15.mot.ca.30.cùm Antichriſtus prodigia fecerit, poſt ſe homines trahet. 87. Orig. exaggeratio eſt,ſignificatur enim valde perſuaſorios eſſe ſermones hæreticorum.Rab.ſignificantur electi,id eſt,qui humano iudicio electi videntur.Greg.33. mor.cap. 36. electorum conſtantia non mouetur,nec ficti poteſt vt in errorem capiantur. 88. Int.ſ.vt præſcij vigiletis.Greg.in hom.iacula præuiſa minus feriunt. 89. Int.ſ.quia præmoniti eſtis. 90. Glo.multi credent non venire in publicum,ſed in deſerto. 92. Glo. multi credent Chriſtum dediſſe ſecretiora aliqua præcepta fidei. 93. Int. contra hoc quod dixit,Ecce in penetralibus.Hier.oſtendit ſecundum aduentum non in humilitate vt primus, ſed in gloria demonſtrandum. p. Aug.1.de q.Euang.cap.38. dixit ſe venturum in nubibus,ſed & fulgur maximè ſolet de nubibus emicare. 94. Int.ſ.cunctis videntibus, non in ſecreto. 95. Int.contra hoc quod dixit,ecce hîc,ecce illic.Aug.1.de q.Euang.cap.38. nomine orientis & occidentis totum orbem deſignat,per quem futura erat Eccleſia. 96. Int.nec vno loco,nec occultus erit aduentus Chriſti, ſed in toto orbe manifeſtabitur.Hier.Stultum eſt quærere in paruo loco,vel in abſcondito, qui totius mundi lumen eſt. 97. Int.id eſt, verus Chriſtus,non fictitius. Hier.poſſumus per corpus ſeu cadauer, paſſionem Chriſti intelligere. 98. Int.eò feſtinat intentio Sanctorum,qui in veri ſplendore ſolis ſuos poſſunt figere intuitus.Greg.14.mor.Chriſtus ad cæleſtem ſedem vbi incarnatus præſidet,animas carne ſolutas ſubleuat.

SENS. MYST. IN CAP. XXIIII.

90. Int.id eſt,Chriſtus moratur in dogmate gentilium philoſophorum. Hier. ¶ Orig.quando hæretici ſecreta Scripturæ proferunt ad confirmationē mendacij, videntur dicere:Ecce in deſerto verbū veritatis,ſed nos non debemus exire à prima Eccleſiaſtica traditione,& regula fidei. 91. Int. ſ. à fide ad doctrinam eorum. 92. Int.ſ.hæreticorum,qui ſe iactant arcana Dei noſſe.Hier. 94. Orig. ſ.veritatis fulgur ab initijs Chriſti vſque ad eius paſſionem,vel ab initio mundi vſque ad nouiſſimam Apoſtolorum Scripturam;vel oriens,lex,occidens autem,finis legis & Prophetiæ Iohannes.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXIIII.

79. ſcilicet,qui tunc erunt, vel qui naſcituri ex ſuperſtitibus. 81. id eſt,poſt vaſtatam Hieruſalem. Quæ ſequuntur ad Chriſti aduentum ſecundum pertinent. Alloquitur verò in Apoſtolis fideles omnes.
85. id eſt falsò ſe Chriſtos eſſe iactantes. 96. ſcilicet,ſubitus & inexpectatus,ſed omnibus manifeſtus & glorioſus. 97. Gra.cadauer.

& aquilæ[99]. Statim[100] autem poſt tribulationem dierum[101] illorum Sol[102] obſcurabitur,& Luna non dabit lumen ſuum:& ſtellæ[103] cadent de cælo,& virtutes[104] cælorum commouebuntur[105]:& tunc parebit ſignum[106] Filij hominis in cælo.& tunc plangent[107] omnes tribus[q] terræ[108]:& [r] videbunt Filium hominis venientem[109] in nubibus[110] cæli cum virtute[111] multa[*] & maieſtate. Et mittit Angelos ſuos cum tuba[112],&[s] voce[113] magna,&

Sens. Lit. In Cap. XXIIII.

99. Hier. Aquilæ & vultures etiam trans maria dicuntur ſentire cadauera, quanto magis ergo multitudo credentium,debet ad Chriſtum feſtinare,cuius fulgur exit ab Oriente,&c. Hil. ita ſanctos vocat, ob volatum ſpiritualis corporis, quorum conuentum congregantibus Angelis futurum dicit in loco paſſionis,vbi claritatis aduentus expectabitur, illic enim gloriam æternitatis nobis paſſione operatus eſt. Orig. Non dixit vultures, aut coruos, ſed aquilas, oſtendens magnificos & regales omnes, qui in paſſione Chriſti crediderunt. Hier. Aquilæ appellantur,quibus iuuentus renouata eſt,vt aquilæ, penaſque ſumunt vt ad Chriſti veniant paſſionem. 100. Int. non tamen tota tranſacta. Aug. ad Eſichium. ¶ Chry. in hom. Abbreuiabitur tribulatio, ideo addit,ſtatim,ipſe enim confeſtim aderit. 101. Chry. in hom. ſ. Antichriſti,& pſeudopropheta.um. 102. Orig. vt ex magnis ignibus ſuccendi incipientibus, tenebræ ex fumo plurimo videntur extolli,ſic in conſummatione mundi ab igne obſcurabuntur luminaria lumine ad tempus,ſicut factum eſt tempore paſſionis Chriſti,ſed innouato mundo maius lumen recipient,eritque(quod Eſaias dicit)lux Lunæ & Solis,&c. Hier. non diminuetur lumen, ſed comparatione veræ lucis omnia apparebunt tenebroſa. 103. Int. id eſt,lumine carebunt. Rab. 104. Int. timebunt Angeli,quanto magis homines? Hier. Angelorum multitudines ſignificantur. 105. Orig. patientes ſtuporem conturbabuntur,remotæ.ſ.à primis functionibus ſuis. 106. Int. vel ſignum crucis,vt videant in quem transfixerunt,vel vexillum ſignum victoriæ triumphantis. Orig. vt in paſſione tenebræ factæ ſunt,ſic apparente ſigno Filij hominis lumina deficiẽt,quaſi conſumpta ſigni illius virtute. Chry. in hom. ne diſcipuli verecundentur de cruce,aut doleant, eam ſignum nominat cum quadam claritate.
107. Int. ſerò accuſante conſcientia. Orig. ob ignorantiam ſuam & peccata. Chry. in hom. quia crucifixerunt quem adorari oportebat. 108. Hier. qui municipatum non habent in cælis. r. Orig. ſ. corporalibus oculis ſpeciem humanam. 109. Int. ſ. ad iudicandum. 110. Int. ſic veniet quemadmodum eum vidiſtis euntem in cælum. Glo. id eſt,in ſanctis. Orig. non ſuper vnam nubem,ſed ſuper multas,& fortè veniet ſuper nubibus rationis. 111. Int. qui quaſi humilis & infirmus iudicatus eſt. * Aug. ad Eſichium epiſt. 80. ſ. magnam virtutem dabit ſanctis,ne tanta perſecutione vincantur. 112. Int. de qua Apoſtolus loquitur. Remig. non corporea, ſed Archangelica voce, ad quam omnes mortui reſurrectionem, ad gaudium, ad repræſentandum ſtuporem, ad dolorem relinquendum. 113. Int. tam aperta & intenſa voce,vt vbique à mortuis audiatur.

Sens. Myst. In Cap. XXIIII.

102. Aug. ad Eſichium epiſt. 80. Eccleſia non apparebit tunc impijs vltra modum ſæuientibus; cadentque multi qui fulgere videbantur,& fortiſſimi turbabuntur. Orig. Diabolus,qui ſe Solem ſimulat, arguetur;itaque Luna,id eſt Eccleſia malignantium, & claritatem ſuam amittent, & ſtellæ, id eſt, qui mendaciis ſeducebant. vnde in prouerbijs. Lumen impiorum extinguetur. tunc apparebit Dei claritas in his qui portarunt imaginem cæleſtis. cæleſtes lætabuntur,terreni plangent. 111. Orig. cum magna virtute venit quotidie ad credentes in nubibus propheticis.

Addit. Avct. In Cap. XXIIII.

99. q. d. vt ad cadauer volant ſtatim aquilæ, ſic ad me electi. 100. Id dicitur iuxta illud. 2 Pet. 3. Mille dies ante Dominum ſicut vnus. & 1. Ioan. 2. Nouiſſima hora eſt. vide etiam 1. Pet. 4. Iac. 5. 101. ſ. quibus affligendi Iudæi, vel ante diem iudicij Chriſtiani. 102. ſolet ſic Scriptura ſignificare maximam Dei iram & vltionem. vide Iſa. 13. Eze 32 Ier 15. Amos. 8 probabilius tamen, euentura ad litteram. vt de Pſal. 74. Ioël 3. Agg. 2. Heb. 12 2. Pet. 3. 103. id eſt, retrahent lumen ſuum, ita vt videantur cecidiſſe. 104 id eſt, aſtra, quæ dicuntur in Scriptura virtutes, id eſt, exercitus, & militia cæli. vide Pſal. 32. vel Angeli, qui cæleſtes virtutes ſunt. 106. id eſt, crucis imago in maxima claritate obſcuratis aſtris.
*107. Græ. κόψονται, quod eſt præ dolore ſe ipſos cædentium, & lacerantium. q ſ. infidelium. vide Zach. 12. Apoc. 1. tribus verò. pro, nationibus. 110. ſ. ad temperandam claritatem, & declarandam maieſtatẽ. * pro, magna. s. ſ. priuſquam appareat. t. pro, id eſt. Idem enim vox, tuba, & iuſſus.*

congregabunt[114] electos[u] eius à quatuor ventis[115]: à ſummis[116] cœlorum vſque ad terminos eorum. Ab arbore[117] autem fiſci diſcite parabolam: cùm iam ramus[118] eius tener fuerit, & folia nata, ſcitis[119] quia prope eſt æſtas[x]: ita & vos cùm videritis hæc[120] omnia, ſcitote[121] quia prope[z] eſt in ianuis. Amen[122] dico vobis, quia non præteribit[123] generatio[124] hæc, donec omnia iſta fiant. Cœlum[125] & terra tranſibunt[126], verba autem mea non[127] præteribunt. De[128] die autem illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, niſi

Sens. Lit. In Cap. XXIIII.

114. Int.ſ.ad iudicium.Orig.congregabuntur omnes qui fuerunt à conſtitutione mundi, qui viderunt diem Chriſti,& exultauerunt in illam.Chry.congregatos ab Angelis nubes recipient. 115. Int. id eſt,mundi climatibus,Oriente,Occidente,Aquilone,Auſtro.Remig. ¶ Aug.ad Eſichium. i. de toto orbe terrarum. 116. Remig.id eſt,à medio orbis,medio enim orbis ſummum cæli præſidet; per terminos autem,fines terræ ſignificat,vbi cæli terræ inſidere videntur, addidit autem hoc ne putarentur non eſſe congregandi à Mediterraneis etiam locis. Auctor. vide additionem. 117. Int. ſub exemplo arboris docet de aduentu conſummationis.Chry.in hom.vbi dicit quod eſt omnino euenturum, naturales neceſſitates in exemplum inducit. 118. Hier.ſ.cùm cauliculi teneri, & gemma erumpit in florem,cortéxque folia parturit. 119. Int.id eſt,intelligitis æſtatis aduentum.Chry.in hom. prænunciat iuſtis poſt hyemem æſtatem ſpiritualem,& tranquillitatem. 120. Int.ſ.quæ ſcripta ſunt,quæ dixi ſuprà.Aug.ad Eſichium:omnia dixit,in quibus eſt,quod videbitur Filius hominis, &c. 121. Int. ne putetis iam eſſe conſummationem mundi, ſed præcurſiones quaſdam, quæ oſtendunt quod propè ſit in ianuis.Hier. 122. Int.q.d.credite quæ dixi. 123. Int.ſ.de morte ad immortalitatem, donec veniat dies Domini. 124. Int. vel omne genus hominum, vel gens Iudæorum quæ non deficiet donec veniat dies Domini.Hier. ¶ Chry.in hom. generatio fidelium quam nulla ſuperabit tentatio. 125. Int. ſ. aëreum, non æthereum.Rab. 126. Int.id eſt,innouabuntur.Glo.permanebit enim ſubſtantia, vnde dicitur,terra in æternũ ſtabit.Hier.q.d.facilius eſt immobilia deſtrui, quam ſermonum meorũ aliquid decidere,tranſibunt verò cæli & terra immutatione non abolitione ſui. 127. Int. ſed ſicut dicuntur, ſine vlla imminutione implebuntur.Hil.cælum enim & terra ex conditione ſuæ creationis. i. profecta de nihilo habent in ſe neceſſitatis vt non ſint,verba autem Chriſti ex æternitate deducta, id continent virtutis,vt maneant.Chry.in ho.pretioſiorem oſtendit Eccleſiam cœlo & terra. 128. Int.ne Apoſtoli quærerent certam horam aduentus Chriſti,qui intelligitur etiam in morte vniuſcuiuſque.

Sens. Myst. In Cap. XXIIII.

116. Orig. id eſt,ab eis qui viuunt in initiis Scripturarum, vſque ad eos qui viuunt in conſummatione earum: congregabuntur autem tuba & voce, vt audientes ſe parent ad viam perfectionis, quæ ducit ad Filium Dei. 117. Hil.Synagoga,ficus; ramus, Antichriſtus; qui cùm vireſcere cœperit, proximus dies iudicij ſentietur.Remig.cum ſynagoga germinabit,fidem accipiens, prædicantibus Enoch & Elia,prope erit finis ſæculi.Glo.Iudæi,ficus damnata,ramus,fides & charitas; folia, verba prædicationis,ablata verò perfidia Iſraël,prope erit dies iudicij. 126. Orig. tranſibunt ad futura etiam cæleſtes homines, vt veniant ad meliora.

Addit. Auct. In Cap. XXIIII.

v. etiam mali congregabuntur. vide ſuprà cap.13. 115. pro orbis partibus, quaſi dicat, ab omnibus mundi partibus. 116. id eſt, extremis. ſic Pſal.18. Deuteronom.4. Eſt autem idem in Scriptura extremum cæli, & extremum terræ, vt patet Deuteronom.4. Fortè quod vbi terra, ibi videtur etiam cælum terminari,aut quia cælum pro orbe ſumitur. Senſus ergo eſt ab vna terræ extremitate ad alteram.

118. Intelligit gemmam in ſurculis, vnde flores erumpunt. x. æſtatem intellige, vt diſtinguitur ab hyeme,& vere etiam comprehendit. z. ſ. perfecta redemptio,regniq́ Dei poſſeſſio. 124. ſ. Iudæorum,vel fidelium,generatio verò, pro natione,vel gente. 122. ſ. in die nouiſſimo, vt dicitur 2. Pet. 3. Pſal.101.nempe ſui mutatione,vel q. d. prius cæli & terra peribunt, quàm verba mea reddantur inania. vide Luc.16.& ſuprà cap.5.

[129] Pater ſolus. [130] Sicut autem in diebus Noë: ita erit & aduentus Filij hominis: ſicut enim erant in diebus ante diluuium [131] comedentes, & [132] bibentes, [133] nubentes, & nuptui tradentes: [134] vſque ad eum diem, quo intrauit Noë in arcam: & non [135] cognouerunt donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & [136] aduentus Filij hominis: [137] tunc [138] duo erunt in [139] agro: vnus [140] aſſumetur, & vnus relinquetur: duæ [141] molentes in mola: [142] vna aſſumetur, & [143] vna relinquetur. [144] Duo in lecto, [145] vnus aſſumetur, & [146] vnus relinquetur. [147] Vigilate ergo,

SENS. LIT. IN CAP. XXIIII.

129. Int. in quo Filius & Spiritus ſanctus intelligitur. Hier. in quibuſdam Latinis codicibus additum eſt, nec Filius, qui tamen non ignorat, omnia enim per ipſum facta ſunt, & qui nouit Patrem, quomodo ignorat diem iudicij? Dicitur autem ignorare, quia non expedit hominibus noſſe. Aug. 1. de Trin. cap. 12. neſcit, id eſt, neſcientes facit, ſic illud dictum eſt, nunc cognoui, quod times Deum, id eſt, feci vt cognoſceres. Hil. quomodo negauit hanc cognitionem, qui omnia dedit Filio? Auguſt. de verb. Dom. in Patre & Filius ſcit, quid enim eſt in die, quod in verbo non factum ſit, per quod factus eſt dies? Idem lib. 83. q. dicitur Pater ſcire, quia facit Filium ſcire, Filius autem neſcire, quia non facit homines ſcire. Baſil. quidam intelligunt filios adoptiuos, non ipſum vnigenitum. 130. Int. ſ. ſic repentinus interitus incredulis ſuperueniet, cùm dixerint, pax, &c. Chry. in hom. apparet ex hoc non eum ignorare diem iudicij. 131. Int. id eſt, gulæ dediti. 132. Int. ebrietati dediti. 133. Rab. nō damnantur coniugia, vel alimenta, ſed immoderatus vſus. 134. Int. & his toti dediti, & iudicia Dei contemnentes, perſtiterunt vſque in eum diem. Hier. apparet poſt bella, & peſtilentias, &c. ſecuturam pacem breuem, quæ quieta omnia ſe promittat, vt fides credentium comprobetur, vtrum tranſactis malis ſperent Iudicem venturum. Chry. in hom. Pax erit in ſenſibilibus, vnde Apoſtolus non dixit, cùm fuerit pax, ſed cùm dixerint pax, inſenſibilitatem eorum oſtendens. 135. Int. id eſt, cognoſcere noluerunt, quamuis Noë prædicente. 136. Int. tanquam fur comprehendet filios noctis. 137. Int. ſ. in illa conſummatione. Glo. Lucas in illa nocte, id eſt, tribulatione. 140. Hil. in promptuarium recondetur.

147. Int. ecce quò tendant quæ dixit. q. d. ſolliciti eſtote; hæc enim cauſa cur neſcire vult nos diem aduentus ſui. Hil. vt incerti quando venturus ſit, ſemper credamus eſſe venturum. Greg. in hom. Vigilat qui ad aſpectum veri luminis oculos apertos tenet; qui ſeruat operando quod credit; qui à ſe tenebras negligentiæ repellit. Aug. ad Eſichium: omnibus hoc dicit Chriſtianis. Imparatum inueniet dies ille, quem imparatum inuenerit ſuæ vitæ vltima dies.

SENS. MYST. IN CAP. XXIIII.

130. Glo. Noë, Chriſtus; arca, Eccleſia, quæ cùm ædificatur, iniqui luxuriantur; cùm intratur, intereunt: ingredietur autem Chriſtus in die iudicij præſentia ſuæ viſionis æternus habitator. 138. Hil. ſ. fideles & infideles in ſæculo. Int. prædicatores. Glo. qui in Eccleſiæ agro laborant, alij enim ſincerè Chriſtum annunciant, alij verbum Dei adulterant. 139. Int. in ſemente quidem pares, ſed non æque metentes fructus. Hier. 141. Int. ſ. occupati ſecularibus. Glo. ſequentes orbem rerum mobilium. Hil. mola, opus legis, ex Iudæis verò pars credidit; pars opera legis infructuoſa molens incaſſum, relinquetur, non factura cæleſtis cibi panem. Hier. Synagoga & Eccleſia de iiſdem ſcripturis videntur farinam terere præceptorum Dei, & hæreſes ex Scriptura videntur molere farinam doctrinarum ſuarum.

142. Int. ſ. qui habuerunt tanquam non habētes. 143. Int. ſ. qui in incerto diuitiarum ſperauerunt.

144. Int. ſ. cōtinentes, non occupati Eccleſiaſticis vel ſecularibus. Glo. qui otium eligunt, & quietem, quæ ſignificantur nomine lecti. Remig. tres ordines ſignificantur, ſ. prædicatorum, quibus commiſſus ager Eccleſiæ; coniugatorum, qui velut diuerſarum curarum molas voluunt; & continentium, quorum requies per lectum ſignificatur. Glo. non ſunt plura hominum genera, quàm hæc tria in Eccleſia, vnde Ezechiel tres viros liberatos vidit, Noë, id eſt, rectores; Daniel, id eſt, continentes; Iob, id eſt, coniugatos. 145. Glo. ſ. qui propter Deum continent. 146. Glo. ſ. qui humana laude, aut aliqua vitioſa intentione.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXIIII.

131. id eſt, ſecuri, nihilq́; minus quàm diluuium expectantes, rebuſq́; terrenis prorſus intenti:

133. id eſt, matrimonium contrahentes. 141. ſignificatur etiam in viliſſimo vitæ genere Chriſtum ſuos habere.

[148] quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. [149] Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret pater[150]familias qua hora [151] fur venturus eſſet: [152] vigilaret vtique, & non fineret per-[153]fodi domum ſuam. Ideo & vos eſtote [154] parati: quia neſcitis qua hora Filius hominis venturus [155] eſt. Quis, putas, eſt [156] fidelis ſeruus, & [157] prudens: quem conſtituit [158] Domi nus ſuper [159] familiam ſuam, [160] [161] vt det illis [162] cibum in tempore. Beatus ille ſeruus quẽ, cùm venerit [163] Dominus eius, inuenerit [164] ſic facientem. Amen dico vobis: quoniam ſuper [165] omnia bona ſua conſtituet eum. [166] Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo: morã facit Dominuſ meus venire: & cœperit [167] percutere conſeruos ſuos: [168] mãducet autem & bibat cum ebrioſis: veniet dominus [169] ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat: & di-[170]uidet eum, [171] partemque eius [172] ponet cum hypocritis: illic erit [173] fletus & [174] ſtridor dentium.

SENS. LIT. IN CAP. XXIIII.

148. Hil. non dixit, neſcimus. 149. Int. probat quod debent vigilare & ſobrij eſſe. 152. Int. ſcilicet, in illa hora, quæ ſibi eſſet ſuſpecta. Græ. Vltimam horam Deus voluit eſſe incognitam, vt ſemper poſſit eſſe ſuſpecta. vt ſemper præparemur qui non poſſumus præuidere. 154. Int. ſ. ſine macula & ruga. 155. Int. difficultatem oſtendit, non impoſſibilitatem virtutis Remi. ¶. Chry. in hom. non ignorantis eſt hoc, vt nec illud, Adam vbi es? Hil. ſpecialem Epiſcopis ſollicitudinem mandat. Glo. rarus eſt qui ſit vocatus à Deo, & non ſe ingeſſerit, nec ſe magis paſcat quàm oues. 156. Glo. Rarus eſt Domino propter Dominum ſeruiens. 157. Int. ſ. bene erogando pecuniam domini ſui. Chry. in hom. Fidelis nihil des rebus domini inaniter conſumit; prudens nouit diſpenſare vt oportet. Orig. eſſe fidelem & prudentem rariſſimum eſt. multa quidem ſapientia & fidelitate opus eſt ei, qui bene vult diſpenſare Eccleſiaſticos reditus. 158. Int. ſ. Chriſtus. Rab. 159. Int. id eſt, Eccleſiam. Rab. 160. Int. diſcernens capacitatem ſingulorum. 161. Int. ſ. pro capacitate auditorum. 162. Int. ſ. Sermonis diuini, vel exempli ſui. 163. Int. ſ. Chriſtus. 164. Int. id eſt, cibum miniſtrantem. Hil. id eſt, præcepto Domini ſui obedientem. 165. Int. non vt ſoli, ſed vt præ cæteris habeant æterna præmia, tunc pro vita ſua, tum pro gregis cuſtodia. Rab. ¶ Remig. Bonos auditores faciet diſcumbere, vt Lucas dicit, Bonos prædicatores ſuper omnia bona conſtituet, magna enim diſtantia vt meritorum, ita & præmiorum. Orig. id eſt, corregnabit cum Chriſto cui omnia Pater tradidit. Hil. vltra Dei gloriam nihil eſt melius. 166. Int. ad contra ſi diſſimulauerit iudicium Dei in proximo venturum, ſecuritatem ſibi ipſi faciens. Orig. ex ijs patet dominum conſtituere ſuper familiam ſuam etiam malos 167. Int. id eſt, iniurijs afficere

168. Int. q. d. ipſe autem ſit deditus gulæ, vel ebrietati, vel facinoribus, & illecebris ſæculi plenus ſit.

169. Int. in quo omnes mihi præpoſiti intelliguntur. 170. Int. ſ. à conſortio fidei. Hier. à conſortio Sanctorum. Orig. redibit ſpirituale donum ad Deum, anima cum corpore ibit in gehennam. 171. Int. id eſt, fortem. 172. Int. licet non fuiſſet hypocrita. Hier. cum his qui in agro & mola idem facere videbantur. 173. Int. ob calorem. 174. Int. ob frigus. Glo. per ſimilitudinem membrorum magnitudo tormentorum oſtenditur.

SENS. MYST. IN CAP. XXIIII.

150. Int. id eſt, Spiritus. Orig. id eſt, ſenſus hominis. 151. Int. ſ. Deus in morte. Orig. ſ. diabolus.

153. Int. id eſt, corpus. Chry. in hom. confundit eos, qui non tantum ſtudent animæ quantum ij pecuniis, qui furem expectant. 167. Rab. id eſt, conſcientias infirmorum verbo vel exemplo vitiare.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXIIII.

155. pro, quiſnam ἄρα ἐστίν. 171. Solet Scriptura impios & iniquos hypocritas vocare: vide Scholia noſtra in vniuerſam Scripturam.

CAPVT XXV.

T[1]VNC [2]ſimile erit [3]regnum cælorum [a]decem [4]virginibus: quæ accipientes [5]lampades ſuas [6]exierunt obuiam ſponſo, & [7]ſponſæ. Quinque autem ex eis [8]erant fatuæ: & quinque [9]prudentes, ſed quinque fatuæ acceptis [10]lampadibus non ſumpſerunt [11]oleum ſecum, prudentes verò acceperunt [12]oleum in [13]vaſis ſuis cum [14]lampadibus. Moram [15]autem faciente ſponſo: [16]dormitauerunt [17]omnes, & [18]dormierunt. [19]Media autem [20]nocte [21]clamor factus eſt, Ecce ſponſus venit, exite [22]obuiam ei. Tunc [23]ſurrexerunt [24]omnes [25]virgines illæ, & [26]ornauerunt lampades ſuas. [27]Fatuæ autem

SENS. LIT. IN CAP. XXV.

1. IN T. aliud de eodem exemplum. Hil. de magno die Domini ſermo eſt. 2. Int. hæc parabola tam ad ſubiectos, quàm ad prælatos refertur. 3. Int. id eſt, Eccleſia permixta omnibus tam religiose quàm ſuperſtitiosè continentibus. 4. Glo. Virgines ſunt omnes qui ſe à luxu ſæculi continent. Hier. nō ad virginalia corpora, ſed ad omne hominum genus comparatio pertinet. 5. Int. id eſt, opera quæ ſecundùm continentiam fiunt. Orig. id eſt, organa naturalia. Hier. ſenſus. Hil. lumen. Aug. de verb. Dom. Serm. 22. opera, iuxta illud, Luceant opera veſtra. 6. Int. id eſt, cōcordauerunt voluntati ſponſi, & matris Eccleſiæ. 7. Glo. omnes ſimul ſunt ſponſa, nubet verò cùm mortalis immortali coniungatur.

8. Int. quia veritati ſeruiunt pro laudibus hominum. Aug. de verb. Dom. ¶ Hier. terrenis fecibus inhiantes. Chry. in hom. maiorem enim ſuſtinentes laborem, propter minorem omnia perdiderunt, non ſubuenientes indigentibus; maiori enim labore vincitur carnis cupido, quàm pecuniarum. 9. Int. quia veritati ſeruiunt pro æternis præmijs. Orig. vt ſe inuicem ſequuntur virtutes, qui enim vnam habet, omnes habet, ſic & ſenſus: itaque neceſſe eſt, aut omnes quinque prudentes eſſe, aut omnes fatuos. Aug. de verb. Dom. ſerm. 22. quinque partita eſt continentia à carnis illecebris. 10. Int. id eſt, accepta oſtentione bonorum operum. 11. Int. id eſt, gloriam intra conſcientiam; lætitiam mentis, quam habet qui intus Deo placet. Hil. oleum, fructus boni operis; vaſa, humana corpora. Hier. oleum virtutum opera. Aug. de verb. Dom. oleum, lætitia, iuxta illud, Vnxit te Deus oleo exultationis, oleum ergo non habet, qui non propterea gaudet, quia Deo intrinſecus placet. 12. Int. id eſt, nitorem gloriæ. Aug. de verb. Dom. lætitiam bonorum operum. Chry. in hom. oleum, charitas, & circa indigentes auxilium.

13. Int. id eſt, conſcientijs ſuis. Aug. de verb. Do. in corde & conſcientia, iuxta illud, Probet ſe ipſum homo, &c. 14. Int. id eſt, oſtenſione bonorum operum. 15. Int. id eſt, iudicium differente extremū. Hier. oſtendit non parum eſſe temporis inter priorem & ſecundum aduentum. 16. Int. ſ. ante mortem languoribus. Greg. in hom. 17. Int. ſ. electi & reprobi. 18. Int. ſ. ſomno mortis. Hier. dormitauerunt, id eſt, mortuæ ſunt, dicuntur verò dormiſſe, quia ſuſcitandæ ſunt. 19. Hier. ſ. quando grauiſſimus ſopor eſt. Aug. de verb. Dom. i. nullo ſciente, vel ſperante. Hier. traditio Iudæorum eſt Chriſtum media nocte venturum, ad ſimilitudinem aduentus in Ægyptum cùm Paſcha celebratum eſt, & exterminator venit, &c. vnde reor & traditionem Apoſtolicam permanſiſſe, vt die vigiliarum Paſchæ ante mediam noctem populus non dimittatur, expectans Chriſti aduentū, vbi verò illud tempus tranſiit, præſumpta ſecuritate feſtum diem agunt. 20. Int. i. inſperato. Orig. i. in altitudine remiſſionis. 21. Int. ſ. in voce Archangeli, & in tuba Dei. Hier. per Angelorū clamorem & tubas, Chriſti reſonabit aduētus. 22. Int. i. occurrite ei in aëra. 23. Int. ſ. à ſomno mortis. 24. Int. ſ. boni & mali. 25. Int. i. cōtinētes. 26. Int. i. numerauerunt ſecum opera ſua pro quibus remunerationem expectant. Greg. ¶ Aug. de verb. Dom. ſerm. 22. aptarunt lampades. i. rationes reddendas operum. Hil. Lampadarum aſſumptio reditus eſt animatum in corpora lux, conſcientia boni operis. 27. Int. ſ. ſua fiducia deceptæ, intus vacuæ. Greg. ¶ Chry. in hom. Fatuæ erant, quia hinc receſſerunt miſericordia carentes.

SENS. MYST. IN CAP. XXV.

a GReg. in hom. Quinque ſunt corporis ſenſus, qui què geminati, ex quo denarius efficitur, ex vtroque etiam ſexu, multitudo fidelium colligitur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXV.

4. Virgines dicuntur ob fidei integritatem, de fidelibus enim ſolis ſermo eſt. 11. ſ. vt poſſent infundere cùm in lampadibus deeſſet. 16. ſ. primū. 18. ſ. tandem. 21. ſ. comitantiū ſponſum, vel præcedentium.

ſapien

ſapientibus dixerút[28]:Date nobis de oleo veſtro:quia lampades[29] noſtræ extinguuntur[30].
Reſpondetút[31] prudentes, dicétes:Ne[b] fortè non ſufficiat nobis & vobis : ite[32] potius ad
vendentes[33],& emite[34] vobis.Dum auté irent[35] emere:venit ſpóſus, & quæ[36] paratæ erant,
intrauerũt cum eo ad nuptias[37]:& clauſa[38] eſt ianua.Nouiſſimè[c] verò veniunt & reliquæ
virgines,dicentes,Domine,Domine[39] aperi nobis. At ille reſpondens,ait : Amen dico
vobis[40],neſcio vos.Vigilate[41] itaque quia neſcitis diem neque horam[42].Sicut enim homo
peregrè proficiſcens[43],vocauit ſeruos ſuos, & tradidit[44] illis bona ſua:& vni dedit quin-
que talenta[45]:alij autem duo[46]:alij verò vnum[47]:vnicuique[48] ſecundùm propriam virtutem:
& profectus[49] eſt ſtatim.Abiit[50] autem qui quinque[51] talenta acceperat,

SENS. LIT. IN CAP. XXV.

28. Int.ſ.teſtimonium lau[illegible]um,dicendo de o[illegible]ibus noſt[illegible]d vidiſti. Greg. cum ſe intus vacuas inuenerint, teſti[illegible]onium foris quærunt. Aug de verb. Dom. id ſempe[illegible] inqui[illegible] animu[illegible] vn[illegible] gaudere ſolet. 29. Int.i.opera noſtr.,quæ hominibus clara videbantur [illegible]. Aug.de verb.Dom.quorum facta aliena laude fu[illegible]iuntur, eadem ſubtracta deficiunt. 30. Int. non auar[illegible]ia, ſed timore, quia in illo die teſtimonium cuiuſque vix ſufficiet ſibi,ne dũ ſibi,& proximo. Hier. non poſſunt in die iudicij aliorum virtutes,aliorum vitia ſubleuare. Aug. de verb. Dom.non [illegible]uatur q[illegible]is alieno teſtimonio apud Deum, c[illegible] ſecr[illegible]a p[illegible]ent. 32 Int.ite.i.modò vid[illegible]mus qu[illegible]d vo[illegible]iuu[illegible]nt,qui vo[illegible]is lau[illegible]s vendere conſueuerant.Aug.de verb.Dom. 33. Greg.adulatores qui pro al[illegible]ua mercede laudant. Aug. de verb. Dom.

34. Int.q[illegible]namini laudes veſtro mor[illegible] ¶ [illegible] ſed ex [illegible]bl[illegible]uo commemorant crimen earu[illegible] Aug.de ver.Dom ¶ Hier emitur o[illegible]m mu[illegible]to [illegible] quod [illegible]lũ[illegible] eleemoſynis. [illegible] in cu[illegible] vi[illegible] intelligimus.Orig. vend[illegible]s,ſunt doctores emptio,acceptio eſt; pretium,perſeuerantia;amor diſcendi,& diligentia. 35 Aug.de verb.Dom.i dũ ſ[illegible] inclinarent in externa,& ſolita gaudia requirerent.Hier.exceſſ[illegible]t,emendi temp[illegible]s;nec aduen[illegible]e die iudicij,locu[illegible] erat pœnitentiæ. Orig.quidam,qui quando debuerunt vtilia diſcere,neglexerunt,in exitu vitæ,dũ diſcere volunt, comprehenduntur à morte. 36. Int.ſ.quibus conſcientia dabat bonum teſtimonium.Aug. de verb. Dom.

37. Int.vbi munda anima verbo Dei copul[illegible]tur.Aug. de verb. Dom. Hi[illegible] nuptiæ, immortalitatis aſſumptio eſt. 38. Int.id eſt,aditus regni cæleſtis, qui precibus mul[illegible]s patebit poſt iudicium.Hier.poſt iudicium bonorum operum & iuſtitiæ occaſio n[illegible] 39 Int. do[illegible]re repulſionis compulſæ appel[illegible]ionem ing[illegible] d[illegible] ¶ Hi[illegible] quid [illegible] eſt voce inuocare,quem [illegible]ibus neges? Aug.de ver.Dom.non di[illegible] emiſſe [illegible]que intel[illegible]tur nullo iam remanéte [illegible]nis laudibus gaudio,in magnis afflictionibus redi[illegible] 40. Int.q.d.ideo vos [illegible]o quia per vitæ meritum nó recognoſco. Aug.de ve[illegible].Dom.Magna e[illegible]us ſ[illegible]cur[illegible]as poſt iudicium, [illegible]nus [illegible]nté ineffabilis miſericordia prærogata eſt. Hier. nouit Dominus qui ſunt eius, & qui ignorat, [illegible]or[illegible]tur.Aug.de verb.Dom.non habet Dei [illegible] vt intrent in gaudiũ eius qui non coram Deo, [illegible] p[illegible]rent hominibus , conari ſunt aliquid ſecundum eius præcepta operari. 41. Int. ecce quo parabola tendit. Hier.q.d.quia [illegible]tis diem iudici[illegible] n bonorum operum præparate.Aug.de ver. D[illegible] p[illegible]atus eſt [illegible] m[illegible] par[illegible]tus e[illegible] die iudicij. 42 Glo. alia de eadẽ re parabola. 43. Gr. Chriſtus in carne aſſumpta,abijt in cælum. Orig.Peregrinatur Dominus per fidem ambulantibus.

44. Int.dedit don[illegible] ho[illegible]ub[illegible]alia,& [illegible] Hi[illegible] dedit Apoſtolis Euangeliorum doctrinam.

45. Int.i.exterior[illegible] a[illegible] ſ[illegible]us acquiſitam.Greg. 46. Int. i.intellectũ, & operationem.Greg. 47. Int.i.intellectum.Gr[illegible] 48. Int[illegible] n pro largitat[illegible] vel parcitate,alij plus,alij minus, ſ[illegible]d pro [illegible] H[illegible] 49 G[illegible] mutan[illegible],ſ[illegible] liberam poteſtaté operandi permittens. 50. Int.i promouit. 51. Int.ſ.ſcien[illegible]am [illegible]teriorum,& ſi myſtica non penetret.Greg.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXV.

b. ſub,timemus, vel non faciemus. c. ὕστερον deinde, ſeu poſterius. 40. pro,non eſtis mihi grata.

42. ſub,ſic accidit in regno Dei 45. ſ gratias gratis datas ad aliorum vtilitatem, talentum.Hebr. ככר. Eſt autem duplex talentum. Alterum ſanctuarij ſiclorum 6000. Alterum congregationis ſiclorum 3000. Siclus autem drachmæ 4. & quidem illud ſi argenteum ducats 2400 ſi aureum 30000.id verò ſi argenteum ducats 1200 ſi aureum 150.0. d. i vires, facultatem.

[52] ...e operatus eſt in eis,& [53] lucratus eſt alia quinque: ſimiliter qui [54] duo acceperat,[55] lucratus eſt alia duo. Qui autem [56] vnum acceperat,[57] abiens fodit in [58] terram: & abſcondit pecuniam domini ſui. Poſt [59] multum verò temporis [60] venit dominus ſeruorum illorum: & [61] poſuit rationem cum eis. Et [62] accedens qui quinque talenta acceperat, [63] obtulit alia quinque talenta, dicens: Domine, quinque talenta tradidiſti mihi: ecce alia quinque ſuperlucratus ſum. Ait illi dominus eius. [64] Euge ſerue bone & [65] fidelis: quia ſuper [66] pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: [67] intra in gaudium domini tui. Acceſſit autem & qui duo talenta acceperat: & ait: Domine, [68] duo talenta tradidiſti mihi: ecce alia duo lucratus ſum. Ait illi dominus eius, Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: [69] intra in gaudium domini tui. [70] Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, [71] ait: Domine, ſcio quia homo [72] durus es: [73] metis vbi non ſeminaſti & [74] congregas vbi non ſparſiſti:

SENS. LIT. IN CAP. XXV.

52. Int. ſ. dum ſe à viſibilium voluptate cuſto[illegible] Greg.
53. Hier. acceptis terrenis ſenſibus, cæle[illegible] dup[illegible], ex creaturis intelligẽs crea[t]orem; ex corporalibus incorpora[illegible]: ex breuibus, ſempiterna. Hi[c] populus ex lege creden[illegible] ipſius rectè impleta, Euangelicæ fidei op[illegible] dup[illegible]. 54. Int. i. in [illegible] & ope[illegible]
55. Int. ſ. prædicando, & mira operando, tales inſtruit, qui itidem florent ſcien[tia] & opere. Greg. [illegible] vtrique ſexu prædicatur, quaſi accepta t[illegible] ur. Hil. genti[illegible] popu[l]u[s] fi[d]e & confeſſione filij & patris iuſtificat. ¶ Chriſtum Deum & hominem ex ſpiritu & carne c[o]nf[e]ſſu[s] eſt: & vt Iudæ[illegible] eramentum in quinque talentis. i. [illegible] lege cognitum, fide [illegible] duorum talentorum, intellectum & operationem promeruerunt. 56. In[illegible]. 57. I[illegible] p[e]r ſe, ſed non rediens per ſe. 58. Int. [illegible] terrenis actibus ſe app[illegible] quæ[illegible]. Gre. acceptum ingenium terrenis actibus imp[li]cauit. Orig. [illegible] us proficiendi occul[t]auit. Hil. Iudæorum populus propter inuidiam ſaluandarum gentium, no[illegible] prædi[illegible]s gloriam ſub obtrectatione corporeæ paſſionis occu[l]tauit. 59. I[illegible] eſt a[b] aſcenſione Domini vſque ad ſecundum aduentum. Hier. ¶ Chry. in hom. non confeſtim rationem expetit, eſt enim longani[m]is.
60. Int. ſ. ad iudicandum. 61 Glo. i. cœpit ſingu[illegible] d[i]ſcutere. 62. Int. ſ. præparans ſe ad reddendam ratione. Orig. acceſſus eſt, tranſitus de hoc mundo. 63. Glo. quotquot ab er[r]ore con[uer]tit, domino obtulit. 64. Rab. interiectio eſt lætan[t]is 65 Int. ſ. non tua quærens. ſed quæ Ieſu Chriſti. Chry. in hom. Fidelis nihil eorum quæ Domini ſunt, [illegible]. 66. Hier. quæ in præſenti habemus, comparatione futurorum parua & pauca ſunt. 67 Int. gaudens dominus in gaudium intrare iubet. Aug. 1. de Trinit. hoc erit ple[num] ga[udium] noſtrũ frui Deo Trinitate, ad cuius imaginem facti ſumus. Hier. quid maius poteſt dari fideli ſeruo, quàm eſſe cum Domino, & videre gaudi[um] e[ius].
68. Int. ſ. non tua quærens ſed quæ Ieſu Chriſti. H[ie]r. vtrũque ſimili recipit gaudio, non conſiderans lucri magnitudinem, ſed ſtudij vol[unta]t[em]. Orig. [illegible] h[illegible] eſt apud Deum, qui n[illegible] rem habuit virtutem, ſed totam, ſecund[um] quo[d] [po]tuit, exercuit; hoc enim ſolùm quæritur, vt quicquid habuerit homo ex Deo, toto e[illegible] Dei. 69. Int. i. accipe quod oculus non vi[dit], nec auris audiuit. 70. Int. infeli[ci]ſſimum habens à ſua conſciẽtia teſtimonium 71. Hier. ad p[i]g[r]itiam & neglıgẽtiam ſuperbiæ c[ri]m[e]n acc[illegible], qui enim debuit ſimpliciter inertiã confiteri, c[a]lumn[ia]tur. 72. Int. al[i]as auſterus. Glo. quia ardu[a] eſt via quæ ducit ad vitã. 73. Int. q. d. non pa[illegible], ſed præcidis falce iudicij tui eos quibus legem non comm[i]ſiſti. Orig. metit Dominus vbi non ſeminauit, [illegible] enim computat eſſe colla[t]a quæ in pauperes conferuntur Hi[illegible] philoſophorum bona[m] vitam Dominus [r]ecipit. Glo. etiam inexcu[ſa]biles ſunt qui legem vel Euangelium non au[di]erunt, potuerunt enim per cr[e]aturam Deum c[o]gnoſcere. 74 Int. ſci[l]icet, in regno tuo bonos etiam ex gentibus, & ex eorum compar[ati]one qui nat[illegible], dam[n]a[s] e[o]s qui neg[li]g[un]t Scr[ipturam].

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXV.

64. id eſt, bene, rectè. 66. ſcilicet, præfectus. 73 quaſi dicat, [ſc]iebam te auarum.

& timen[s]

& [75]timens [76]abij, & [77]abſcondi talentum tuum in [78]terra: ecce habes quod tuum eſt. Reſpondens autem Dominus eius, dixit ei: Serue [79]male & [80]piger: [81]ſciebas quia meto vbi non ſemino: & [82]congrego vbi non ſparſi: oportuit ergo te [e]committere [83]pecuniam meã [84]nummularijs: & [85]veniens ego recepiſſem vtique quod meum eſt cum [86]vſura. Tollite itaque ab eo [87]talentum: & date [88]ei qui habet decem talenta: omni enim [89]habenti dabitur, & abundabit: ei autem qui non [90]habet, & quod videtur [i]habere, [92]auferetur ab eo. Et [93]inutilem ſeruum eiicite in tenebras [94]exteriores: illic erit [s]fletus, & ſtridor dentium. [96]Cum autem [97]venerit Filius [98]hominis in [99]maieſtate ſua, & omnes

Sens. Lit. In Cap. XXV.

75. Greg. ſ. melioris vitæ viam aggredi. Hil. populus Iudæorum metu veterum præceptorum ſe dicit abſtinere ab Euangelio. Glo. quidam cùm ſe peccatores conſiderant, ſanctitatis viam arripere timent, & dum ſe vident infirmos, nolunt ad meliora progredi, ita dum moriuntur, vitam timent. 76. Int. per liberum arbitrium. 77 Glo. ſ. non prædicaui quod te donante intellexi. 78. Glo. in carnali vita ſubſiſtens, ſicut habui, ſic tenui, non augens vel minuens. 79. Int. id eſt, ſuperbè, qui calumniam facit Domino. Hier. 80. Int. qui lucrum facere neglexiſti. Hier. 81. Hier. quod pro excuſatione dixit, in culpam vertitur. Orig. cætera concedit, non autem ſe durum eſſe, vt ille arbitrabatur, alioqui verè durus eſt abutentibus Dei miſericordia ad ſuam negligentiam. 82. Int. quia etiam ab his exigo, quibus non commiſi ad erogandum. 83. Int. id eſt, diuinum ſermonem. Hier. eloquia enim Domini argentum igne examinatum. 84. Int. nummularijs, qui prædicationem auditam valent verbis & opere exercere. Hier. id eſt, cæteris doctoribus, quod fecerunt Apoſtoli per ſingulas prouincias Epiſcopos & Presbyteros ordinantes vel cunctis credentibus qui poſſunt pecuniam duplicare, vt quod diſcunt, opere expleant. Greg. exiguntur etiam ab auditoribus, vt ex auditis ſtudeant intelligere nõ audita. 85. Int. id eſt, merita diſcutiens. 86. Int. ſ. & te per gratiam bene diſpenſatam, & per te acquiſitos. 87. Int. id eſt, intellectum. Greg. 88. Int. id eſt, qui exteriora bene adminiſtrauit, ſed intellectu adhuc vacuus fuit. Greg. ¶ Hier. maius debetur præmium ei, qui plus in Domini pecunia laborauit. 89. Int. ſ. ſtudium habenti verbi erogandi dabitur gratia ſuper gratiam. Greg. quiſquis charitatem habet, alia etiam dona percipit. Chry. in hom. qui gratiam doctrinæ habet, ſi non vtitur, gratiam perdit, ſi ſtudium adhibet, amplius attrahit donum. Hier. qui valent ingenio, ſi ſint negligentes, ad comparationem eius qui paulò tardior labore & induſtria compenſauit, quod minus habet, perdunt bonum naturæ, & præmia ſibi promiſſum vident tranſire ad alios. 90. Int. ſ. hoc ſtudium vel charitatem. 91. Int. vel naturali ingenio, vel literali ſtudio. 92. Int. quia nulla dulcedine internæ ſapientiæ gaudebit Hier. ei, qui fidẽ habet, & bonam voluntatem, etiam ſi quid minus vt homo in opere habuerit, dabitur a bono Iudice: qui autem fidem non habuerit, etiam virtutes, quas videbatur naturaliter poſſidere, perdet. Greg. Quiſquis charitatem non habet, etiam quæ percepiſſe videbatur, amittit. Hil. habenti vſum Euangelij, etiam legis honor redditur, non habenti autem fidem Chriſti, etiam quod ex lege videbatur eſſe honoris, aufertur. Glo. qui habet amorem verbi, datur ei ſenſus intelligendi; alioqui deficit. Et nota quod quicquid datur in rebus mundanis vel ſpiritualibus, pro talento imputatur, de quo eſt reddẽda ratio. Greg. talenti nomine cuilibet reputabitur quod vel minimum acceperit. 93. Int. id eſt, infructuoſum, qui ſponte & negligentia ſua corruit in interiores tenebras. 94. Orig. vbi nulla illuminatio, fortè nec corporalis. Greg. in exteriores cadent per pœnam, qui per culpam in interiores deciderunt. Chry. in hom. non ſolùm punitur qui mala operatur, ſed etiam qui bona non facit. Orig. vnde illud væ mihi ſi non Euangelizauero. 95 Int. in dilectione, vt in iſtis fuit. 96. Rab. poſt parabolas de fine mundi, exequitur modum futuri iudicij. 97. Int. ſcilicet, in ſecundo aduentu. 98. Int. qui eſt & filius Dei. Auguſt. in Iohannem Tract. 21 apparebit in forma humana in iudicio. 99. Int. ſcilicet in diuinitate, qua iudicauit, qui prius venit in humilitate. Orig. cum gloria reuertetur, vt corpus eius ſit quale fuit in transfiguratione. Hier. tradendus cruci & illudendus, rectè promittit gloriam triumphantis, vt ſecutura ſcandala, pollicitationis præmio compenſaret.

Addit. Auct. In Cap. XXV

e. Gra. deponere. 84. ſcilicet, qui pecuniam cum lucro reſtituunt. 99. id eſt, gloria.

Angeli[100] cum eo: tunc ſedebit[101] ſuper ſedem[102] maieſtatis ſuæ:[103] & congregabūtur ante eum omnes[104] gentes: & ſeparabit eos ab inuicem[105]: ſicut paſtor ſegregat oues[106] ab hœdis[107]: & ſtatuet[108] oues quidem à dextris[109]: hœdos autem à ſiniſtris[110]. Tunc dicet Rex[111] his qui à dextris eius erunt: Venite[112] benedicti[113] Patris[114] mei, poſſidete[115] paratum vobis regnum[116] à conſtitutione mundi.[117] Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare. Sitiui, & dediſtis mihi bibere. Hoſpes erā, & collegiſtis me. Nudus, & operuiſtis me. Infirmus, & viſitaſtis me. In carcere eram, & veniſtis ad me. Tunc reſpondebūt[118] ei iuſti, dicentes: Domine, quādo te vidimus eſurientem, & pauimus: ſitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hoſpitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere, & venimus ad te? Et reſpondens

SENS. LITER. IN CAP. XXV

100. Glo. qui teſtes ſunt humanorum actuum, ſub quorum cuſtodia bene vel mal[illegible] egerunt. Chr[illegible] in hom. aderunt Angeli, teſtantes [illegible] adm[illegible] ad [illegible] hominum. Aug[illegible] pœnitentia. Angelos, id eſt, nuncios rectè accipimus omnes qui cæleſtem ſalutem hominibus nunciauerunt. Idem 20. de ciuit. cap. 24. in illo finali iudicio [illegible]mul homines & Angeli iudicabuntur. Fiet autem [illegible] te d[illegible]na vt cuique opera ſua vel bona, vel m[illegible] in memoriam reuocentur, & mi[illegible] celeri[illegible] te cernantur, vt accuſat vel excuſet ſcientia con[illegible]. 101. Int. id eſt, regnabit. [illegible] Int. ſ. [illegible]cleſiam in qua tunc apparebit omnis potentia eius. Orig. ſedes dicuntur quidam perfe[illegible] de[illegible]bus [illegible]d, Sederunt ſedes in iudicio, vel quædam virtutes Angelicæ. 10[illegible] Remi[illegible] vera homin[illegible] reſurrectio dēmonſtratur. Aug. 20. de ciuit. Fiet congregatio per miniſterium Ang[illegible] t[illegible]r, Congregate illi ſanctos eius. 104. Int. ſ. omnis temporis, omnis cond[illegible], omnis ætatis. [illegible]5. Int. Qui poſuit animam pro ouibus ſuis. 106. Int. id [illegible] bonos [illegible] mal[illegible]s. Orig. qui ſaluantur, oues dicuntur ob manſuetudinem, & quia ad oc[illegible] Chriſti [illegible]tatione, mali verò hœdi, qui aſperi & du[illegible] ſaxa aſcendunt, & per præc[illegible] h[illegible] in ho. ou[illegible] v[illegible]litas multa, hœdorum nulla ſolet verò in Scripturis ouis [illegible]min[illegible] imp[illegible] & [illegible] deſignari. Hieron. hœdus laſciuum animal, & ſemper pro pecc[illegible]ur in [illegible]e. [illegible]8 Int. confirmabit in be[illegible]dine bonos. Chry. in hom. ſegregat eos etiam ſitu. [illegible] In [illegible] æte[illegible]. Orig. Sancti qui dextera opera fecerunt, dexteram accipiunt, in qua re[illegible] mali vero ſiniſtram id eſt, triſtitia tormentorum. 11[illegible]. Int. regum. 1[illegible]. Int. id [illegible]ud[illegible] perti[illegible] Int. [illegible]citat ad regnum, non expellit a pœna. Orig. propinqui ſunt, & [illegible] vt p[illegible]pin[illegible]ior[illegible]. 11[illegible] Glo. id eſt, beneficio Patris mei promoti ad obtinendam gl[illegible] pro meritis debetur æterna benedictio. 114. Rab. ad eum referri poteſt [illegible] Rex eſt [illegible]us. [illegible] Chry. in hom. ſicut bona paterna, ſicut veſtra vobis anti[illegible]. [illegible] Hier. hæc iuxta præſcientiam Dei accipienda ſunt, apud quem fu[illegible] am [illegible] x op[illegible] a miſericordiæ commemorat, quæ quicunque impleuerit [illegible]uduc[illegible] regnum accipere [illegible] G[illegible].26.[illegible]p. 25. [illegible] electorum iudicantur & regnant qui v[illegible] maculas [illegible] tergunt, & peccata [illegible]emoſ[illegible]is coop[illegible] r[illegible]n iud[illegible], & regna[illegible] virtute [illegible]. Gre. El[illegible]rum [illegible] iudicabunt alij iud[illegible]cabuntur [illegible] qui ex[illegible] non iud[illegible]cab[illegible]ur.

118. Rab. non [illegible]eutes de [illegible]s Domini, ſed ſtupentes de tanta ſublimatione, vel quia pa[illegible] ei v[illegible]d[illegible]ur, quod fecerunt. Orig. [illegible] be[illegible] [illegible]orum [illegible] p[illegible].

SENS. MYST. IN CAP. XXV.

103. Orig. non erunt tunc gentes [illegible] perſæ in dogm[illegible] & mu[illegible] Chriſto manifeſta enim [illegible]nitas [illegible]s.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXV

100. f. bona. f. id eſt glorioſam fort[illegible] de erunt [illegible] 103. [illegible] Ang[illegible]rum [illegible] Gre. pro à dextera. 114. pro, à Patre [illegible] ratia. [illegible] tanquam illi, & perpetu[illegible] [illegible] et praedestinata [illegible] ab æterno, quam quam à creatione mundi lo[illegible] præparatus.

Rex,

Rex,dicet illis,Amen[118] dico vobis,quamdiu feciſtis vni de[119] his fratribus meis minimis,[120]
mihi[121] feciſtis. Tūc dicet[122] & his qui à ſiniſtris erunt,Diſcedite[123] à me[124] maledicti[125] in ignem[126]
æternum , qui paratus[127] eſt diabolo , & Angelis[128] eius. Eſuriui enim , & non[129] dediſtis
mihi[130] manducare.Sitiui,& non dediſtis mihi potum. Hoſpes eram, & non collegiſtis
me : nudus , & non operuiſtis me. Infirmus,& in carcere,& non viſitaſtis[131] me. Tunc
reſpondebunt[132] ei & ipſi , dicentes , Domine, quando te vidimus eſurientem , aut
ſitientem , aut hoſpitem, aut nudum, aut infirmum , aut in carcere,& non miniſtra-
uimus tibi ? Tunc reſpondebit illis,dicens, Amen dico vobis , quamdiu non feciſtis[133]
vni de minoribus[134] his , nec mihi[135] feciſtis. Et[136] ibunt hi in ſupplicium[137] æternum.

SENS. LIT. IN CAP XXV

119. [illegible] innuit ſe non dixiſſe generaliter de omnibus pauperibus,ſed de iis qui pauperes ſunt ſpiritu.Hi[illegible] ad [illegible] nos extendens man[illegible] dixe[illegible],fratres me[illegible] ſunt,qui faciunt voluntatem Patris mei.

12[illegible] R[illegible]b.ita vocat quia ſunt humi[illegible]es,pauperes,& abiecti; non intelligit vero per hos ſol[illegible]m M[illegible]c[illegible]os,ſed vnumqu[illegible]ue fi[illegible]lem,fr[illegible] bapt[illegible]ma facit, & myſteriorum cōmunicatio. 121. Int. ſ.capiti [illegible]n membris. 122. Int.à ſiniſtris ſunt,qui ſiniſtra,id eſt,præſentia quamdiu vixerunt , ardenter [illegible] 123. [illegible] tollatur impius,ne vid[illegible]at gloriam Dei.Orig. vt qui modò videntur eſſe ante cum poſtea nec videantur. 124. Int.quia viſi ſunt eſſe cum eo, dum pe[illegible] mixti ſunt boni malis.

125. [illegible] mei bened[illegible]onis en[illegible] mini[illegible]rator eſt [illegible]ater,maledictionis autem quiſ[illegible] pe[illegible] 126 I[illegible] , qui non fecit miſericor[illegible]dam. 127 I[illegible]natu[illegible] conſtitutione m[illegible] vt bo[illegible] regnum 128. Orig. q[illegible]ntur A[illegible] eu[illegible] diabo[illegible] a[illegible] coe[illegible]antur .Aug.21.de ciui.cap.10.hinc habetur , eodem i[illegible] hom[illegible] dæmone[illegible] ſed veri[illegible] modis,etiam ſp[illegible] poteſt pœna corpo[illegible]alis igni affligi.Adhære[illegible]n dæmones,licet incorporei,corporalibus ignibus cruciadi, ex eis pœnam accipientes; non eis vi[illegible].Orig.[illegible] ille ignis [illegible] eſt. 129. Glo.quid meretur,qui al[illegible]na rapuit, ſi æternaliter damn[illegible]ur qui de ſuo non dedit. 130. Orig. patitur Saluator quæ corpus eius Eccleſia. [illegible] ſuffi[illegible] ad pœnam.1.[illegible] pe[illegible],p[illegible]nis enim erat.2.miſeria petent[illegible]s, erat enim pauper [illegible] natura,erat enim homo.4.d[illegible]erium promiſſion[illegible], e[illegible] enim p[illegible]miſit. 5.[illegible] pe[illegible] 6. ſ[illegible]abun[illegible]ntia hono[illegible]s , ab hominibus enim dig[illegible]s eſt ac[illegible]pe[illegible] ,ex [illegible] enim à n[illegible] accipit,contra quæ om[illegible] h[illegible]es [illegible] auaritiam excæcantur. 131 Or[illegible] ſingula numerauit , hic autem præſcindens nar[illegible] ,vt [illegible] umque a[illegible] pæ[illegible] ſeſ[illegible] aut [illegible]m abb[illegible]uiare. 132. Orig.26. no[illegible] a.cap.24.[illegible] ſuu[illegible] , [illegible] no[illegible] iudi[illegible]ntur [illegible] cum damnatione ſuæ [illegible] accedunt. Glo. excuſare ſe ſatagunt quaſi De[illegible] facere poſſint,qui homines [illegible]lebant.Orig.conſid[illegible]a quod iuſti immorantur in vnoquoque verbo,in[illegible] au[illegible]m cu[illegible] enim eſt iuſto[illegible]n,benefacta in facie relata,diligēter,& per ſingula refu[illegible] cauſa [illegible] ma[illegible]rum v[illegible] culpas ſuas excuſa[illegible]nis cauſa,aut nullas eſſe oſtē[illegible] leues & [illegible]. 133 Int. [illegible]itatis. 134. In ſ.ho[illegible] ſpiritu. 135. Int. ſ.vt capiti vos exhibu[illegible] 136 O[illegible] meminit bonorum , proprium enim Dei p[illegible] recor[illegible] benefact[illegible],hi[illegible]minat pœnam vt pri[illegible]s [illegible]mus mala,poſtea appetamus bona. 137. G[illegible] O[illegible] latronem p[illegible]ſt multos annos [illegible] .Greg.4.[illegible]ca.44. [illegible] vt à pec[illegible] peſce[illegible]et , ſi fa[illegible] minatu[illegible] & [illegible] promiſit , ita iſti dum D[illegible] At [illegible] do fi[illegible] pæ infinita pœ[illegible] [illegible]et ad [illegible] vt nun[illegible] ant , quorum mens nunquam voluit carere peccato. [illegible]21.de c[illegible] legis [illegible] ta cu[illegible], c[illegible] mu[illegible]ur in [illegible] leg[illegible] viuen[illegible] :& [illegible] exilium ignomi[illegible], erui[illegible]tus,& c[illegible]lent infligi ideo æterna non ſunt, [illegible] homines q[illegible] h[illegible] pl[illegible]ntur.quid ergo illud.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXV.

1[illegible] ver. 1. quatenus,in quantū. 119. 1.Apoſtolus eiuſq; ſimiles[illegible]. 12[illegible]. [illegible] paupertate,abiectione,&c. vel.q.d.etiam infimus inter eos 123. pœna damni. 126. pœna ſenſus. 134.Gr.minim.u. in. pro itaque

138

Iuſti autem in vitam æternam.

Sens. Lit. In Cap. XXV.

In qua menſura menſi fueritis,&c. non æqualitas temporis ſignificatur, ſed mali viciſſitudo, vt qui mala fecit, mala patiatur. Factus eſt autem homo malo dignus æterno, qui in ſe peremit bonum, quod poſſet eſſe in æternum. Greg. 4. dial. ca. 25. non paſcitur Deus miſerorum cruciatu, ſed quia iuſtus eſt, ab iniquorum vltione non ſedatur; cremantur autem iniqui ſemper, vt iuſti tanto ſe magis debitores Dei gratia agnoſcant, quanto vident in æternum puniri, quæ eius auxilio vitarunt. Aug. 21. de ciu. cap. 17. ita erit anima connexa corpori, vt nullo dolore ſeparetur; non erit nulla, ſed ſempiterna mors, viuit enim anima Deum habendo. Dixit autem Origenes, Dæmones aliquando illinc eruendos, & ſanctis Angelis ſociandos, ob quod & alia nonnulla, non immeritò eſt ab Eccleſia reprobatus. Greg. 4. dial. ca. 44. orant quidem ſancti pro inimicis, ſed tempore, quo poſſunt ad pœnitentiam vtilem conuerti, at tunc nullatenus poterunt ab iniquitate commutari. Aug. 21. de ciu. quidam ab illo ſupplicio liberationem, non omnibus, ſed ſolis Chriſtianis promittunt, alij ſolis Catholicis, ſed iis omnibus contradicit Apoſtolus, dicens, qui talia agunt, regnum Dei non poſſidebunt. 138. Aug. 19. de ciu. ca. 11. hoc ſummum bonum noſtrum, & finis ciuitatis Dei. Idem 1. de Trin. cap. 13. contemplatio promittitur nobis actionum omnium finis, & æterna perfectio gaudiorum: de qua Iohan. Videbimus eum ſicuti eſt.

Capvt XXVI.

ET factum eſt cùm conſummaſſet Ieſus ſermones hos omnes, dixit diſcipulis ſuis: Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc congregati ſunt Principes ſacerdotum, & ſeniores populi in atrium Principis ſacerdotum, qui dicebatur Caiphas. Et concilium fecerunt vt Ieſum

Sens. Lit. In Cap. XXVI.

1. HIL. Paſſurum ſe admonet poſt ſermonem de reditu in claritate, vt Sacramentum Crucis admixtum eſſe gloriæ æternitatis, agnoſcerent. 2. Orig. non dixit omnes [illegible] ho[illegible]es, ad huc enim alia dicenda erant. 3. Rab. Paſcha, dies appellatur quo a[illegible] oc[illegible] 14 [illegible] ad veſperam, 15. verò ſuccedebat feſtiuitas azymorum, Euãgeliſtæ tam[illegible] vnum pro a[illegible]o ponere ſolent. Glo. vnde Mar. erat Paſcha & azyma poſt biduum. & Luc. di[illegible] qui dicitur Paſcha. Hier. Paſcha quod Hebraicè פסח, Peſac, non à paſſione, vt plerique ar[illegible]antur, ſed à t[illegible]u nominatur, quod exterminator videns ſanguinem in foribus, pertranſie[illegible] vel Dominus deſuper ambulans, auxiliũ præ[illegible]ns Iſraëlitis. Remig. vel quia tranſierint Iſraëlitæ a ſer[illegible]te in libertat[illegible] & Chriſtus etiam trãſiuit a mundo ad Patrem, & mundum à ſeruitute redemit. 4. Orig. ſ. quale nunquam factum eſt. 5. Int. prænouit & non declinauit, ſed etiam, ext[illegible]ris ire nole[illegible], per[illegible]it intre[illegible]s Orig. præmunit eos ne poſtea obſtupeſcant. 6. Orig. imperſonaliter poſuit, tradidit enim Deus ex [illegible]ericordia, Iudas ex auaritia; Sacerdotes ex inuidia; diabolus ex timore ne p[illegible]us doctrinam a[illegible]eret genus humanum. 7. Int. qui debuerunt ſe parare ad Paſcha, cont[illegible] ve[illegible]t. Remig. tunc, id eſt, antequam Paſcha celebraretur. 8. Chry. in hom. multi erant tunc Principes ſacerdotum, cùm lex vnum tantùm eſſe vellet, eumque, dum viueret ſed poſtea annui fact[illegible]nt.

Sens. Myst. In Cap. XXVI.

1. HIER. Poſt duos dies [illegible]s veteris & noui teſtamenti, verum Paſcha celebratur; etſi terrena dimittentes ad cæleſtia f[illegible]mus, Paſcha celebramus. Glo. immolato agno ſeptem dies azymorum ſequebantur: paſſo cum Chriſto, toto ſæculi tempore viuendum eſt in azymis ſinceritatis & veritatis.

Addit. Avct. In Cap. XXVI.

1 ſ. feria tertia: eſt autem Hebraiſ. Factum eſt, pro, &c. 3. tranſitum ſignificat. vide Exod. 12. Hebr. פסח Chal. פסחא, vnde Paſcha ſumitur aliquando pro agno Paſchali, aliquando pro ipſa feſtiuitate, ſ vel 7. diebus, quibus durabat vel prima die ſ. 14 ad veſperam, qua 15. incipiebat, vt hic. Putant autem quidam Chriſtum ediſſe Paſcha feria quinta. At Iudaei feriã ſextã ad veſperã, vt ſolebant, cùm in diem ſextum incidebat, nempe transferebant in ſabbatum, ne duo dies ſimul eſſent, quibus non liceret operari. 6. A Iuda, Pontificibus, & Pilato. 7 ſ. feria quarta. 8. forte intelliguntur Principes 24. familiarum ſacerdotalium, de quibus 1. Par. 24. a. Luc. vocat magiſtratus.

dolo

dolo tenerent,& occiderent.Dicebant autem,Non in die [10] feſto:ne fortè tumultus fie-
ret in populo.Cùm [11] autem Ieſus eſſet in [12] Bethania in domo [13] Simonis [14] leproſi : acceſſit
ad eum mulier habēs [15] alabaſtrū [c] vnguēti [16] precioſi:& [17] effudit ſuper [18] caput ipſius recum-
bentis. Videntes autem [19] diſcipuli , indignati ſunt , dicentes , Vt quid perditio hæc:

SENS. LIT. IN CAP. XXVI.

9. Int. nam ſi pr[illegible]am [illegible]bant ne [illegible] [illegible]lleretur. 10. Int. non timentes ſeditionē, ſed ne auxilio populi de ſuis manibus tolleretur. Leo [illegible] ſerm.de paſſ.non feſtiuitati, ſed facinori ſtudebant , ſeditiones enim metuebant ,non vt populus pec[illegible]et.ſed ne Chriſtus euaderet,diuino tamen conſilio non niſi in Paſcha furorem exercuerunt , oportebat enim manifeſtò impleri effectu , quæ diu figurato fuerant p[illegible] myſt[illegible] 10.Chry.in hom. furore feruentes mutarunt conſilium , & Chriſtum in feſtiuitate occiderunt. 11. Glo.redit ad diem qui erat ante ſex dies Paſchæ.Aug.2.de conſ.Euang.hoc de vnguento [illegible]do Matthæus & Marcus poſuerunt.itaque non dixerunt , Poſt hæc cùm eſſet Bethaniæ. 12. Aug.2.de conſ.Euang.Lucas ſimile factum commemorat,ſed aliud; credibileque eſt duos fuiſſe Simones. 14. Int. ol[illegible]m, ſed poſtea à Chriſto mundati.Hier.manſit autem nomen priſtinum,vt virtus curantis appareret. Chry. in hom. [illegible]meminit lepræ , vt oſtendat hinc fiduciam mulierem accepiſſe accepiſſe accedendi ad Chriſtum, quod leproſum curaſſet. 1[illegible] Int. eſt genus marmoris in quo bene ſeruantur vnguenta [illegible] de[illegible]mento Ra[illegible].eſt autem candidum & varijs coloribus intinctum. 16. Hier. alius Euangeliſta dixit nardum piſticum,id eſt, verum,& abſque dolo. Glo.Marcus ſpicatum,id eſt,de ſpicis & folijs confectum. 18. Glo. peccatrix ſuper pedes,non peccatrix ſuper caput. Orig. puto tres fuiſſe mulieres vnam,de qua Matthæus & Marcus;alteram,de qua Lucas;tertiā,de qua Iohannes.Hier. [illegible] eſt quæ ſuper pedes effudit, ſ.meretrix.alia quæ ſuper caput.Ambr.in Lucam.poteſt quæſtio meriti & temporis diuerſa [illegible] [illegible] ſolui, [illegible] adhuc [illegible] peccatrix [illegible],iam iſta perfectior.Chry.in hom. eadem eſt d[illegible] Matthæus [illegible] & L[illegible] altera verò de qua Iohannes,Lazari ſoror.Greg.in hom.eadem eſt quam Lucas p[illegible] Iohannes [illegible] vocat Aug.2.de conſ.[illegible] eadem [illegible] eſt,quæ ad pedes [illegible],vt narrat Lucas,& Iohannes co[illegible]me[illegible]:& que caput vnxit (vt ait Iohannes,Matthæus, & Marcus) vnxit autem tunc non ſolum caput , ſed etiam , quod Iohannes ait,pedes. Idem 3 de doct. Chr[illegible]na,ca.12.in [illegible] a[illegible]bus non [illegible] [illegible]bido vtētis in culpa eſt, & quod in alijs perſonis plerumque flagitium eſt,in diuina vel prophetica,magnum ſignum eſt; odor enim bonus, fama bona eſt, &c. 19. Glo.Iohannes dicit hæc Iudam locutum : potuerunt vero alij conſentire , vel idem dicere: non gratia cupiditatis ([illegible] ille) ſed ob curam pauperum.Chry in hom.audierant dicentem , miſericordiam volo & non ſacrificium; cogitabant ergo ſi holocauſta non accipit,multo minus olei vſum. Hic [illegible]on.[illegible] loche eſt, ſic Paulus ad Hebræos de vno Eſaia loquens,ait,Secti ſunt.Aug.2 de conſ.Euang. poteſt intelligi alios diſcipulos idem ſenſiſſe , [illegible] dixiſſe , ſed alio animo. Iohannes vero ſolum Iudæ meminit, vt ea occaſione eius furandi [illegible] [illegible]em in[illegible]maret.

SENS. MYST. IN CAP. XXVI.

12. Int [illegible] redemptorius,mor[illegible] in domo obedientiæ.Hier. 13. Glo per domum hanc accipe populum credentem & curatum.Simon enim obediens. c. Orig. Oleum in Scriptura aut opus miſericordiæ ſignificat,quo verbi lucerna nutrita clareſcit; aut doctrinam , qua verbum fidei accēſum nutritur, eſt autem oleum vulgare,opus bonum factum ex naturali iuſtitia non propter Deum , vt fit ab infidelibus : quod ipſum tamen Deus acceptat , ſed non ad vitam æternam , ſi autem propter Deum fit,vnguentum eſt boni odoris & quidem factum in vtilitatem hominum,vt faciunt pœnitentes eleemoſynas pro remiſſione peccatorum vnctio eſt pedum Domini : ſi autem ad Dei gloriam,vt dum ſtudetur caſtitati,ieiunijs & orationibus,vnctio eſt capitis Domini,& vnguentum precioſum,cuius odore tota Eccleſia repletur.& hoc eſt proprium opus perfectorum : vel doctrina neceſſaria vnguentum eſt pedum : agnitio vero fidei ad ſolam Deum pertinentis vnguentum capitis. Hil. mulier gentium populus : capur Chriſti, Deus: vnguentum boni operis, fructus:pauperes, Iudæi fide indigentes.
17. Glo.ſignificatur eccleſiæ fides,quæ dum Chriſti Deitatem prædicat, capur vngit , dum vero humanitatem , pedes.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXVI.

9. ſ. occultè,& per inſidias. 10. poteſt verti etiam,ne fortè fiat,erunt[illegible] tunc verba ipſorū. 12. diebus ſex ante Paſcha id contigit,vt ait Ioannes:itaque hic ,per recapitulationem dictum. 14. Apparet à Chriſto fuiſſe ſanatum,ſed nomen à morbo retinuiſſe. c. ſ. liquoris [illegible],& ſaluiferi odoris, quales [illegible]olei eſſe [illegible] odorifera. 18. ſ.poſt quam ſuper pedes effuderat. 19. pro, diſcipuli.ſ. Iudas ſynecdoche quamquam ſ[illegible] etiam alij indignati, alio tamen affectu quàm Iudas.

potuit

potuit enim iſtud venundari multo,& dari pauperibus. Sciens autem Ieſus, ait illis, Quid[20] moleſti[21] eſtis huic mulieri? opus enim bonum operata[22] eſt in me: nam ſemper pauperes[d] habebitis vobiſcum[23]: me autem non ſemper habebitis. Mittens enim hæc vnguentum hoc in corpus[25] meum,ad ſepeliendum[26] me fecit. Amen[27] dico vobis: vbicunque[28] prædicatum[29] fuerit hoc[30] Euangelium in toto mundo[31], dicetur, & quod[e] fecit[32] hæc[f] in memoriam[33] eius[34]. Tunc abiit[35] vnus de duodecim[g],qui dicebatur Iudas Scarioth[36] ad Principes ſacerdotum: & ait illis, Quid[37] vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?At illi conſtituerunt ei triginta[38] argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem[39] vt eum traderet[40].Prima autem die azymorum[41]

SENS. LIT. IN CAP. XXVI.

20. Chry.in hom. videbat Dominus mulieris mentem, cuius multa religio, & ineff[illegible]bile ſtud[illegible]um; itaque permiſit effundi vnguentum condeſcendens ſicut Pate[illegible] ei[illegible]s,odorem victimæ & ſu[illegible] p[illegible]c[illegible]batur. 21. Remig.apparet aliq[illegible]d moleſti [illegible]ocutos contra eam.Chry.in hom. vult Dominus bon[illegible] & ſi non diligenter factum,ſuſcipi & foueri; [illegible]oquitur vero hæc ad conſ[illegible]lationem mulieris. 22 In[illegible] deuotionis & pietatis.Remig.q.d non perditio eſt,vt dic[illegible] 23 Hier.ſ.præſ[illegible]ntia corpor[illegible],quomodo nunc vobiſcum ſum,in omni conu[illegible]u & fami[illegible]ari[illegible]ate. 25. Remig.mos erat mortuorum corp[illegible] atomatibus condire; futurum autem erat, vt hæc mulier [illegible] Chriſto offi[illegible]ium non poſſ[illegible]t ex[illegible] vellet,ideo diuina prouidentia factum eſt,vt viuum vngeret. 26. Rem.i. mortuum me & [illegible] pe[illegible]n[illegible]dum oſtendit. 27. Chry.in hom.rur[illegible]us mulierem conſolatur 28. Int.id eſt [illegible] rit Eccleſia. Rab. 29. Rab. Iudas contra[illegible]cens, perfi[illegible]ſam infa[illegible]æ adeptu[illegible] eſt, iſta [illegible] pia deuo[illegible]ionis glor[illegible]m. 30. In[illegible].Nota notitiam futurorum in Chriſto.Hier. ¶ Chry in hom ec[illegible] quod dixit[illegible]ctum eſt,& vbique videbis hanc mulierem famoſam,quod [illegible] r[illegible]g[illegible]us & d[illegible]on[illegible]g[illegible],fecit hoc virtus prædicenti[illegible] quare autem ſ[illegible] promittit ſempiternam memori[illegible]m o[illegible]num dixit,ſatis indicauit mercedem accepturam. 32. Int. i. Eccl[illegible] Int[illegible]o[illegible] qu[illegible]m qu[illegible]d [illegible] hi pre exhibuit 33. Int.Mariæ. 34. Glo. quando congregati [illegible]nt quarta feria, acceſſit Iudas vt venderet.Chry.in hom.tunc.ſ.q[illegible] audiuit [illegible]e præd[illegible] Eu[illegible]ngelio,&c.

35. Rab.non coactus,nec inuitatus,ſed ſponte [illegible]le[illegible]nt[illegible]um. In[illegible] damn[illegible]n de effuſione vnguenti vult magiſtr[illegible] pretio compenſare.Hier. ¶ Orig. vt ven[illegible]et pretio vol[illegible] redime[illegible]e totum mundum. g. Chry.in hom.q.d. vnus de primo cho[illegible] electorum. 36. Chr[illegible] in hom. erat enim alius Iud[illegible].Remig.Scariota villa vnde ortus Iudas. 37. Hi[illegible]. quaſi v[illegible] cip[illegible]adens in poteſtate ementium pretium ponit.Leo ſerm de paſſ.Inebriatus v[illegible]ne[illegible] dum[illegible] [illegible]uerum, Dominum vendit; An[illegible] pec[illegible]niam vil[illegible]s eſt omni[illegible] affe[illegible]io. 38. I[illegible]. ide[illegible] quo Ioſeph venditus eſt à fratribus.Hier.Ioſeph non 20.aureis,iuxta 7[illegible].interpretes,ſed iuxta Hebra[illegible] ve[illegible]em 20.argenteis venditus eſt.Orig.tantam mercedem conſti[illegible]uer[illegible] quant[illegible]s anno[illegible] Chri[illegible]tu[illegible] conuerſatus fu[illegible]rat in mūdo. 39. Int.ſ.qua ſine turbis eum tradere poſſet,quod Lu[illegible]c[illegible].Orig. 40. I[illegible]t. ecce oppo[illegible]tunitas. 41. Int.ſ.Paſchæ Remig ¶ Hie[illegible]. 4.menſis primi,prima [illegible]ies az[illegible]morum,Chry.in hom. quinta feria ad veſperam,numer[illegible] autem Iu[illegible]. R[illegible] ead[illegible]m noctē [illegible]a agnu[illegible] ſo[illegible]at immolari, tentus & ligatus à Iudæis Chriſtus paſſi[illegible]s [illegible]uæ ſacrauit exordium.

SENS. MYST. IN CAP. XXVI.

38. Aug.1.de q.Euan.ca.4[illegible].ſignific[illegible]ntur iniqui,qui per[illegible] equētes temporalia, quæ ad quinque ſenſus pertinent,Chriſtum habere nolue[illegible]:f[illegible]um autem hoc ſexta ætate mundi,ſexies quinque numer[illegible]m illum efficiunt. 39. Orig. [illegible]ui volunt pe[illegible]dere Dei verbum tempore perſecutionis, oppo[illegible]itate hanc quæ[illegible]unt,quan[illegible]o multitudo creden[illegible]um non eſt circa verbum veritatis. Glo.qui pro munere [illegible] ſum t[illegible]mon[illegible] dic[illegible]t, Iudam [illegible]r,Deum,qui veritas [illegible] [illegible]

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXVI.

22. i. egregium pulchrum,Græ.[illegible]. d. pro,habebitis. 25. q.d. velut ſepeliendum vnxit. ſ mota à Spiritu ſancto,et ſi id [illegible] cogitarit,aut intell[illegible]xerit. 30 ſ. Hiſtoria hæc de [illegible] quæ fecit,& paſſu[illegible] pro hominum ſalute. e. pro id quod. [illegible]. ſ mul[illegible]er. ſic paulo poſt, eius. ſ. mulieris. 34. cū[illegible]. ſ Principes congregati:de quo ſuprà. 38. inte[illegible]clos,qu[illegible] ſi prophani ſinguli valebant d[illegible]rachmam[illegible] ſacri 4. drachmas. 40. ſ. feria quint[illegible]:ad cuius veſperam edebatur a[illegible]nus.

[h] acceſſerunt [42] diſcipuli ad Ieſum, dicentes: Vbi [43] vis paremus tibi comedere Paſcha? At
Ieſus dixit, Ite in [l] ciuitatem ad [44] quendam: & dicite ei, [m] Magiſter dicit, [45] Tempus meum
propè eſt: apud te facio [46] Paſcha cum [47] diſcipulis meis. Et fecerunt diſcipuli ſicut conſti-
tuit illis Ieſus: & parauerunt Paſcha. [48] Veſpere autem facto, [49] diſcumbebat cum [50] duode-
cim diſcipulis ſuis. Et edentibus illis, [51] dixit, Amen dico vobis, quia [52] vnus veſtrum me
traditurus eſt. Et [53] contriſtati valde, cœperunt ſinguli dicere, [54] Numquid ego ſum Do-
mine? At ipſe reſpondens, ait, [55] Qui [n] intingit [56] mecum manum

Sens. Lit. In Cap. XXVI.

42. Remig. puto inter hos fuiſſe Iudam proditorem. 43. Chry. in hom. non erat ei domus nec tugurium, nec verò diſcipulis. 44. Aug. 2. de conſ. Euang. quem Marcus & Lucas dicunt patremfamilias, vel dominum domus, Matthæus, breuitati ſtudens, tantùm inſinuat, alioqui nemo ita loquitur, Ite ad quendam. Itaque duo hæc verba ſunt interpoſita à Matthæo ex perſona ſua. Chry. in hom. dixit ad quendam, oſtendens ſe ad ignotum mittere, & poſſe non pati ſi voluiſſet, qui huius menti perſuaſit, vt diſcipulos ſuſciperet, cùm eſſet ignotus, & ea cauſa multorum odium incurreret. Auctor. vide additionem Hier. ſolet Scriptura nomen perſonarum, locorumque omittere. 45. Chry. in hom. multiplici paſſionis mentione præparat diſcipulos; ſimul & oſtendit ſe voluntariè pati. 46. Chry. in hom. oſtendit ſe vſque ad vltimũ diem non eſſe legi contrarium. Orig. factus eſt ſub lege, vt eos qui ſub lege erant erant, ex lege educeret. 47. Chry. in hom. hoc addit, vt ſufficienter præparet, & ne exiſtimaret ipſum velle occultari. 48. Remi. ſ. quod agnus immolari ſolebat. 50. Remig. in quibus adhuc Iudas, numero non merito. Hier. omnia ſic agit Iudas, vt tollatur ſuſpicio proditoris. 51. Hier. dabat pœnitentiæ locum, vt intelligens ſciri cogitationes ſuas, reſipiſceret. Leo ſer. de Paſſ. notam ſibi eſſe proditoris conſcientiam demonſtrat, non aſperè, & apertè confundens, ſed leuiter & tacitè conueniens, vt facilius corrigeret pœnitendo. 52. Glo. nõ deſignat ſpecialiter, ne fiat impudentior. 53. Int. ſ. quia non erant ſibi huius reatus conſcij. 54. Orig. Quanta diſcipulorum bonitas, qui plus Chriſti verbis credũnt, quàm ſuæ conſcientiæ. Glo. timentes fragilitatem, quærunt de peccato cuius non habẽt conſcientiam. 55. Int. qui latenter notatus non reſipiſcit, manifeſtius arguitur, non tamen ex nomine. Hier. aliis à cibo retractis, qua impudentia tradidit ea manum cum Magiſtro mittit, vt bonam conſcientiam mentiatur. Orig. proditorem demonſtrat indicio Prophetæ dicentis, Qui manducat meum panem, &c. 56. Chry. in hom. Facit Chriſtus vt Iudas ſecum intingeret, magis eum confundens, & in amorem attrahens.

Sens. Myst. In Cap. XXVI.

48. Int. quando verus Sol ad occaſum properabat. Rab. 49. Int. quia eis æternam requiem præparabat, & per eos aliis. Rab. 56. Orig. tales ſunt qui fratribus inſidiantur, cum quibus ad eandem menſam corporis Chriſti ſimul fuerunt.

Addit. Auct. In Cap. XXVI.

h. ſ. à Chriſto vocati. 43. prius ipſe iuſſerat parare, vt ait Lucas, quærunt ergo vbi. l. extra Ieruſalem non licebat celebrare. vide Deut. 16. 44. i. ad certum quendam; ſic ſolent qui narrant, cùm tamen res proprijs nominibus geſta ſit. Hebræi in talib. ſolent dicere Almoni, & Peloni. Hiſpani Fulano. & Zutano, cùm ſcilicet certam perſonam volunt ſignificare non expreſſo nomine, vt fit à narrantibus. Senſus ergo non quidem dixiſſe Chriſtum, Ite ad certum quendam, ſed miſiſſe diſcipulos ad certum quendam. vide 1. Reg. 21. & 2. Reg. 15. m. apparet hunc fuiſſe vnum ex Chriſti diſcipulis, ſic enim ſolebant ipſi Chriſtum appellare, vnde Martha, Magiſter adeſt. 45. ſ. diſcedendi è mundo, vel aliò abeundi. 48. ſ. inter duas veſperas, quo tempore præceperat Deus agnum immolari. i. vt quidam interpretantur, inter declinationem Solis ad occaſum, & ipſum occaſum. At alij, quod magis probo, inter occaſum, & noctem ipſam, ſcilicet in crepuſculo veſpertino. vide Scholia noſtra in Exod 12. 49. & id poteſt dici etiam de eo, qui ſtat ad menſam, quo geſtu probabile eſt ſolitos agnum edere, tenentes baculos, more accinctorũ ad iter, licebat & ante & poſt ſedere, alia præter agnum edentes. n. Græ. intinxit, ὁ ἐμβάψας q. d. vnus ex ijs, qui mecum eadem lance vtitur: itaque apud Mar. ἐμβαπτόμενος, pro præterito accipiendum eſt.

[57] in paropſide, hic me tradet. Filius quidem hominis [o] vadit, ſicut [58] ſcriptum eſt de illo: [59] væ autem homini illi per quem Filius hominis [60] tradetur: [p] bonum erat ei ſi natus non [61] fuiſſet homo ille. [62] Reſpondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit, Numquid ego ſum [63] Rabbi? Ait illi, [64] Tu dixiſti. [65] Cœnantibus autem eis, accepit Ieſus [66] panem, & [q] benedixit, ac [67] fregit: deditque [68] diſcipulis ſuis, & ait,

SENS. LIT. IN CAP. XXVI.

57. Rab. Marcus in catino, eſt autem catinum vas fictile. 58. Inr. ſ. homo pacis meæ, qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplantationem. Remig. ¶ Chry. in hom. hoc dixit ne infirmitatis eſſe exiſtimarent diſcipuli quod paſſurus erat. 59. Hier. pœna prædicitur, vt quem pudor non vicerat, corrigant denunciata ſupplicia; quæcunque enim paſſus eſt prius à Prophetis prædicta ſunt. Chry. in hom. hoc dixit vt corrigeret proditorem, etſi verò ſcriptum eſt paſſurum Chriſtum, non ideo excuſatur Iudas, non enim eius traditio ſalutem operata eſt, ſed ſapientia Chriſti, aliorum nequitiis vtebatur. 60. Orig. ſ. à diabolo, cuius Iudas miniſter. 61. Hier. multo meliùs non ſubſiſtere, quàm malè ſubſiſtere. 62. Inr. ſ. ne tacendo videretur ſe prodere aliis interrogantibus. Orig. 63. Hier. blandientis fingit affectũ. Orig. vel dicit quaſi ſubſannans, quod magiſter vocaretur, cùm non eſſet hoc vocabulo dignus. 64. Int. q. d. tu prodidiſti, non ego. Remig. tu dicis & verum dicis; ſiue tu dixiſti, & nõ ego: datur verò adhuc pœnitentiæ locus, dum non apertius manifeſtatur. Rab. potuit fieri vt nõ omnes ad hæc quæ dicebantur, aduerterent. 65. Int. finito veteri paſca, tranſit ad nouum. Hier. ad verum Paſchæ Sacramentum tranſgreditur, vt ſe in veritate ſui corporis & ſanguinis repræſentet. Aug. ad Ianuariũ epiſt. 118. Apparet non ieiunos diſcipulos communicaſſe, ſed placuit Spiritui ſancto, vt in honorem tãti Sacramenti poſtea non niſi ieiuni Chriſti corpus acciperent; voluit Chriſtus vt vehementius myſterij huius altitudinem commendaret, vltimum hoc infingere cordibus, & memoriæ diſcipulorum; ordinem verò quo deinceps ſumendum erat, non præcepit, ſed reliquit Apoſtolis conſtituendũ. Glo. oportebat prius Paſcha typicum conſummari & ſic veteri Paſchæ Sacramenta ſubſtitui. 66. Aug. in Iohannem tract. 26. commendauit Dominus corpus & ſanguinem ſuum in rebus quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis; paciſque & vnitati noſtræ myſterium in ſua menſa conſecrauit. Remig. ideo panem vt non eſſet difficultas in acquirendo, & homines de labore manuum ſuarum ſacrificium Deo offerrent. Glo. Poſtquam carnes agni comederat cum Apoſtolis, panem aſſumit. Amb. 4. de Sacramẽtis cap. 4. Anteriora ſunt myſteria Chriſtianorum quàm Iudæorum, obtulit enim Melchiſedech panem & vinum; Chriſtus autem Sacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech. Greg. in regiſt. Romana Eccleſia azymos offert, aliæ verò Eccleſiæ fermentatum. Ambr. 4. de Sacramentis cap. 4. vbi acceſſerit conſecratio, de pane fit caro Chriſti, tanta eſt vis in ſermone Domini quo conſecratio fit. Fit ergo ex pane corpus Chriſti, ex vino, ſanguis. Aug. de verb. Dom. ſubſtantia panis & vini in corpus Chriſti & ſanguinẽ conſecratur. 68. Leo in Ser. de Paſſ. etiã traditori, vt oſtẽderetur is nulla iniuria exaſperatus. Aug. in Iohannem tract. 26. accepit Petrus ad vitam, Iudas ad mortem. Chryſoſt. in homil. poſtea intrauit in eum ſathanas,

SENS. MYST. IN CAP. XXVI.

60. Orig. Chriſtum tradit, quicunque eius diſcipulos tradit. Remig. & Chriſtum tradit, qui polluta conſcientia ad eius menſam accedit. 66. Rem. fructum terræ obtulit, venerat enim vt maledictionem auferret, qua ob peccatum Adæ maledicta eſt terra. 67. Aug. lib. ſent. proſ. Cùm frangitur hoſtia, & ſanguis in ora funditur, Chriſti corporis immolatio in cruce, & eius ſanguinis effuſio de latere deſignatur. Glo. fregit, vt oſtenderet ſua ſponte paſſurũ. Dionyſ. in Eccleſ. Hierar. cap. 3. oſtenditur per hoc ſimplex Dei verbum per humanationem compoſitum, & viſibile ad nos perueniſſe, noſque ſpiritualium bonorum diſtributorum participes fuiſſe.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXVI.

o. ſ. ad mortem. 58. ſ. in Prophetis. p. i. melius ei fuiſſet. 61. ſed in vtero matris mortuus, vel ſi non fuiſſet conceptus, melius enim ſecundum Hieron. non ſubſiſtere, quàm malè ſubſiſtere. 63. ſ. ſimul cum alijs interrogantibus. 64. ſ. quod res eſt, id enim ſignificare hanc phraſim apparet ex ſimilib. Chriſti reſponſionibus: intelligẽdum verò id Chriſtum adeo ſubmiſſè dixiſſe, vt alij non intellexerint. 65. poſt cœnam agni lauit pedes diſcipulorum, iterumque menſa accumbens, inſtituit Sacramentum. Græc. eſt ἐσθιόντων, edentibus, ſeu veſcentibus. q. i. Deum laudauit, vel conſecrauit panẽ. vide 1. Cor. 10. 67. Sic olim vnus panis cõſecratus fidelibus fractus diſtribuebatur. 68. nõ ore, vt nũc, ſed manib. excipientibus.

Accipite,& comedite:hoc eſt corpus meum.Et accipiens calicem,gratias egit:& dedit illis,dicens,Bibite ex hoc omnes.Hic eſt enim ſanguis meus noui teſtamenti,qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam amodo de hoc genimine vitis vſque in diem illum,cùm illud bibā vobiſcum nouum in regno Patris mei.Et hymno dicto,exierunt in montem Oliueti.Tunc dicit illis Ieſus:Omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta nocte.Scriptum eſt enim,

SENS. LITER. IN CAP. XXVI.

vt ait Iohannes, grauius enim peccauit tali mente accedens ad myſteria,& non inde factus melior; nō prohibuit autem Chriſtus,vt ſcias nihil dereliquiſſe eorum quæ ad correctionem conueniunt. Remig. Reliquit exemplum Eccleſiæ neminem à ſocietate ſui,aut communione corporis & ſanguinis Chriſti ſegregandi,niſi pro publico crimine.Hil.ſine Iuda factum hoc eſt,diſceſſerat enim. 69. Int.q.d.intelligite.Aug.de verb.Dom.Inuitat ſeruos,vt præparet eis cibum ſeipſum;quando manducatur Dominus reficit,ſed non deficit: manducatur in Sacramento,& integer manet. 70. Int.ſcilicet,quod ſub ſpecie panis videtur. 71. Rem.oſtendit ſe de noſtra ſalute gratulari.Chry.in hom.docet qualiter myſterium hoc oporteat nos perficere, vtque pari debeamus cum gratiarum actione. 72. Iot.ipſe æqualis Deo Patri, quid ergo ſubditus faciet? 73. Chry. in ho.ne turbarētur,primùm ipſe bibit ſanguinem ſuum. Hier.contra Heluid.Dominus conuiuium fuit,ipſe comedens,& qui comeditur. 74. Iot.ſ.dedicator. 75. Int.non veteris, quod ſanguine hircorum dedicatum eſt.Chry. in hom. quod promittebat vetus Teſtamentum,nouum continet;ſanguis ille vitulorum,hic Domini. 76. Int.quia impoſſibile eſt ſanguine hircorum peccata auferri. 77. Rem.multos enim venerat redempturus de omnibus gentibus. Chry.in hom.oſtendit ſuam paſſionem myſterium eſſe ſalutis humanæ. 81. Int.ſ.genimen. v. Aug. 2.de q.Euang.cap.43.per hoc ſuis immortalitatem promittit.Hil.ex hoc apparet non bibiſſe Iudas cum eo,non enim erat bibiturus in regno. 82. Int.ſ.immortalis, & impaſſibilis. 83. Chry.in hom. id eſt, reſurrectione,vnde i lud,Simul comedimus & bibimus cum eo poſtquam reſurrexit; cùm autem dicit nouū,nouū modū ſignificat.nō enim comedit & bibit tanquam cibo indigens,ſed ad certitudinem reſurrectionis. 84. Orig. Docebat diſcipulos hymnum dicere Patri pro benedictionis pane & calice. Glo.Cantabat Patri gratias agens. 86. Hier.Prædicit quid paſſuri ſint, vt non deſperent ſalutem, ſed agentes pœnitentiam liberentur. 88. Int.ſ.in Zacharia vbi dicitur,Percute paſtorem,ſcilicet, ex perſona Prophetæ ad Deum.Hier. ¶ Chry.in hom.oſtendit ſe ſecundum Dei conſilium paſſurum.

SENS. MYST. IN CAP. XXVI.

78. Int.mortalitatem bibit Chriſtus,& legis vetuſtatem,dum ei placuit.Rem.q.d.non delectabor ceremonijs huius populi,in quibus præcipuum agnus Paſchalis. 80. Int.id eſt,humanitatis.Glo.bibit in reſurrectione factus immortalis, vel vitis, Iudæi, qui ad corpus Chriſti acceſſuri erant, poſt ingreſſas gentes. 83. Hier.Regnum Patris,fides credentium; quam cùm Iudæi receperint à Patre adducti ad Filium,tunc de vino eorum Dominus bibet. 84. Chry.in hom.audiant qui vbi manducarunt,gratias non agunt;& qui in ſacris myſterijs vltimam orationem non audiunt,quæ huius hymni ſignum eſt.
85. Int.Spirituali cibo paſtus conſcendere debet ad montem virtutum,quibus vngatur,vel reficiatur.
87. Int.id eſt,in iſta tribulatione ¶ nocte congruit ſcandalum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXVI.

70. his verbis conſecrauit, vt nunc ſacerdotes. Itemq́; ſanguinem ſequentibus, eſt autem ſenſus, id quod ſub ſpeciebus his continetur, eſt autem factiua oratio, ideoq́; ea finita res completur. r. ποτήριον. poculum. 71. εὐχαριστήσας, unde dicta Euchariſtia. q. Gratiarū actio. Cum gratiarum enim actione offerri, & ſumi debet. 75. ad diſtinctionem eius, quo firmatum eſt vetus: Exo. 24. ſub. autem confirmatiuum. s. id eſt, fœderis, pacti, nam Hebr ברית, & quidem Gra διαθήκη, diſpoſitionem etiam ſignificat. quamquam poteſt etiam hoc loco pro teſtamento accipi ſcilicet, diſpoſitione morituri. vide Gal 3 Hebr 8. 77. ſcilicet, efficaciter, nam ſuffi ienter pro omnibus poteſt & multis, pro omnibus accipi, more Scripturæ. t. ſcilicet, in cruce. Gra. præſens eſt, ſed pro futuro, vel qui nunc effunditur. ſcilicet, dum offertur, obtulit enim Chriſtus tunc ſecundùm Cypr. & quotidie etiam ſecundùm Ambr. effunditur, quia quotidie offertur. 79. vinum, vocat ſuum ſanguinem, quia ſub vini ſpeciebus. ſic Paulus Euchariſtiam panem vocat ob ſpecies; vel loquitur de vino, in menſa poſito, vnde calicem impleuerat. 84. i cùm laudes dixiſſent Deo, ſeu gratias egiſſent. x. pro, illo tempore, ſeu illa nocte, non enim id factum poſtquam exierunt, ſed antè, vt patet ex Ioan & Luc. z. ſcilicet, fide amiſſa, vel vacillante. aa. ſcilicet, propter ea, quæ in me videbitis:

[89] Percutiam paſtorem,& diſpergentur oues gregis.[90] Poſtquam autem reſurrexero,præcedam vos in [91] Galilæam. Reſpondens autem [92] Petrus,ait illi. Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te:ego nunquam ſcandalizabor. Ait illi [93] Ieſus, Amen dico tibi: quia in hac nocte antequam [94] gallus [bb] cantet,[95] ter me negabis.[96] Ait illi Petrus,Etiamſi [97] oportuerit me [98] mori tecum,non te negabo.[99] Similiter & omnes diſcipuli dixerunt. [cc] Tunc venit Ieſus cum illis in [100] villam quæ dicitur [101] Gethſemani, & dixit diſcipulis ſuis,[102] Sedete hîc, donec vadam illuc, & [103] orem.Et [104] aſſumpto Petro, & [105] duobus filijs Zebedæi, cœpit contriſtari [106] & mæſtus eſſe.Tunc ait illis,[108] Triſtis eſt [109] anima mea [110] vſque ad mortem:[111] ſuſtinete

Sens. Lit. In Cap. XXVI.

89. Hier. ſcilicet, vt ponat animam pro ouibus ſuis. 90. Chry.in hom. non relinquit in triſtibus, ſed læta prænunciat. 91. Orig.ſcilicet,Galilæam gentium. 92. Hil.efferebatur affectu Chriſti,& eius verba,ſuamque imbecillitatem non conſiderabat.Hier.ardebat affectu erga Dominum.Rem.quod dixerat Dominus præuidendo,iſte negat amando permiſit verò Chriſtus eius caſum,naturam humanam de fragilitate conuincens. 93. Petrus ex ardore promittit,Chriſtus vt Deus,futura prædicit. 94. Int. Mar.dicit,Antequam gallus bis vocem dederit, cæteri, Antequam gallus cantet.Augu.de conſ.Euang. ante primum galli cantum cœpit negare, quod attenderunt tres Euangeliſtæ, quamquam & ante primum galli cantum tantus erat eius timor, vt ter negare potuiſſet. 95. Int.q.d.timor erit cauſa ter me negandi. 96. Aug.de conſ.Euang. Apparet ex Euangeliſtis & Petrum ter expreſſiſſe præſumptionem ſuam,& ter illi à Domino reſponſum. 97. Orig.hic etiam Petrus neſcit quid dicat. 98. Int.intellexit enim quod timore mortis prædiceret eum negaturum. Rab. 99. Int. ſcilicet, ex amore & ardore eodem.Rab. ¶ Chry.in hom.non ſufficit deſiderium hominis ſine auxilio diuino. 100. Rab.eſt ad radicem montis Oliueti trans torrentem Cedron. 102. Int.q.d.non moueamini ſicut nec loco, ita nec mente.Chry.in hom.conſueuerat ſine diſcipulis orare,docens quærendam ſolitudinem ad orationem. 103. Int.cuius oratio omnium redemptio.Orig.conueniebat priuſquam proderetur,orare Damaſ. 3. lib.cap.24.orat,vt nos doceat à Patre petere;& nobis Patrem reconcilians, ipſumque vt principium honorans,& monſtrans non ſe Deum contrarium. 104. Int. progreſſus parum. 105. Int.quibus ſecretiora manifeſtarat.Remig. 106. Hil.non de ſe orta eſt mœſtitudo,ſed de eis quos aſſumpſerat.Hier. contriſtabatur non timore patiendi qui ad hoc venerat , ſed propter infeliciſſimum Iudam,& Apoſtolorum ſcandalum,& Iudæorum reprobationem,& euerſionem Hieruſalem.Damaſ. 3.lib. cap. 23. Fugiunt omnia naturaliter non exiſtere, quod fuit etiam in verbo homine facto , vnde habuit mortis timorem naturalem,& triſtitiam. Hier. Contriſtatus eſt, vt veritatem probaret aſſumpti hominis. Aug. lib.83.q.q.80.habuit Chriſtus affectiones quæ non poſſunt eſſe niſi in anima, miratus eſt enim, iratus & contriſtatus.Damaſ.lib.3.permittebat carni pati propria,ſed nihil in Chriſto coactum, volens enim eſuriit,timuit,& contriſtatus eſt. 108. Int. ſcilicet,pro Iuda damnanda. 109. Ambr. in Lucam,non diuina ſubſtantia,ſed anima. 110. Hier.non propter mortem,ſed donec Apoſtolos ſua liberet paſſione. 111. Int.ſcilicet,pondus tribulationis. Orig.cæteros vt infirmiores ſedere iuſſi, vos vt firmiores volo collaborare mecum in vigilijs & orationibus.

Sens. Myst. In Cap. XXVI.

94. Glo.ante Galli cantum.id eſt,creſcentibus tenebris negat,vicina autem luce culpam lachrymis lauat. 101. Hier.interpretatur vallis pinguiſſima.Rem.Orans in monte,docet cœleſtia oratione quærenda;in villa autem ſeruandam in oratione humilitatem, in valle pinguedinis , quia pinguedine charitatis mortem ſuſcepit,vultque nos,non aridos eſſe,ſed pingues charitate.

Addit. Avct. In Cap. XXVI.

bb. bis.ſcilicet.vt ait Marcus:eſt autem ſecundus galli cantus præcipuus,ſcilicet,paucis ante lucem horis,nam primus poſt mediam noctem.vel, q. d, antequam gallus compleat cantum ſuum. cc. præſens eſt, (εχει) *100. χωρίον agrum,locum. 101. Eſt ad radices montis Oliueti nec inde procul ſepulchrum.Origenis.Græ.vallis Heman,pinguedo,oleum. 106. id eſt grauiter angi,oſtendit ſe vt hominem mortem horrere. 110. id eſt,vt parum abſim à morte.vel ſimilis triſtitia mortis,aut ei,quæ in morte accidere ſolet.*
111. præ,manete.

hic,

[112] hic, & [113] vigilate mecum. Et progreſſus [114] puſillum, [115] procidit in faciem ſuam orans, & dicens, Pater mi, ſi [116] poſſibile eſt, [117] tranſeat à me calix [118] iſte: [119] veruntamen non ſicut ego [120] volo, ſed [121] ſicut tu. Et [dd] venit ad diſcipulos ſuos, & inuenit eos [122] dormiẽtes, & [123] dicit Petro, [ee] Sic non [124] potuiſtis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt [125] non intretis in tentationem. [126] Spiritus quidem [127] promptus eſt, caro autem [128] infirma. Iterum ſecundò abiit, & [129] orauit, dicens, Pater mi, ſi non poteſt hic calix tranſire, [ff] niſi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit eos dormientes: [131] erant enim [132] oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abiit, & [133] orauit [134] tertiò eundem ſermonem, dicens.

Sens. Lit. In Cap. XXVI.

113. Int.ſ.à ſomno infidelitatis & torpore mentis, ne diabolus obrepat. 114. Orig. nolebat longè fieri ab eis, vt viderent orantem, & diſcerent humilia de ſe ſapere, & orare ſollicitè. 115. Int. vt humilitatem mentis habitu corporis oſtendat 116. Aug. 3. de conſ Euan. q. d. ſi vis (vt ait Lucas) ſi enim voluerit, fieri poteſt. 117. Orig. hoc orat ſecundum quod cœpit pauere & triſtari, ſuſcipiẽs enim carnem humanam, eius proprietates impleuit, vt veram carnem habere cõprobaretur: & nota quod Ioannes hoc non commemorauit, quia magis diuinam naturam expoſuit. Hil. tranſeat. i. quomodo à me bibitur, ita ab his qui poſt me paſſuri ſunt, bibatur ſine diffidẽtia, ſine metu mortis: dixit verò, Si poſſibile eſt, quia eſt difficile horum acerbitate corpora non vinci humana. 118. Hier. ſ. populi Iudæorũ, quos non excuſat ignorantia, quando habent Prophetas qui me vaticinantur. Orig. tranſeat vt Iudæi in paſſione mea non pereant. 119. Int. quaſi in ſe reuerſus hoc dicit. 120. Int. ſ. humano affectu. Hil. vellet ſuos non pati, ne fortè in paſſione diffidant. Aug. in Enchir. oſtendit priuatam quãdam hominis voluntatem, ſed quia rectum vult eſſe hominem, & ad Deum dirigi, hoc ſubdit. 121. Int. docet humanæ voluntati voluntatem Dei præponi. Leo in ſerm. de Paſſ. hæc vox omnes fideles inſtruit, omnes confeſſores accendit, quis tentationes vinceret & aduerſa, niſi Chriſtus in omnibus, & pro omnibus Patri diceret, fiat voluntas tua? 122. Int. præ triſtitia ſomnum vincere non poſſunt. Chry. in hom nox erat, & oculi triſtitia grauati. 123. Int. quia præ cæteris erat gloriatus, præ cæteris erat increpandus. Hil. 124. Chry. in hom. quia alij idem dixerant quod Petrus, omnium infirmitatem arguit. 125. Int. non, ne tentemini, ſed ne tentatione ſuperemini Hier. 126. Hil. non de ſe hoc dicit, ad eos enim ſermo hic conuerſus eſt. 127. Int. ſcilicet ad confitendum. 128. Int. ſ. ad tolerandum, ¶ quia nondum induti virtute ex alto Remig. dicit ſpiritum ſuum promptum ad patiendum, ſed carnem timere.
129. Int. ſ. ſimiliter. Chry. in hom. ex affectu humanæ infirmitatis, quo mortem timebat, orationem repetit, certificans humanitatis veritatem, repetitio enim in Scriptura veritatis demonſtratiuum eſt.
ff. Hil. tranſire non poteſt, niſi bibat, quia pati niſi ex eius paſſione non poſſumus. 131. Int. Langueſcebant enim eorum oculi vicina negatione Hier. 132. Orig. non tantum corporum, quantum animarum. 133. Orig. docens orandum donec impetremus.

Sens. Myst. In Cap. XXVI.

112. Orig. vnuſquiſque in gradu ſuæ vocationis conſiſtat. 122. Orig. abſente Domino vigilare nec vna hora potuerunt; vigilat verò, qui facit bona opera. 128. Hier. quantum de ardore mentis confidimus, tantum de fragilitate carnis timeamus. Orig. qui ſpiritualior eſt, ſolicitior debet eſſe, ne magnũ ipſius bonum grauem habeat lapſum. 134. Rab. ſ. vt à peccatis præteritis veniã, pręſentibus malis tutelam, futuris periculis cautelã oremus, & vt orationem omnem ad Patrem, Filiũ, & Spiritum ſanctum dirigamus; vtq; integer ſpiritus noſter, & anima, & corpus ſeruetur. Remig. ter orat maximè pro Petro, qui ter erat negaturus. Aug. 1. de q. Euan. ter orauit, quia trina eſt tentatio cupiditatis, & trina timoris: nempe eſt cupiditas curioſitatis, honoris, & voluptatis; timor mortis, ignominiæ, & doloris.

Addit. Avct. In Cap. XXVI.

114. ſ. vt poſſent diſcipuli ſpectare quid ageret. 117. i. libera me ab hoc acerbiſſimo mortis genere. 120. ſ. deſiderio naturali. d d. & venit, & inuenit, & vtrumque præſens eſt. ſic & inf. e e. q. d. Itáne Petre, qui tam multa pollicebaris? 125. i. ne ſuccumbatis. 127. q. d. etſi ſpiritu eſtis prompti, ac carne infirmi, vel tentator quidem fortis, at homo debilis. f f. Gra. vt non.

Tunc venit ad diſcipulos ſuos,& dicit illis,Dormite[135] iam & requieſcite : ecce[136] appro-
pinquauit[137] hora[gg], & Filius hominis tradetur in manus peccatorum[138]. Surgite , eamus[139],
ecce appropinquauit qui me tradet. Adhuc eo loquente,ecce Iudas, vnus[140] de duode[141]-
cim venit, & cum eo turba multa[hh],cum gladiis[142] & fuſtibus[ii] , miſſi à Principibus ſacer-
dotum , & ſenioribus populi. Qui autem tradidit eum , dedit illis ſignum[143] , dicens,
Quemcumque oſculatus fuero,ipſe eſt:tenete eum.Et confeſtim accedens ad Ieſum,
dixit,Aue[144] Rabbi. Et oſculatus[145] eſt eum. Dixitque illi Ieſus , Amice[146] , ad quid[147] veniſti?
Tunc[148] acceſſerunt,& manus iniecerunt in Ieſum: & tenuerunt eum. Et ecce vnus[149] ex
his qui erant cum Ieſu , extendens manum , exemit gladium[150] ſuum , & percutiens
ſeruum[151] Principis ſacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Ieſus,

SENS. LIT. IN CAP. XXVI.

135. Hikmetum demit.Chry. in hom.oſtendit ſe non indigere horum auxilio , & oportere ſe omnino pati.Hil. Calicem bibens Dominus,infirmitatem noſtram,& timorem,& mortis dolorem abſorbuit. 136. Int.interpoſito aliquo ſilentio ait,Ecce,&c.Aug.3.de conſ.Euang. vnde apud Marcum poſitum eſt,ſufficit,ſcilicet,quod iam requieuiſtis. 137. Chry.in hom.oſtēdit diuinæ diſpoſitionis eſſe, quod gerebatur. 139. Hier. i. vltrò pergamus ad mortem. 140. Remig. numero,non merito.

141. Remig.immane facinus,ex Apoſtolo factum proditorem. h h. Orig. arbitrabantur Chriſtum quibuſdam maleficiis poſſe fugere,ideo multi venerunt. 142. Glo. congruit factum mutatæ mentis eius,qui quamdiu in pace fuit,tranquillè egerat. 143. Chry.in hom. ſæpe enim detentus ab ipſis pertranſierat,ideo ſignum dedit. Glo. timebat ne transformatus de eorum manibus laberetur. 144. Int. impudens confidentia , magiſtrum vocare , & oſculum iungere ei quem tradidit. 145. Orig. voluit, ſecundùm quoſdam,reuerentiam ad magiſtrum ſeruare,non audens manifeſtè irruere: ſecūdùm alios timebat,ne ſi manifeſtè ageret,Chriſtus euaderet.Rab.ſuſcipit Dominus oſculum, ne proditionem fugere videatur. 146. Int.ironicè,vt ſuprà,Amice,quomodo huc intraſti,non habēs veſtem nuptialem. Orig. 147. Aug.1.ſerm.de Paſſ.quaſi dicat,oſcularis,& inſidiaris,amicum fingis cùm proditor ſis.

148. Remig.ſ.quando ipſe permiſit. 149. Int.ſ.Petrus,eodem ardore mentis quo cætera zelatus ſicut Phinees.Aug.22.cont.Fauſt.cap.70.Moyſes poſt percuſſum Ægyptium,factus eſt princeps Synagogæ,Petrus poſt hoc peccatum,paſtor Eccleſiæ.exceſſit vterque regulam , non deteſtabili immanitate, ſed emendabili animoſitate. 150. Chry.in hom.audientes diſcipuli venire perſecutores ad Chriſtum capiendum,exeuntes à cœna gladios ſumpſerunt in auxilium. 151. Hier.ſ.Malchum.

SENS. MYST. IN CAP. XXVI.

135. Orig.poſt vigilias & orationem,inuentóque tabernaculo Deo Iacob dādus oculis ſomnus. Hil. Primum obiurgat,2.ſilet.3.iubet quieſcere,nam poſt reſurrectionem primum diffidentes reprehendit, 2.grauatos oculis ad intuendam Euangelij libertatem miſſo Spiritu ſancto viſitauit.3.claritatis ſuæ reditu quieti,& ſecuritati reſtituet. 138. Orig.& hoc fit cùm iuſtus in poteſtate peccatorum fuerit:habet enim in ſe Ieſum. 142. Orig.& nunc multi ſpiritualibus gladiis,id eſt,diuerſis dogmatibus militant contra Ieſum. 151. Hier.Malchus.i.Rex quondam populus Iudæorum,qui ſeruus factus eſt impietatis,dexterámque perdidit auriculam,vt litteræ veritatem audiat in ſiniſtram: Orig. Iudæi ſiniſtro auditu audiunt legem nunc:Petrus verò gentes ſignificat,qui credentes in Chriſtum cauſa fuerunt, vt præcideretur Iudæis auditio dextera.Rab.Non tollit Petrus intelligentiam, ſed diuino iudicio negligentibus ablatum pandit,reſtituitur verò his,qui ex eodem populo crediderunt.Glo.auris amputata,& ſanata,auditus eſt ablata vetuſtate innouatus,quod eſt regnaturorum cum Chriſto , vnde & Malchus, id eſt, Rex ; ſeruitus aurem, vetuſtas, ſanitas, libertas.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXVI.

gg. pro,vt Filius hominis tradetur.Hebr. 138. i.flagitioſorum. ii. id eſt,lignis. 145. videtur pro more patriæ ſolitos diſcipulos alicunde ad Chriſtum redeuntes , ipſum oſculando ſalutare. 146. id eſt, quem amo,vel qui te amicum fingis. 147. oratio admirantis facinus.

Conuer

[152] Conuerte gladium tuum in locum ſuum, [153] omnes enim qui [154] acceperint gladiũ, [155] gladio peribunt. An putas quia non poſſum rogare Patrem meum: & exhibebit mihi modò pluſquam duodecim [156] legiones Angelorum? Quomodo ergo implebuntur [157] Scripturæ, [mm] quia ſic oportet fieri? In illa hora [158] dixit Ieſus turbis, Tamquam ad [159] latronem exiſtis cum [160] gladiis & fuſtibus comprehendere me. Quotidie apud vos ſedebam docens in [161] templo, & non me tenuiſtis. [162] Hoc autem totum factum eſt vt adimplerentur Scri[163]pturæ [164] Prophetarum. Tunc diſcipuli omnes, relicto eo, [165] fugerunt. At illi tenentes Ieſum, duxerunt ad [166] Caipham Principem ſacerdotum: vbi Scribæ & ſeniores [167] conuene[168]rant. Petrus autem [169] ſequebatur eum à [170] longè, vſque in atrium Principis

Sens. Lit. In Cap. XXVI.

152. Int.q.d.ceſſet vindicta, exhibeatur patientia; vt patientiam noſtros doceamus, non vindictam. Leo Serm.de Paſſ.contra Sacramentum redemptionis erat, qui mori venerat, capi nolle. 153. Chry.in hom. vt perſuaderetur diſcipulo comminationem addit. Int.ſi omnes ergo & Iudæi. 154. Int. id eſt, exercuerint vindictam; ipſa vindicta erit eis cauſa perditionis. Aug.22.cont.Fauſt.ſ.qui gladio vſus fuerit, non legitima poteſtate. 155. Hier.ſ.illo igneo, qui vertitur ante paradiſum, & gladio ſpiritus. Hil. gladio oris Domini. Rem.malitiæ ſuæ gladio. 156. Hier.vna legio apud veteres, ſex millibus hominum complebatur, dicit ergo 72. millia Angelorum, in quot gentes hominum lingua diuiſa eſt. Orig. ſunt & Angelorum legiones contra dæmones militantium; loquitur autem Chriſtus ſecundum Petri æſtimationem volentis adiuuare; alioqui potius Angeli auxilio Chriſti opus habent. 157. Int.in quibus eſt illud, Tamquam ouis ductus eſt ad occiſionẽ, &c. Hier. Fruſtrà cecinisſent Prophetæ, niſi Chriſtus eorum dicta paſſione confirmaret. 158. Orig. vt ſi præterita beneficia non recordantur, at præſentia recognoſcant. 159. Orig.cuius officium nocere, & latitare. 160. Hier.ſtultum ira quærere ſe vltrò tradentem. 161. Chry.in hom. non auſi ſunt in templo tenere propter turbam, ideò Dominus foras exiuit, vt capere poſſent. 162. Int. promptum animum oſtendit ad patiendum, vt ſua paſſione aſſerat Prophetarum dicta. Hier. ¶ Chry.in hom.oſtendit Euangeliſta cur capi voluerit. 163. Int. Tãquam ouis ad occiſionem ductus eſt. Hier. Item, Foderunt manus meas, &c. Item, Ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem. 164. Rem. Omnes Prophetæ prædixerũt Chriſti paſſionẽ. 165. Int. timorem mortis oſtendentes. Rem. fugiunt immemores ſuæ promiſſionis. 166. Int.ſ.qui Pontificatũ illius anni pretio ſibi acquiſierat ab Herode Romanorum Principe: prius tamen ad Annam (vt Iohannes ait) Aug. 3. de conſ.Euang. primò ad Annam ductus eſt. Hier. refert Ioſephus Caipham vnius anni Pontificatum pretio redimiſſe, cùm tamen Deus præceperit Pontifices patribus ſuccedere. 167. Rab. vt eum conſilio omnia facerent. 168. Int.in hoc diuerſus à cæteris. Chry.in hom. multus erat feruor Petri. 169. Int. hoc eſt, deuotionis. 170. Int. hoc timoris naturæ eſt: quod negat, obreptionis eſt, quod pœnitet, fidei eſt.

Sens. Myst. In Cap. XXVI.

156. Glo.non eſt timendum ſi contra Ieſum nationes omnes inſurgant, habet enim fortiores exercitus. 165. Rab. Petrus culpam lachrymis abluens, labentium in matrimonio recuperationem oſtendit: fugientes verò diſcipuli fugere docent minus idoneos ad toleranda ſupplicia. Glo. his enim tutius eſt latere, quàm ſe diſcrimini committere. 166. Rab. Caiphas, id eſt, inueſtigator, vel ſagax ſ. ad implendam nequitiam: vel vomens ore, fuit enim impudens ad mendacium, & homicidium. 169. Remig. ſ. erat Dominum ad paſſionem euntem imitaturus. Aug. 1. de q. Euang. ſignificatur Eccleſiam ſecuturam Domini paſſiones, ſed longè differenter, illa enim pro ſe patitur, ipſe pro Eccleſia. 170. Chry. in hom. quia erat Dominum negaturus.

Addit. Avct. in Cap. XXVI.

152. non prohibet defenſionem, ſed conflictum pro ſui liberatione. 153. more ſuo vtitur ſententia vulgò recepta. Senſus eſt, dignus eſt qui gladio pereat, quicumque gladio aduerſus alterũ vtitur, vel alludit ad legem, quæ iubet homicidam interfici. 156. Gr. λεγεῶνας, vox Latina, continet legio ſex millia hominum, quamquam quidam plus etiam dicant. 157. ſub. dicentes. m m. i. talia oportere euenire.

ſacerdotum.Et [171] ingreſſus intro [172] ſedebat cum miniſtris:vt [173] videret finem. Principes autem ſacerdotum,& omne concilium, quærebant falſum teſtimonium contra Ieſum: vt eum morti traderent,& [174] non inuenerunt,cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent.[aa] Nouiſſimè autem venerunt duo [175] falſi teſtes,& dixerunt : Hic dixit , Poſſum deſtruere templum Dei,& [oo] poſt triduum reædificare illud.Et [176] ſurgens [177] Princeps ſacerdotum ,[178] ait illi, Nihil reſpondes ad ea quæ iſti aduerſum te teſtificantur ? Ieſus autem [179] tacebat. Et [180] Princeps ſacerdotum ait illi , [181] Adiuro te per Deum viuum , vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus Filius Dei.Dicit illi Ieſus,[182] Tu dixiſti, [183] veruntamen dico vobis : [pp] amodo videbitis Filium [184] hominis [185] ſedentem à dextris virtutis Dei : & [186] venientem in [187] nubibus cæli. Tunc Princeps ſacerdotum [188] ſcidit veſtimenta ſua, dicens, Blaſphemauit : [qq] quid adhuc egemus teſtibus?ecce nunc audiſtis blaſphemiam.[190] quid vobis videtur? At illi [191] reſpondentes dixerunt, [192] Reus eſt mortis.

Sens. Lit. In Cap. XXVI.

171. Int. ſ. per diſcipulum notum Pontifici. 172. Int.exſpectans vel amore diſcipuli,vel humana curioſitate.Hier. 173. Int.ſ.quid iudicaret Pontifex de Ieſu.Hier. 174. Int.quia non erant(vt Marc. ait)conuenientia teſtimonia.Orig.maxima Ieſu laus,ſic omnia feciſſe, vt nullam veriſimilitudinem inuenerint in eo reprehenſionis multi mali,& aſtuti. 175. Hier.qui in verbis calumniãtur,paucis mutatis , vt iuſtam faciant calumniam , quaſi de Iudaïco templo locutus ſit.Chry.in hom.non attulerũt accuſationem de ſolutione ſabbati, ſæpe enim ſuper hoc fuerant confutati. 176. Int.motu corporis indicat inſaniam mentis. Hier. 177. Int.iratus quia nõ inueniebat calũniæ locum.Hier. 178. Chry. in hom.volebat ab eo inexcuſabilem reſponſionem elicere;vt eum caperet. 179. Int.ſ.ſciens vt Deus quicquid reſpondiſſet torquendum in calumniam: Hier.Chry.in ho.erat ſolùm illic figura iudicij,re-uera autem latronum incurſus. 180. Hier.Chriſti ſilentio magis furens. 181. Orig.adiurandi vſum in lege inuenimus , at ſecundùm Euangelium non puto eſſe vtendum , niſi ad dæmonia ex poteſtate Chriſti. 182. Orig. nec negat,nec manifeſtè confitetur, ſed verbum illius qui Chriſti doctrina indignus erat,in eius redargutionem conuertit.Glo.ſimilis eſt ad Pilatum & Caypham reſponſio,vt à propria ſententia condemnentur. 183. Int. q; d. quamuis vt hominem condemnatis,tamen dico,&c.

pp. Orig.cœpit impleri hoc à tempore diſpenſatioois,viderunt enim diſcipuli reſurgentem:vel quia ſecundùm æternitatem;quæ eſt apud Deum,à principio mundi vſque ad finem eſt vnus dies, ſpatium breuiſſimum ſignificatur. 184. Glo. ſ. in forma quam iudicatis. 185. Orig.Firmitas quædam regalis ſignificatur. 186. Int.ſ.ad iudicandum in nube,vel mirabiliter operantem in Sanctis. 188. Hier. furor qui de ſolio excuſſerat,ad ſcindendas veſtes prouocat;ſolent autem Iudæi id facere, cùm audiũt aliquid contra Deum.Chry.in hom.fecit hoc vt accuſationem redderet grauiorem. 190. Chry.in ho. dicit hoc quaſi confeſſo peccato. 191. Chry.in hom.ipſi accuſant,ipſi diſcutiunt,ipſi ſententiã profe-runt. 192. Int.quia eũ blaſphemũ putauerunt,ideo morti addixerunt. Orig.quantus error,principalẽ omniũ vitam ream mortis pronunciare, & per tot reſurgentium teſtimonia, non reſpicere fontẽ vitæ.

Sens. Myst. In Cap. XXVI.

179. Orig.docet contemnere calumniantium voces. 187. Orig.nubes,Prophetæ,& Apoſtoli Chriſti,quibus mandat pluere. 188. Hier. per hoc oſtendit Iudæos ſacerdotalem gloriam perdidiſſe; & vacuam ſedem habere Pontificis.Glo.veſtis tamen Domini non poteſt ſcindi: manebit enim ſoliditas Eccleſiæ vſque in finem ſæculi indirupta.

Addit. Avct. In Cap. XXVI.

174. ſ. idoneum. nn. ὕστερον. i. deinde,poſterius. oo, Græ. per tres dies , ſeu triduo. 179. ſ. ſciens quicquid dixiſſet in calumniam rapiendum, nec quicquam profuturum. 182. pro,ita eſt vt dixiſti vide Mar.& ſuprà,num.64. 183. pro, & ſanè. pp. ſ.poſt hoc tempus.q d.aliquando. 185. pro , conſortem paternæ gloriæ,virtutis autem Dei,poſitum pro potentiæ Dei.Hebr. 188. ſcilicet , fingens dolorem zeli de blaſphemia. qq. pro , quid præterea.

Tunc expuerunt[193] in faciem eius,& colaphis[194] eum cæciderunt. Alij autem palmas[195] in faciem eius dederunt, dicentes: Prophetiza[196] nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit? Petrus verò ſedebat[197] foris in atrio:& acceſſit ad eum vna ancilla[198],dicens,Et tu cum Ieſu Galilæo eras? At ille negauit[199] coram omnibus, dicens, Neſcio quid dicis. Exeunte[200] autem illo ianuam: vidit eum alia ancilla,& ait his[201] qui erant ibi,Et hic erat cum Ieſu Nazareno.Et iterum negauit[202] cum iuramento:quia non noui hominem[203]. Et poſt puſillum[204] acceſſerunt qui ſtabant:& dixerunt Petro,Verè & tu ex illis es:nam & loquela[205] tua te manifeſtum facit. Tunc cœpit deteſtari[206], & iurare, quia non nouiſſet hominem. Et continuò gallus[207] cantauit. Et recordatus eſt Petrus[208] verbi Ieſu quod dixerat, Priuſquam gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus[209] foras, fleuit[210] amarè.

SENS. LIT. IN CAP. XXVI.

193. Hier. vt compleretur illud, dedi maxillam meam alapis, & faciem meam non auerti à confuſione ſputorum. 195. Int.aliàs alapas. 196. Glo.id dicunt in contumeliam ei qui ſe Prophetam haberi voluit. Hier. ſtultum erat verberantibus reſpondere, cùm palam percutientis inſania videretur. Chry.in hom.vide vt diligenter Euangeliſta opprobria exponat, gloriam maximam exiſtimãs Dominum orbis pro nobis talia ſuſtinere,in his ergo gloriemur. Aug.3.de con.Euang.inter prędictas Domini contumelias trina Petri negatio facta eſt. 197 Int. non appropinquabat Ieſu, ne miniſtris aliqua ſuſpicio orıretur.Hier. 198. Glo.per feminam ſeductus Adam, per feminam princeps Eccleſiæ compulſus negat. 199. Int.quia manifeſtare ſe expauit,qui adhuc nolebat mori.Rab. ¶ Leo in Serm. de Paſſ.hæſitare permiſſus eſt,vt in Eccleſiæ Principe remedium pœnitentiæ conderetur, & nemo de ſua virtute confideret.Chry.in hom.breui tempore ter negauit. 200. Aug.3. de con. Euang. intelligitur poſtquam exiit,cùm ſemel negaſſet,gallum cãtaſſe primum,quod Marcus dicit. 201. Int.ſ.cum quibus calefaciebat ſe Petrus. 202. Int.ſ.ab illis inquiſitus quibus ancilla propalauerat. Aug. 3. de con. Euan. Non foris negauit, ſed cùm exiret, viſóque eo,ancilla illa diceret,regreſſus ad focum negauit, vel non audiuit,quod dictum fuit,cùm exiret,ſed poſtquam rediit dictum eſt ei,quod Lucas commemorat 203. Hier.friuolum eſt quod quidam dicunt,negaſſe hominem, non Deum, ſenſumque eſſe, neſcio hominem,quia ſcio Deum. 204. Int.Lucas ait,quaſi facto interuallo vnius horæ. Aug.ſt. de con.Euang. v v. Glo Iohannes & Lucas vnum dicunt,quia vnus præcipuè dicebat, quem cæteri ſunt ſecuti;vel eſt hic plurale pro ſingulari. 205. Int. Hieroſolymitæ & Galilæi æquè ſunt Hebræi vnius linguæ,ſed quæque prouincia habet ſuum ſonum.H. . 206. Rab. primum dixit,Neſcio ſ, ſecundò,cum iuramento negat. Tertiò,cum deteſtatione;perſeuerare enim in peccato dat incrementum ſcelerum.& qui minima ſpernit,cadit in maiora. 208. Int. ſ. reſpiciente ſe Domino. Hier. fieri non poterat vt in tenebris permaneret,quem lux reſpexerat. 209. Int.ſ.vt haberet liberum locum flendi.Hier.

210. Leo Serm.de Paſſ.Felices lachrymæ, quæ ad diluendam culpam virtutem ſacri habuere baptiſmatis,citò petra ad ſoliditatem rediit.

SENS. MYST. IN CAP. XXVI.

193. Int.ſignificat eos,qui gratiæ eius præſentiam reſpuunt.Aug.1.de q.Euang. 194. Int.colaphis cædunt qui honores ſuos præferunt.Aug.1.de q.Euang. 195. Int. ſignificat eos qui eum veniſſe negant, tanquam præſentiam eius à ſe repellentes.Aug.1.de q.Euang. 199. Rab. & Chriſtum negat, qui ſe negat Chriſtianum eſſe,cùm ſit. 206. Rab. prauorum colloquia coegerunt Petrum negare;per hoc autem quod ante primum galli cantum negauit,deſignantur qui ante reſurrectionem Chriſti non credebant eum eſſe Deum.per hoc verò,quod negauit poſt galli cantum,ij, qui in vtramque Domini naturam errant.Prima autem ancilla,cupiditas;ſecunda,carnalis delectatio,aſtantes,dæmones. Orig.prima ancilla,ſynagoga,ſecunda,gentilitas,aſtantes,miniſtri hæreſium.Aug.1.de q.Euan.ter negauit, nam errant hæretici,aut de diuinitate, aut de humanitate, aut de vtroque. 207. Rab. i.doctos Eccleſiæ ſomnolentos increpans,Euigilate iuſti,& nolite peccare.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXVI.

193. quod apud Iudæos ignominioſiſſimũ. 194. i.pugnis. 195. i.alapas, vel colapho intellige percuſ-

ſum cellum aut caput, palmũ, faciem. 196. i. diuina. 77. id per ironiam, & conuitium. 81. τῆ πυλῶνα, in veſtibulum ſ. priorem atrij partem, intellige ergo ianuam, qua ex veſtibulo in atrium ibatur. 77. non ſtatim, ſed poſt id, quod narrat Luc. & Iohan. quoſdã illum ſimiliter interrogaſſe. 204. quaſi poſt horam, vt ait Lucas. 206. καταναθεματίζειν, i. deuouere, execrari. xx. Gra. qui dixerat.

CAPVT XXVII.

MANE autem facto: conſilium inierunt omnes Principes ſacerdotum, & ſeniores populi aduerſus Ieſum, vt eum morti traderẽt. Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præſidi. Tunc videns Iudas, qui eum tradidit, quod damnatus eſſet: pœnitentia ductus, retulit triginta argẽteos Principibus ſacerdotum, & ſenioribus, dicens: Peccaui, tradens ſanguinem iuſtum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris. Er proiectis argenteis in templo, receſſit: & abiens, laqueo ſe ſuſpendit. Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium ſanguinis eſt. Conſilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in ſepulturam peregrinorum: propter hoc vocatus eſt

SENS. LIT. IN CAP. XXVII.

1. INt. vide quàm ſolliciti in malo tota nocte vigilauerunt, vt facerent homicidiũ. Hier. ¶. Aug. 3. de conſ. Euang. perduxerat Matthæus narrationem vſque ad [illegible] manè, interpoſ[illegible] [illegible] go negatione Petri, eo redit. 2. Orig. putantes ſe [illegible] extincturos eius doctrinam, & fidem. 3. Int. quem v[illegible]nxerant in horto, vt Ioannes ait. Rab. 4. Int. mos erat, vt quem mor[illegible] ad[illegible] [illegible]ſſent, ligat[illegible] [illegible] traderent. Hier. ¶ Chry. in hom. ſtuduerunt pub[illegible]cè occidere, vt gloriæ eius detraher[illegible] quam tam multi admirabantur. 5. Orig. quod ſuum peccatum agnouit ex ſeminatione virtutis, fuit, quæ ſeminata eſt in omni anima rationali, quam quia non coluit, cecidit in peccatum. 6. Orig. ſ. Chriſtus, vel Iudas ſenſit malum ſuum, & ſe damnatum. 7. Chry. in hom. non [illegible] [illegible]olus videre malum, antequam factum ſit. 8. Int. quanto magis qui emerunt. 9. Leo Se[illegible]m. de Paſſ. non Dei Filium, ſed hominem credidit. 10. Int. emiſſe ſe audiunt, & tamen extra reatum ſe credunt, & in vendente ſcelus conſtituunt. Glo. quaſi dicat, quid ad nos pertinet pretium? fac tu inde quod vis. 11. Glo. vt eius pœnitentia infructuoſa, ita hæc oblatio exec[illegible]bilis. 12. Int. vt ſe [illegible]ſtenderet per[illegible]ſum cælo, & terræ. Rab. ¶ Orig. ſi locum pœnitentiæ requiſiſſet, fortè inueniſſet. 13. Chry. in hom. condemnati à propria conſcientia, quia occiſionem emerant. 14. Hier. verè culicem [illegible]ores, & camelum glutientes, ſi hoc non licuit, cur ſanguinem effundere? 15. Int. ſcilicet, gazophylacium. Hier ¶ Int. corbona interpretatur oblatio.

SENS. MYST. IN CAP. XXVII.

12. ORig. diabolus vbi induxit in peccatum, inducit triſtitiam, quæ abſorbeat. 14. Int. oblatio impiorum abominabilis eſt Domino, quæ offertur ex ſcelere. ſ. Aug. Serm. de cœn. Dom. Chriſtus viuos redimit, & mortuos ſuſcipit. ager, eſt mundus, figulus, Deus; peregrini, homines toto orbe exules, quibus Chriſti ſanguine requies prouidetur, nempe qui renunciantes ſæculo, nihil poſſident in mundo.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXVII.

a. ſcilicet cùm ad Pilatum ductus eſſet, vel duceretur 6. i. à ſacerdotib. morti addictum. b. ſiclos, ſcilicet, ſeu didrachmas ſolent Iudæi ſiclos vocare argenteos. vide 1. Reg. 18. Iſa. 7. Ier. 32. ſiclus autem ſanctuarij drachma 4. communis duæ. 9. Gra. inſontem, ſiue innocentem ἀθῷον, ſanguinem verò pro hominem dictum. Hebr. 10. i. Quid noſtra refert? c. q. d. tua eſt cura, non noſtra. 11. ſ. ante illorum pedes. d. i. atrio templi. 11. i. Gazophylacium, quod erat in atrio. Corbona vox Chald. nam Hebr. Corban. e. id eſt, quo ſunt empta cædes hominis.

ager

ager ille [g]Acheldemach: hoc eſt, ager ſanguinis, vſque in hodiernum diem. Tunc impletum eſt quod dictum eſt per [16]Ieremiam Prophetam dicentem. Et [17]acceperunt triginta argenteos pretium [19]appretiati, [20]quem [21]appreciauerunt à [22]filijs Iſraël: & dederunt eos in agrum figuli: ſicut [h]conſtituit mihi Dominus. [23]Ieſus autem ſtetit ante Præſidem, & [24]interrogauit eum Præſes dicens, [25]Tu es [l]Rex Iudæorum? Dicit illi Ieſus, [26]Tu dicis: & cùm accuſaretur à Principibus ſacerdotum, & ſenioribus, nihil [27]reſpondit. Tunc dicit illi Pilatus, Non [28]audis quanta aduerſum te dicunt teſtimonia? Et non [29]reſpondit ei ad vllum verbum, ita vt [30]miraretur Præſes vehementer. Per diem autem ſolemnem con[31]ſueuerat Præſes populo dimittere [m]vnum vinctum, quem voluiſſent: habebat autem tunc [32]vinctum [33]inſignem, qui dicebatur

SENS. LIT. IN CAP. XXVII.

16. Hier. hoc in Ieremia non inuenitur, ſed in Zacharia, non verbis, ſed ſenſu. Aug. 3. de conſ. Euang quidam codices non habent Ieremiam, ſed plures habent, & antiquiores; videturque deletum ab imperitis. poſuit verò Matthæus Ieremiam, inſinuans omnes Prophetas vno ſpiritu locutos, & quæ dixerunt ſingula eſſe omnium, & omnia ſingulorum; deinde quia eſt apud Ieremiam aliquid de emptione agri argento, quod etiam huc pertinet, alioqui quod ſequitur, quem appretiauerunt, &c. nec apud Zachariam, nec apud Ieremiam reperitur, vnde magis ex perſona Euangeliſtæ accipiendum eſt, qui reuelatione cognouerit ad hoc quod narrabat pertinere. Hier de opt. gen interp. Matthæo cura fuit nõ verba, & ſyllabas aucupari, ſed ſententias dogmatum ponere. Chry. in hom. Legi in quodam Hebraïco volumine Ieremiæ apocryphum, in quo hoc ad verbum ſcriptum eſt, mihi tamẽ videtur ſumptum ex Zacharia non verbis, ſed ſenſu Apoſtolorum more. 17. Int. in Zacharia legitur, appenderunt. 19. Int. ſ. Chriſti. 20. Int. ſ. me. 21. pluris me facientes, quam vile mancipium. 22. Glo. ſ. à quibus minus oportuerat. 23. Aug. de conſ. Euang. ad ordinem narrationis redit. 24. Orig. fortè deridens, aut dubitans. 25. Chry. in hom. hoc interrogat, quod aduerſarij, ſcientes enim Pilatum non curaturum legalia, ita accuſabant. Glo. non quærit de ſenſu, dandus ne ſit Cæſari, quod audierat reſpondiſſe reddenda Cæſaris Cæſari. 26. Int. ſic reſponſum temperat, vt ſermo eius calumniæ non pateat, & tamen verũ dicat. Orig. Pilati ſententiam confirmat. Chry in hom confeſſus eſt ſe regem, ſed cæleſtem. 27. Int vt verum patientiæ det exemplum, ſicut flagellatus ante, ita modò ſilet accuſatus. Hier. Pilato, qui inuitus promebat ſententiam aliqua ex parte reſpondit; iſtos verò indignos ſuo ſermone iudicauit. 28. Int. Ethnicus eſt, qui condemnat Ieſum, ſed cauſam refert in populum Iudæorum. Hier. ¶ Chry. in hom. volebat eum liberare, ſi ſe excuſando reſponderet. 29. Int. ſ. ne crimen diluens dimitteretur à Præſide, & crucis vtilitas differretur. Hier. ¶ Chry. in hom. quia peruerſo iudicio agebantur, tacet; aliquando verò reſpondet breuiter ne pertinax videatur. 30. Orig. ſ. conſtantiam, & inturbabilem grauitatem.

31. Int. non imperiali ſanctione; ſed ductus populi conſuetudine, cui placere volebat. Orig. Fuit hæc conſuetudo aliquando apud Iudæos, ſic enim liberatus Ionathas petente populo. Chry. in hom. volebat Pilatus eum liberare per hanc conſuetudinem. 32. Int. ſcilicet, propter ſeditionem, & homicidium.

33. Int. id eſt, vulgatum in malitia. Chry. in hom.

SENS. MYST. IN CAP. XXVII.

26. Hil. interroganti Pontifici, dixit, Tu dixiſti, futurum enim Chriſtum ex lege ſemper dixerat. Pilato verò, tu dicis, per fidem enim præſentis confeſſionis ſalus gentium eſt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXVII.

g. Chald. eſt חקל *Chakal, ager. Dema* אדמ*, ſanguis. Ager verò ſanguinis id eſt, emptus pecunia qua hominis mors empta fuit. 16. Ier. 32 aliquid ſimile eſt, plus in Zacharia ſecundùm 70. cuius hic loci ſenſus potius quàm verba. Hier. ait ſumptum ex quodam apocrypho Ieremiæ, quod ſe legiſſe teſtatur, ſic Paulus citat Apocryphum quoddam ad Iamne & Mambre. 19. id eſt, æſtimati à filijs Iſraël, ſic enim coniungẽdum. ſcilicet, tanti eſt ab eis æſtimatus filijs autem pro filio ſcilicet, Iuda. h. pro, præcepit per me.*

24. ſcilicet, poſt accuſationes Iudæorum, de quibus Lucas. l. ὁ ἐκεῖνος*. Rex ille ſcilicet expectatus.*

29. ſciens nihil profuturum, & quia vel Pilati ipſius teſtimonio innocens erat. 30. ſcilicet, & manſuetudinem, & mortis contemptum. m. ſcilicet, ex propoſitis à Præſide. 33. ſcilicet, flagitij.

Barrabas.[34] Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quem vultis dimittam vobis, Barrabam, an Ieſum[35], qui dicitur Chriſtus? ſciebat enim quod per inuidiam[36] tradidiſſent eum. Sedente autem illo pro tribunali: miſit ad eum vxor eius, dicens: Nihil tibi & iuſto[38] illi; multa enim paſſa ſum hodie per viſum[39] propter eum. Principes autem ſacerdotũ & ſeniores[40] perſuaſerunt populis vt peterent Barrabam: Ieſum verò perderent. Reſpondens autem Præſes, ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barrabam.[41] Dicit Pilatus.[42] Quid[43] igitur faciam de Ieſu, qui dicitur Chriſtus?[44] Dicunt omnes, Crucifigatur. Ait illis Præſes, Quid[45] enim mali fecit? At illi magis[46] clamabant,[47] dicentes, Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret:[48]

Sens. Liter. In Cap. XXVII.

35. Hier. Non dubitabat Ieſum potius eligendum. Chry. in hom. q. d. ſi non vultis vt innocentem, ſaltem vt condemnatum feſtiuitati dimittite, & vide quod cùm petitio ſoleret eſſe plebis, nunc petente principe plebs ferocior redditur. 36. Int. ſ. timentes ne omnes crederent in eum. Rem. ſic enim eſt apud Iohannem. Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum. 37. Rab. Tribunal, ſedes Iudicum? ſolium, Regum; cathedra, magiſtrorum. [3]8. Aug. Serm. de Paſſ. terretur iudex in coniuge; & torquetur, antequam torqueat. Rab. intelligens diabolus ſe per Chriſtum ſpolia amiſſurum, vult per mulierem liberare. 39. Hier. Gentilibus ſæpè à Deo ſomnia reuelantur. Chry. in hom non Pilatus ſomnium videt ſed vxor, quia magis digna, vel quia forte ille non dixiſſet. 40. Int. egreſſa eſt iniquitas à ſenibus & Iudicibus. Chry. in hom. inuidia excæcati plebem corrumpunt. 41. Glo. filium diaboli elegerunt pro Filio Dei, quæ petitio etiam hodie hæret eis amiſſa gente, & libertate, qui datorem libertatis perdere voluerunt. 42. Orig. ſ. volens tantæ iniquitatis pudorem incutere. 43. Glo. multas quærebat occaſiones eum cum populi beneuolentia liberandi. 44. Int. ſ. Rex veſter eſt. [45]. Orig. multiplicarunt impietatem, petentes non ſolum homicidam ad vitam, ſed & iuſtum ad mortem. Rab. cogitabant de morte peſſima, ſed eis non intelligentibus, erat electa à Domino; erat enim crucem, ſuperato diabolo, tanquam trophæum in fidelium frontibus poſiturus. 45. Int. vt vxor mandauerat, nihil tibi, & iuſto illi. Hier. hoc verò dicendo abſoluit Ieſum. 46. Int. ſ. quanto plus audiebant quod Palatus vellet eum liberare. 47. Hier. vt impleretur illud, Circundederunt me canes multi, & cet. & illud Ieremiæ, Dederunt ſuper me vocem ſuam. 48. Auguſt. 3 de con. Euang. multum enim conatus eſt, vt eriperet Ieſum furori eorum, ſæpiusq; hoc egit, cum Iudæis, vt dimitteretur.

Sens. Myst. In Cap. XXVII.

34. Glo. Barrabas, Antichriſtus; Pilatus vero, diabolum ſignificat, per quem Dominus vaſa ſua permittit probari. Hier. Chriſto Antichriſtum prælaturi ſignificantur. Rab. ſeditioſus Iudæis dimiſſus, ſcilicet, diabolus, ideo pacem habere non poſſunt. 38. Int. in Pilato & vxore eius Chriſtum iuſtum confitentibus gentilis populi teſtimonium eſt. Hier. 41. Orig. qui male agit, ei ſolutus eſt Barrabas, & Chriſtus vinctus; contrà verò ſi bene agat. 57. Hier. iſti neſcientes, Sacramẽta nobis tribuebant; Chriſtus chlamyde opera gentium cruenta ſuſtentat, corona maledictum ſoluit antiquum; calamo venenata occidit animalia. Hil. Chriſtus cocco id eſt, martyrum ſanguine perfunditur: ſpinis. i. gentium peccatis coronatur, inde enim Chriſto corona victoriæ contexitur; calamum. i. gentium infirmitatem. & inanitatem firmat. Rem. Chlamys, Domini caro; corona, ſuſceptio peccatorum noſtrorum. Rab. percutiunt caput calamo, qui errorem de diuinitate Scripturæ confirmant; conſpuunt faciem, qui præſentiam gratiæ reſpuunt; falsò adorant, qui malis eum actibus deſpiciunt. Aug. 2. de q. Euang. cap. 51. ſua veſte exutum alia induunt hæretici, qui verum corpus habuiſſe negant. Hier. cùm flagellatur. Dominus, & conſpuitur, non habet propria veſtimenta, ſed quæ propter peccata noſtra ſumpſerat.

Addit. Avct. In Cap. XXVII.

n. & de more petentibus vnũ [illegible] in dum ob feſti reuerentiam. 38. pro, cum iuſto illo nihil tibi ſit id eſt, illum miſſum fac p. pro, hac nocte. 39. id eſt, in ſomnis quidam putant agente dæmone, ne Chriſtus occideretur, alij Deo ſic volente Chriſti innocentiam comprobare. q. id eſt, perdendum curarent.

ſed

ſed magis tu[49]multus fieret[50]:accepta aqua,lauit manus coram populo,dicens,Inno[51]cens ego ſum à ſanguine iuſti[r] huius:vos vide[52]ritis.Et reſpondens vniuerſus populus,dixit, Sang[53]uis eius ſuper nos[54] , & ſuper filios noſtros. Tunc dimiſit illis Barrabam : Ieſum autem flagel[55]latum tradidit eis vt crucifigeretur. T[t]unc milites Præſidis ſuſcipientes Ieſum in præ[v]torio, congre[56]gauerunt ad eum vniuerſam coh[x]ortem , & exu[57]entes eum chla[58]mydem coccineam circundederunt ei : & plectentes coro[59]nam de ſpinis , poſuerunt ſuper caput eius : & arun[60]dinem in dextera eius : & ge[61]nu flexo ante eum , illudebant ei,dicentes : Aue Rex Iudæorum. Et expuentes in eum , acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et poſtquam illuſerunt ei , exu[62]erunt eum chlamyde: & induerunt eum veſtimentis eius,& duxerunt eum vt crucifigerent.Et exeũ[63]tes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem : hunc angari[z]auerunt vt to[64]lleret crucem eius. Et venerunt in locum qui dicitur

SENS. LIT. IN CAP. XXVII.

49. Int. i. rebellionis crimen ei contra Cæſarem impingeretur.Hier. 50. Int. quodammodo conteſtans,ego innocentem volui liberare. Remig. ita ſoleb nt antiqui ſe oſtendere immunes ab aliquo crimine. 51. Int. n n hoc Deum falli ,particeps eſt,ſed innocentior illis,qui dicũt,Crucifige, crucifi .Leo S m.de non euaſit reatum, qui in crimen tranſiuit alienum. 52. Int. q. d. ego miniſter ſum legum,veſtra vox ſanguinem fundit.Hier. 53. Int.i.culpa,& pœna. Hiero. perſeuerat adhuc hæc imprecatio ſuper Iudæos.Chry.in hom. vide inſaniam,ſibi ipſis,& filiis maledicunt: ſed Deus ſententiam eorum non fi mauit,ſed eos ſuſcepit,qui pœnitentiam egerunt. 54. Int.vnde per Eſaiam, Si leuaueritis manus ad me,non exaudiam , manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. 55. Int. Ideo flagellatus,vt nos à flagellis liberemur.Hier.Romanis legibus crucifigẽdus priùs ve ber batur. 56. Int. quia obiiciebatur ei,quòd vſurpaſſet imperium in populo Iudæorum,illuſionibus hoc oſtẽdunt. Hier. ¶ Glo.ideo Pilatus flage lauit,& illudendum dedit,vt ſatiati Iudæi , eius mortem amplius n n ſiti ẽt.
57. Int.ſ.propri s v ſtim ris.Hier. 58. Int.pro purpura,qua Reges vtebantur.Hiero. ¶ Aug. 3. de conſ.Euang.eſt uora quædam purpura cocco ſimillima,vnde Mar.purpuram dixit : apparet verò Matthæum iſta recapitulando commemoraſſe,ſunt enim geſta , ant quam traderet à Pilato crucifigendus,vt Ioan.indicat. 59. Int.pro diademate.Hier. 60. Int. pro, ſceptro. Hier. 61. Int.adorant , vt Regem.Hier. 62. Aug.3.de conſ.Euang. ſ. cùm duceretur ad crucifigendum , poſtquam Pilatus eum tradidit. 63. Chry.in ſerm.de Paſſ. extra ciuitatem voluit pati , ne putaret pro illo populo tantùm oblatus. 64. Hier.prius Chriſtus portauerat,vt ait Iohannes.Orig.non ſtati , vt angariauerunt : ſed prope locum in quo erant ſuſpenſuri, iſti crucem impoſuerunt.

SENS. MYST. IN CAP. XXVII.

64. Conueniebat etiam nos cruc m po re.Hier.Crucem ſuſcipiunt nationes. Hil. ndi au erat Iudæus Chriſti crucem ferre.Rem.Simon.i.obediens, erat verò iſte aduena ex Cyrene ciu tate Lybiæ, & ſignificat gentes Dei teſtamentorum peregrinas.Glo. venit iſte de villa,id eſt,gentilitate , quæ relicto pago, id eſt, paganis ritibus Chriſtum im atur.

SENS. MYST. IN CAP. XXVII.

51. q.d.ego hunc iuſtum non interficio, ſed vos. r. i.cædes,vel vltio ſanguinis. 53. i. nobis mors eius imputetur , à nobis & filiis noſtris pœna exigantur. 55. φραγελλώσας , voce Latina vſus eſt. t. id per recapitulationem, factum enim ante condemnationem ad crucem. v. εἰς τὸ πραιτώριον , & hic Latina vox. x. eſt circiter decima pars legionis. 57. ſ. veſtibus omnibus. Hæc omnia iuſſu ne Pilati fecerint, an Iudæorum ſuaſu,incertum. 58. Chlamys veſtis erat Regum & militum , quæ & paludamentum. ſ. militare pallium. 59. hanc capiti infixerunt,vt etiam Tertull. teſtatur lib.de Coron.mil. 60. ſ.ſceptri loco. 62. relicta, vt apparet corona in capite. z. i. coegerunt : dicitur eſſe vox Perſica. 64. quod Chriſtus non videretur poſſe ferre diutius,& Iudæi mortem accelerarent.

[65] Golgotha, quod eſt Caluariæ [66] locus. Et dederũt ei [67] vinum bibere cum [68] felle mixtum. Et,cùm [69] guſtaſſet, noluit bibere. Poſtquam autem [70] crucifixerunt eum, [71] diuiſerunt veſtimenta eius, ſortem mittentes, vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam, dicentem, Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper [72] veſtem meam miſerunt ſortem. [73] Et ſedentes, [74] ſeruabant eum. Et [75] impoſuerũt ſuper [76] caput eius [aa] cauſam ipſius ſcriptam, Hic eſt Ieſus Rex Iudæorum. Tunc crucifixi ſunt cum eo duo [77] latrones, vnus à dextris, & vnus à ſiniſtris. Prætereuntes autem [bb] blaſphemabant eum, [79] mouentes capita ſua, & dicentes, [80] Vah qui deſtruis templum Dei, & in [81] triduo illud reædificas, ſalua temetipſum: ſi [82] Filius Dei es,

Sens. Lit. In Cap. XXVII.

65. Int.vt vbi erat area damnatorum,ibi ſint vexilla martyrum.Hier. ¶ Rab.Golgotha Syriacè, Latinè Caluaria. 66. Int.ſ.decollatorum.Hier.non eſt autem vt quidam volũt,illic ſepultus Adam, ſed iuxta Hebron. 68. Aug.3.de conſ.Euan.Marcus ait myrrhatum,Matthæus autem fel poſuit pro amaritudine,fieri tamen poteſt,vt felle,& Myrrha miſtum eſſet. Hier. impletur illud, Dederunt in cibum meum fel. 69. Aug.3.de conſ.Euang Marcus ait non accepiſſe.ſ.vt biberet. 70. Aug lib.83.q.q.25. Crucifigi voluit Chriſtus,vt nullum homo genus mortis metueret:hoc enim nihil erat execrabilius, & formidabilius.Chry.ſerm.de Paſſ.ideo in excelſo ligno paſſus eſt,vt aërem etiam mundaret:terrámque decurrente ſanguine. 71. Chry.in hom.magna Chriſti abiectio: diuiſio enim veſtimentorum fit in valde vilibus,& nihil aliud habentibus. 72. Int.ſ.tunicam inconſutilem. 73. Hier.ſ.milites.

74. Int.diligentia hæc nobis profecit,vt apertior virtus reſurrectionis appareat.Hier. 75. Int.ſ.Pilatus,& miniſtri.Hier.forſitan illudentes hoc fecerunt. Remig. diuinitus hoc procuratum fuit, vt intelligeretur nec per mortem imperium amiſiſſe. a a. Glo. pro qua eum Iudæi Pilato tradiderunt.

77. Hier.ſicut pro vobis factus eſt maledictũ, ita inter noxios crucifigitur. 79. Int Sicut mobiles greſſu corporis,ita & mente,& ſermone. 80. Int.fatuus populus cõcordat voci falſorum teſtiũ. Hier. ¶ Remig.Vah,interiectio eſt inſultãtis,ſiue irridentis. 81. Hil.quid ergo veniæ erit,cùm poſt triduũ reſurrexerit? 82. Chry.ſer.de Paſſ.Ideo non deſcendit quia Filius eſt,venit enim vt crucifigeretur.

Sens. Myst. In Cap. XXVII.

67. Int.quia omnes conuerſi ſunt ei in amaritudinem vitis alienæ.Hier. 69. Int.Guſtauit quidem mortem ad horam,ſed tertia die reſurrexit.Aug.3.de conſ.Euang. 70. Rab.Crucis latitudo, hilaritas operantis:manus enim,opera:altitudo,expectatio retributionis ex Dei iuſtitia: longitudo, tolerantia: profundum,Sacramenti ſecretum.Glo.ex profundo conſurgit,quod eminet ex occulta enim Dei voluntate vocatur homo ad participationem gratiæ,alius ſic, alius autem ſic. 76. Orig. portabat ſacerdotum Princeps in capite ſanctificationem Domini ſcriptam: & Chriſtus verus Princeps & Rex ſcriptum habet Rex Iudæorũ.Rab.ſuper crucem Regis maieſtas fulgebat. 77. Leo ſer.de Paſſ. in ipſa patibuli ſpecie mõſtrata eſt omnium hominũ in iudicio facienda diſcretio.Hil. ſignificatur omne humanũ genus ad Paſſionis Sacramentũ vocari.Rem.qui à dextris, ſignificat cõtinentes intẽtione Deo placendi,alter verò cõtinentes non tali intentione. 78. Int.non in via veritatis pedem ponentes.Hier

Addit. Avct. In Cap. XXVII.

65. Heb.Gulgeleth,Caluaria.Chald Golgotha. 66. illic enim malefici puniebantur,& eorum capitibus loca plenus. 68. i. amara myrrha, vt Mar.ait. 70. milites.ſ. 71. ſ.per ludibrium, & auaritiam. idq; in quatuor partes,vt ait Ioan. nempe quatuor erant milites qui crucifixerant:dicuntur autem fuiſſe veſtimenta tria.ſ. tunica inconſutilis,velut induſium: veſtis talaris,& pallium, ſeu veſtis ſuprema. 72. ιματισμόν. i. veſtitum:videntur quidem miſiſſe ſortem,non ſolùm ſuper tunicam, vt ait Ioan. ſed etiam ſuper reliquarum veſtium partes quatuor vt indicant alij Euang. quidam tamen putant ſolùm ſuper tunicam miſſam ſortem. vide Ioan. 74. ſ. ne quis eriperet. a a. αἰτίαν,quod etiam accuſationem,& crimen ſignificat. b b. id eſt, maledicebant, conuitiabantur.

deſcen

[83] deſcende de cruce. Similiter & Principes ſacerdotũ illudentes cum Scribis & ſenioribus,dicebant,[84] Alios ſaluos fecit:ſeipſum non poteſt ſaluum facere.Si Rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce,& [85] credemus ei. Confidit in Deo, [86] liberet eum nunc ſi [cc] vult. [87] Dixit enim quia Filius Dei ſum. Idipſum autem & [88] latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei. A [dd] ſexta autem hora [89] tenebræ factę ſunt ſuper [ee] vniuerſam terram, vſque ad horam [90] nonam. Et circa horam nonam [91] clamauit Ieſus voce [ff] magna, dicens: Heli, [92] heli, lama[gg] ſabachtani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, vt quid [93] dereliquiſti me? [94] Quidam autem illic ſtantes,& audientes,dicebant,

SENS. LIT. IN CAP. XXVII.

83. Chryſoſtomus Sermone de Paſſione imitantur vocem Patris, diabolus enim dicebat,Si Filius Dei es, mitte te deorſum. Leo Sermone de paſſione nunquid legiſtis, O Iudæi, Dominus deſcendit de cruce,& non potius Dominus regnauit à ligno? Rab. ſi deſcenderet, virtutem patientiæ non demonſtraret;qui de cruce ſurgere noluit,de ſepulchro reſurrexit. Hieronimus hoc ſuggeſſerunt dæmones,vt enim Chriſtus crucifixus eſt,ſenſerunt virtutem crucis,& ſuas virtutes fractas eſſe intellexerunt; id ergo agunt, vt de cruce deſcendat. 84. Int.nolentes verum dicunt,& qui hoc potuit,poſſet vtique illud,ſed minus nolebat,vt faceret maius.Hier.ſua iſtos condemnat ſententia. Qui enim alios ſaluos fecit,ſe etiam,ſi vellet, ſaluum poſſet facere. 85. Hier.fraudulenta promiſſio, plus enim eſt reſurgere,ſed non ideo crediderunt. 86. Chry. in hom. quaſi verò Prophetæ & iuſti non fuerint, quos Deus à periculis non eripuit. 87. Chry. in hom.volunt oſtendere eum pati tanquam ſeductorem, & ſuperbum. 88. Int.plurale pro ſingulari.Aug.3.de conſ.Euang ſic in epiſtola ad Hebræos.Clauſerunt ora leonum,cùm ſolus Daniel ſignificetur.Hier.dici poteſt,prius vtrunque blaſphemaſſe,ſed poſtea viſis ſignis,alterum eſſe conuerſum dd. Glo.Crucifixus eſt hora quaſi ſexta.Marcus ait hora tertia,quia tunc Iudæi,vt crucifigeretur clamarunt. 89. Int.ſ.ne ſol pendentem Dominum videret, vel ne impij ſua fruerentur luce. ¶ compatiuntur elementa conditori ſuo.Chry.Serm. de Paſſ. non poterat creatura ferre iniuriam Creatoris, retraxit ergo Sol radios, ne videret impiorum facinora. Orig. non erat illo tempore coniunctio Lunæ ad Solem,erat enim plenilunium.Dionyſ.epi.7.videbamus mirabiliter Soli incidentem Lunam, non enim erat tempus coniunctionis, vidimus etiam eclipſin ex Oriente inchoatam. Orig.narrat Phlegon in Chronicis ſuis mirabile hoc factum in principatu Tiberij. ee. Orig.ſ. Iudææ vel Hieruſalem,ſic 3.Regum. Non eſt gens aut regnum ſcilicet,circa Iudæam,vbi te non quæſierit Dominus meus.Chry.in hom.mirandum in omni terra tenebras factas,quod nũquam prius contigerat:& mirabilius hoc fieri eo crucifixo,quàm ſi fieret ambulante ſuper terram:ſufficiebat verò hoc eos conuertere,ſed multa malitia,& deſidia tenebantur. 90. Int.ne putetur conſueta eclipſis per tres horas tenebræ factæ ſunt.Chry.in hom.Eclipſis in momento tranſire ſolet. 91. Chry.in hom. oſtẽdit ſe viuere, & illud miraculum feciſſe. 92. Int.ſuſceptæ naturæ in primis parentibus corruptæ deplorat miſeriam.Hier.vſus eſt principio Pſalmi 21. Chry. in hom. vſque ad vltimam horam teſtimonium perhibet veteri Teſtamento. Hil. querela derelicti, morientis infirmitas eſt: non mireris verborum humilitatem formam ſerui ſciens. 93. Int.humana natura erat derelicta, non Dei Filius. Orig. Fortè videns peccata hominum, pro quibus patiebatur, hoc dixit. Rab. quorum ſuſcepit culpam, deplorat miſeriam. 94. Hier. ſ. Romani milites non intelligentes Hebraicum ſermonem, vel Iudæi, qui ſuo more Chriſtum imbecillitatis infamant, qui Eliam imploret.

SENS. MYST. IN CAP. XXVII.

88. Hil.ſcandalũ crucis vniuerſis fidelibus futurũ ſignificatur.Hie.latrones duo,Iudæi,& gentes, primò Chriſtum blaſphemãtes,ſed gentes per ſigna conuerſæ,Iudæos increpant blaſphemãtes. 89. Ori. extendente Moyſe manus in cælũ,factę ſunt tenebræ ſuper Ægyptios,tenẽtes ſeruos Dei in ſeruitute: ſic nũc ſuper Iudæos:illic tres dies,hic tres horæ,priuati enim lumine Patris,Chriſti,& Spiritus ſancti. 90. Orig.Iterum enim lumen refulſit,nempe vbi plenitudo gentium intrauerit, Iſraël ſaluus fiet.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXVII.

cc.pro,amat.Heb.ſ.eum. 88. pro,latro Synechdoche. ee. etiam extra Iudæã,vt ait Dionyſ Areopag.epiſtola ad Apollophanem. ff. ad ſignificandum dolorem. 92. non quæritur,nec cauſam quærit,ſed eſt expreſſio quædam doloris maximi,& cruciatus. gg. Chald.ſabathani. nam Hebr. עזבתני.

[95] Heliam vocat iſte. Et continuò currens vnus ex eis, acceptâ ſpongiâ impleuit aceto: [96] & impoſuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri verò dicebant, [hh] Sine videamus an veniat Helias liberans eum. Ieſus autem iterum [97] clamans voce [*] magna, [98] emiſit [99] ſpiritum. [ll] Et ecce [mm] velum [100] templi ſciſſum eſt [101] in duas partes, à ſummo [102] vſque deorſum: [103] & terra [104] mota eſt, & petræ ſciſſæ ſunt: & monuméta [105] aperta ſunt, & multa [nn] corpora ſanctorum qui dormierant, [106] ſurrexerunt, & [107] exeuntes de [108] monumentis, poſt reſurrectionem eius venerunt in [109] ſanctam ciuitatem, & apparuerunt [110] multis. Centurio autem, & qui cum [111] eo erant cuſtodientes Ieſum: viſo terræmotu, & [112] his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes: [113] Verè Filius Dei erat iſte. Erant autem ibi [pp] mulieres multæ

SENS. LIT. IN CAP. XXVII.

95. Int. ex eo quod dixit Heli. Hier. 96. Glo. hoc factum (vt ait Iohannes) vt illud impleretur: In ſiti mea potauerunt me aceto. 97. Int. Quid dixerit Lucas aperit, ſcilicet, Pater in manus tuas commẽdo ſpiritum meum. Aug. 3. de conſ. Euang. * Chry. in ho. ſic Deum verum oſtendit, homines enim cùm moriuntur, vix tenuem vocem emittere poſſunt. 98. Int. non alius extorſit. Hier. diuinæ hoc poteſtatis erat, vnde ipſe, Nemo poteſt tollere animam meam à me, &c. 99. Hier. id eſt, animam, huius enim ſubſtantia ſpiritus eſt. Aug. Serm. de Paſſ. pro ſeruis mori charitatis immenſæ. Prima ergo paſſionis Chriſti cauſa, quia ſciri voluit quantum amaret hominem Deus. Secunda, vt ſententiã mortis aboleret, nec mirandum pro nobis poſuiſſe animam, quam ſuſcepit à nobis, qui tanta pro nobis fecit, & talia largitus eſt. Idem contra Felici. cap. 18. Mortuus eſt, non ſecundùm pœnam iniuſtitiæ, quam non habuit, ſed ſecũdùm legem naturæ, quam pro hominum redemptione ſuſcepit. Damaſc. 3. lib. cap. 27. permanſit inſeparabilis diuinitas ab anima & corpore. 100. Augu. 3. de conſ. Euang. ſcilicet, cùm emiſit ſpiritum. 103. Hier. crucifixum Dominum ſuum, cælum, terra, & omnia demonſtrant. 106. Hier. non tamen antequam Dominus reſurgeret, vt eſſet primogenitus ex mortuis Rem. Reſurrexerunt, vt eſſent teſtes Dominicæ reſurrectionis; credendum verò eſt aſcendiſſe in cælum, cum Domino aſcendente, nec iterum fuiſſe mortuos, vt quidam volunt. 107. Int. quo ordine hoc, & quando conſiderandum eſt. 108. Int. ſcilicet, ad teſtimonium Dominicæ reſurrection[is]. 109. Hier. quæ ſancta appellabatur, ob templum, & ſancta Sanctorum, & diſtinctionem vrbium, in quibus idola colebantur.

110. Int. i. idoneis, non omnibus, quia non g[en]eralis reſurrectio. Hier. 111. Int. ſcilicet milites.

112. Aug. 3. de conſ. Euang. inter quæ & illud, quod Lucas ait Centurionem fuiſſe miratum.

pp. Chry. in hom. magna mulierum fortitudo, quæ, cùm diſcipuli fugiſſent, adfuerunt.

SENS. MYST. IN CAP. XXVII.

96. Hil. vinum quod in Adam coacuit, immortalitatis eſt honor, aut virtus. potauit ergo, ad ſe in communionem immortalitatis ea, quæ in nobis erant vitiata transfundens. Remig. Acetum, Iudæi à patribus degenerantes; ſpongia, fraudulenta corda: arundo, ſcriptura ſacra, quæ hoc facto implebatur.

100. Orig. conciſum eſt velum exterius tabernaculi, non quod velat ſancta ſanctorum: vt ab initio mundi vſque ad finem occultata myſteria publicentur. cùm autem venerit quod perfectum eſt, tunc auferetur etiam ſecundum velum. 102. Int. i. ab initio mundi, quando homo conditus eſt, vſque ad conſummationem ſæculi. 104. Hil. omnia fortia penetrat Dei verbum. Glo. petræ, corda gentilium, vel terrenorum, qui Chriſti paſſione commutantur. 105. Int. in typum futuræ reſurrectionis. Hil. erant mortis clauſtra reſerata. 113. Rab. in Centurione, fides Eccleſiæ deſignatur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXVII.

95. Apparet dixiſſe id milites Romanos, non intelligentes Syriacam linguam. hh. i. omitte, q.d. ne des. 96. ſ. vt celerius moreretur: dicitur enim vinum, & acetũ, ex vulnere mortem accelerare. 97. κράξας, cùm clamaſſet. 98. ſ. poſt horam nonam, tempore veſpertini ſacrificij. ll. Chriſto, ſcilicet, mortuo. mm. ſ. quod erat ante propitiatorium. 100. velut templo præ indignatione veſtem ſcindente. nn. pro, fidelium. 106. non tamen ante Chriſtum: quidam putant ad vitam immortalem ſurrexiſſe, alij negant. 107. pro nam exeuntes. oo. monumenta enim extra ciuitatem. 113. vel diuinitatem agnouit, vel ſanctitatis excellentiam ſignificat, vt Luc. indicat.

à longè,

à longè[114], quæ ſecutæ erant Ieſum à Galilæa miniſtrantes[115] ei: inter quas erat Maria[116] Magdalene:& Maria[117] Iacobi[118],& Ioſeph mater: & mater[119] filiorum Zebedæi. Cùm autem ſerò factum eſſet, venit quidam homo diues[120] ab Arimathia[121], nomine Ioſeph, qui & ipſe erat diſcipulus[122] Ieſu. Hic acceſſit[123] ad Pilatum: & petiit corpus Ieſu. Tunc Pilatus iuſſit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioſeph[124] inuoluit illud in ſyndone munda[125]: & poſuit illud in monumento[126] ſuo nouo[127]: quod exciderat[128] in petra. Et aduoluit ſaxum magnum[129] ad oſtium monumenti,& abiit. Erant[130] autem ibi Maria Magdalene, & altera[qq] Maria ſedentes contra ſepulchrum. Altera autem die quæ eſt poſt Paraſceuen[131], conuenerunt Principes[132] ſacerdotum, & Phariſæi ad Pilatum, dicentes: Domine recordati ſumus,quia ſeductor[133] ille dixit[134] adhuc viuens,Poſt tres[135] dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſque in diem tertium: ne fortè veniant diſcipuli eius, &

Sens. Lit. In Cap. XXVII.

114. Aug.3.de conſ.Euang. Aliæ à longè erant,aliæ iuxta crucem,vt Ioannes ait, vel, à longè erant comparatione turbæ circunſtantis; propè verò, quia in conſpectu propè aderant, vel cùm prius iuxta fuiſſent,recedentes,à longè ſtabant. 115. Hier. apud Iudæos mos erat,vt mulieres de ſubſtantia ſua victum & veſtitum præceptoribus miniſtrarent,quod,ne gentibus ſcandalum faceret Paulus abiecit. 116. Int.ſ.de qua Dominus eiecerat ſeptem dæmonia. 117. Int.ſoror matris Domini.Hier.quæ & vxor Alphæi,quam & Ioannes Mariam Cleophe vocat. 118. Int.ſ.minoris. 119. Int.quæ regnũ ſuis poſtulauerat filiis.Orig.hanc Marcus vocat Salome. 120. Hier.hoc refertur,vt oſtendat cur à Pilato corpus potuerit impetrare, in alio autem Euangelio appellatur conſiliarius, & de ipſo quidam putant illud ſcriptum,Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum. 121. Int.ipſa eſt Ramata Helcanæ,& Samuelis ciuitas. Remig. eſtque ſita in regione Chananitica iuxta Dioſpolim. 122. Gloſ.occultus prius,vitans inimicitias Iudæorum,ſed de illis non curans nunc. 123. Chry. in hom. in periculum mortis ſe tradidit,inimicitias ad omnes aſſumens. 127. Hier.ne ſurrexiſſe alius fingeretur. 128. ne ſi ex multis lapidibus eſſet ſuffoſſis fundamẽtis,ablatus furto diceretur. 129. Int. vt non poſſet aperiri ſepulchrum ſine auxilio multorum.Hier. ¶ Aug.Serm.de Sabbato ſancto,ſi paruus eſſet,poterant dicere ſe dormientibus ſublatum. 130. Remig.cæteris abeuntibus,ſolæ mulieres perſeuerant. Hier. expectabant quod promiſerat Ieſus;ideo meruerunt primæ videre reſurrectionem. 131. Int.i.præparationem Paſchæ.Rab.Sexta ſabbati præparabant neceſſaria ſabbatho. 132. Hier. etiam poſt mortem Chriſti nequitiæ virus exercent. 133. Int. non ſufficit ſcelus mortis, niſi poſt mortem famam eius lacerent.Hier. ¶ Int.quod erant Domino imponunt. Hier. ignorantes, verum dicunt,ſeductor enim erat Chriſtus à falſitate in veritatem,à vitiis ad virtutes;à morte ad vitam ducens. 135. Remi. dixerat enim,Sicut fuit Ionas tribus diebus,&c.

Sens. Myst. In Cap. XXVII.

125. Remi.Sindon,Chriſti corpus ſignificat,ex terra.i.virgine ſumptum, & per paſſionis laborem ad immortalitatis candorem perductum.Raba.primitiuæ mos Eccleſiæ ſacrificium altaris, non niſi in lino terreno celebrandi;quod à beato Silueſtro legitur ſtatutum. Hieron. Corpus Domini linteamine puro obuoluendum eſt, quod ſpiritualiter facit; qui pura mente ſuſcipit. 126. Int.in ſimplici ſepultura Domini,condemnatur ambitio diuitum, qui nec mortui diuitiis carent.Hier. ¶ Aug.Serm.de Sabbato ſancto,ideo in aliena ſepultura,quia pro aliorum moriebatur ſalute. 127. Hier. nouum ſepulchrum Mariæ vterus. 128. Hil.per Apoſtolorum doctrinam, gentilium durities Chriſtum recepit,nullo ante ingreſſu timoris Dei peruium. 131. Rab.Sexta die factus homo.Septima Deus requieuit.Sexta Chriſtus moritur,Sabbato quieſcit in ſepulchro. 135. Aug.in Serm.de Paſſ.vt in eius paſſione Trinitatis totius aſſenſus monſtraretur.

Addit. Auct. In Cap. XXVII.

119. quæ dicta Salome. Mar.15. 120 & nobilis,vt ait Mar. qq. & alia,vt ſcribit Luc.
133. πλάνος,impoſtor,deceptor.

furentur eum,& dicát plebi,Surrexit à mortuis:& erit nouiſſimus error, peior priore. Ait illis Pilatus. Habetis cuſtodiam. Ite cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autem abeuntes, munierunt ſepulchrum,ſignantes lapidem cum cuſtodibus.

SENS. LIT. IN CAP. XXVII.

137. Int.ignoranter [illegible] dicunt,quia peior eſt contéptus pœnitentiæ,quàm error ignorantiæ. Rab. 139. Int.quanto diligentius ſeruatur,tanto magis virtus reſurrectionis oſtenditur. Hil.quanta ſtultitia,& infidelitas,ignorare ſepulchrum eius,quem viderant mortuũ de ſepulchro ſuſcitaſſe. Chry.in hom. nolentes demõſtrant veritatem reſurrectionis:quia enim cuſtodirũ eſt ſepulchrũ, nulla fraus facta eſt.

SENS. MYST. IN CAP. XXVII.

136. Raban. ablatam diſcipuli à Iudæis Scripturam, in Eccleſiæ vſum contulerunt, Chriſtumque illis infidelitate torpentibus auferentes,gentibus credendum tradiderunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXVII.

rr. Græ. κουστωδίαν. Latinè vox milites cuſtodes cuſtodia dicebantur,quòd ciuitatem cuſtodirent. ss. ἠσφαλίσαντο,muniuc. tt. σφραγίσαντες.ſigillantes,ne quid ſcilicet fraudis fieret.

CAPVT XXVIII.

Veſpere autem ſabbati,quæ luceſcit in prima ſabbati, venit Maria Magdalene,& altera Maria videre ſepulchrum. Et ecce terræmotus factus eſt magnus. Angelus enim Domini deſcendit de cælo:& accedens,reuoluit

SENS. LIT. IN CAP. XXVIII.

1. Aug.3.de con.Euang:à parte prima noctis noctem ſignificauit, in cuius fine venerunt,diluculo enim venerunt(vt ait Mar.) Rab. Veſpere venire cœperunt,parauerunt enim aromata, &c. ſed luceſcente mane peruenerunt. Hier.crebrò abibant,& redibant mulieres. 3. Int.ſ. quãdo primum licuit operari. Aug.3.de con.Euang. Glo.Sabbato ad veſperam emerunt aromata,& quia nocte non poterant,mane ad ſepulchrũ venerunt. 5. Hier.quæ foris agimus oſtendunt [illegible] Dei. Chry.in hom. Factus eſt terræmotus,vt euigilarent milites,probabile eſt enim quoſdam obdormiſſe. 6. Int.ſ.præbens obſequium Domino ſuo. Beda in hom.inter acta humanitatis Chriſto Angelorum miniſteria non deſunt. 7. Int.non vt egreſſuro ianuas aperiat,ſed vt egreſſum eius pandat iam factum. Beda in hom. qui enim clauſo vtero potuit naſci.potuit clauſo ſepulchro reſurgere. Seuerianus in Serm. Paſchæ,aduolutus lapis probauit mortem;reuolutus,reſurrectionem;ſepulchrum,mortem;non mortuum deuorauit;recepit mortuum,viuum reddidit.

SENS. MYST. IN CAP. XXVIII.

1. Remig. Indicatur noctis illius dignitas,alioqui enim veſpera non luceſcit in diem,ſed obtenebreſcit in noctem;ſed Dominus noctem [illegible] hanc ſuæ reſurrectionis feſtiuam,& coruſcam reddidit. Beda in hom. antea dies noctem præcedebat, cecidit enim homo à luce Paradiſi in ſeculi tenebras,nunc dies ſequitur;per fidem enim reſurrectionis à peccato in lucem reducimur. Seuer. Serm.Paſchæ,illuminatur per Chriſtum ſabbatũ,non deletur, non enim venit ſoluere legem 3. Seueri,ſero mulier currit ad veniam,quæ mature cucurrit ad culpam. 4. Seuer. Eccleſia ex duobus populis i gentilibus,& Iudæis veniens,vna eſſe ſignificatur, vno duarum fœminarum nomine. Glo. duæ plebes pari deuotione, Chriſti paſſionem,& reſurrectionem ſunt amplexæ. 5. Hi. concuſſo mortis aculeo,& illuminatis tenebris,inferorum trepidatio commouetur. Beda in hom.terrena corda per fidem paſſionis & reſurrectionis ad pœnitentiam permouentur. Seuer,Serm.Paſchæ. Si ita terra tremuit reſurgente Domino ad veniam,quid erit cùm ſurget ad pœnam,dicente Propheta, Terra tremuit cum reſurgeret in iudicium Deus? 7. Remi.lapis,lex quæ in lapide ſcripta eſt,reuolutio, Sacramentorum reſeratio.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXVIII.

1. id eſt,in fine noctis,quæ luceſcit,&c. itaque ſignificatur tempus diluculum matutinum. Nota Chriſtum poſt mediam noctem reſurrexiſſe,& ante ortum ſolis,quanto verò ante,incertum. Quidam putant diluculo,alij paulo poſt mediam noctem. 6. idea,ſpecies,forma.

lapidem,& ſedebat ſuper eum.Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur,& veſtimentum eius ſicut nix,præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes:& facti ſunt velut mortui.Reſpondẽs autem Angelus, dixit mulieribus,Nolite timere vos,Scio enim quod Ieſum,qui crucifixus eſt,quæritis. Non eſt hîc. Surrexit enim, ſicut dixit. Venite, & videte locum vbi poſitus erat Dominus,& citò euntes dicite diſcipulis eius,quia ſurrexit:& ecce præcedet vos in Galilæam,ibi eum videbitis:ecce prędixi vobis.Et exierunt citò de monumento cum timore,& gaudio magno,currentes nunciare diſcipulis eius.Et ecce Ieſus occurrit illis,dicens : Auete.Illæ autem acceſſerunt, & tenuerunt pedes eius:& adorauerunt eum.

SENS. LITER. IN CAP. XXVIII.

8. Seuer,vt fidei doctor,& reſurrectionis magiſter.Aug.3.de conſ. Euang.Marcus ait,viſum Angelum ab introeuntibus ſedentem in dextris;ſed fuerunt duo Angeli;vel vnus fuit:intraſſe verò dicuntur in monumenta mulieres , id eſt, in aliquem ſeptum locum ante monumentum. 12. Seueri. in Serm. Paſchæ. Surgente Domino terrenis redditur cæleſte commercium; & mulieri, cui fuerat cum diabolo lætale conſilium, fit cum Angelo vitale colloquium. 13. Hier. q. d. illi timeant, in quibus permanet incredulitas. 14. Int. quia multi hoc nomine dicebantur, determinat qui crucifixus eſt. 15. Seuer. ita earum fidem paſſionis procella turbauerat, vt adhuc mortuum requirerent,cæliq; Dominum quærerẽt in ſepulchro. 16. Int.ſ.per præſentiã carnis.Rab. c. Seuer.in eadẽ carne rediit Dominus,& nos redibimus. 17. Int.impoſſibile eſt enim nõ fieri quæ dixit. 18. Int.q.d etſi verbis nõ creditis,venite,&c.Hier. 19. Seuer.locum oſtendit,ne alter,& non idem reſurrexiſſe crederetur. 20. Rab.Non ſolis vobis gaudium hoc teneatis. e. Aug.3.de conſ.Euang.id eſt,ab illo loco vbi erat horti ſpatium ante monumentum. 22. Hier.ſcilicet, de magnitudine miraculi. 23. Hier. ſcilicet, ex deſiderio reſurgentis. 24. Int.quia ſic intentæ. g. Aug.3.de conſ.Euang.bis collocutionem Angelorum habuerunt. prius vnum videntes,de quo Matth.& Marc.poſtea duos,de quibus Lucas & Iohan.Item,Domini bis, ſemel cùm Maria hortulanum putauit,& nunc cùm occurrit in via. 27. Rab.pedes præbuit,vt veram ſe carnem habere demonſtraret.

SENS. MYST. IN CAP. XXVIII.

8. Seueri. lapis,mortem ſignificat omnes præmentem, quam Chriſtus ſua virtute ſubiecit. Beda in hom.ſtans Angelus aduentum Chriſti prædixit, ſignificans venire ad diabolum debellandum, ſedens autem reſurrectionem,ſignificans ſedem regni perpetui. 9. Int.ipſo habitu terribilem futurum reprobis , & blandum ſignificat iuſtis.Greg.hom.in fulgore enim terror, in candore blandimentum. Seueri. Fulgur de cælo,nix de terra eſt. ſignificatur ergo claritas cæleſtis naturæ, & gratia communionis humanæ ; figurat autem Angelus noſtrum habitum & formam in reſurrectione. Hier. in candido veſtitu ſignificatur glória triumphantis. 10. Int.quia terribilis impijs.Seuer. quomodo Domini præſentiam ſuſtinebit,qui Angeli non potuit ? 11. Int.quia vitám viuere deſperabant.Seuer.Ser.Paſchæ. ſtare nõ poteſt,quem conſcientia deſtituit,impellit reatus. 12. Int.quia blandus iuſtis. 20. Seueri. q. d. reuertere ad virum mulier iam ſanata;& ſuade fidem, quæ ante perfidiam ſuaſiſti. 21. Hier. in volutabrum gentilium,vbi ante error,& lubricum. Beda. in hom.iam Dominus de morte ad vitam,de corruptione ad incorruptionem tranſierat,Galilæa enim tranſmigratio.Glo.nos ſi à vitijs ad virtutes migremus , reſurrectionis gloriam videbimus. 25. Rab. iter virtutum inchoantibus Chriſtus adiunando occurrit. 26. Int vt maledictum Euæ in mulieribus ſolueretur.Hier. 27. Seuer.Pedes Chriſti tenẽt, qui fide aſtringunt veſtigia Saluatoris; tenuerunt autem iſtæ pedes, vt ſcirent in Chriſti capite virum eſſe,ſe in pedibus;datumque ſibi virum ſequi,non præire.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXVIII.

12. id eſt, alloquens. Helv. 21. Illic plerumi diſcipuli, & locus ſecurior à Iudæorum perſecutione. d. ſcilicet, quod res eſt. f. ſcilicet, poſtquam intus viderunt duos Angelos, de quibus Lucas. 25. ſcilicet , iam ad eos peruenisſet Magdalena, è monumento reuerſa, viſo Ieſu Chriſto. 26. χαίρετε, id eſt, Auete, gaudete.

Tunc ait illis Ieſus, [28]Nolite [29]timere. Ite, [30]nunciate [31]fratribus meis, vt eant in [32]Galilæam,
[33]ibi me videbunt. Quæ cùm [h]abiiſſent: ecce quidam de [34]cuſtodibus venerunt in ciuita-
tem, & [35]nunciauerunt Principibus ſacerdotum [36]omnia quę facta fuerant: & [37]congrega-
gati cum ſenioribus, conſilio accepto, [38]pecuniam copioſam dederunt militibus, dicen-
tes. Dicite quia [39]diſcipuli eius nocte venerunt, & [40]furati ſunt eum nobis dormientibus.
Et ſi [41]hoc auditum fuerit à præſide, nos [42]ſuadebimus ei, & ſecuros [43]vos faciemus. At illi
accepta [44]pecunia, fecerunt ſicut erant edocti. Et [45]diuulgatum eſt verbum iſtud apud
[46]Iudæos, vſque in hodiernum diem. [47]Vndecim autem diſcipuli abierunt in Galilæam,
in [l]montem vbi conſtituerat illis Ieſus, Et [48]videntes eum

Sens. Lit. In Cap. XXVIII.

28. Seueri Idem dicit quod Angelus, vt quas ille firmauerat, redderet firmiores. 29. Hier. in veteri & nouo Teſtamento, cùm auguſtior apparuerit viſio, primùm timor pellitur, vt mente placida poſſint quæ dicuntur audiri. 30. Glo. vt mulier mortifera ſerpentis verba narrauit, ita nũc viuificatoris. 31. Glo. oſtendit ſe eandem humanitatem reſumpſiſſe, & illos idem ſperare debere. 34. Chry. in hom. Angeli apparitione, & terræ motu fuerant milites ſtupefacti. 35. Chry. in hom. veritas à contrariis diuulgata, magis refulget. 36. Int. ſcilicet, miracula, quæ viderant. 37. Int. aſtuta duplicitas modum quærit, quomodo aſtruat falſitatem. Raba. 38. Int. ſcilicet, de templo acceptam, ſicut prius triginta argenteos. Hier. 39. Seueri. non contenti interfeciſſe magiſtrum, diſcipulos etiam perdere moliuntur. 40. Seuer. non furto, ſed fide, viuum, non mortuum ſuſtulerunt. Chry. in hom. quomodo furarentur, qui nec apparere audebant? & ſi viuum adhuc videntes fugerunt, quomodo mortuo milites nõ timuiſſent? & quare non prima potius nocte furati eſſent, quando nemo aderat? & ſi eſſent furati, an ſudarium reliquiſſent? an in eo exuendo morarentur? certè confirmant iſti reſurrectionem, confitentur enim corpus non eſſe in ſepulchro: non eſſe autem ſublatum oſtendit cuſtodia militum, & pauor diſcipulorum. Rem. Si cuſtodes dormierunt, quomodo furtum viderunt? 41. Int. ſcilicet, furtim eum ſublatum. 42. Int. ſ. ne quicquam à vobis exigat. 43. Int. i. abſque periculo. 44. Chry. in hom. nõ mirum eſt ſuperatos pecunia milites, quæ Iudam fecit Magiſtri proditorem. 45. Int. error empti mendacij perſeuerat, ne in Chriſtum credant. Rab. ſicut & ſanguinis reatus, quem ſibi & poſteris imprecabantur. 46. Seue. non apud Chriſtianos. 47. Beda in hom. iam enim vnus perierat. 48. Int. Credẽtes, ſe ante eum humiliauerunt. Aug. 3. de conſ. Euang. non illo die, quo Dominus reſurrexit, nec octo ſequentibus, ſed poſtea; eſt autem viſus Dominus poſt reſurrectionem decies. Primò, ad monumentũ mulieribus. Secundò, iiſdem in itinere. Tertiò, Petro. Quartò, euntibus in caſtellum. Quintò, pluribus, abſente Thoma. Sextò, eo præſente. Septimò, ad mare Tiberiadis. Octauò, in Galilæa, vt ait Matthæus. Nonò, recumbentibus, vt ait Marcus. Decimò, in nube, cùm in cælum aſcenderet. Hæc narrant Euangeliſtæ, ſed non omnia ſcripta ſunt. crebro enim cum illis conuerſabatur per dies quadraginta.

Sens. Myst. In Cap. XXVIII.

32. Aug. 3. de con. Euang. Galilæa tranſmigratio, vel reuelatio, gratia autem Chriſti de populo Iſraël tranſmigratura erat ad gentes, præparante Domino viam in cordibus, vnde dictum præcedet vos in Galilæam. illa autem erit reuelatio tanquam vera Galilæa, cùm eum videbimus ſicuti eſt, ipſaq́; beata tranſmigratio ex ſæculo in illam æternitatem. 33. Int. ſ. non in Iudæa, ſed in gentibus. Aug. 3. de conſ. Euang. ibi membra mea inuenient, viuumque corpus in ſuſcipientibus ſe agnoſcent. 35. Int. Indocta ſimplicitas fatetur veritatem. Rab. 45. Hil. pecunia, & cupiditate Chriſti gloria denegatur.
l. Rab. Corpus de terra ſuſceptum, iam ſuper terrena ſubleuauerat reſurgendo; & qui reſurrectionis celſitudinem cupiunt videre, ad ſuperna oportet vt tranſeant; præcedit quidem Chriſtus primitiæ dormientium, ſequuntur hi qui ſunt Chriſti.

Addit. Auct. In Cap. XXVIII.

h. Non ſecundo iſto reditu à monumento, ſed à priori, de quo alij Euangeliſtæ. 36. ſcilicet, de Angelo, qui apparuerat ſublato lapide deq́; iis quæ mulieribus dixerat. 42. pro, ſuadebimus, ſeu placabimus.
l. fortè Tinabor. 48. ſcilicet, cum aliis multis, fortè illis. 500. de quibus 1. Cor. 15.

adorauerunt : quidam autem dubitauerunt[49]. Et accedens[50] Ieſus , locutus eſt eis , di-
cens, Data[51] eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra , Euntes ergo , docete[52] omnes[53]
gentes , baptizantes[54] eos in nomine[55] Patris , & Filij , & Spiritus ſancti : docentes eos
ſeruare[56] omnia quæcunque[57] mandaui vobis. Et ecce[58] ego vobiſcum[59] ſum[60] omnibus[61]
diebus , vſque ad conſummationem[62] ſæculi.

Sens. Lit. In Cap. XXVIII.

49. Int. dubitatio horum noſtram auget fidem. Hier. ¶ Remig. exiſtimabant, (vt refert Lucas) ſe Spiritum videre. 50. Remig. vt omnem dubietatem auferret , & corroboraret in fide. 51. Int. vt qui ante regnabat in cælo, per fidem regnet in terris. Hieron. ¶ Rab. de aſſumpta humanitate loquitur. Remig. ſic Pſalmiſta, Conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. 52. Int. id eſt, primum catechizate , quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. Glo. Primò docendus eſt auditor : deinde fidei Sacramentis imbuendus : tum ad ſeruanda mandata inſtruendus: non enim poteſt mundari , ſi non inſiſtat bonis operibus. 53. Beda in hom. non ad ſolos Iudæos venit, nec (vt aiunt Donatiſtæ) in ſola eſt Africa. 54. Int. Niſi quis renatus fuerit ex aqua , & Spiritu ſancto , non poteſt intrare in regnum cælorum. 55. Int. In inuocatione nominis. Didymus 2. lib. de Spiritu ſancto : ſi quis contrarius legis datori vnum de prædictis nominibus omittat, ſine perfectione baptizabit: nec à peccatis liberare poterit. Colligitur autem hinc indiuiſa Trinitatis ſubſtantia. 56. Int. quia fides ſine operibus mortua eſt.

57. Int. quæ quidem non ſunt pauca, vel leuia. 58. Chry. in hom. quaſi dicat : ne dicatis difficile eſſe iniunctum negotium , Ego vobiſcum ſum , qui omnia facio leuia. 59. Chry. in hom. ſicut vni corpori fidelibus loquitur, non enim ad finem ſæculi Apoſtoli manſuri erant. 60. Int. ſcilicet , diuinitate. Beda in hom. 61. Rab. nunquam defuturi ſunt, qui diuina inhabitatione ſint digni. 62. Int. cùm finitis laboribus mecum regnabitis. Chry. in hom. vult futura inſpiciant, & ſine fine manſura. Beda in hom. finitum pro infinito ponitur, qui enim manet nunc protegendo, manebit etiam poſt remunerando. Hier. oſtendit ſe nunquam à credentibus receſſurum. Leo ſerm. de Paſſ. ipſe deorſum confortat ad patientiam, qui ſurſum inuitat ad gloriam.

Addit. Auct. In Cap. XXVIII.

49. ſcilicet , aliqui illum eſſe Chriſtum, qui apparebat. 55. id eſt, auctoritate, virtute, vel inuocatione nominis. 59. ſcilicet, Spiritu, & in Euchariſtia.

EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

CAPVT I.

INITIVM[a] Euangelij[1] Ieſu[2] Chriſti[3] Filij[4] Dei: ſicut[5] ſcriptum eſt in Eſaia[b]
Propheta. Ecce[6] ego mitto Angelum[7] meum ante[8] faciem tuam: qui
præparabit[9] viam[10] tuam ante te[11]: Vox[12]

SENS. LIT. IN CAP. I.

1. HIER. Euangelium, Latinè bona annunciatio, quod propriè ad regnum Dei, & remiſſionem pertinet peccatorum: quatuor autem Euangelia vnum ſunt, & vnum quatuor. 2. Int. i. Saluatoris. Hier. 3. Int. i. vncti. Hier. i. Regis, & Sacerdotis, dicitur autem Hebraicè Maſciach, Græcè χριστός. 4. Beda. Matth. ait, Filij Dauid, Dei enim & hominis Filius eſt. Hil. de Trin. Chriſtus Dei Filius verus, & proprius; origine, non adoptione; veritate, nō oratione. 5. Beda. & Iudæos ad ſuſcipiendum Euangelium inſtituit: & gentiles ad ſuſcipiendum authoritatem legis & Prophetarum prouocat. b. Hier. de optimo gen. interpre. ca. 3. non in Eſaia ſcribitur, ſed in Malachia. Chry. duorum Prophetarum prophetias in vnum congregauit: in Eſaia enim eſt, Vox clamantis. in Malachia, Ecce ego mitto, &c. Aug. de q. vet. & noui Teſtam. vtriuſque Prophetæ verba ad vnum ſenſum pertinentia, ſub vnius Prophetæ perſona iungit. Beda, eſt in Eſaia ſenſus, etſi non verba. 6. Int. Vox Spiritus ad Patrem de Filio, vel Patris ad Filium de Iohanne. 7. Int. ſ. Iohannem qui Angelus, id eſt, nuncius: ſcilicet, nūciat de Chriſto. Poſt me venit qui ante me factus eſt Beda. Iohannes, Angelus, non natura, ſed officio: venientem enim Dominum in carne, mundo nunciauit. Sic Sacerdotes ob Euangelizandi officium apud Malachiam Angeli nominantur. Theophil. Iohannes Angelus ob vitam Angelicam. 8. Theophyl. id eſt, iuxta te: iuxta Reges ambulant qui propinquiores ſunt. 9. Theophyl. ſ. per baptiſmum. 10. Int. id eſt, pœnitentiam. Hieron. per hanc enim deſcendit ad nos Deus: & nos ad illum aſcendimus.

11. Int. id eſt, Filium, vel ante præſentiam, aut Incarnationem. 12. Int. ſ. Iohannes, de quo clamat Dominus ad Iudæos, Inter natos mulierum non ſurrexit. Beda, vox, quia verbum Dei ſonando præibat, prius vox ſonat vt verbum poſſit audiri.

SENS. MYST. IN CAP. I.

4. BEDA. Matthæus Filium hominis. Marcus, Filium Dei: à minoribus enim ad maiora paulatim aſſurgendum, & per humanitatis fidem & Sacramenta ad diuinitatis agnitionem aſcendendum: vnde et ille iam deſcripturus humanam generationem, à Filio hominis cœpit, inchoaturus autem ab initio Euangelicæ prædicationis, Filium Dei nominauit: diuinæ enim potentiæ fuit Euangelium mundo prædicare.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

a ſ. tale fuit, vel quaſi dicat, ſic Chriſti Euangelium cœpit, ſicut, &c. quidam id titulum vocant, alij Proœmium quo oſtendit velle à Chriſti prædicatione incipere, vt & Matthæus à generatione. 1. id eſt, Euangelicæ prædicationis, ſeu felicis nuncij per Chriſtum mundo allati. b. coniunge id cum, vox clamantis, nam alia Malachiæ ſunt. 6. ſ. pro, mittam. τὸ ἄγγελον, vt certus quidam nuncius ſignificetur. 8 pro, ante te. Hebr.

[13] clamantis in [14] deserto, [c] Parate viam Domini: rectas facite [15] semitas eius. [16] Fuit in deserto Iohannes [17] baptizans, & [18] prædicans baptiſmum [d] pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum. [19] Et egrediebatur ad eum [e] omnis Iudææ regio: & Hieroſolymitæ vniuerſi, & baptizabantur ab illo in [20] Iordanis flumine: [21] confitentes peccata ſua. [22] Et erat Iohannes [23] veſtitus pilis [24] camelorum, & [25] zona pellicea circa lumbos eius: & [26] locuſtas, & [27] mel ſilueſtre edebat. Et prędicabat, dicens, Venit [f] fortior [28] me poſt me: [29] cuius non ſum [g] dignus, procumbens, [30] ſoluere [31] corrigiam [*] calceamentorum

Sens. Lit. In Cap. I.

13. Int.ſ.Chriſti ad ſurdos obturantes aures voci. Hier. clamor ad ſurdos & longè poſitos, ſiue cum indignatione fieri ſolet; Iudæi & longè poſiti, & aures obturarunt, & indignationem, & iram, & tribulationem à Chriſto audire meruerunt. c. Hier. ſ. pœnitentiam agite, & prædicate. 15. Int. quas incuruaſtis declinando ad dexteram vel ad ſiniſtram. Beda, Rectas ſemitas facit qui mundas cogitationes in animo per prædicationem format. Hier. qui ſe diligit & non proximum, ad dexteram declinat: qui proximum, & non ſe, ad ſiniſtram. 17. Int. Beda, vt ita baptiſmum quo peccata ſoluuntur, ſuo baptiſmate quo peccata ſolui non poſſent, præcurreret. Hier. qui conſummatur per ſponſum, initiatur per paranymphum. 18. Beda Baptiſmum qui peccata ſolueret, quia dare nō poterat prædicabat; remiſſio enim peccatorum in ſolo Chriſti baptiſmo tribuitur. Theophy. Baptiſmus Iohannis ad pœnitentiam inducebat; ſuum ergo baptiſmum pœnitentiæ prædicabat, & ſic inducebat homines in peccatorum remiſſionem per Chriſtum accipiendam. Hier. per Iohannem ſponſi amicum, inducitur ſponſa ad Chriſtum. 19. Int. ſub. ideo. 20. Int. Iordane, vel Iordanis. 22. Int. q.d. merito egrediebantur, & baptizabantur à Iohanne, quia Iohannes erat veſtitus, &c. 23. Int. cōueniens veſtis prædicatori. 25. Beda, vt Helias Mortificationis inditium eſt. 28. Int. ſ. miſericordia, gratia. Hieron. ¶ Beda nondum manifeſtè Dei Filium prædicat, non enim auditores rudes adhuc capere poterant, ſed paulatim introducendi erant. 31. Chry. in Matth q.d. nec in miniſtri ordine deputari ſufficiens ſum.

Sens. Myst. In Cap. I.

14. Int. ſ. Iudæa. Hier. deſerti erant Iudæi, à Spiritu Dei, à Propheta, Rege, & Sacerdote. 15. Hier. via, pœnitentia, ſemitę, mandata moralia. Theoph. via, nouum Teſtamentum; ſemitę, vetus. 16. Hier. Iohannes & Ieſus quærunt quod in deſerto amiſſum eſt, vbi vicit, diabolus vincitur; vbi cecidit, homo exſurgit. 20. Hier. Iordanis, id eſt, deſcenſio aliena, alienati enim à Deo per ſuperbiam, per baptiſmū humilitati erigimur in alta. 21. Beda. exemplum ſumitur confitendi peccata, & meliorem vitam promittendi eis qui baptiſma deſiderant. 24. Int. diuites gentium. Hier. ¶ Theoph. veſtis doloris indicium, oportet enim pœnitentem dolere: zona autem Iudæorum mortificationem ſignificat. 2[illegible] Int. pauperes. Hier. 26. Int. ſapientes. Hier. ¶ Theoph. Locuſta in altum ſalit, & cadit, ita Iudæi in altum intelligentiæ ſalientes cadebant. Greg. 31. mor. cap. 19. Iudæi ſaltabant per vocem promi[illegible] ad impletionem præceptorum, ſed cadebant per actionem. Int. habitatores ſolitudinis non de[illegible] delitias quærere, ſed tantùm neceſſitatem ſupplere. Hier. Iohannis veſtis cibus & potus prædica[illegible] auſteram vitam ſignificant. 27. Int. fideles. Hier. ¶ Theoph. Scripturæ mel ex apibus. i. Prophetis, quo veſcebantur Iudæi, ſed ſilueſtre, quia non bene intelligebant. Greg. 31. mor. ca. 19. mel ſilueſtre eſt infructuoſæ gentilitatis dulcedo. Beda. veſtis aſpera, peccantium increpatio: zona, mortificatio, locuſta & mel, alacer volatus & dulcedo, dulcis enim illius prædicatio, turbis putantibus eſſe Chriſtum, ſed citò adempta eſt illa opinio. 30. Int. ſ. explicare. 31. Int. ſ. quam fecit ſibi de noſtra mortalitate. ¶ * myſterium incarnationis Dei. Hier. calceamentum, in extrema parte corporis eſt, & in fine eſt Saluator incarnatus: vnde illud, In Idumæam extendam calceamentum meum. Greg. in hom. calceamentum ex morte animalium fit, Chriſtus ergo quaſi calceatus apparuit natura noſtra aſſumpta.

Addit. Avct. in Cap. I.

16. ſ prope Iordanem, vt ait Lucas. 17. an certa aliqua forma incertum, quidam putant baptizaſſe in nomine Chriſti venturi. d. vel quod baptizarentur ab illo in teſtimonium pœnitentiæ, vel quod ad pœnitentiam, dum baptizaret, hortaretur, vel quod prædicaret Chriſti baptiſmum, per quem remitterentur peccata: Baptiſmus quidem Iohannis peccata non remittebat, ſed ad id per Chriſtum faciendum diſponebat. e. pro, ex omnibus Iudææ partibus. 25. ablatiuus eſt. f. præſens, pro futuro. g. ἱκανὸς, idoneus, ſufficiens.

[b] eius. [32] Ego baptizo vos in [33] aqua: [34] ille verò [35] baptizabit vos Spiritu [36] ſancto. Et [37] factum eſt in diebus illis: venit Ieſus à [38] Nazareth [39] Galilææ, & [40] baptizatus eſt à [41] Iohanne in Iordane. [42] Et ſtatim aſcendens de aqua, vidit [41] cælos [44] apertos: & Spiritum ſanctum tamquam columbam [45] deſcendentem, & [46] manentem in ipſo. Et [47] vox facta eſt de cælo, [48] Tu es filius meus dilectus, in te complacui. Et [49] ſtatim [50] ſpiritus expulit eum in [51] deſertum. Et erat in [52] deſerto quadraginta [53] diebus, & quadraginta [54] noctibus: & [55] tentabatur à ſathana, [56] eratque cum [57] beſtiis, & [58] Angeli miniſtrabant [59] illi. Poſtquam autem traditus eſt [60] Iohannes: venit [61] Ieſus in [62] Galilæam: prædicans [63] Euangelium regni Dei: & [64] dicens, Quoniam impletum eſt [65] tempus, & [l] appropinquauit

Sens. Lit. In Cap. I.

32. Int.ſ.quia homo purus. 33. Int.nòn ſpiritu. 34. Int. ſ.Deus. 35. Int. Bèda. non ſolùm in die baptiſmi, ſed quotidie cùm per gratiam Spiritus proficimus, 36. Int.qui ferebatur ſuper aquas.Hier. ¶ Beda.ſolus Deus gratiam Spiritus ſancti dat. 37. Int.ſcilicet, cùm Iohānes baptizaret. 40. Chry. Baptizatus eſt, vt notus fieret omnibus, & vt iuſtitiam impleret, mandatum enim erat hominibus ſubire baptiſmum Prophetæ. Beda.Baptizatus eſt, vt Iohannis baptiſma comprobaret, & vt aquam ſanctificaret: & vt per columbam monſtraret Spiritus ſancti aduentum in baptiſmo. 42. Int. ſ. poſt baptiſmum. 44. Beda.non reſeratione elementorum, ſed ſpiritualibus oculis. 45. Chry.in Matth. vt ipſū omnibus, tamquam digito demonſtraret. Beda.Sedit ſuper caput Ieſu, ne quis putaret vocem factam ad Iohannem. 46. Beda. hoc Chriſto ſpeciale, vt implens eum Spiritus ſanctus, numquam recedat. Gloſſa manet in eo Spiritus ex quo conceptus eſt. 47. Beda. per quam non ille docetur, ſed nos.

48. Int. non Iohannes. Auguſtinus 2.de conſ. Euangeliſta Matthæus alijs verbis, ſed eadem ſententia. 49. Int.ſ.poſt Baptiſmum. 50. Int. ſ. Sanctus Beda. vt Lucas indicat, plenus, inquiens, Spiritu ſancto regreſſus eſt à Iordane. 51. Chry.in Matth.vt doceret baptizatos tentationes patienter ſuſtinere, ſuumque honorē cognoſcere, non enim accedit diabolus, niſi vbi viderit aliquem maiori honore conſtitutum; dedit verò Chriſtus diabolo occaſionem etiam loco, tunc enim maximè ſe ingerit cùm viderit ſolitarios. 52. Int. vt & nos mundi illecebras fugiamus. Beda. 55. vt nos poſt baptiſmum non ſolùm ad bona agenda, ſed etiam ad mala toleranda accingamur. 56. Int.ſcilicet, vt homo.Beda.

57. Chry.Oſtendit quale eſſet deſertum.ſ.inuium hominibus, & beſtijs plenum. 59. Int. ſ. vt Deo, Beda. 60. Beda.non ſtatim traditus eſt Iohannes poſt tentationem in deſerto, multa enim Chriſtus ante docuit, & fecit quæ omiſſa ab alijs Euangeliſtis Iohannes narrat. 62. Chry.receſſit ad doctrinas, & ſanationes, priuſquam pateretur ſe conſeruans. Theoph.docet perſecutiones non expectandas, ſed ſi inciderint, ſuſtinendas. 63. Int.i.quod ducit ad regnum. 64. Int.ſ.hoc quod ſequitur. 65. Int. Beda, de quo vbi venit plenitudo temporis miſit Deus Filium ſuum, &c. Theoph. quaſi dicat, vſque huc operabatur lex, amodo verò conuerſatio ſecundùm Euangelium.

Sens. Myst. In Cap. I.

38. Int.id eſt, flore. 39. Int.id eſt, rota.Hier.debemus de volubilitate mundi poſt ſponſum currere, & per baptiſmum ad cæleſtia aſcendere, ſuſcepto Spiritu ſancto. 43. Int. qui aperiuntur baptizatis, clauſi Adæ interpoſito Cherubim, & flammeo gladio, qui extinguitur in aqua baptiſmi. 45. Beda ſignificabatur nobis conferendam gratiam in batiſmo: in colūbæ verò ſpecie, quia ſimplicia corda quærit: oſtenditur verò myſterium Trinitatis in baptiſmo Filius baptizatur, Spiritus in ſpecie columbæ, Pater in voce. 53. Int.ſ.in proſperis. 54. ſ.in aduerſis.Beda, & in proſperis, & in aduerſis aduerſarius tentat 40. verò ſeculi tempus ſignificant, quadripartitus enim mundus 10. verò præcepta. 58. Chry. vincenti tentationem Angeli miniſtrant. Beda; beſtiales hominum mores impoluta mente tolerantes miniſterium merentur Angelorum, ad æternam beatitudinem ſolutos corpore transferentiū. 60. Int. i. lex.Beda.deſinente lege, oritur Euangelium.Hier.Iohannes in carcere, lex in Iudæa.Ieſus in Galilæa. ſalus in gentibus. 61. Int. i. Euangelium. 62. Int.id eſt, gentes.

Addit. Auct. In Cap. I.

b. abundat, more Scripturæ. 44. pro, diſſindi, ſeu ſcindi, χιζομένους. l. præt. pro præſenti.

[66] regnum Dei. [67] Pœnitemini, & [68] credite Euangelio. Et præteriens ſecus mare [69] Galileæ:
vidit [70] Simonem & [71] Andream fratrem eius, [72] mittentes retia in mare, erant enim [73] piſca-
tores. Et dixit eis Ieſus, [74] Venite poſt me: & faciam vos fieri piſcatores [75] hominum. Et
protinus [m] relictis retibus, [76] ſecuti ſunt eum. Et [77] progreſſus inde puſillũ, vidit [78] Iacobum
[79] Zebedæi, & [80] Iohannem fratrem eius: & ipſos [n] componentes retia in naui: & ſtatim
vocauit illos. Et [81] relicto patre [o] ſuo Zebedæo in naui cum mercenariis, ſecuti ſunt
eum. Et [82] ingrediuntur [83] Capharnaum. Et ſtatim [84] ſabbatis ingreſſus in ſynagogam, do-
[85] cebat eos. Et ſtupebant ſuper [o] doctrina eius. Erat enim docens eos [p] quaſi [86] poteſtatem
habens: & non ſicut Scribæ. Et [87] erat in ſynagoga eorum homo in ſpiritu [88] immundo,
& clamauit, dicens, [89] Quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? [90] veniſti [91] perdere nos, [92] ſcio quod
ſis [93] Sanctus Dei. Et [q] comminatus eſt ei Ieſus, dicens,

Sens. Lit. In Cap. I.

66. Chry. i. quo Deus regnat in regione viuentium. 67. Int. Beda, Renunciate operibus mortuis. Hier. amaritudinem radicis dulcedo pomi compenſat, periculum maris ſpes lucri delectat; dolorẽ medicinæ ſpes ſalutis mitigat, qui deſiderat nucleum frangit nucem. 68. Int. aliter non intelligeretis, non fiunt opera vt ſit fides, ſed fides vt ſequantur opera. Hier. 72. Int. ſ. mundanis intentos lucris.
73. Int. prius mittuntur piſcatores ad prædicandum, vt fides credentium in virtute Dei putetur eſſe, non in eloquentia, vel doctrina hominum, Beda. 74. Theoph. hæc eſt ſecunda vocatio reſpectu eius quæ legitur in Iohanne. 75. Remil. Piſces cùm capiuntur, moriuntur; homines capti prædicatione viuificantur. 76. Int. ſ. omnino Beda. quod narrat Lucas, prius factum eſt, & ad capturam piſcium remearunt, poſtea verò, quod narrat Marcus. 77. Int. ſ. poſt vocationem horum. 81. Int. obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. 82. Hier. Marcus non hiſtoriæ ordinem ſequitur, ſed myſterium. 84 Theoph. quando Scribæ congregabantur. 85. Theoph. ſ. arguendo, non adulando, vt Phariſæi. 86. Int. ſ. ſubſtantialem & propriam. Beda. vt Deus addebat in lege, & mutabat. 87. Int. ſ. cùm doceret. 88. Chry. quia ſe immundis & prauis operibus immiſcet. 89. Int. ſ. commune. 91. Int. Præſentia Ieſu tormenta ſunt dæmonum. Beda. Dominum in terra cernentes dæmones, ſe continuò iudicandos credebant. Chry. q. d. nobis non das locum in hominibus dum diuina doces. Theoph. exire ab homine perditionem ſuam dicit. 92. Glo. non eſt voluntatis cõfeſſio, ſed neceſſitatis extorſio. Chry. non firmam & certam habebat aduentus Dei notitiam. Aug. 9. de ciu. cap. 21. tantum eis innotuit, quantum voluit, tantum voluit quantum oportuit, innotuit verò per quædam ſuæ virtutis effecta.
93. Chry. per articulum Græcum ſignificatur vnus, non de pluribus.

Sens. Myst. In Cap. I.

69. Int. i. mundum volubilem. 70. i. obedientem. 71. i. virilem. 74. Int. ſ. cum retibus Euangelij. m. Hier. relinquenda retia aranearum, quibus velut culices tenebantur. 78. Int. i. ſupplantatorem. 79. i. fugitiui. 80. Int. i. gratiam. Hier. hac piſcatorum quadriga vehimur ad æthera. Sicut Helias: his quatuor angulis conſtruitur prima Eccleſia. Quatuor virtutibus in imaginem Dei conuertimur, obedientes prudentia, viriliter agentes iuſtitia, ſerpentem calcantes temperantia, & Dei gratiam merentes fortitudine. Theoph. prius vocatur Petrus. i. actio, deinde Iohannes. i. contẽplatio. 83. Int. id eſt, villam conſolationis. Hie. Homo in Spiritu immundo. i. genus humanum in quo immunditia regnauit, requie & conſolatione ſanatur. Beda. per liberatum à dæmone, intelligimus animũ ab immunda cogitatione purgatum, per feminam verò, à febribus curatam, carnem à concupiſcentiæ feruore per continentiæ præcepta frenatam. 84. id eſt, requie.

Addit. Avct. In Cap. I.

n. vel ſarcientes, vel complicantes. p. pro, tanquã. 86. nam & præcipiebat Dominus, & mira efficacia docebat, & magna libertate, denique miraculis doctrinã confirmabat. vide 1. Cor. 2. 2. Cor. 10. 88. pro, habens ſpiritum immundum. Hebr. 89. i. quid tibi nobiſcum eſt rei. q. ἐπετίμησεν, increpauit.

Obmutesce[94],& exi de homine. Et discerpens[95] eum ſpiritus immundus; & exclamans voce magna[r] exiit ab eo. Et mirati[96] ſunt omnes: ita vt conquirerent[97] inter ſe dicentes, Quidnam eſt hoc? quænam doctrina hæc noua? quia in poteſtate[98] ſpiritibus[99] immundis imperat[100]:& obediunt ei.[101] Et proceſſit rumor eius ſtatim in omnem regionem Galilææ: Et protinus egredientes[102] de ſynagoga, venerunt in domum[103] Simonis & Andreæ cum Iacobo & Iohanne. Recumbebat[s] autem ſocrus[104] Simonis febricitans[105]: & ſtatim dicunt[106] ei de illa. Et accedens eleuauit[107] eam, apprehenſa[t] manu eius:& continuo[108] dimiſit eam febris:& miniſtrabat eis. Veſpere autem facto cùm occidiſſet[110] Sol[111], afferebant ad eum omnes malè habentes, & dæmonia habentes: & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam[112], & curauit multos[113] qui vexabantur variis languoribus[114]: & dæmonia multa ejiciebat, & non ſinebat ea loqui, quoniam[*] ſciebant[116] eum.

SENS. LIT. IN CAP. I.

94. Chry. nolebat veritas teſtimonia ſpirituum immundorum, docetque non credendum dæmonibus, quantumcunque veritatem annuncient. 95. Chry. id permiſit Chriſtus, vt oſtenderet dæmonem eſſe qui loquebatur. Theophy. & vt per miraculum crederent, vidêtes à quo eſſet malo liberatus, Beda. aliàs conuexans, eſt autem hoc quod Lucas dicit, cùm proieciſſet eum in medium. 96. Int. ſ. quia exiens ei non plus nocuiſſet. 97. Beda. ad hoc ſigna fiebant, vt prædicationi certius crederent.

98. Int. ſ. propria, alij enim in accepta. 99. Int. pro, etiã ſpiritibus. 100. Int. ſ. vt Deus. 101. Int. ſ. quia tanta faciebat. 102. Int. ſ. Ieſus, & diſcipuli. 104. Theoph. ſ. vt ibi comederent. 106. Beda. Rogantes (vt ait Lucas). 108. Int. non remanente moleſtia ægritudinis, vt ſolet, ſanitas quæ datur, imperio Domini tota ſimul redit. Beda. Theoph Conſiderantes turbæ non licere die Sabbathi curare, Solis occaſum expectarunt. 113. Chry. i. omnes iuxta Scripturæ conſuetudinẽ. Theoph. Sanauit eos, qui fidem habebant, infideles autem ob incredulitatem non ſunt ſanati. Glo. plures ſanauit per Apoſtolos poſt mortem ſuam, quàm dum Iudæis prædicaret. 116. Aug. de q. no. & vet. Teſt. Sciebant eſſe Chriſtum lege promiſſum, videbant enim in eo omnia ſigna dicta à Prophetis, ſed diuinitatis myſterium ignorabant. Beda. per ſignorum potentiam intellexit dæmon, vel potius ſuſpicatus eſt eſſe Filium Dei, perſuaſit verò Iudæis vt crucifigerent, quia non præuidebat ſe illius morte damnandum.

SENS. MYST. IN CAP. I.

94. Beda. Lingua quæ prima virus ſparſit, primò occluditur, deinde femina, quæ, primò ſeducta, curatur, tertiò, vir mundatur, vt ſit idẽ ordo reſtaurationis, quĩ fuit perditionis. 95. Hier. Appropinquante ſalute, appropinquat tentatio, Pharao dimiſſus perſequitur Iſraël, diabolus cõtemptus ſurgit in ſcandala. 103. Int. Circunciſionẽ Petro commiſſam. 104. Int. Allegoricè ſynagoga, quodammodo mater Eccleſiæ commiſſæ Petro. 105. Int. ſcilicet, inuidia æſtibus laborans, & Eccleſiam perſequens.

107. Int. i. in ſpiritualem vſum erexit carnalia eius opera. t. Hier. febris, intemperantia; de qua per manum diſciplinæ, deſiderij eleuatione ſanamur, & ſanantis voluntati miniſtramus. Theoph. Si ratio retineat tiranum, ira effrenati ſurgit, & rationi miniſtrat. 110. Int. Beda. morte. 111. Int. Beda. Chriſtus, qui dicit, quamdiù in mundo ſum, lux ſum mundi. 112. Int. i. pœnitentiam. Hier. Ianua regni cælorum pœnitentiam cum fide, quæ operatur ſalutem vitiis variis quibus langueſcit ciuitas mundi.

114. Int. id eſt, vitiis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

*95. σπαράξαν. i. cùm diſcerpſiſſent. ſ. debilitaſſet, & huc illuc diſtraxiſſet nam Luc. 4 dicitur nihil nocuiſſe. r. ſed nihil ſignificante, prohibitus enim à Chriſto loqui. s. pro decumbebat. 110. ſ. quo tempore die Sabbathi operari licebat. 113. pro, omnes, vt eſt apud Matt. quamquã omnes multi ſunt. 114. i. morbis. ſign. nolebat Chriſtus ſe à dæmonib. prædicari, non enim decebat, & quidem eo ipſo quod dæmon aliquid dicit, non eſt credendum, eſt enim mendax. * q. d. nolebat vt dicerent quod ipſum noſſent.*

Et dilu

Et diluculo valde [117]ſurgens, egreſſus abijt in [118]deſertum locum: ibique [119]orabat. Et proſe-
cutus eſt eum Simon, & qui cum illo erant. Et cùm inueniſſent eum, [u]dixerunt ei. Quia
omnes quærunt te. Et [121]ait illis, [122]Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt ibi prædicem,
ad hoc enim [123]veni. Et erat [124]prædicans in ſynagogis eorum: & in omni Galilæa: & dæ-
monia [125]eiiciens. Et venit ad eum [*]leproſus deprecans eum, & [x]genu flexo dixit, Si [126]vis,
potes me mundare. Ieſus autem miſertus eius, extendit [127]manum ſuam: & [128]tangens eũ,
ait illi, [129]Volo, [130]Mundare. Et cùm [131]dixiſſet, [132]ſtatim diſceſſit ab eo lepra, & mundatus eſt. Et
comminatus eſt ei: ſtatimque [z]eiecit illum: Et dicit ei, [133]Vide nemini dixeris: ſed [134]vade
oſtende te [aa]Principi ſacerdotum, & [135]offer pro [bb]emundatione tua quæ [136]præcepit Moyſes
in [137]teſtimonium illis. Et [138]egreſſus [139]cœpit prædicare, & diffamare [cc]ſermonem: ita vt non
iam poſſet manifeſtè [dd]introire in ciuitatem, ſed [140]foris in deſertis locis eſſet: & conue-
[141]niebant ad eum vndique.

SENS. LIT. IN CAP. I.

119. Chry. non quia indigeret, ſed nobis exemplum dans. v. Chry. hoc etiam (vt Lucas ait) turbæ dixerunt. 121. Int. ſ. iam facto ſermone. 122. Theophyl. tranſit ad magis indigentes. Chry. volebat etiam reliquos participes facere ſuæ doctrinæ, tanquam non multo tempore in mundo moraturus.

123. Chry. oſtendit ſe ſponte in mundum veniſſe. 124. Aug. 2. de con. Euang. in hac prædicatione intelligitur etiam ſermo habitus in monte, quem Marcus omnino non commemorauit, ſed quaſdam ſententias à Domino alijs locis dictas. 125. Theoph. prædicationem miraculis confirmabat. * Aug. 2. de conſ. Euang. Iſte eſt quem Matthæus ait mundatum, vbi Dominus deſcendit de monte poſt ſermonem. x. Beda humilitatis, & pudoris ſignum. 126. Int. oſtendit vulnus, remedium poſtulat. Beda. ¶ Theoph. ſi vis, inquit, ipſum credens Deum. Beda. non de voluntate Domini dubitauit, ſed colluuionis ſuæ conſcius non præſumpſit. 127. Int. in hoc humilitas. 128. Int. gratia ſuperat legem, nõ timet contaminari qui alios liberat. Beda. ¶ Chry. oſtendit ſe Dominum legis, alioquin non erat neceſſarium tangere. 129. Int. in hoc pietas. Beda. ita ſanat, vt fuerat obſecratus. Glo. dicit volo, propter Photinum, imperat propter Arrium, tangit propter Manichæum. 130. Int. in hoc poteſtas Beda. Imperatiuum eſt. 131. Int. ſ. illud, volo mundare. 132. nihil medium inter præceptum & opus.

133. Chry. q. d. non indigeo tua prædicatione. 134. Chry. mittit ad probationem medelæ; & ne ille extra templum fieret, ſed oraret cum populo. Item, vt legem adimplens, Iudæorum os obturaret. Beda, vt intelligeret ſacerdos illum Dei gratia ſupra legem eſſe curatum. 135. Theoph. confirmat legem. Beda. Iudaicum ſacrificium approbat, nondum enim obtulerat in paſſione holocauſtũ ſuum, non oportebat autem auferri ſignificantia ſacrificia priuſquam ſignificatum prædicatum eſſet Apoſtolorum prædicatione & fide credentium. 136 Int. ſ. ſecundùm legem offerri. 137. Int. ſ. ſalutis. 138. prohibitus eſt dicere, at ille egreſſus &c. Theoph. oportet beneficiatum gratias reddere, etiamſi benefaciens non indigeat. Greg. 19. mor. cap. 18. taceri Dominus iuſſit; & taceri non potuit, vt eius membra in magnis quæ faciunt, latere velint, ſed vt alijs proſint, prodantur inuiti. 139. Int. q. d. ſed nec ad horam potuit abſcondi. Greg. 19. mor.

SENS. MYST. IN CAP. I.

117. Int. ſ. à morte. 118. Int. ſcilicet, ad gentes. 119. Beda ſ. in ſuis, quorum corda ad orationes virtutem excitabat. 122. Int. obediens. 122. Int. non decet otioſum eſſe prædicatorem. Theoph. non conuenit doctrinam concludere in vno loco, ſed vbique radios eius extendere. 127. Int. id eſt miſericordia affectum. Beda. Incarnato Dei verbo, & humanam contingente naturam, ab erroris varietate liberata eſt. 128. nullum ſpernamus, etſi maculoſum videamus. 133. Chry. docet ex noſtris operibus honorem apud homines pro retributione non quærere. 137. Int. ſ. ſi Deo credat, ſi impietatis lepra diſcedat. 140. Int. ſ. tumultuoſas carnalium mentes fugit, ſecretos à mundanis curis viſitat. Hier. nõ manifeſtatur Ieſus proprijs voluntatibus ſeruientibus, ſed delectationes mundi deſerẽtibus. 141. Int. Allegoricè hi ſunt quos nihil poteſt ſeparare à Charitate Chriſti. Hier.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

117. ſurrexit quidẽ valde mane, ſed die eſt egreſſus, vt ait Luc. vel dies dicitur etiam cùm diluculũ eſt

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

130. Imperatiuum eſt paſſiuum. z. pro,ablegauit. aa. apparet huic fuiſſe reſeruatum ſolemnem mundandi leproſum ritum. bb. ſiebat hac per ſacrificia,Leu.14. cc. pro,rem,Hebr. dd. quia ſcilicet, plurimi ſequerentur,vel non poterat ob vim populi concurrentis.

CAPVT. II.

ET iterum [1] intrauit Capharnaum [2] poſt dies octo:& auditum eſt quòd in do-
mo [3] eſſet,& conuenerunt [4] multi,ita vt non caperet [5] neque ad ianuam, & [6] lo-
quebatur eis verbum.Et venerunt [8] ad eum ferentes paralyticum [9], qui à quatuor [10] por-
tabatur. Et cùm non poſſent offerre eum illi præ turba,nudauerũt [11] tectum [12] vbi erat:
& patefacientes [13] ſubmiſerunt grabatum [14] in quo paralyticus [15] iacebat.Cùm autem vidiſ-
ſet Ieſus [16] fidem illorum [17],ait paralytico, Fili [18], dimittuntur tibi peccata tua.Erant autem
illic quidam de Scribis ſedentes [19],& cogitantes [20] in cordibus ſuis,Quid [21] hic [22] ſic [23] loquitur?
blaſphemat.Quis [24] poteſt dimittere peccata,niſi ſolus [25] Deus?Quo [26] ſtatim cognito, Ie-
ſus ſpiritu ſuo [a] quia ſic cogitarent intra ſe:dicit illis,Quid [27] iſta cogitatis in

SENS. LITER. IN CAP. II.

1. INT. Beda.ſ.poſt deſertum,ſed quia nec carnales deſerit,iterum intrauit in Capharnaum. 2. Auguſt,2.de con.Euang.Matthæus indicat Chryſtum miraculum ſequens in ciuitate ſua feciſſe, quia ſcilicet,factum eſt in Galilæa,in qua erat Nazareth.Chry.dicta eſt Capharnaum ciuitas Domini,quod eò ſæpius iret, ibique multa miracula faceret. 4. Int.ideo.ſ. 5. Int.ſ.domus. 6. Int.Beda.tamen. 12. Int ſ.domus. 16. Chry. contingit aliquem conualeſcere fide alterius.Beda.quantum valet propria fides apud Deum,vbi tantum valuit aliena,vt totus homo interius & exterius ſanaretur? Theoph. etiam ipſius paralytici fidem vidit,non enim ſe ſineret portari, niſi curationis fidem haberet. 17. Beda.mira humilitas,deſpectum & diſſolutum,filium vocat;aut filium vocat quia dimittuntur ei peccata. 18. Beda.curaturus,prius dimittit peccata,vt oſtenderet eum ob culpam pati:affliguntur vero homines corporis moleſtijs,aut ad augmentum meriti,vt Iob & martyres.aut ad humilitatis conſeruationẽ, vt Paulus.aut ad correctionem peccati,vt ſoror Moyſi. & hic paralyticus.aut ad Dei gloriam,vt cæcus natus.aut ad initium dãnationis,vt Herodes. 20. Int.ideo inuidẽr,quia dixit dimittuntur tibi peccata. 22. Int.deſpectiuè. 23. Int.ſ.tam altè. 24. Int.pro,quis enim. 25. Beda.etiam per eos dimittit, quibus dimittendi tribuit poteſtatem. 26. Int.quia perfidos ſaluare deſiderat, occultorum cognitione, & operum virtute, ſe Deum eſſe manifeſtat. 27. Beda. quaſi dicat, qua potentia cogitationes veſtras intueor,poſſum peccata dimittere.

SENS. MYST. IN CAP. II.

2. THeoph.id eſt,domum conſolationis.ſ.Eccleſiam. 3. Int.Beda.i.in Iudæa. 7. Int.Beda.ſcilicet, per Apoſtolos.Beda.prædicante Domino in Iudæa, gentiles ad audiendum intrare non valuerunt,ad quos foris poſitos,locutus eſt per prædicatores ſuos. 8. Int.ſcilicet, doctores. 9. Int. Beda. allegoricè animam mollicie carnis torpentem. 10. Int quia quatuor libris Euangelij omnis doctrina firmatur. Beda.Quatuor virtutibus ad promerendam ſoſpitatem homo fiducia mentis erigitur, ſcilicet,Prudentia,Fortitudine,Temperantia,& Iuſtitia. 11. Int.ſcilicet,cogitationum. Beda.anima priſca cõſuetudine retardatur,& cogitationum turba. 13. Int.ſ.Scripturarum myſteria. Beda. ❡ Theoph. tectum,intellectus;tegulæ,terrena,quæ tollenda ſunt. 14. Int.ſ.carnem. Beda. ſignificatur in homine adhuc in iſta carne conſtituto Chriſtum debere cognoſci. 15. Int.id eſt,torpens. 17. Theoph.filius Dei fit aliquis propter mandatorum operationem. 19. Int.ſ.in incredulitate non ſurgentes ad fidem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. II.

3. quòd ſe clam.receperat. 5. q.d.non caperent,pro locum non haberent. a. non alieno,vt Propheta, qui diuino.

cordibus

cordibus veſtris? Quid [28] eſt facilius [29] dicere paralytico, [30] Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere: [31] Surge, tolle grabatum tuum & ambula? Vt autem [32] ſciatis quia Filius hominis habet poteſtatem in [33] terra [34] dimittendi peccata, ait paralytico, Tibi dico, [35] ſurge, [36] tolle grabatum tuum, & vade in [37] domum tuam. Et [38] ſtatim ſurrexit ille: & ſublato grabato abiit inde coram omnibus: ita vt [39] mirarentur omnes, & [40] honorificarent Deum, dicentes, Quia nunquam ſic vidimus. [41] Et [42] egreſſus eſt rurſus ad [43] mare, omniſque turba veniebat ad eum, & docebat eos. Et cùm præteriret, [44] vidit [45] Leui [46] Alphæi ſedentem ad [47] telonium: & ait illi, [48] Sequere me: Et ſurgens [49] ſecutus eſt eum. Et factum eſt cùm accumberet in domo [50] illius, multi [51] publicani & [52] peccatores ſimul diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Erant enim multi qui [53] ſequebantur eum, Et Scribæ & Phariſæi videntes quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, [54] dixerunt diſcipulis eius: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit [55] magiſter veſter? Hoc audito Ieſus, [56] ait illis, Non neceſſe habent [57] ſani medico;

SENS. LIT. IN CAP. II.

28. Int.ſ.mihi.Theoph.certificat de curatione animæ,per curationem corporis, quod facilius eſt, ſed Phariſæi credebant difficilius. 29. Int.Hier.q.d.eiuſdem potentiæ eſt animam ſanare,& corpus.
30. Int.quod ſpirituale,quod ſolus Deus nouit,qui facit. 31. Int. quod corporeis oculis videri poteſt. 32. Int.vt viſibile miraculum probet inuiſibile.Beda.fit carnale ſignum, vt probetur ſpirituale.
33. Chry.hoc dicit,vt oſtendat humanæ naturæ diuinitatem vnitam, nec per eam quicquam diminutam,aut impeditã,ne diuina operetur. 34. Glo. ſ.per diuinitatem. 36. Theoph. ad maiorem miraculi certitudinem,ne putaretur ſecundùm phantaſiam ſanatus,ſimul oſtẽdens non ſolum curaſſe, ſed etiam fortitudinem dediſſe. 38. Int.mira Domini virtus,ſine mora ſalus in iuſſu eſt.Beda. 39. Beda. ſ.quod minus erat,ſed apparebat,corporis.ſ.ſanitatem. 40. Int.damnata blaſphemia, ad laudem vertuntur. 41. Int.ſ.poſt curatum paralyticum. 42. Int. ſ. Capharnaum. 43. ſ. vt maritimos colligat. Beda. vt etiam habitatoribus maris prædicet. Theop.volebat ſolitarius eſſe,ſed turba iterum concurrit.
44. Int.oculis miſericordiæ. 45. Chry.apud Matthæum,Matthæus dicitur.Sunt & alij in Scriptura binominij,vt Iethro etiam Raguel vocabatur.Beda. Matthæus etiam ſe Publicanum vocat (quod Mar. & Luc.ob Euangeliſtæ honorem tacuerunt) vt oſtendat neminem debere de ſalute diffidere. 46. Chry. ſ.F[illegible]lium. 47. Int.ſ.ad curam vectigalium,telos enim Græcè,Latinè vectigal.Beda. 48. Int. i. imitare.Beda. 49. Int.ſ.pauper pauperem. Beda. reliquit propria qui rapere ſolebat aliena, reliquit etiam imperfectas rationes vectigalium,& incompoſitas,Dominus enim ita accenderat, vt mox vocantem ſequeretur. 50. Int.Beda.ſ.fecit ei conuiuium,quod Lucas dicit. 51. Beda.i. publicorum vectigaliũ exactores,ſeu conductores,vel lucra ſeculi ſectantes: videntes ij publicanum ad meliora conuerſum, non deſperant ſalutem. 52. Beda.it Chriſtus ad peccatorum conuiuia, vt occaſionem habeat docẽdi.
53. Int.ſ.pœnitentes. 55. Int.ſ.cum peccatoribus iuſtus. 56. Int.magiſter pro diſcipulis reſpondit.
57. Int.ſ.ſuperbi.Beda. qui ſuam iuſtitiam volentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti: ſugillat autem Scribas & Phariſæos,qui iuſtos ſe putantes,peccatorum conſortia declinabant.

SENS. MYST. IN CAP. II.

29. Int.dixit,& facta ſunt. 30. Beda.datur intelligi ob peccata pleroſque morbos euenire. 35. Beda.ſ.à carnalibus deſideriis. 36. Int.Beda.i.carnem per continentiam,ſpe cæleſtium à terrenis ſegrega.Theoph.non ſolum animas Deus à peccato conuertit,ſed virtutem [illegible]nit ad operandum boni.
37. Int. i. paradiſum,quæ prima domus hominis fuit.Beda.vel ad tui cuſtodiam internam. 45. Int. id eſt,additus.Hier.appoſitus. 54. Beda.torquentur Iudæi de gentium ſalute.

ADDIT. AVCT. IN CAP. II.

39. Gr. eſſent attoniti,& velut extra ſe. 47. menſam Publicanorum ſignificat.

ſed qui malè [58] habent[59]: non enim veni vocare [60] iuſtos,ſed [61] peccatores. Et erant diſcipuli Iohannis & Phariſæi [62] ieiunantes: & [63] veniunt & dicunt illi,Quare diſcipuli Iohannis & Phariſæorum ieiunant: tui autem diſcipuli non ieiunant? [64] Et ait illis Ieſus, Numquid [65] poſſunt [66] filij [67] nuptiarum quamdiu [68] ſponſus cum [69] illis [70] eſt ieiunare? [71] Quanto tempore habent ſecum [72] ſponſum,non poſſunt ieiunare.Veniét autem [73] dies cùm [74] auferetur ab eis ſponſus: & tunc [75] ieiunabunt in illis diebus. [76] Nemo [77] aſſumentum panni [b] rudis [78] aſſuit veſtimento veteri: [79] alioquin [80] aufert ſupplementum nouum à veteri, & [81] maior ſciſſura fit. Et nemo mittit [82] vinum nouum in [83] vtres veteres,alioquin [84] dirumpet vinum vtres, & [85] vinum effundetur,& vtres [86] peribunt:ſed [87] vinum nouum in vtres nouos [88] mitti debet. Et factum eſt [c] iterum cùm Dominus ſabbathis ambularet per ſata: & diſcipuli eius cœperunt progredi & [89] euellere ſpicas: Phariſæi autem [90] dicebant ei, Ecce quid faciunt diſcipuli tui ſabbathis quod non licet?

SENS. LIT. IN CAP. II.

58. Int.ſ.humiles.Beda.qui Chriſti gratiæ ſe ſubiiciunt. 59. Int.ſub. ideo vos declino. 60. Int. ſ. vos.qui tanquam iuſti fugitis peccatores,qui veſtram iuſtitiam ſtatuentes, iuſtitiæ Dei non eſtis ſubiecti. 61. Int.ſ.qui ſe peccatores agnoſcunt,non per legem iuſtificari ſe videntes, Chriſti gratiæ colla ſubmittunt,ideo ad peccatores declino. 62. Int.cauſam quæſtionis ſequentis præmittit. 63. Aug. de conſ.Euang.ſ.conuiuæ qui aderant,quos hoc mouerat.Glo.fuit hoc à pluribus obiectū,à Phariſæis,à diſcipulis Iohannis,à conuiuis,vel quibuſuis aliis.Chry.ſ.diſcipuli Iohannis & Phariſæorum. 65. Int.i. debent. 66. Int.i.Apoſtoli.Glo.de ſpirituali connubio Chriſti & Eccleſiæ creati Apoſtoli. 67. Int.ſ. Chriſti & Eccleſię.Aug. 68. Int.ſ.Chriſtus.Chry.deſponſatio eſt datio arrhæ,id eſt,gratiæ Spiritus ſancti. 69. Int.ſ.corporis præſentia. 70. Int.q.d.nō. 71. Int.pro,quia quanto. 72. Int.cuius plus proficit præſentia,quàm corporalis abſtinentia. Chry. conſiderans ſponſus filiorū infantiam, dignatur eos tunc non ieiunare. 73. Int.ſ.aſcenſionis,vel paſſionis. 74. Int.ſ.corporaliter. 75. Int.Beda. ſ. tam à cibis quàm à mundi amore.Chry.Ieiunabunt ſponſi aduentum affectantes, vt ſpiritus illi coniungant, per corporales anguſtias emundatos. 76. Int.Ideo non ieiunant,quia nemo,&c.Chry.q.d. prædicatores noui Teſtamenti veteribus legibus ſeruire poſſibile non eſt. 77. Int. ſ. ſeueriora præcepta nouæ vitæ. b. Beda.id eſt,noui. 78. Int.ſ.Apoſtolis veteri conſuetudini deditis. 79. Int.ſ.ſi aſſuit. 80. Int. q.d.repugnat noua vita veteri. 81. Int.quia ſi quid boni inerat, nimio quaſi pondere preſſum perit.

82.Int.ſ.Spiritualia præcepta. Beda. 83. Int.ſ.Apoſtolos. Beda:erunt autē noui cùm poſt aſcenſionem Domini innouabuntur,& nouo vino.i.Spiritus ſancti feruore replebūtur.Theoph.Diſcipulis ob infirmitatem non erat imponēda ieiunij grauitas. 84. Int.non poſſunt pati;quia carnales adhuc. 85. Int. ſ.doctrina ſpiritualis memoriæ non commendatur. 86. Int.i.qui habent,perduntur. 87. Int. i.Spiritualis doctrina. 88. Int id eſt,ſpirituales. 89. Beda:erant qui veniebant tam multi, vt manducandi ſpatium non haberent.Glo.noia contra Ebionitas,Apoſtolos litteram Sabbathi deſtruere.

90. Aug.de opere monach.c. 23.non calumniantur de furto,poterat enim per legem impunè aliquid

SENS. MYST. IN CAP. II.

74. Glo.cùm Chriſtus pro peccato recedit,ieiunium indicendum,& luctus multiplicandus. 76. Beda.non debet doctor animæ in vetuſtate malitiæ perduranti, nouorum myſteriorum ſecreta committere. 89 Beda.Diſcipuli,doctores:ſata,inſtituti in fide,quos dum illi viſitant,eorum ſalutem eſurientes,à terrenis eruunt,& manibus,id eſt,exemplis à carnis concupiſcentia,quaſi à folliculis exuūt:manducant autem,id eſt,Eccleſiæ membris incorporant:in Sabbatho verò, quia pro ſe futuræ quietis hoc fit,vel ſata,eloquia ſacra.Sabbathum otium à turbulentis cogitationibus: vellunt, cùm meditantur & diſcutiunt,donec medullam dilectionis inueniant.diſplicet hæc refectio ſtultis, ſed Domino probatur.Theoph.qui in paſſionibus habent requiem,alios poſſunt ad virtutem ducere.

ADDIT. AVCT. IN CAP. II.

67. pro,qui nuptiis interſunt.Hebr. 77. ἐπίβλημα,id eſt,immiſſuram. 82. ſ.muſtum, e, id dicitur propter alteram Phariſæorum calumniam. 89. pro,progrediendo vellere.

Et

Et ait illis, Nun[91]quid legiſtis quid fe[92]cerit Da[93]uid quando neceſſitatem habuit, & eſuriit ipſe, & qui cum eo erant: quomodo introiuit in domum Dei ſub Abia[94]thar Principe ſacerdotum, & panes propoſitionis manducauit, quos non licebat manducare niſi ſolis ſacer[96]dotibus: & de[97]dit eis, & qui cum eo erant? Et di[98]cebat eis, Sabbathum propter ho[99]minem factum eſt, & non homo propter Sabbathum. Ita[101]que Dominus eſt Filius hominis etiam Sabbathi.

SENS. LIT. IN CAP. II.

ex agris non quidem auferri, ſed comedi. 91. Int. veterem hiſtoriam obijcit. 92. Int. ſ. in Nobe. 93. Int. ſ. fugiens Saulem. 94. Beda. aderat iſte cum patre Abimelech, ſucceſſitque in ſummo ſacerdocio, & quia excellentior patre, meruit ſui memoriã fieri quaſi ſummi ſacerdotis, etiã viuente patre. 97. Int. ſ. Abimelech. Glo. illud ſecutus, Miſericordiam volo, & non ſacrificium, melius iudicauit à fame liberare, quàm ſacrificium afferre. 98. Int. aliter probat idem. 99. Beda. Maior cura ſanitati, & vitæ hominis adhibẽda, quàm cuſtodiæ Sabbathi. Machabæi, ob neceſſitatem Sabbatho pugnarunt. 101. Beda. q. d. Si Dauid illud licuit, quanto magis Domino Sabbathi. Chry. Legis latori & Domino lex non dominatur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. II.

94. id eſt, tempore Abiathar, qui paulo pòſt patri interfecto ſucceſſit, vel Achimelech etiam Abiathar dicebatur, ſicut ipſe Abiathar dicebatur etiam Achimelech, vt patet 2. Reg 8 & 1. Par. 19. 95. pro, propoſiti ſcilicet, ante Dominum. Heb. 96. vide Leu. 24. 100. id eſt, conſtitutum. 101. q. d. dico id factum à meis, vt cognoſceretis me Dominum Sabbathi, qui poſſum illud, quando velim, abrogare.

CAPVT III.

ET introiuit ite[1]rum in ſynagogam: & erat ibi ho[2]mo habens manum aridam. Et obſ[3]eruabant eum ſi ſabbatis curaret, vt accuſarent illum Et a[4]it homini habenti manum aridam, Surge in [5]medium. Et di[6]cit eis, Licet ſabbatis bene[7]facere, an [8]male? ani[9]mam ſaluam facere, an per[10]dere? At illi tace[11]bant. Et circunſpiciens eos cum [12]ira [a]contriſtatus ſuper [b]cæcitate cordis eorum, dicit ho[c]mini,

SENS. LIT. IN CAP. III.

3. BEDA. ſ. calumniari volentes, vt ſi curaret transgreſſionis: ſi non curaret, crudelitatis, aut imbecillitatis arguerent. 4. Int. calumniam præuenit. Beda. 5. Int. vt ab omnibus videatur. Chry. Statuit in medium, vt terrerentur aſpectu, eoque viſo, compaterentur, & malitiam deponerent. 6. Aug. 2. de conſ. Euang. interrogarũt illi prius Chriſtum (vt Matthæus ait) licétne Sabbatho curare? poſtea Chriſtus, vt refert Mar. & Luc. eos interrogauit. 8. Beda: æſtimabant illi à bonis operibus feriandum, cùm lex à malis iuberet. 9. Beda. i. hominem curare, an non: vocat enim Scriptura hominem animam: vel hoc ita dictum eſt, quoniam miracula illa Chriſtus ob animæ ſalutem faciebat. 10. Beda. Dei non ſaluare, Scriptura perdere vocat. 11. Int. non audentes reſpondere. Chry. Sciebant eum omnino curaturum. 12. Int. quaſi incredulitati eorum iraſcens.

SENS. MYST. IN CAP. III.

1. INT. Vbi maius donum ſcientiæ, ibi maius periculum culpæ. Beda. 2. Int. ſ. genus humanum. Beda: quod in fœcunditate boni operis arefactum: cuiuſque dextera primo homine vetitum pomum decerpente aruerat, ſed Redemptoris gratia manus in cruce tendentis, reſtituta eſt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

7. pro, prodeſſe, an lædere. 9. id eſt, vitam. 10. ἀποκτεῖναι, occidere. a. id eſt, condolens, ſeu condoleſcens: συλλυπούμενος. ſ. vitijs iraſcebatur, hominibus condolebat. b. πωρώσει, ſignificat etiam duritiam. c. ait Hier. in Euangelio Hebræo legi iſtum fuiſſe cæmentarium.

[13] Extende manum tuam. [14] Et extendit: & reſtituta eſt manus illi. Exeuntes autem [15] Phari-
ſæi ſtatim cum [16] Herodianis, [17] conſilium faciebant [18] aduerſus eum, [19] quomodo eum per-
derent. [20] Ieſus autem cum diſcipulis ſuis [21] ſeceſſit ad [22] mare: & [23] multa turba à [24] Galilæa &
[25] Iudæa ſecuta eſt eum: & ab [26] Hieroſolymis, & ab [27] Idumæa, & trans [28] Iordanem: & qui
circa [29] Tyrum & [30] Sidonem, multitudo magna, [31] audientes quę faciebat, venerũt ad eum.
[32] Et dixit Ieſus diſcipulis ſuis, vt in [34] nauicula ſibi deſeruirent propter turbam, ne com-
[33] primerent eum, [36] multos enim ſanabat: ita vt irruerent in eum, vt illum [37] tangerent,
quotquot habebant [38] plagas. Et ſpiritus immundi cùm illum videbant, [39] procidebant
ei: & [40] clamabant, dicentes, [41] Tu es Filius Dei. Et vehementer comminabatur [42] eis ne
manifeſtarent [44] illum. Et aſcendens in [45] montem, [46] vocauit ad [47] ſe quos [48] voluit ipſe, &
[49] venerunt ad eum. Et fecit vt eſſent

SENS. LIT. IN CAP. III.

14. Int.ſilico. 15. Int.Hier. Similis ſimilem quærit. 16. Int.quia ſoli non poſſunt. Theoph. Surrexerat quædam hæreſis quæ Herodem Chriſtum dicebat, quod defeciſſent Principes de Iuda. iſti ergo eum Phariſæis Chriſtum interficere conabantur. Beda Herodis miniſtri ob inimicitiam eius aduerſus Iohannem, etiam Chriſtum, quem Iohannes prædicabat perſequebantur. 17. Int.magna inſania, qui ſalute indigent, de nece Saluatoris conſiliantur. 18. Beda.quaſi non ipſi maiora in Sabbatis agerent, cibos portando, & cætera ad victum neceſſaria exequẽdo. 19. Int.quia ratione vincuntur, mortem machinãtur. 20. Int.Medicus cedit inſano populo. d. Int.ſub.ideo. 21. Int.odientibus cedit, amãtibus accedit. Beda.nondũ venerat paſſionis hora. Theoph. Secedit, vt plurimis benefaciat. 29. Theoph.alienigenæ ſequuntur, propinqui Iudæi perſequuntur. 31. Int.quia audierant. 33. Int.ſub ideo. 35. Theoph.gloriam ſuam occultat. 36. Int.ideo confluebant. 38. Theoph.id eſt, infirmitates. 39. Beda. vt diuini timoris coacti dæmones, infirmi verò intentione obtinendæ ſalutis. 40. Int.ſ. ſcilicet, dæmones. 41. Beda quod vel dæmones confitentur cùm adhuc mortalis Chriſtus. Arriani poſt reſurrectionis immortalitatem negant. 43. Int.ſ.dæmonibus, & curatis. Beda. 44. Int. ſ. Deum eſſe, ne differretur paſſio. Beda. 45. Theoph. vbi (vt ait Lucas) orauit. 46. Int.non meriti id, ſed diuinæ gratiæ eſt Beda. 47. Int. non vos me elegiſtis. ſed ego elegi vos. Beda. prohibuit dæmonibus ſe prædicare, eligit qui prædicent. 48. Chry. multi enim ſequebantur.

SENS. MYST. IN CAP. III.

13. Hier.auaris dicitur, vt manus extendant. Glo. debilitas animæ eleemoſynæ largitione curatur: fruſtra in oratione manus ad Deum expãdit, qui eas ad rogantem viduam non extẽdit. 16. Theoph. Herodiani. i. carnales: Herodes enim, id eſt, pelliceus. 21. Beda. Exemplum dat, ſi in vna ciuitate te perſequantur, in alteram fugiendi. 22. Beda.relicta Iudæa ob perfidiam, ad gentes diuerſis erroribus iactatas tranſit. 23. Beda.prædicantibus Apoſtolis multæ nationes ad Chriſtum veniunt. 24. Int. id eſt, rota. 25. Int.i.confeſſione. 26. Int.id eſt, viſione pacis. 27. Int.id eſt, ſanguinea. 28. Int.id eſt alienam deſcenſionem. 29. Int.id eſt, anguſtia. 30. Int.id eſt, venationem piſcis. 34. Int.id eſt, Eccleſia de gentibus congregata. Beda.gaudet verò Dominus manere in his qui gloriam ſæculi ſpernũt. Theoph.id eſt, corpore, corpus enim noſtrum Chriſto, id eſt, rationi debet ſeruire. 35. Int. ſ. diſcordes. Beda. Dominum tangit, qui per fidem & dilectionem corde ſuſcipit: comprimit, qui carnalibus cogitationibus aut factis pacem turbat. 37. Int.ſ.fideles. 45. Hier. Chriſtus, mons, ex quo fluunt aquæ viuæ, & vbi lac paruulis præparatur, & pinguedo ſpiritualis agnoſcitur. Beda. mons, altitudo iuſtitiæ, in qua erant Apoſtoli inſtituendi, quamque erant hominibus prædicaturi. 49. Int. ſ.libero arbitrio.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

16. i. Herodis militibus. 43. ſ. dæmonibus, vel à ſe curatis, vt ait Matt.

[50] duodecim [e] cum illo:& vt mitteret eos prædicare.Et dedit eis [51] poteſtatem curandi infirmitates,& ejiciendi dæmonia.Et [52] impoſuit Simoni nomen [53] Petrus:[54] & [55] Iacobum Ze-[56]bedæi,& [57] Iohannem fratrem Iacobi:& impoſuit eis nomina [f] Boanerges:quod eſt filij [58] tonitrui,& [59] Andream,& [60] Philippum,& [61] Bartholomæum,& [62] Matthæum,& [63] Thomam, & Iacobum [64] Alphæi, & [65] Thadæum, & [66] Simonem [67] Chananæum, & [68] Iudam [69] Scarioth, qui & [g] tradidit illum.Et [h] veniunt ad domum.Et [70] conuenit iterum

SENS. LIT. IN CAP. III.

51. Beda, vt promiſſorum cæleſtium manitudini atteſtaretur magnitudo factorum. 52. Theoph. numerat propter falſos apoſtolos vitandos. Aug. de con. Euang. non tunc impoſuit nomen Petro, ſed longe antè,vt ait Iohannes.Mar.ergo id recapitulãdo commemorat.Beda.Voluit Dominus aliter eum prius vocari, vt ipſa commutatione nominis Sacramentum commẽdaretur. 53. Beda.idem Græcè, ſeu Latinè Petrus, quod Syriacè Cephas. petra, Chriſtus, Simoni Petræ nomen dedit, vt lucis nomen Apoſtolis lux ipſe. 54. Int.ſ.vocauit ad ſe Beda. 58. Chry.magna enim,& clara diuinitatis adicta orbi debebant diffundere. 62. Glo. alij Euangliſtæ Matthæum præponunt, & publicanum non dicunt, ipſe ſe poſt Thomam ponit,& publicanum dicit. 64. Int.ad differentiam Iacobi Zebedæi. Glo.Maria Alphæi, matris Domini ſoror,quam Iohannes vocat Mariam Cleophe. Fortè enim idem Alphæus & Cleophas,vel mortuo Alphæo,Cleophæ nupſit. 65. Beda.hunc lucas vocat Iudam, Iacobi.ſ.fratrem, vt ipſe in Epiſtola ſua ait. 67. Int.ad differentiã Simonis Petri.Beda.eſt autem ita dictus à Cana vico Galileæ. 69. Beda.à vico in quo ortu, eſt,vel ex tribu Iſachar. 70. Int. Felix occupatio Saluatoris, felix ſtudium turbæ confluentis.

SENS. MYST. IN CAP. III.

50. vt ter quaterni fidẽ charitatis per quatuor orbis partes prædicarẽt,vnde ab Oriẽte portæ tres,ab Auſtro portæ tres,ab Aquilone portæ tres,ab Occaſu portæ tres. Hier.Speciẽ Iacobi dilexit Dominus, vt eſſent ſuper thronos duodecim, iudicãtes duodecim tribus Iſraël.Beda.in hoc Sacramẽto filij Iſraël iuxta tabernaculum caſtra metabantur,trinis videlicet per quadrum tribubus manentib.ex omni parte.

55. Int.id eſt,ſupplantatorem.Hier.qui ſupplantata habet carnis deſideria. 56. Int.id eſt,fugitiui.

57. Hier.ſ.qui gratia accepit,quod alij per laborem tenent. Glo. virginitatis gloria meruit ſupra pectus Domini recumbere. 59. Beda, id eſt, virilem à Græco ἀνὴρ, quod eſt vir,quia viriliter Domino adhæſit. 60. Int. i.os lampadis, vel lampadarum. Hier.Solent verò in Scriptura Hebræa nomina ad myſterium ſignificandum imponi. 61 Int. id eſt,filium ſuſpendentis aquas ſ.vnde vberius inebrient corda terrenorum. 62. Int.id eſt,donarum.Hier. 63. Int.id eſt,abyſſum.vel geminum Græce Didymus. 64. Int.id eſt,docti,ver milleſimi.Hier. 65. Int.id eſt,corculus,ſcilicet,cordis cuſtodem.Hier.

66. Int.id eſt,ponentem triſtitiam.Hier. 67. Hier.id eſt,Zelotem,quem,ſcilicet,zelus domus Dei comedit. 68. Int.huius caſus confirmat alios in humilitate.Theoph.diſcimus hinc Deum non repellere aliquem propter futuram malitiam.Hier.Iudas,id eſt,confitens,vel glorioſus. 69. Int.id eſt,memoria mortis.Hier. h. Beda.Electos Apoſtolos domum reducit, admonens poſt acceptum Apoſtolatus gradum,ad conſcientiam ſuam redeant.Hier.Domus primitiua, Eccleſia: turbæ impedientes panem manducare, peccata & vitia. Qui enim manducat indignè, &c. Gloſ. qui aliorum curam ſuſceperunt,debent ſolliciti conſcientiam cuſtodire.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

50. velut duodecim principes populi Chriſtiani. Nõ, quod figurã duodecim Apoſtolorum 12. filij Iacob,12 fontes Elim,12. lapides rationalis,12 exploratores,12. panes propoſitionis,12 lapides Iordanis,12. boues maris ænei,&c. e. id eſt,illi familiariſſimè adhærerent, diſcerentq; perfectè myſteria regni cæleſtis. 51. poſtea id de quo Matth.10 Marc.6 Luc.9. 52. aut tunc, aut illo tempore, de quo Ioan.1. aut Matth.16. 54. ſub,vocauit, vel deſignauit, f. Chald. eſt ſeu Syriacum, dicendùm verò Banaergos,ſed commutata littera in Græc.Hebr. בני, filij, רגש. tonitruum,vel ſtrepitus,vel tumultus:

58. pro,tonantes,ſcilicet,diuina dogmata Hebr. 63. Græcè,Didymus,id eſt, geminus,à תאם, geminare. 64. ſcilicet, filium. 65. qui & Lebbæus, & Iudas, Iacobi, ſcilicet,frater. 67. à Cana Galilææ ſecundùm Hier.is frater Iacobi Minoris, & Iudæ Thadæi, dictus & Zelotes. id enim ſignificat Cananæus. Nam, קנא, zelus. 69. à vico,vel à tribu Iſſachar, dicitur & Iudas Simonis, ſcilicet, filius.Ioan.6. g. preſens eſt.

[71] turba: ita vt non poſſet neque [72] panem manducare. Et cùm audiſſent [73] ſui, [74] exierunt tenere [75] eum, [76] dicebant enim, Quoniam [77] in furorem verſus eſt. Et [78] Scribæ qui ab Hieroſolymis deſcenderant, [79] dicebant, [80] Quoniam [81] Belzebub [82] habet: & quia in principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Et [83] conuocatis eis, in [84] parabolis dicebat illis, Quomodo poteſt [85] ſathanas [86] ſathanam [87] ejicere? [88] Et [89] ſi regnum [l] in ſe [90] diuidatur, non [91] poteſt regnum illud ſtare. [92] Et ſi domus [93] ſuper ſemetipſam [94] diſpartiatur: non poteſt domus illa ſtare. [95] Et [96] ſi ſathanas conſurrexerit [97] in ſemetipſum, diſpartitus eſt, & non poterit ſtare, ſed finem habet. [98] Nemo poteſt [99] vaſa [100] fortis ingreſſus in [101] domum eius diripere: niſi prius [102] fortem [103] alliget, & tunc [104] domum eius diripiet. [105] Amen dico vobis, quoniã [106] omnia dimittentur [107] filiis hominum [108] peccata, & [109] blaſphemiæ quibus blaſphemauerunt. Qui autem [110] blaſphemauerit [m] in Spiritum ſanctum, [111] non habebit remiſſionem in [112] æternum: ſed reus [113] erit æterni

SENS. LIT. IN CAP. III.

71. Int. ſcilicet, idiotæ minus eruditi. 72. Int. nec etiam. 73. Int. ſ. diſcipuli. Theoph. ſ. propinqui. 74. Theoph. quem faciunt alij magnum, ſui deſpiciunt, quia non eſt Propheta ſine honore, niſi in patria ſua. 75. Int. ſ. tanquam furioſum. 76. Int. quia ſapientiæ eius altitudinem capere nõ poterant, alieno ſenſu locutum putabant. Beda. 77. Int. in hoc errabant diſcipuli. Theoph. id eſt, dæmonium habet, & furit ideoque volebant tanquam dæmoniacum incarcerare. 78. Int. id eſt, ſapientes. 79. Int. hoc quod ſequitur. 80. Int. Hier. patitur ipſe quod nos pati docuit, dicens: Beati eritis cùm maledixerint vobis homines. 81. Int. vir muſcarum. Beda. Deus erat Acharon ita vocatus ob ſordes immolati cruoris. 82. Beda. quod negare nequeunt, ſiniſtra interpretatione peruertere laborant. 83. Int. vt probet ratione, quia neque mente captus eſt, neque in Belzebub ejicit dæmones. 84. Int. ſ. vt non intelligant donec capiantur. 86. Int. ſ. ſicut dicitis, me in Belzebub ejicere dæmonia. 87. Int. q. d. nullo modo. 89. Chry. dæmonum regnum in hoc eſt, vt homines ſubditos teneant. 90. Int. ſcilicet, vt dæmones pugnent contra ſe. 91. Diſcordia maximæ res dilabuntur. 92. Int. aliter probat idem.

93. Int. id eſt, contra. 94. Int. ſ. pugnando. 96 Int. ſcilicet, de cuius regno eſtis. 97. Int. id eſt, contra. 98. Int. Vos dicitis quia in Belzebub ejicio dæmonia, ſed nemo poteſt, &c. 99. Int. id eſt, homines à diabolo deceptos. Hier. dæmoniacos. 100. Int. ſcilicet, diaboli. Beda. 101. Int. Bed. ſ. mundum in maligno poſitum, in quo vſque ad aduentum Saluatoris, quaſi in pacato imperio ſine contradictione quieſcebat. 102. Int. ſ. diabolum. 103. Int. ſ. à ſeductione compeſcat. Beda. 104. Int. Chriſtus ereptos à diabolo Eccleſiæ adunauit, & per diſtinctas graduum dignitates ordinauit. Beda.

105. Int. q. d. dicitis me immundum ſpiritum habere, ſed dico, &c. Beda. oſtendit eorũ grande ſcelus. 106. Int. hæc contra Nouitianum, qui in martyrio lapſis veniam negat. Beda. 107. Int. ſcilicet, digni pœnitentibus. Beda. 108. Int. ſcilicet, in quoſlibet. 109. Int. ſ. in Deum. 110. Int. id eſt, qui intelligens opera Dei, eum negare non poſſit, ex inuidia contradicit, & opera Spiritus ſancti dicit eſſe Belzebub. m. Aug. de ver. Dom. ipſa impœnitentia eſt blaſphemia Spiritus ſancti, quo peccata dimittuntur, dono enim remiſſionis reſiſtit. qui duritiam cordis impœnitentis habet. 11[1] Int. ſ. quia pœnitere dignè non poteſt. Auctor. intellige dum eſt obſtinatus, vel non poteſt, id eſt, difficillimè poteſt, adeoque non pœnitet. 112. Beda. contra Orig. qui aſſerit poſt iudiciũ vniuerſale eunctos peccatores veniam conſecuturos. 113. Int. ſ. quia ſimilis diabolo contra conſcientiã ſuã maieſtatẽ Dei oppugnat.

SENS. MYST. IN CAP. III.

73. Glo. in propria venit, & ſui eum non receperunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

72. pro, cibum. Heb. 73. qui ex illius familia, aut cognatione. 75. ne, ſcilicet, ſe turba committeret. 77. pro, mente alienatus eſt Græ. ἐξέστη 84. id eſt, ſimilitudinibus. l. Græ. ἐφ' ἑαυτὸν, contra ſeipſum. 99. pro, bellica inſtrumenta Heb. m. ſcilicet tribuendo opus Spiritus ſancti ſpiritui immundo. 112. i. nunquam. quia. ſ. tales ferè obſtinati, & in ſenſum reprobũ dati. n. ſup. & in eo ejicit dæmones.

delicti:

[114] delicti: Quoniam dicebant, Spiritum immundum habet. Et [115] veniunt mater eius &
[116] fratres:& [117] foris ſtantes miſerunt ad eum [118] vocantes eum,& [119] ſedebat circa eum [120] turba:&
dicunt ei, Ecce mater tua,& fratres tui foris quærunt te. Et reſpondens eis,ait, [121] Quæ
eſt mater mea,& fratres [122] mei?Et circunſpiciens eos qui in circuitu eius ſedebant, ait,
[123] Ecce [124] mater mea,& fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei,hic frater meus &
[125] ſoror mea & mater eſt.

SENS. LIT. IN CAP. III.

114. Int.quia ipſe æternè delinquit qui nunquam pœnitet.Chry.pro hoc alius Euangeliſta, nec in hoc ſeculo,nec in futuro.Theoph.veniam nõ conſequentur,niſi pœniteant. Hier. Non merebitur pœnitentiam agere,vt recipiatur,qui Chriſtum intelligens,principem dicit dæmoniorum. 115. Int.ſ.eo prædicante.Theoph.quia propinqui tenere volebant,vt in furiam verſum,venit mater ex cõpaſſione.
116. Beda.non filij virginis,nec Ioſeph ex alia vxore,ſed cognati. 121. Chry. hoc dicit, non matrem & fratres reprobans,ſed oſtendens ſuper omnem cognationem temporalem, oportere propriam animam præhonorare. Beda. non refutat maternæ pietatis obſequium, ſed paternis myſteriis oſtendit debere ſe plus quàm maternis affectibus, opuſque ſpirituale cognationi carnis præfert, religioſiorem docens cordium copulam,quàm corporum. 122. Int.ſ.vt attentos faciat. 123. Chry. oſtendit propinquos fide præ conſanguineis honorandos. 124. Prædicator quaſi Dominum parit, quem cordi audientis infundit.Theoph.non negat matrem, ſed oſtendit eam non ſolùm dignam honore, quia genuit, ſed & propter omnem aliam virtutem. 125. Int. id addit, propter vtrumque ſexum fidelium. Glo.Soror & frater credendo,mater prædicando.

SENS. MYST. IN CAP. III.

116. Int.ſ.populus Iudæorum. 117. Int. ſ.in littera.Beda. 118. Int.ſ.foras.Beda.Iudæi Chriſtum ad docenda carnalia volunt exire,ipſi ad diſcenda ſpiritualia nolunt ingredi. 119. Beda.i.in ſpirituali intelligentia quieſcebat. 120. Int.ſ.gentilium.Beda differente Iudæa,gentilitas fluxit ad Chriſtum.
121. Int.nos,ſi quoque foris ſtemus,non cognoſcemur.

CAPVT IIII.

ET [1] iterum cœpit docere ad [2] mare:& congregata eſt ad eum [3] turba multa:ita
vt [4] nauim [5] aſcendẽs ſederet in mari:& omnis turba [6] circa mare ſuper terram
erat:& docebat eos in [7] parabolis multa,& dicebat illis in [8] doctrina ſua,Audite:

SENS. LIT. IN CAP. IIII.

1. INt.ſ.eodem die,vnde Matth.poſt ſuperiorem ſermonem continuò ſubiunxit, In illo die exiens de domo ſedebat iuxta mare,&c.Beda. 5. Chry.ſ.vt omnes auditores ante faciem haberet.
7. Hier.Parabola eſt rerum natura diſcrepantium ſub aliqua ſimilitudine facta comparatio. Loquitur verò in parabolis,vt qui cæleſtia capere non poterant, per ſimilitudinem terrenam audita perciperent.Chry.erigit per parabolam audientium mentem. 8. Theoph.non Moyſis,aut Prophetarum.

SENS. MYST. IN CAP. IIII.

2. INt.i.gentes tumidas & amaras.Hier.Locus indicat auditores amaros & inſtabiles. Beda.relicta ſynagoga,ad gentes venit,per Apoſtolos colligendas. 3. Int.Beda.i.frequentiam populorũ,ad fidem confluentium. 4. Beda.i.Eccleſiam in medio nationum ædificandam. 6. Int.ſ.fidelium.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IIII.

8. *id eſt, iuxta ſuum docendi genus.*

Ecce [9]exijt ſeminans ad [10]ſeminandum,& dum [11]ſeminat:aliud [12]cecidit [13]circa viam, & venerunt [14]volucres cæli & comederunt illud.Aliud verò cecidit ſuper [15]petroſa, vbi non habuit [16]terram multam: & [17]ſtatim exortum eſt:quia non habebat [18]altitudinem terræ: & quando exortus eſt [19]ſol,exæſtuauit,& eo quòd non habebat [20]radicem, [21]exaruit. Et aliud cecidit in [22]ſpinas:& aſcenderunt [23]ſpinæ, & [24]ſuffocauerunt illud, & [25]fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram [26]bonam: & dabat fructum aſcendentem & creſcentem,& afferebat [a]vnum [27]triceſimum,& vnum [28]ſexageſimum,& vnum [29]centeſimum. Et dicebat, [30]Qui habet [31]aures audiendi, [32]audiat. Et cùm eſſet [33]ſingularis, interrogauerunt eum hi qui cum eo erant [34]duodecim parabolam.Et dicebat eis,[35]Vobis datum eſt noſſe [36]myſterium regni Dei:illis autem [37]qui [38]foris ſunt,in parabolis [39]omnia [b]fiunt:vt [40]videntes [41]videant,& non [42]videant:& audientes [43]audiant,& non [44]intelligant: [45]nequando conuertantur,& [46]dimittantur eis peccata.Et ait illis,[47]Neſcitis parabolam hanc? & quomodo omnes parabolas cognoſcetis?Qui ſeminat,verbum ſeminat.

SENS. LIT. IN CAP. IIII.

9. Int.ſ.Chriſtus de ſinu Patris in mundum,vel de Iudæa ad gentes. vnde Abacuc,Egreſſus es in ſalutem populo tuo.Chry. exiuit non loco, qui omnibus præſens eſt, ſed diſpenſatione per carnis amictum. 10. Chry. Exit aliquando ſeminans, vt malas herbas euellat, aut aliud operetur,iſte autem ad ſeminandum. 11. Int.ſ.verbum per ſe,vel per ſuos. 12. Theoph. non dicit proiecit,ſeminans enim quantum eſt in ſe,in bonam terram proijcit;ſed illa,ſi mala ſit, corrumpit verbum. 13. Theop. Infideles ſunt circa viam,id eſt,extra Chriſtum Beda. Via,mens malarum cogitationū motu trita,vel circa viam ſunt negligentes,& deſides. 14. Beda. Dæmones ita dicti quod ſpiritualis naturæ ſint, vel quia in aëre habitent. 15. Beda id eſt,duritiam proteruæ mentis. 16. Int.Beda.id eſt,lenitatē animi obedientis. 17. Int.Beda.quia audito verbo ad horam delectantur. 18. Int.id eſt,probitatem animi cæleſti diſciplina exercitati,& ad obediendum regulariter inſtituti.Beda. 19. Int.id eſt,feruor perſecutionis.Beda. 20. Int.ſ.firmi deſiderij.Beda.ſalutaris deſiderij. 21. Int.quia huiuſmodi ad horam tantùm audito ſermone delectantur. 22. Int.ſ.corda diuitiarum cura ſollicitata. Theoph. animas multa curantes;ſpinæ enim,curæ. 23. Int.id eſt, multiplicatæ ſunt diuitiæ. 24. Int.ſ vt non poſſet fructificare verbum. 25. Int.& ideo. 26. Int.id eſt,fidelem mentem. Theoph.pauci ſaluantur:quarta enim tantùm pars ſeminis inuenitur ſaluata. Chry.perit ſemen.animæ audientis vitio;poſſibile eſt enim petram fieri pinguem,& viam non conculcari,& deſtrui ſpinas,alioqui non ibi ſeminaſſet. 27. Int.ſ. fidem ſanctæ Trinitatis in coniugatis. 28. Int.ſ.in viduis. 29. Int.ſ.in virginibus. 30. Int.ſignificat ſe alta dixiſſe.Hier.admonitio hæc in Euangelio,& Apocalypſi,indicat myſticum eſſe quod dicitur.

31. ſcilicet,cordis.Hieron. 32. Int.Id eſt,intelligat. 33. Int.id eſt,ſecretus à turba. 34. Int.ſ.diſcipuli. 35. Int.ſ.qui mecum,non his qui foris ſunt. 36. Int.id eſt,ſecreta Scripturarum. 37. Int.id eſt,nolunt accedere.Beda.non ſunt digni addiſcere,propter eorum malitiam. 38. Int.non in naui mecum. 39. Int.non modò verba,ſed & facta,quia non poterant capere ſpiritualia quæ in eis tegebantur

40. Int.ſ.exterius.Beda.quaſi dicat,vt impleatur Prophetia quæ hæc dicit. 41. Int.ſ.exteriora.

42. Int.ſ.corde. 43. Int.ſ.exterius. 44. Int.ſ.corde.Chry.quod audiant & videant,eſt ex Dei gratia, non intelligunt verò,quia gratiam nolunt accipere,nec dictis acquieſcere.Theoph. excæcat Deus ne grauius peccent,nolentes facere quæ non intelligunt.Aug.de q.Euang.Peccatis ſuis meruerunt vt non intelligerent. 45. Int. id eſt,vt non. 46. Int.q.d.ideo non conuertuntur,nec remittuntur eis peccata. 47. Int.excitat attentionem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IIII.

18. id eſt profunditatem. 21. id eſt,exuſtum eſt.ſeu æſtu perijt,ἐκαυματίσθη. a. ſcilicet,ſemen.

33. id eſt,ſolus,ſeu ſolitarius καταμόνας. 36. id eſt,arcanum,ſeu ſecretum non communicandum prophanis. 37. id eſt,extraneis. b. pro,proponuntur, vel contingunt. 42. q. d. Dei iudicio fit, ob illorum peccata. 47. id eſt,non intelligitis.

Hi autem ſunt qui circa viam,[48] vbi ſeminatur verbum:& cùm audierint,confeſtim ve-
nit ſathanas,&[49] aufert verbum quod ſeminatum eſt in cordibus eorum.Et[50] hi ſunt ſi-
militer qui ſuper petroſa ſeminantur:qui cùm audierint verbum;ſtatim cum gaudio
accipiunt illud:& nòn habent[51] radicem in ſe,ſed[52] temporales ſunt :[53] deinde orta tribu-
[54] latione,&[55] perſecutione propter verbum,confeſtim ſcandalizantur.Et alij ſunt qui in
[56] ſpinis ſeminantur:hi ſunt qui verbum audiunt,&[c] ærumnæ[57] ſeculi,&[58] deceptio diuitia-
rum,& circa reliqua[59] concupiſcentiæ introeuntes[60] ſuffocant verbum,& ſine fructu ef-
[61] ficitur. Et hi ſunt qui ſuper terram[62] bonam ſeminati ſunt:qui audiunt verbum & ſuſ-
[63] cipiunt,& fructificant:vnum[64] triceſimum,vnum[65] ſexageſimum,& vnum[66] centeſimum.
Et dicebat illis,[68] Nunquid venit[69] lucerna vt ſub[70] modio ponatur,aut ſub[71] lecto? nonne
vt ſuper[72] candelabrum ponatur? Non enim eſt aliquid abſconditum quod non mani-
[73] feſtetur:nec factum eſt[d] occultum quod non[74] veniat in palam.Si quis habet aures[e] au-
[75] diendi[76] audiat.Et dicebat illis,Videte[77] quid audiatis.In qua menſura menſi fueritis, re-
[78] metietur vobis:& adiicietur vobis.[79] Qui enim[80] habet,[81] dabitur illi:

SENS. LIT. IN CAP. IIII.

48. Int.i.in quibus. 49. Beda quia nulla fide,nullo intellectu, nulla ſaltem vtilitatis occaſione percipiunt. 50. Int.Beda hi vtilitatem probant, deſiderium guſtant, ſed aduerſa impediunt quæ formidant. 51. Int.id eſt, fidem firmam. 52. Int.ſ.ad tempus credunt. 54. Int.ſ.interiori. 55. Int.ſ. de loco in locum. 56. id eſt,diuitijs quæ diuerſis curis pungunt,quia permultis indigent,qui permulta poſſident. 57. Int.ſ.curarum. 59. Int.ſ.acquirendi. 60. Int.id eſt, ſtrangulant guttur mentis,nec bonum deſiderium ad cor tranſire ſinunt. 61. Beda excipiuntur à dictis hominum differentijs; Gentiles,qui verba vitæ nec audire merentur. 62. Int id eſt,fidelem conſcientiam. 63. Beda.hi excipiũt, conſeruant,& fructificant. 64. Int.ſcilicet,fidem Trinitatis in electorum cordibus.Beda. ¶ Theoph. ſcilicet,laici,& qui in coniugio ſunt. 65. Int.ſcilicet,perfectionem bonæ operationis,quia ſex diebus ornatus mundi expletus eſt.Theoph. continentes,& qui in cœnobio ſunt. 66. Int.Beda. ſ. perpetuam beatitudinem,quia centenarius à læua tráſfertur in dexteram digitali computatione.Hier. 30.60.100. Lex,Prophetia,& Euangelium. 68. Int.quaſi dicat, vobis datum eſt noſſe myſterium regni,ſed cæteris per vos idem myſterium reuelandum;& ideo carnali timore non abſcondatis. Chry.q.d.non eſt dicta parabola,vt occulta maneat,ſed vt dignis manifeſtetur. 69. Int.ſcilicet, verbi Dei. Hier. ¶ Chry. Lucerna,eſt intellectualis natura,quæ ſi negligat meditationes, quæ lumen nutriunt, extinguitur.

70. Theoph.Modius,ciborum cura;lectus,quies:nemo autem qui eſcis ſtudet,& requiem diligit,poteſt eſſe lucerna omnibus lucens. 71. Int.id eſt,carne.Hier.modius,aut lectus,auditus eſt inobedientium. 72. Int.id eſt,corpus,vt ſ.dominetur. Theoph.id eſt,altitudinem conuerſationis. Beda. ſuper candelabrum lucernam ponit,qui corpus ſuum miniſterio verbi Dei ſubijcit. 73. Int.alias,reueletur. 74. Beda.quaſi dicat,nolite erubeſcere Euangelium,ſed inter tenebras perſecutorum lumẽ verbi Dei ſupra corporis veſtri candelabrum fixa mentę retinentes diem quo illuminabit Deus abſcondita tenebrarum. 75. Int.id eſt,intelligendi verbum Dei.Beda. 76. Int.id eſt, memoriæ mandet,nõ ſe ſubtrahat,non auditum ad fabulas cõuertat. Theoph.q.d.nihil eorum quæ à me vobis dicuntur ſubterfugiatis. 77. Int.quaſi dicat,omnia quæ poteſtis ſolerter facite,quia in qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis. 78. Int.ſ in præſenti ſenſus intelligendi,& effectus operádi,& in futuro bona æternæ retributionis adieijentur vobis. ¶ Hier.ſecundùm menſuram fidei vnicuique diuiditur intelligentia myſteriorum. 79. Int.q.d. verbo quod auditis operam dare,qui enim habet,&c. 80. Int.ſ.amorẽ verbi. Hier.qui habet opus verbi,habebit intelligentiam myſterij.Chry.qui habet affectum, & voluntatem audiendi,& petendi,dabitur ei. 81. Int.ſ.ſenſus intelligendi,quod amat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IIII.

c. μέριμναι,i ſolicitudines. 58. pro,diuitiæ deceptrices, Hebr. d. ſ.vt occultum maneat.Gra.Nec factũ eſt occultũ,ſed vt in palã veniat.Loquitur autẽ ſecundùm quoſdã de occultis ſcriptis de ipſo in Prophetis.

& qui non habet[82],etiam quod habet[83] auferetur[84] ab eo.Et dicebat, Sic eſt regnum[85] Dei, quemadmodum ſi homo[86] iaciat[87] ſementem in terram[88],& dormiat[89]:& exurgat[e] nocte[90] & die[91]:& ſemen germinet[92], & increſcat dum neſcit[93] ille.Vltrò[94] enim terra fructificat primum herbam[95],deinde ſpicam[96], dein plenum frumentum[97] in ſpica.Et cùm ex ſe produxerit fructus,ſtatim mittit falcem[98], quoniam adeſt meſſis[99]. Et dicebat,Cui aſſimilabimus regnum[100] Dei;aut cui[g] parabolæ comparabimus illud?Sicut granum ſinapis : quod cùm ſeminatum[h] fuerit in terra[101], minus[102] eſt omnibus ſeminibus quæ ſunt in terra : & cùm natum fuerit,aſcendit in arborem:& fit maius[104] omnibus oleribus[105]:& facit ramos[106] magnos[l];ita vt poſſint ſub vmbra[107] illius aues cæli[108] habitare.Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum,prout poterant[109] audire: ſine parabola autem non loquebatur[110] eis.Seorſum[m] autem diſcipulis[111] ſuis diſſerebat[112] omnia[113].Et ait illis, in[n] illa die cùm ſero[114] eſſet factum , tranſeamus contrà[o]. Et dimittentes turbam, aſſumunt[p] eum ita vt erat in naui : & aliæ naues[q] erant cum

Sens. Liter. In Cap. IIII.

82. Int.ſ.amorem. 83. Int.ſ.naturali ingenio,vel litterarum exercitio. 84. Beda.id eſt,nulla veræ ſapientiæ dulcedine gaudebit.Chry.id eſt, quod contingit habere, ſcriptæ legis auferetur ab eo. Beda. negligentia amittitur ſapientia ab ingenioſis,labore deguſtatur à tardis. 85. Int.id eſt,Eccleſia.Hier. Eccleſia regitur à Deo,& regit homines. 86. Int.ſ.Filius hominis. 87. Int.id eſt,verbum. 88. Int. i.corda.Chry.mundum.Hier.corda humana. 89. Int.i.moriatur.Hier. e. ſ.ſemen.Chry.i.Chriſtus.ſ. nos ad fructificationem erigat. 90. Int.i.aduerſus.Hier. 91. Int.i.proſperis.Hier. 92. Int.ſ.in opere. 93. Int.i.neſcire facit.Hier. 94. Int.quia in arbitrio hominis eſt.Chry. 95. Int.ſ.timorem.Hier. 96. Int.ſ.pœnitentiam lachrymoſam.Hier. 97. Int.ſ.charitatem. Hier. ¶ Chry.herba in lege naturæ,ſpica in lege Moyſis, frumentum in Euangelio.Theoph.herba, in principio boni; ſpica,cùm reſiſtimus tentationibus fructus perfecta operatio. 98. Int.ſ.mortem,vel iudicium.Hier. 99. Int.ſ.finis ſeculi. 100. Int.Beda.i.prædicationem Euangelij,quæ ducit ad regnum Dei,de qua dicitur,Auferetur à vobis regnum,&c. h. Beda.ſ.à Chriſto,ſeu ab homine. 101. Beda. id eſt, in corde credentibus, vel in mundo. 102. Int.ſ.in timore.Hier. ¶ Glo. prædicare Deum hominem mortuum crucifixum,philoſophorum ſapientia comparatum minus videtur. 104. Int.ſ.charitate.Hier. 105. Int.omnis caro fœnum.Hier. ¶ Glo. ſ. philoſophicis diſciplinis. 106. Int. ſ. prædicatores ex ipſa prædicatione naſcentes,vel ramos miſericordiæ,& compaſſionis. l. Theop.Apoſtolorum enim quidam Romam,alij in Indiam,alij aliò diuiſi ſunt. 107. Int. i. protectione Dei,de qua ſub vmbra illius quem deſiderauerã, ſedi,&c. 108. Int.i.ſancti.Theoph.contemplatiui,& ſapientes. 109. Int.Lac potum dedit vobis,nõ eſcam. 110. Theop vt mouerentur ad accedendum,& interrogandum. Glo. nullus eius ſermo inuenitur,in quo non ſit aliquid parabolæ. m. Int.ſcilicet,à turba. 111. Int.ſcilicet,ſpiritualibus ſpiritualia dignis intelligere. 112. Int.ſ.apertè. 113. Theoph.ſ.de quibus interrogabant.

Sens. Myst. In Cap. IIII.

114. Int. ſcilicet, appropinquante occaſu veri Solis, Beda. q. Beda. ſcilicet, fide Dominicæ crucis imbuti,non tamen tribulationibus pulſati.

Addit. Avct. In Cap. IIII.

89. pro,dormiat nocte,& exurgat die,vel,quaſi dicat,& tranſigat ſecutus,& aliud agens dies & noctes. f. pro, Dicebat præterea.Heb. g. id eſt,qua ſimilitudine declarabimus. 112. ἐπέλυε, diſſoluebat, exponebat. n. pro,ille tempore quo in Galilæa prædicabat,non enim die qua parabolas dixit. o. εἰς τὸ πέραν,id eſt,in vlteriorem partem. p. id eſt,ſuſceperunt cum traijciendum,vt ſe compoſuerat in naui ſuper ceruicali ſcilicet, iacentem.

[115] illo. Et facta eſt [116] procella magna venti, & fluctus mittebat [r] in [117] nauim: ita vt impleretur nauis. Et erat ipſe in [118] puppi ſuper [119] ceruical [120] dormiens : & [121] excitant illum : & [122] dicunt illi, Magiſter, non ad te [123] pertinet quia perimus? Et [124] exurgens comminatus eſt [125] vento, & di [126] xit mari, [127] Tace, obmuteſce. Et ceſſauit ventus: & facta eſt [128] tranquillitas magna. Et ait illis, [s] Quid timidi eſtis? [129] necdum habetis [130] fidem? Et timuerunt [t] timore magno: & dicebāt [v] ad alterutrum, Quis [131] putas eſt [132] iſte? quia [x] ventus & mare obediunt ei.

Sens. Lit. In Cap. IIII.

116. Chry. ne diſcipuli ſuperbirent, quod eos ſolos aſſ..mpſerat, periclitati permittit, vt etiam diſcant tentationes viriliter ſuſtinere. 117. Int. aliàs, naui. 120. Int. ſ. corporaliter, vt homo. Chry. vt futuri miraculi maiorem eis ſenſum imprimat dat tempus, timori, dormiendo ſi enim vigilaſſet, aut non timuiſſent, aut eum facere tale aliquid non putaſſent. 121. Chry. quod ſurgens poſſet ventis imperare credebant, quod dormiens, nequaquam. 123. Int. q. d. non eſt tibi curæ. 127. Int. imperat vt Deus Glo. Sentit omnis creatura imperium Creatoris. 128. Int. ideo timidi erant. 130. Theoph. ſi fidem habuiſſent, crediſſent etiam dormientem poſſe ſeruare. 131. Theop. Videbatur eis Deus qui mare iuſſu placaret, homo verò qui dormiret. 132. q. d. verè mirabilis.

Sens. Myst. In Cap. IIII.

117. Int. i. Eccleſiam. Beda. i. paſſionis arborem, per quam fideles ad littoris ſecuritatem perueniunt. 118. Hier. i Eccleſiæ initio. 119. Int. i. corpus, cui diuinitas ſicut caput inclinatum recumbit. Hier. 120. Beda. ſ. nauigantibus nobis inter æquoris huius fremitus, amoris flamma interdum refrigeſcit. 121. Int. Beda. ſ. ne diutius reſurrectione dilata perirent omnino. 122. Int. ſ. diſcipuli turbati precantes reſurrectionem. 124. Int. ſ. à morte: per mortem enim deſtruxit eum qui habebat mortis imperium. 125. Int ſ. diabolo. 126. Int. ſ. perſecutoribus. 127. Int. Beda Iudæorum rabiem per reſurrectionem repreſſit, quæ caput quatiens, clamauit: Si Filius Dei eſt, deſcendat nunc de cruce. 128. Int. ſcilicet, pax in Eccleſia poſt preſſuras: vel theorica poſt actiuam. Hier. s. Beda poſt reſurrectionem exprobat eis incredulitatem.

Addit. Avct. In Cap. IIII.

r. ſcilicet, ſimul profecta. r. ſ. procella. 124 pro, excitatus increpauit διεγερθεὶς ἐπετίμησε. s. Græ. quid ſic timidi eſtis, id eſt, tantopere. Dixit autem id priuſquam ſedaret tempeſtatem. vt patet ex Matth. 130 ſ. perfectam. t. verentes ſ. ne non ſatis dignè de Chriſto ſenſiſſent eumq; vſſent venerati. v. pro, inter ſe. 131. τίς ἄρα, quiſnam. x. vide Pſal. 64/l, a. 51.

Capvt V.

ET venerunt trans fretum maris in regionem Geraſ[r]enorum. Et exeunti ei de naui, ſtatim occurrit de [a] monumentis [a] homo [b] in ſpiritu immundo:

Sens. Lit. In Cap. V.

1. Beda. Geraſa vrbs inſignis Arabiæ trans Iordanem, iuxta montem Galaad, quam tenuit tribus Manaſſe, non longè à ſtagno Tyberiadis Chry. legendum Gergeſenorum. Gergeſa enim ciuitas antiqua iuxta eam quæ nunc Tyberias nuncupata, nam Geraſa vrbs eſt Arabiæ, nec mare, nec ſtagnum proximum habens. 2. Aug. de conſ. Euang Matth. duos dicit, ſed eorum vnus quem Mat. & Lucas cōmemorāt, clarior erat, quemq; regio illa maximè dolebat. Chry. non dicit Marcus fuiſſe vnum ſolum.

Sens. Myst. In Cap. V.

2. INt. Beda ſ. gentes quæ dæmoniacis illuſæ doctrinis, idola colunt. Hier. i. deſperatiſſimus gentium populus, nec lege Dei, nec humano timore alligatus. Glo. Gentes Dominus poſt reſurrectionem ſuam miſſis prædicatoribus, viſitare dignatus eſt. Beda. Geraſa, ſeu Gergeſe (vt quidam legunt) id eſt, colonum eijciens, ſeu aduena appropinquans, gentes enim hoſtem de corde repulerunt, & cùm longè eſſent, factæ ſunt prope.

Addit. Avct. In Cap. V.

a. pro, è quodam monumento. b. pro, habens ſpiritum immundum. Heb.

qui

qui domicilium[3] habebat in monumentis[4], & neque cathenis[5] iam poterat eum quiſquam[6] ligare: quoniam ſæpe compedibus & cathenis vinctus, dirupiſſet cathenas,& compedes comminuiſſet: & nemo poterat eum domare, & ſemper die[7] ac nocte[8] in monumentis[9] & in montibus[10] erat clamans[11],& concidens ſe lapidibus[12]. Videns autem Ieſum à longè,cucurrit,& adorauit eum:& clamans [b]voce magna dixit,Quid[13] mihi & tibi Ieſu Fili[14] Dei altiſſimi[15]? adiuro[c] te per Deum ne[16] me torqueas. Dicebat[17] enim illi, Exi[d] ſpiritus immunde ab homine iſto. Et interrogabat[18] eum, Quod[e] tibi nomen eſt? Et dicit ei,Legio[19] mihi nomen eſt:quia multi ſumus.Et deprecabantur eum multum, ne ſe expelleret[20] extra regionem[21]. Erat autem ibi circa[22] montem grex porcorum magnus paſcens in agris.Et deprecabantur eum ſpiritus,dicentes:

Sens. Lit. In Cap. V.

4. Chry. ſ. vt crederent homines decedentium animas in dæmones conuerti. 12. Int.quoniam arreptis cautibus ſeipſos furibundi concidebant. 13. Beda. q.d. nihil commune nobis. ¶ hoc contra Iudæos,qui dicunt,ejicit dæmones in Belzebub. Chry.q.d.cur me ejicis ab hominibus cùm ſint mei?
14. Int.hoc contra Arrium,qui negat Filium Dei credunt dæmones Filium Dei,& contremiſcunt.
15. Int.aliàs ſummi. 16. Cyrill. emiſſionem reputabat tormentum, vel etiam inuiſibiliter torquebatur. Beda. Magnum tormentum homini à læſione hominis ceſſare; & tanto dimittit grauius, quanto poſſidet durius. 17. Cyrill. Chriſti verba, dæmoni ignis & flamma. 18. Theoph. Interrogat,vt cæteri ſciant multitudinem inhabitantium dæmonum. Beda. vt confeſſa publicè peſte curantis, virtus gratior appareat, ſed & nunc qui per exorciſmos dæmones ejiciunt, dicunt non aliter patientes poſſe curari,niſi,quantum poſſunt, quod à dæmonibus quolibet corporis aut animi ſenſu pertulerunt, exponant patenter. 20. Int. ſed mitteret in gregem porcorum. 21. Chry. Luc. ait in abyſſum, merentur quidem dæmones mitti in tenebras exteriores, ſed permiſit eos Chriſtus in terra, ne abſentia tentatoris homines à victoriæ corona priuaret. Glo. rogant ne mittantur in abyſſum, ſciebant enim hoc futurum aliquando per Chriſti aduentum Prophetarum dicta recolentes. 22. Aug. 2.de conſ. Euang. Lucas ait in monte,ſed tam magnus erat grex,vt pars eſſet in monte, pars circa montem.

Sens. Myst. In Cap. V.

3. Int.quia gentes mortuis operibus, id eſt, peccatis delectantur. 4. Int.Beda.perfidorum corpora animæ peccatis mortuæ,ſunt ſepulchra. 5. Int.ſ.legibus diuinis,quia non erat dignus.Glo.compedes & cathenæ,duræ gentium leges quibus à peccatis cohibebantur. 7. Int.id eſt,proſperis.Beda. 8. Int. id eſt,aduerſis.Beda. 9. Int.id eſt,in fœditate operum.Beda. 10. Int.id eſt,in faſtibus ſuperbiæ.Beda.
11. Int. ſcilicet, per verba duriſſima infidelitatis. 12. Beda. id eſt, idolis. 19. Beda. quia populus gentium diuerſis idololatriæ cultibus erat mancipatus. Glo. Legio, ſcilicet, decem millia,quæ cadunt à dextera Patris,quæ eſt Chriſtus.

Addit. Avct. In Cap. V.

4. *quæ Iudæis extra ciuitatem in agris,deſertisq́; locis, vel è rupe exciſa,vel in ſpeluncis exſtructa.*
c. adiurare in Scriptura aliquando facere iurare, vt Gen. 24. Ioſ. 2. aliquando iuramento execratorio maledictioni ſubijcere. Num. 5. 1. Regum 14. Aliquando religione obſtringere, ſcilicet, metu religionis violata ad aliquid faciendum adigere: hic ergo, quaſi dicat, per obedientiam Deo debitam te obſtringo, vel peto à te vt mihi per Deum iures, quod me non torquebis Græc. ὁρκίζω. ſeu ἐξορκίζω. 16. ſcilicet, pellendo hinc, vel mittendo in infernum. d. non dixerat vt ſtatim exiret, alioquin iam exijſſet. e. pro, quis tu es? 19. λεγιών, vox Latina, continet autem cohortes 10. cohors verò 50. manipulos. Manipulus 25. milites, adeoque legio 12500. milites, hic verò non tot dæmones, ſed ſignificatur tantùm multitudo: vſurpant dæmones nomen militare, vel quod hoſtes hominum, & Dei, vel per ſuperbiam quia illud bonis Angelis conuenit. 21. delectantur dæmones ijs regionibus, quibus ſe putant plus hominibus poſſe nocere.

Mitte

Mitte nos in [23] porcos:vt in eos introeamus. Et [24] conceſſit eis ſtatim Ieſus. Et [25] exeuntes
ſpiritus immundi, introierunt in [26] porcos: & magno impetu grex præcipitatus eſt in
mare,ad duo [f] millia,& [g] ſuffocati ſunt in mari.Qui autem paſcebant porcos,[27] fugerunt,
& [28] nunciauerunt in ciuitatem, & in [h] agros. Et egreſſi ſunt videre quid eſſet facti: &
[29] venerunt ad Ieſum,& vident illum qui à dæmonio vexabatur,[30] ſedentem,[31] veſtitum,&
ſanæ mentis: & timuerunt. Et narrauerunt illis qui viderant qualiter factum eſſet ei
qui dæmonium habuerat,& de porcis.Et [32] rogare cœperunt eum vt diſcederet de fini-
bus eorum. Cumque aſcenderet nauim,cœpit illum [33] deprecari qui à dæmonio vexa-
tus fuerat,vt eſſet cum [34] illo,& [35] non admiſit eum, ſed ait illi, Vade in domum tuam ad
tuos,& [36] annuncia illis quanta tibi fecerit [37] Dominus,& miſertus ſit tui.Et abiit,& cœ-
pit prædicare in [38] Decapoli quanta ſibi feciſſet Ieſus: & omnes mirabantur. Et cùm
aſcendiſſet Ieſus in nauim rurſus trans fretum,conuenit multa turba ad eum: & erat
circa mare.Et [39] venit [40] quidam de archiſynagogis nomine

SENS. LIT. IN CAP. V.

23. Remi.in Matt.non petunt in homines,quia humanam in eo,cuius virtute torquebantur,ſpeciem videbant, nec in pecora: offerebantur enim in templo,vt munda animalia;ſed in porcos, quod eſt immundiſſimum animal, ſemper enim ſpurcitiis delectatur, petunt verò ſibi concedi, non enim poſſunt nocere hominibus, niſi permiſſione diuina. 24. Int.ſ. vt porcorum perditio hominibus eſſet ſalutis occaſio,paſtores enim videntes,ſtatim nunciauerunt ciuitati.Beda. ¶ Chry.permiſit, vt virtus & furor dæmonũ,quem,ſi permitteretur,in homines exercerent,appareret. 25. Int.ſ.accepta poteſtate à Deo, aliter enim nec pecoribus nocerent. f. Glo.erubeſcat Manichæus,ex eadem ſubſtantia hominum & beſtiarum animas dicẽs,ob vnius enim hominis ſalutem, duo millia porcorũ ſuffocantur. 27. Titus. ſ.ne cum porcis perirent. 29. Titus. adduxit illos damni neceſſitas, ſæpe enim Deus cùm in rebus homines damnet,confert beneficium animabus. 30. Glo. ſ.ad pedes Chriſti (vt ait Lucas.) 32. Int. ſ.conſcij fragilitatis ſuæ,adhuc infirmi,pondus ſapientiæ eius ſuſtinere non poterant. Theoph.contriſtati de porcorum perditione Chriſti præſentiam renuunt. Beda. præſentia Domini ſe iudicabant indignos. 33. Theoph.timebat ne iterum dæmones intrarent in eum, ſed Dominus remittit eum in domum ſuam innuens ſe etiam abſentem poſſe cuſtodire,ſimul vt curatus aliis prodeſſet. 36. Chry.hoc aliis ſanatis prohibuerat, huic verò etiam præcipit, tota enim illa regio dæmonibus detenta, ſine Deo manebat. 37. Theoph.vide humilitatem,non enim dicit,quanta tibi feci. 39. Aug.2.de conſ.Euan. quanto poſtquam transfretarit,non apparet, eſt autem ante hoc factum conuiuium in domo Matthæi, vt ipſe indicat.

SENS. MYST., IN CAP. V.

26. Beda. Liberato gentium populo à dæmonibus qui Chriſto credere noluerunt,ſacrilegos agunt ritus. Theoph.intrant dæmones in homines voluptatibus deditos. Glo. non habet poteſtatem dæmon (niſi fortè ad probandum) niſi in eos qui porcorum more viuunt. 27. Hier.Stulto flagellato ſapiens prudentior fit. 28. Gloſ.quidam etſi legem Chriſtianam fugiunt, ſtupendo tamen & mirando, eius potentiam prædicant. 31. Gloſ.ſ.virtutum ſtudio,quod veſana mente perdiderat. 34. diſſolui,& eſſe cum Chriſto multo melius eſt. 35. Int.quia manere in carne propter alios neceſſariũ eſt. Greg.7. mor. prius ſudandum in opere, quàm reficiaris per contemplationem. 38. Hier. A Romano regno tunc Iudæi conuertuntur,qui in littera tantùm decalogi pendent. 40. Int. ſ. Moyſes legiſlator.Hier. cùm intrauerit plenitudo gentium,omnis Iſraël ſaluus fiet.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

f. ſ.porcorum,vt patet ex Græco. h. ſeu pagos. 35. οὐκ ἀφῆκεν,non permiſit ſeu paſſus eſt,ſic inf.

[41] Iayrus: & [42] videns eum, procidit ad [43] pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicens, [44] Quoniam filia mea [45] in extremis eſt, [46] Veni, impone [47] manum tuam ſuper eam, vt [48] ſalua [49] ſit, & viuat. Et abiit cum illo, & ſequebatur eum turba multa, & [50] cóprimebant eũ. Et [51] mulier quæ erat in profluuio [l] ſanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpeſſa à [52] complurib. medicis, & erogauerat omnia ſua: nec quicquã profecerat, ſed magis deterius habebat: cùm audiſſet de Ieſu, venit de turba [53] retrò, & [54] tetigit veſtimentũ eius, dicebat enim, Quia ſi vel veſtimentum eius tetigero, ſalua ero. Et confeſtim ſiccatus eſt [55] fons ſanguinis eius: & ſenſit corpore quia ſanata eſſet à [m] plaga. Et ſtatim Ieſus in [56] ſemetipſo cognoſcés [n] virtuté quæ exierat de illo: cõuerſus ad turbã, aiebat, [57] Quis tetigit veſtimenta mea? Et dicebãt ei diſcipuli ſui, Vides [58] turbam [59] comprimentem te, & dicis, Quis me tetigit? Et [60] circunſpiciebat videre eam quæ hoc fecerat. Mulier verò timens & tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe: venit & procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. Ille autem [61] dixit illi, [62] Filia, fides tua te ſaluam [63] fecit: vade in [64] pace,

Sens. Lit. In Cap. V.

41. Chry. nomen ponit, propter Iudæos qui tunc erant. 45. Chry. Matth. refert dixiſſe mortuam, eſt enim ei annunciatum, filiam ſuam mortuam eſſe. Aug. 2. de conſ. Euang. ita deſperauerat, vt non crederet ſe viuam poſſe reperire. 46. Theoph. hic ex parte fidelis, procidit enim, ſed non quantum oportuit, precatur enim vt veniat, at oportebat dicere, Dic verbo, & ſanabitur. 51. Int. Hæmorrhoiſſa.

54. Chry. non audebat in manifeſto accedere, erat enim ſecundum legem immunda. 56. Chry. ſ. mulierem ſalutem recepiſſe. 57. Int. Beda. interrogat vt ſalus quã mulieri dederat, declarata, & agnita fidei virtute, multis proficiat. Chry. vt mulieris fidẽ prædicaret, & virtus miraculi appareret. Theoph. vt archiſynagogum ad confidentiam prouocaret, & mulierem à timore ſolueret. 61. Beda. ideo Chriſtus interrogauit, vt confeſſa veritatem, confirmaretur in fide, & aliis præberet exemplum. 62. Int. quia fidelis. 63. Int. Beda. non dicit, in eo enim quod credidit, iam ſalua facta eſt. 64. Theoph. id eſt, requieſce. Chry. mittit eam in finem bonorum, in pace enim Deus habitat, vt cognoſcat ſe etiam à peccatis mundatam.

Sens. Myst. In Cap. V.

41. Hier. id eſt, illuminans, ſeu illuminatus. ſ. populus Iudaïcus depoſita litteræ vmbra. 42. Int. Beda. humiliat ſe. 43. Int i. Incarnationem. ¶ caput Chriſti Deus, pedes, Incarnatio. Hier. 44. Int. id eſt, plebs Iudaica. Hier. Abraham, Moyſes, & Samuel, rogant pro plebe mortua, ſequiturq; Ieſus preces eorum. 45. Int. ſ. in deſperatione. 46. Int. ſ. in carnẽ. 47. Int. ſ. miſericordiæ. 48. Int. ſ. à vitiis.

49. Int. ſ. in virtutibus. 50. Beda. præbens Dominus Iudæis ſalutaria monita, noxia carnalium populorum conſuetudine eſt grauatus. 51. Beda. ſ. Eccleſia de gentibus congregata; fluxus ſanguinis, idololatriæ pollutio, & quę carnis & ſanguinis delectatione geruntur. Theoph. humanę naturę profluuium, peccatũ; medici, ſapientes huius mundi, & lex, & Prophetæ; fimbria, caro Chriſti, quã tangit qui credit Filium Dei incarnatum. l. Glo. puella duodenis, & hæc duodecim annis ſanguine fluxit, adeoque cœpit ægrotare, cùm illa naſceretur, eadem enim fere ſeculi ætate, & Synagoga in Patriarchis naſcitur, & gentilitas idololatria fœdatur. 52. Int. ſ. naturalẽ induſtriã. 53. Int. ſ. per fidem. 54. Beda. præſentem enim in carne Dominum non vidit. Glo. retrò i. poſt reſurrectionem. 55. Int. id eſt, radix immundæ cogitationis. 58. Int. id eſt, inordinatos. 59. Int. ſ. hæreſibus, & prauis moribus. 60. Int. Beda. oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum, iſte pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum.

Addit. Avct. In Cap. V.

41. penult. prod. eſt enim ει. 44. θυγάτριον, filiola. 55. id eſt, ſcaturigo. m. μάστιγος, id eſt, flagello. n. ſ. effectu, ſeu efficacia, vel virtus pro effectu.

& [65] eſto ſana à plaga tua. Adhuc eo loquente, veniunt [o] nuncij ad archiſynagogũ, dicentes, Quia filia tua modò [66] mortua eſt: quid [67] vltrà vexas Magiſtrũ? Ieſus autẽ audito verbo quod dicebatur: ait archiſynagogo, Noli [68] timere: tantúmodo [69] crede. Et non [p] admiſit quenquam ſe [q] ſequi, niſi Petrum, & Iacobum, & Iohannem fratrem Iacobi. Et veniũt in domum archiſynagogi, & vidit tumultum, & [70] flentes, & eiulantes multum. Et ingreſſus, ait illis, Quid turbamini, & ploratis? puella [r] non eſt mortua, ſed [71] dormit. Et irridebant eum. Ipſe verò [72] eiectis omnibus, aſſumit [73] patrem & matrem puellæ, & qui ſe cum erant: & ingrediuntur vbi puella erat iacens. Et tenens [74] manum puellæ, ait illi, [75] Thalita cumi: quod eſt interpretatum, Puella, tibi dico, ſurge, & confeſtim [76] ſurrexit puella, & [77] ambulabat, erat autem annorum duodecim, & obſtupuerunt ſtupore magno. Et præcepit illis vehementer vt nemo id ſciret: & [78] iuſſit dare illi manducare.

SENS. LIT. IN CAP. V.

68. Aug. 2. de conſ. Euang. non diffidentem reprehendit, ſed credentem confirmat. 71. Hier. q. d. vobis mortua eſt, mihi dormit. Bedæ mos apud Chriſtianos obtinuit, vt mortui, quia reſurrecturi ſunt, dormientes vocentur. 72. Int. ſ. irriſoribus. Beda. indigni erant qui potentiam reſuſcitantis viderent. Chry. eiecit ad vitandam oſtentationem, voluit tamen aliquos adeſſe teſtes. 73. Int. ſ. qui miraculum venerentur. 74. Chry. Manus Chriſti viuificatiua. 75. Hier. de optimo genere interpretandi addidit Euangeliſta de ſuo, tibi dico, vt ſenſum vocantis, & imperantis exprimeret. 68. Chry. vt oſtenderet verè ſuſcitatam.

SENS. MYST. IN CAP. V.

65. Int. Beda. ſ. perſeuerando in eadem fide. Qui enim perſeuerauerit, &c. 66. Beda. cùm gentium Eccleſia mundata eſt, Synagoga perfidiæ & inuidiæ zelo ſoluta eſt, in Chriſtum credere nolẽs, & quod Eccleſia crederet dolens. 67. Beda. id etiam dicunt qui ſtatum Synagogæ reſtaurari poſſe non credunt. 69. Beda. ſ. ſi cœtus doctorum credere voluerit, Synagoga eis ſubiecta ſalua erit. p. Glo. blaſphemis, & irriſoribus non ſunt reuelanda myſteria. 70. Beda. Synagoga, quaſi inter flentes mortua iacet, quia lætitiam Dominicæ inhabitationis meritò infidelitatis amiſit. 72. Bed. eiicienda ſecularium curarum multitudo à corde, vt anima ſuſcitetur. 74. Int. Bed. prius mundat manus Iudæorum ſanguine plenas, aliter puella non reſurgeret. 76. Int. Beda. ſ. à vitiis. Greg. 4. mor. ſuſcitatur puella in domo, id eſt, qui latet in peccato: Iuuenis extra portam, id eſt, qui publicè peccat. Lazarus in ſepulchro, id eſt; qui peccati conſuetudine grauatur. Beda. Leuiora peccata leuiori pœnitentia curantur, nam puella facili voce ſuſcitatur. at ſuſcitaturus Chriſtus quatriduanum fremit, turbat ſe, lachrymatur, grauius enim peccatum indiget pœnitentis feruore. Item, publica noxa, publico eget remedio, vndè Lazarus publicè ſuſcitatus, at puella paucis arbitris. Glo. puella in domo, conſenſus in peccatum; iuuenis extra portam, conſenſus in actum productus; Lazarus fœtens, conſuetudo peccati; male olens; & alios corrumpens. 77. Int. Beda. ſ. in bonis operibus. 78. Beda. Reſuſcitata anima cæleſti debet pane ſatiari.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

o. Gra. ab Archiſynagogo, id eſt, domo Archiſynagogi. q. ſ. in domum ingredientem, vt ait Lucas. r. nempe Chriſto velut dormiebat. 75. legendum Thalita, id eſt, puella. Chald. eſt. Cumi autem, id eſt, ſurge. Hebræum eſt.

CAPVT VI.

ET egreſſus inde,[a] abijt in patriam[1] ſuam:& ſequebantur eum diſcipuli ſui.Et facto ſabbatho,[2] cœpit in ſynagoga[3] docere,& multi audientes admirabantur in doctrina eius dicētes,Vnde huic hæc omnia?[4]& quę eſt ſapientia quæ data eſt illi,[5]& virtutes[6] tales quæ per[b] manus eius efficiuntur?Nonne hic eſt faber[7] filius Mariæ,frater[8] Iacobi,& Ioſeph.& Iudæ, & Simonis ? nonne & ſorores eius hic nobiſcum ſunt ? Et ſcandalizabantur[9] in illo. Et[10] dicebat illis Ieſus, Quia non eſt Propheta ſine[11] honore, niſi in patria[12] ſua:& in cognatione ſua,& in domo ſua,& non poterat[13] ibi virtutem vllam facere:niſi paucos[c] infirmos impoſitis manibus curauit:& mirabatur[14] propter incredulitatem eorum,& circuibat caſtella[15] in circuitu docens. Et Vocauit duodecim:& cœpit eos mittere binos,[16] & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum. Et præcepit eis ne quid tollerent[17] in via,niſi virgam[18] tantum:non

SENS. LIT. IN CAP. VI.

1. IN r. ſcilicet,Nazareth,vbi natus ſuit. Theophyl.non ignorabat ſe contemnendum,ſed voluit occaſionem tollere dicendi.Si veniſſes,credidiſſemus tibi. 3. Int.ſcilicet,vt pluribus proficiat. 4. Int.id eſt,doctrina.Beda. 6. Int. Beda.id eſt,ſanitates, miracula. 7. Aug.de conſ. Euang. Matthæus,fabri filius,ſed eò credebant fabrum,quò & fabri filium. 8. Int.id eſt,cognatus. Beda. 9. Int. ſcilicet,hac de cauſa.Beda.Iudæorum ſcandalum,noſtra ſalus eſt,& Hæreticorum condemnatio,in tantum enim ſpernebant , vt fabrum,& fabri filium vocarent. 11. Int.Prophetam ſuſcitabit vobis Deus, Beda. 12. Beda. propemodum naturale eſt, ciues ciuibus inuidere, non enim conſiderant præſentia opera,ſed fragilem recordantur infantiam. 13. Theoph.non quia impotens eſſet,ſed parcebat eis,ne maiori reprehenſione digni eſſent,factis etiam miraculis non credentes;adde,quod in miraculis faciēdis requiritur fides recipientium. 14. Beda. quod mirandum Chriſtus intimare vult,mirari ſe oſtendit. 15. Theoph.vt diſcamus parua non contemnere,ſed vicis etiā abiectis prædicemus. 16. Theoph.melius eſt enim ſimul eſſe duos quàm vnum,ſi autem plures quàm duos miſiſſet,non ſufficerent ad multa caſtella. 17. Beda.Confidere enim debet prædicator,non ſibi defutura neceſſaria. Chry. volebat per habitum oſtenderent quantum à diuitiarum deſiderio diſtarent. Theophyl.volebat prædicaturos paupertatem,nihil habere. Aug.2.de conſ.Euang. cùm ſubiecit,vt eſt apud Matth. Dignus eſt enim mercenarius cibo ſuo,demonſtrauit,hoc eis deberi ab his quibus prædicarent,alioqui enim aliunde viuere poterant , vt Paulus , labore manuum ſuarum. 18. Int.id eſt, poteſtatem viuendi de Euangelio, Aug.2.de conſ.Euang.Matth.& Luc.aiunt nec virgam,ſed alia ſignificatione. id eſt,nec minimas quidē res,hic autem poteſtas ſignificatur,vtrumque ergo Dominus dixit,ſic & calceamenta.Matth.dicit non

SENS. MYST. IN CAP. VI.

2. IN r, male Sabbatum celebrat, qui vacat à bonis operibus. 7. Hier. Filius eſt eius qui fabricatus eſt auroram & Solem,id eſt,Eccleſiam primam,& ſequentem,in quarum figura mulier & puella ſanantur,132. Beda.deſpicitur Chriſtus in populo Iudæorum. c. Beda.maiora quotidie facit in genti populo. 16. Int.ſcilicet,caritate concordes.Greg.in hom. Duo ſunt præcepta charitatis, Dei, ſcilicet, amor.& proximi, & minus quàm inter duos charitas haberi non poteſt. Qui charitatem erga alterum non habet,prædicationis officium ſuſcipere non debet.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

a. ſcilicet,à Capharnaum. b. pro,per eum.Hebr. 7. τέκτων,artifex. ita vocant,vt ſolam fabri filij vocari. 13. ſcilicet,quia illi incapaces, vel non poterant,pro, non conueniebat ſic illud , Non poſſunt filij ſponſi, vel, animus eius non ferebat. 18. id eſt,baculum ad ſuſtentationem.

peram

peram[19],non panem[20], neque in zona[21] æs,ſed calceatos ſandalijs[d]:& ne induerentur[22] duabus tunicis.Et dicebat eis, Quocumque[23] introieritis in domum: illic manete,donec exeatis inde:& quicunque non receperint vos,neque audierint,exeuntes inde excutite[24] puluerem de pedibus veſtris in teſtimonium[e] illis. Et exeuntes[25] prædicabant vt pœnitentiam[26] agerent:& dæmonia multa eijciebant,& vngebant oleo[27] multos ęgros, &[28] ſanabantur.Et audiuit[29] rex Herodes[30] (manifeſtum[31] enim factum eſt nomen eius[32]) & dicebat[f], Quia Iohannes[33] Baptiſta reſurrexit à mortuis: & propterea virtutes operantur in illo. Alij autem dicebant, Quia Helias[34] eſt Alij verò dicebant, Quia Propheta eſt quaſi vnus[35] ex Prophetis[36]. Quo audito, Herodes ait, Quem[37] ego decollaui Iohannem,hic à[38] mortuis reſurrexit.Ipſe enim Herodes miſit ac tenuit Iohannem,& vinxit eum in carcerem propter Herodiadem vxorem

SENS. LIT. IN CAP. VI.

eſſe portanda,ſignificans prohibitam curam. Marcus autem dicit calceatos ſandalijs,myſticè aliquid ſignificans.ſ.pedem nec tectum deſuper,nec nudum ad terram,id eſt,non occultandum Euangelium,nec terrenis commodis innitendum, nec induendas duas tunicas,id eſt, non dupliciter,ſed ſimpliciter eſſe ambulandum;nec putandum eſt non potuiſſe Chriſtum in vno ſermone quædam figuratè,alia propriè ponere.Chry.non portare calceamenta,nec baculum oſtēditur,vt perfectiſſimum;portare verò,vt permiſſum. 22. Int.ſ.ne alia induti,aliam in futurum reſeruent. non quod vna tunica in locis glacialibus cōtenti eſſe debeamus.Beda. 23. Int.alienū eſt à prædicatore per domos curſitare,& hoſpitij iura mutare.Beda. ¶ Theoph.non vult eos de gula reprehendi. 24. Theoph. ſ. oſtendentes longum propter eos vos iter ſuſcepiſſe,ſed nihil profuiſſe. Item,nihil ab eis accepiſſe, nec puluerem. Chry. in teſtimonium ſuſcepti pro eis laboris in via. 25. Int.ſ.accepta poteſtate, & auditis præceptis à Domino.

26. Int.quæ eſt prima via ſalutis. 27. Chry. hoc ſolus Marcus narrat. Beda. ab ipſis ergo Apoſtolis Eccleſiæ mos traditus energumenos, vel alios ægrotos vngendi oleo, pontificali benedictione conſecrato. 28. Int.ſ.ſic. 29. Int.ſ.quia tot ſigna fiebant. 30. Chry.filius Herodis, ſub quo Ieſus ductus in Ægyptum,Tetrarcham vocat Matth.dominabatur enim quartæ parti regni patris ſui,à Romanis diuiſi in quatuor partes. 31. Hier.non eſt fas lucernam abſcondi ſub modio. 32. Int.ſcilicet, Chriſti.

33. Int.Beda.bene ſentit de Reſurrectione,quod.ſ.maioris potentiæ ſunt ſancti futuri poſt Reſurrectionem. 34. Theoph.dicebat enim multis,Genimina viperarum. 35. Int.ſ.eſſet.Chry.mihi videntur hunc Prophetam dicere de quo Moyſes, Prophetam ſuſcitabit vobis Deus, &c. ſed quia manifeſtè dicere timebant,Hic eſt Chriſtus,Moyſis voce vtebantur. 36. Int. non Dominus Prophetarum.

37. Int.Beda.hæc pronuncianda,vel affirmatiuè, vel dubitatiuè. 38. Int.Hier.per ironiam. Aug. 2. de conſ.Euang.intelligendum eſt Herodem poſt hæſitationem,de qua Luc.confirmaſſe in animo quod ab alijs dicebatur,vel hæc hæſitans dicit.

SENS. MYST. IN CAP. VI.

19. Int.i.onus ſeculi. Beda. 20. Int.i.delicias.Beda. 21. Int.i. occultam ſapientiam. Beda. Doctor enim nec ſecularibus curis deprimi, nec deſiderijs carnalibus reſolui, nec talentum verbi ſub otio abſcondere debet. 27. Chry.oleum,labores curat,luminiſque & hilaritatis cauſa eſt:ſignificat verò Dei miſericordiam infirmitatis medelam,& cordis illuminationem.Theoph.ſignificat etiam gratiam Spiritus ſancti,per quam à laboribus tranſmutamur,lumenque & lætitiā ſpiritualem ſuſcipimus. 30. Int. i.pelliceus.Hier.corpus ſepultum, littera tecta;caput in diſco,ſpiritus qui honoratur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

d. genus eſt calceamenti,plantas ſolùm pedum defendens,ſupernè anſulis,ſeu funiculis alligatum;ſoleas quidam appellant. Actor.12, vertit caligas. Quod verò Matth.10 prohibetur,genus eſt calceamenti diuitibus conueniens. 22. ſcilicet, mutatorijs viciſſim vtentes. e. quaſi dicat, nihil ab eis velitis,nec eis in aliquo communicare. f. alij legunt dicebant,ſcilicet,quidam de turba.

[39]Philippi [40]fratris ſui:quia duxerat eam. Dicebat enim Iohannes Herodi,Non licet tibi habere vxorem fratris [41]tui.[42]Herodias autem inſidiabatur illi:& volebat occidere eum, nec poterat. [43]Herodes [44]autem [45]metuebat Iohannem, ſciens eum virum iuſtum & ſanctum:& [g]cuſtodiebat eum:& audito eo,multa faciebat, & libenter eum audiebat. Et cùm dies [h]opportunus accidiſſet, Herodes [46]natalis ſui cœnam fecit principibus & [l]tribunis,& primis Galilææ.Cumque introiſſet filia ipſius Herodiadis,& ſaltaſſet,& placuiſſet Herodi,ſimulque recumbentibus:rex ait puellæ, Pete à me quod vis, & dabo tibi.& [47]iurauit illi, Quia quicquid petieris dabo tibi,licet dimidium regni mei. Quæ cùm exiſſet,dixit matri ſuę,Quid petam?At illa dixit,[48]Caput Iohannis Baptiſtæ.Cumque introiſſet ſtatim cum feſtinatione ad regem,petiuit dicens,Volo vt [m]protinus des mihi in [49]diſco [50]caput Iohannis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt [51]rex propter iuſiurandum, & [52]propter ſimul diſcumbentes noluit eam [n]contriſtare:ſed miſſo [53]ſpiculatore præcepit afferri caput eius in [54]diſco. Et [55]decollauit eum in carcere,& attulit [56]caput [57]eius in diſco, & dedit illud puellæ:& [58]puella dedit [59]matri ſuæ. Quo audito,diſcipuli eius venerunt, & tulerunt [60]corpus eius:& poſuerunt illud in

SENS. LIT. IN CAP. VI.

39. Beda.Filius erat vterque Herodis ſub quo Chriſtum fugit in Ægyptum,duxit verò Philippus Herodiadem filiam regis Aretæ, qui ob ſimultates quaſdam cum genero, filiam ſuam ab eo ablatam, Herodi,eius inimico,copulauit.Auctor.vide additionem in Matth.14. 40. Int.Beda.ſ.Tetrarchæ Ituræ,& Trachonitis regionis. 41. Int.ſ.adhuc viuentis. 42. Beda.ſ.timens ne Herodes reſipiſceret, & nuptiæ ſoluerentur. 44. Int.vel.enim. 45. Theoph. ſed vincebatur à concupiſcentiæ rabie.Rem. in Matth.libido coëgit interficere Iohãnem,factumque eſt peccatum minus,cauſa maioris. 46. Beda. Soli Herodes & Pharao leguntur diem natalem gaudijs feſtiuis celebraſſe,vterque autem natalem ſanguine fœdauit. 47. Beda. fortè ideo, vt occaſionem occidendi inueniret. 48. Int.Beda. timebat ne aliquando Herodes reſipiſceret, vel fratri amicus fieret. m. timebat enim ne reſipiſceret Herodes.

50. Int.dignum ſaltatione ſanguinis præmium.Beda. 51. Int.ſ.opinione,non re.Beda.putabant hoc diſcumbentes, diſſimulator enim triſtitiam præferebat: ſolet Scriptura ſic res narrare, vt ab omnibus credantur, ſic Ioſeph à Maria appellatur pater Ieſu. 52. Int. Beda. vult omnes ſimul ſceleris ſui eſſe conſortes,vt in luxurioſo conuiuio cruentæ epulæ deferrentur. 53. Theoph.id eſt,carnifice..

SENS. MYST. IN CAP. VI.

55. Greg.3. mor.c.4.premit Deus ſuos in infimis, quia videt quomodo remuneret in ſummis.quid illi paſſuri ſũt,quos Deus reprobat,ſi hîc ſic cruciat quos amat?Theoph.Herodes,populus Iudæorum; Vxor,inanis gloria;Filia,falſus intellectus Scripturarum; Iohannes decapitatus,verbum Propheticum ſine Chriſto.Hier.Caput legis Chriſtus,de corpore,id eſt,Iudaïco populo abſciſſus,datur puellæ,id eſt, Romanæ Eccleſiæ,quæ matri dat adulteræ,id eſt,ſynagogæ crediture in fine.Glo.truncatur capite Ioãnes,id eſt,fama qua credebatur Chriſtus minuitur, Chriſtus autem in cruce exaltatur,agnoſcitur enim Dominus Prophetarum, qui propheta tantùm credebatur. vnde & Iohannes natus cùm dies minui incipiunt,Chriſtus autem cùm creſcere. 56. Int.ſcilicet; Chriſtum. 57. Int. ſcilicet, legis. 58. Int.id eſt,Eccleſia de gentibus. 59. Int.id eſt,Synagogæ. 60. Int.id eſt,litteram.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

g. pro,obſeruabat,verebatur. h. ſcilicet,Herodiadi,vel Dei ordinationi. 46. Græ. natalitijs ſuis. l. Græ χιλιάρχοις id eſt,præfectis millenorum. n. ἀθετῆσαι,id eſt reijcere, repellere. 53. Græ. σπεκουλάτωρ, Vox Lat.

[61] monumento. Et conuenientes [62] Apoſtoli ad Ieſum, [63] renunciauerunt ei omnia quæ egerant & docuerant: Et ait illis, Venite [64] ſeorſum in deſertum locum, & [65] requieſcite pu-[66] ſillum. [67] Erant enim qui [68] veniebant & [69] redibant multi: & nec [70] ſpatium [71] manducandi habebant. Et [72] aſcendentes in nauim, [73] abierunt in deſertum locum. Et [74] viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedeſtres de omnibus ciuitatibus [75] cucurrerunt illuc, & [76] præuenerunt eos. Et exiēs vidit turbam multam Ieſus: & miſertus eſt ſuper eos quia erant ſicut oues non habentes paſtorem, & cœpit illos docere [77] multa. Et cùm iam hora [78] multa fieret, acceſſerunt [79] diſcipuli eius dicentes, Deſertus eſt locus hic, & iam hora præterijt, dimitte illos: vt euntes in proximas villas & vicos, emant ſibi [o] cibos quos manducent. Et [80] reſpondens ait illis, [81] Date illis manducare. Et [82] dixerunt ei, Euntes eamus emamus ducentis denarijs panes, & dabimus illis manducare. Et dicit eis, Quot panes habetis? Ite & videte. Et cùm cognouiſſent, dicunt, [p] Quinque, [83] & [84] duos piſces. Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes, ſecundùm [85] contubernia ſuper [86] viride fœnum. Et diſcubuerunt in [q] partes, per [87] centenos & [88] quinquagenos. Et acceptis quinque [r] panibus, & duobus piſcibus:

SENS. LITER. IN CAP. VI.

61. Glo. narrat Ioſephus truncatum Iohannem in caſtello Macheronte, Eccleſiaſtica autem hiſtoria, ſepultum in Sebaſte, quæ olim Samaria dicebatur, poſtea verò ſunt oſſa delata Hieroſolymam, atque inde Alexandriam, vbi ſunt in templo Serapis expurgato, & in honorem ſancti Iohannis conſecrato repoſita. 62. Int. ſ. riui ad fontem. 63. Int. ſ. gratias agentes. 67. Int. ideo oportuit diſcipulos requieſcere, erant enim, &c. ¶ Felix verò ſtudium diſcentium. 70. Int. felix labor docentium. 72. Int. non ſoli diſcipuli, ſed cum Domino, vt Matth. dicit. Beda. 73. Beda. tentat fidem turbarum, & an ſequi curent, explorat. 76. Beda non in aliam ripam venerant, ſed in proxima eiuſdem loca. 77. Beda. curauitque languidos eorum, vt ait Matth. Theoph. prius apponit cibum ſpiritualem, deinde corporalem. 78. Int. ſ. veſpere, vnde Luc. dies autem cœperat declinare. Beda. 79. Theoph. ſ. turbarum miſerti. 80. Theoph. tentat eos. 81. Int. q. d. veſtrum eſt officium. Beda. prouocat ad fractionem panis, vt illis ſe non habere teſtantibus; miraculum notius fieret. 82. Theoph. ſ. turbati. Aug. de conſ. Euang. dixit hoc Philippus, ſed ex ore cæterorū, vel poſuit Marcus plurale pro ſingulari. p. Aug. de conſ. Euang. plurale pro ſingulari, Andreas enim dixit vt eſt apud Iohannem. 85. Theoph. Græcè per diſtributa conuiuia, id eſt, diuerſis menſis.

SENS. MYST. IN CAP. VI.

64. Hier. ſeorſum ducit Dominus quos elegit. 65. Theoph. qui laborant in opere, & ſermone, requiem merentur. 66. Int. hic breuis requies ſanctis, longus labor. Hier. 68. Ior. ſ. vt latro. Hier. 69. Int. ſ. vt Iudas. Hier. 74. Int. ignis non abſconditur qui ſemper lucet. 75. Beda. Chriſtum deſerta gentium petentem multæ fidelium cateruæ relicta priſca conuerſatione ſequuntur. 78. Beda. fine ſeculi propinquante turbas Chriſtus reficit, vel ſole iuſtitiæ prò nobis occumbente, ſumus fame liberati. 83. Int. ſ. libros Moyſi. Beda. 84. Int. ſ. Prophetas, & Pſalmos. Beda. ¶ Theoph. Epiſtolas, & Euangelium. 85. Int. ſ. diuerſos ordines. Greg. 16. mor. cap. 26. Eccleſiarum diſtinctiones ſignificantur, quæ vnam Catholicam faciunt. 86. Int. id eſt, continentem carnem. Beda. ſ. calcatis concupiſcentijs. 87. Int. ſ. perfectam requiem. 88. Int. ſ. requiem. r. Beda non noua creat cibaria, Chriſtus enim non alia quàm quæ prædicta ſunt prædicat, ſed legis & Prophetarum myſteria aperit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

66. i. parumper. 78. i. multum diei præteriſſet. o. Gra. panes pro cibis. Hebr. 85. Gra. conuiuia, conuiuia, pro, per ſingula conuiuia, ſeu conuiuiorū ordines. Heb. q. Gra. areola, areola ſeu herbaria. q. d. per diſtinctas areolas, ſeu viridaria. Hebr. 87. ſ. vt numerus poſſet facilè conſtare.

intuens

intuens[89] in cælum,benedixit,[s] & fregit panes, & dedit[90] diſcipulis ſuis vt ponerent[91] ante
eos:& duos piſces diuiſit omnibus.Et manducauerunt omnes,& ſaturati ſunt.Et ſu-
[t] ſtulerunt reliquias fragmentorum[92] duodecim cophinos plenos:& de piſcibus. Erant
autem qui manducauerunt quinque millia[93] virorum.Et ſtatim[94] coegit[95] diſcipulos ſuos
aſcendere nauim,vt præcederent eum trans fretum,ad Bethſaidam,[96] dum ipſe dimit-
teret populum. Et cùm dimiſiſſet eos,abiit in montem[97] orare.[98] Et cùm ſerò eſſet, erat
nauis[99] in medio mari, & ipſe ſolus in terra.[100] Et videns eos laborantes in remigando[v]
(erat enim ventus[101] contrarius eis) & circa quartam[102] vigiliam noctis venit ad eos am-
bulans[103] ſupra mare:& volebat præterire[104] eos. At illi vt viderunt eum ambulantem ſu-
pra mare,putauerunt phantaſma[105] eſſe,& exclamauerunt.Omnes enim viderunt eum,
& turbati ſunt. Et ſtatim locutus eſt cum eis,& dixit eis, Confidite,[106] ego ſum: nolite
timere.[107] Et aſcendit ad illos in nauim:[108] & ceſſauit[x] ventus. Et plus[z] magis intra ſe ſtupe-[109]
bant:non enim intellexerunt[aa] de panibus,[110] erat enim cor eorum obcæcatum. Et cùm
transfretaſſent,venerunt in terram Geneſaret:&applicuerunt.Cumq́ue egreſſi eſſent

SENS. LIT. IN CAP. VI.

89. Chry.ad Patrem retulit quod erat facturus.Theoph.docet à Deo petere eſcã, ſimul etiam oſtendit ſe non eſſe Deo contrarium. 90. Theoph.vt dum tractant panem,miraculum videatur.

92. Theoph.ſ.quiſque Apoſtolorum ſuum,operatur autem Chriſtus ſuperabundanter tanquam Dominus. 94. Int. quia ſicut Iohannes poſt hanc refectionem ſtatim continuat, venturi erant vt caperent,& facerent eum regem. 95. Chry.difficilè enim ab eo poterant ſeparari. 96. Beda. Luc.indicat hîc eſſe factum miraculum,ſed intelligendum non ipſum ciuitatis locum de quo Marcus,ſed deſertum dicere,ad Bethſaida pertinẽtem.Glo.Bethſaida ciuitas prope ſtagnum Genezateth. 97. Theoph. Requiem enim & ſilentium oratio exigit. 98. Int.Beda.Pro ſe obſecrat,ſed pro me impetrat.Chry. Orat vt homo. 102. Chry.hora ſcilicet decima,vel poſt,habet enim vigilia tres horas. 104. Int.ſcilicet, ad horam,vt gratior eſſet liberatio.Aug. 2.de conſ.Euang.Volebat præterire,vt clamorem eliceret,cui ſubueniri oportebat. 105. Iut.non enim putabant ſuper aquas verum corpus incedere poſſe.Beda.hoc hæretici adhuc putant,ſcilicet Chriſtum phantaſma fuiſſe,nec veram aſſumpſiſſe carnem. 107. Chry. Cognouerunt eum in voce,& timor ſolutus eſt. 109. Int.ſcilicet,magnitudine miraculorum,& non cognitione Deitatis, & hoc eſt, non enim, &c. Beda.

SENS. MYST. IN CAP. VI.

89. Int.ſurſum dirigendam aciem mentis ſignificat,ad lucem ſcientiæ quærendam.Beda. 90. Beda inſinuat per Apoſtolos paſcenda ieiuna corda litteris,& exemplis. 91. Int. id eſt,aperirent. t. Beda Sacratiora myſteria,quæ rudes capere nequeunt,non negligenter omittenda,ſed inquirenda perfectis.

93. Beda.ſcilicet,qui exterioribus bene vti nouerunt,quinque enim ſenſus ſunt exteriores. 99. Int Sic Eccleſia in fluctibus ſeculi tendens ad littus patriæ cæleſtis. 100. Int.pietatis affectu ſuos corroborat.Beda.& aliquando manifeſto adiutorio liberat. v. Beda.Laborat Eccleſia inter vndas ſeculi,ad cæleſtem patriam nitens peruenire. 101. Int.ſcilicet,flatus dæmonum. 102. Chry.Prima vigilia vſque ad diluuium:Secunda,vſque ad Moyſem.Tertia,vſque ad aduentum Domini. In quarta venit Dominus. 103. Int.Comprimens omnia pericula mundi. 104. Beda.Sæpe Dominus ſuos in tribulatione deſerere videtur. 106. Int.Iſid.Videbimus eum ſicuti eſt.Hier. 108. Int.id eſt, Eccleſiam.

x. Beda.In quem Dominus per gratiam aſcendit,in eo vitiorum bella quieſcunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

s. pro,bene precatus eſt,vel gratias egit.Heb. z. Græc.λίαν ἐκ περισσοῦ.i.valde ſuprà modum.
aa. id eſt,prudentiores facti non fuerant ob miraculum panum,vel non meminerant miraculi.

de naui, continuò cognouerunt [111] eum: & [112] percurrentes vniuerſam regionem illam, cœperunt in grabatis eos qui ſe malè habebant [113] circumferre, vbi audiebant eum eſſe. Et quocunque introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates: in plateis ponebant infirmos; & deprecabantur eum vt vel [114] fimbriam veſtimenti eius tangerent: & quotquot tangebant eum, [115] ſalui fiebant.

Sens. Lit. In Cap. VI.

111. Int.ſ.incolæ.Theoph. ¶ Beda.Cognouerunt rumore, multis etiam notus erat. 112. Int. Mira fides, non præſentium tantùm ſalute contenti ſunt, mittunt ad alios per circuitum, vt currāt omnes ad medicum.Beda. 114. Theoph.Miraculum Hæmorrhoiſſæ ad multorum aures deuenerat.

Sens. Myst. In Cap. VI.

114. Beda.i.carnis aſſumptionē. 115. Int.hoc in futuro, quando aufugiet dolor & gemitus.Hier.

CAPVT VII.

Et [1] conuenerunt ad eum Phariſæi, & quidam de Scribis venientes ab Hieroſolymis. Et cùm vidiſſent [2] quoſdam ex diſcipulis eius [3] communibus manibus, id eſt, non lotis manducare panes, [a] vituperauerunt. Phariſæi [4] enim & [5] Iudæi omnes, niſi crebrò lauerint manus, non [6] manducant. tenentes traditionem [7] ſeniorum: & [8] à foro venientes, niſi [9] baptizentur, non comedunt, & alia multa ſunt quæ tradita ſunt illis ſeruare: baptiſmata calicum & [b] vrceorum, & æramentorum, & [c] lectorum. Et interrogabant eum Phariſæi & Scribæ. Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem ſeniorum, ſed [10] communibus manibus manducant panem? At ille reſpondens dixit eis, Bene prophetauit Eſaias de vobis hypocritis, ſicut ſcriptum eſt, Populus hic [11] labiis me honorat: cor autem eorum [12] longè eſt à me. [d] In vanum autem me colunt: [13] docentes doctrinas & præcepta [14] hominum. Relinquentes enim [15] mandatum Dei tenetis [16] traditiones [17] hominum, [18] baptiſmata vrceorum, & calicum:

Sens. Lit. In Cap. VII.

1. Beda.non ad quærendum medelam, ſed ad mouendas quæſtionum pugnas. 2. Int.aperit quare veniſſent. 5. Beda. Prophetarum verba carnaliter accipientes, & quæ de cordis & operis caſtigatione præcipiebantur, de lauando corpore intelligentes, & ſuperſtitioſa hominū traditione ſeruantes. 7. Int.nō Dei. 9. Int.i.lauentur. 10. Int.i.immūdus. 11. Int.ſ.extrinſecus. 12. Int.& quia longe eſt cor in vanum, &c. 14. Int.non Dei. 15. Int.quaſi dicat, neceſſaria. 16. Int.ſ.vanas. 17. Int.ſ.non Dei. 18. Int.pro, ſcilicet, baptiſmata.

Addit. Auct. In Cap. VII.

3. quaſi dicat, immundis. Metaphora à rebus quæ communes ſunt, & à multis tractantur, eoq; ſordes colligunt. a. ἐμέμψαντο. id eſt, vitio dederunt, ſeu accuſauerunt. 8. ſcilicet, rerum venalium, vbi gentiles alloqui, & quædam immunda tangere cogebantur. b. Græc. ξεστῶν. vnde apparet fuiſſe lignea ξεστὰ enim, quæ torno poliuntur, aut ſculpturis ornantur. c. id eſt, tabularum lecti d. id eſt, fruſtrà, ſeu vano cultu.

& alia ſimilia facitis multa. Et dicebat illis, Bene irritum feciſtis præceptum Dei: vt traditionem veſtram ſeruetis. Moyſes enim dicit, Honora patrem tuum, & matrem tuam:& qui maledixerit patri,vel matri,morte moriatur. Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri,Corban(quod eſt donum)quodcũque ex me tibi profuerit: & vltra non dimittis eum quicquam facere patri ſuo aut matri:reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram quam tradidiſtis,& ſimilia huiuſmodi multa facitis. Et aduocans iterum turbas,dicebat illis. Audite me omnes & intelligite. Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poſſit eum coinquinare; ſed quæ de homine procedunt,illa ſunt quæ coinquinant hominem.Si quis habet aures audiendi,audiat. Et cùm introiſſet in domum à turba,interrogabant eum diſcipuli eius parabolam.Et ait illis,Sic & vos imprudentes eſtis?Non intelligitis quia omne extrinſecus introiens in hominem,non poteſt eum coinquinare, quia non intrat in cor eius: ſed in ventrem vadit,& in ſeceſſum exit,purgans omnes eſcas? Dicebat autem, quoniam quæ de homine exeunt, illa coinquinant hominem. Abintus enim de corde hominum mala cogitationes procedunt,adulteria,fornicationes,homicidia,furta,auaritiæ, nequitiæ, dolus,impudicitiæ,oculus malus,blaſphemia, ſuperbia,& ſtultitia. Omnia hæc abintus procedunt,& coinquinant hominem.Et inde egreſſus abiit in fines

SENS. LIT. IN CAP. VII.

19. Int.ſ.ſuperſtitioſa,& inutilia. 20. Int.non tantùm ſalutatione, & officio deferendo,ſed in mere,ſicut illud eſt, Honora viduas.i.tribue neceſſaria.Beda. 21. Int.[illegible]d.bene poteſt di[illegible]e. 22. Int.ſ. filius. 23. Int.id eſt,quod Deo voui. 25. Int.pro,& ſic. 26. Int. ſcilicet, boni. 27. Int. qui debet ſuſtentari neceſſariis huius vitæ. 28. Int. q. d.in hoc reſcinditis. 29. Int.ſ.de parentibus. 30. Int ſ.veſtræ auaritiæ. 31. Int.non Deus. 32. Int.ſ.contra mandatum Dei. 33. Int. co[illegible]tatis ſuperbis, humiles aduocat, & docet. Theoph. vult inſtruere obſeruationes eſc.rum,ſecundùm legem, non eſſe corporaliter intelligendas. 34. Int id eſt, de corde hominis. 35. Int.aliàs communicant, commune enim dicunt Iudæi immundum. 36. Int attentos facit. 37. Int.ſcilicet,relicta. 38. Int.ſ.exponere. 39. Int.aliàs communicare. 41 .Int.in quo eſt ſedes animæ Beda. Animæ locus principalis iuxta Platonem in cerebro,iuxta Chriſtum in corde eſt.Chry.Mens hic cor nominatur. Beda.hinc patet cogitationes ex propria naſci voluntate,quarum tamen diabolus incentor,& adiutor eſſe poteſt,autor hoc eſſe non poteſt. 42. Int.id eſt,inuidia.Theoph.odium,& adulatio. 43. Theoph.id eſt,iniuria in Deum. g. Theoph.cùm,ſcilicet,bonum quod operaris, non Deo, ſed tuæ virtuti adſcribis. 44. Theoph. id eſt,iniuria in proximum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VII.

** bene,id eſt,valde,vel ironia eſt. 22. aliquid ſubaudiendum, ferè ſi parentes honoret. 23. ſcilicet.Deo offertur.Corbona Chald.eſt,quod ſumitur Matth.27 pro gazophylacio,in quod mittebantur pecunia Deo oblata. 28 id eſt,irritum [illegible] ſiue abrogent i. e. quaſi dicat,me,petius quàm Phariſaeos & Scribas. f. ſcilicet,reliqua.præter concubitum [illegible] lem. 42. i.inuidia.vide Eccl.14 31 Matth 20.vel cupiditas rerum conſpectarum. 44. Græc [illegible] ,id eſt,immodeſtia,petulantia, ſtultiloquium,vanitas. h. id eſt,[illegible]*

[45] Tyri & Sidonis:& ingreſſus domum,[46] neminem [47] voluit ſcire:& non potuit latere. Mu-
[48] lier enim [49] ſtatim vt [50] audiuit de eo,cuius [51] filia habebat [52] ſpiritum immundum [53] intrauit, &
procedit ad [54] pedes eius.Erat enim mulier [55] Gentilis, [56] Sirophænißa genere. Et [57] rogabat
eum vt dæmonium eijceret de filia eius. Qui dixit illi,[58] Sine prius ſaturari filios : non
eſt enim bonum ſumere panem [l] filiorum & mittere [59] canibus. At [60] illa reſpondit,& dixit
illi,[m] Vtique Domine , nam & [61] catelli comedunt ſub [n] menſa de [62] micis puerorum. Et ait
illi,Propter hunc [63] ſermonem [64] vade,exijt dæmonium à filia tua.Et cùm abijſſet domũ,
inuenit puellam iacentem ſupra lectum,& dæmonium [65] exijſſe.Et iterum [66] exiens de fi-
nibus [67] Tyri, venit per [68] Sidonem ad [69] mare Galilææ,[70] inter medios fines [71] Decapoleos.

SENS. LIT. IN CAP. VII.

45. Chry. Tyrus & Sidon loca Chananæorum erant. Glo.per fidem gentilis feminæ voluit Iudæorum perfidiam arguere. 46. Chry.nondum enim tempus aduenerat gentes adducendi.Theoph.Clam ingreditur,ne Iudæi occaſionem ſumerent contra eum,tanquam ad immundas gentes tranſiſſet.

47. Aug. de q.vet.& nou.Teſt.hoc voluit,quod factum eſt à ſuis noluit prædicari,nondum enim tẽpus erat gentibus prædicandi;requiri autem ſe voluit,& ita factum eſt.Beda. Præcipit diſcipulis ne ſe quis eſſet aperirent. 53. Aug. 2. de conſ.Euang. Ingreſſæ in domum,non reſpondit Dominus,eſtque illa ſecuta egredientem, vt ait Matth. 55. Chry. voluit Dominus diſcipulis oſtendere etiam gentibus apertum eſſe ſalutis oſtium. 56. Chry. id eſt,de Syria Phœnicis. 57. Int.hic fides qua credit filiam poſſe ſaluari. 58. Beda. q. d. Futurum eſt vt vos etiam ſalutem conſequamini,ſed oportet prius Iudæos cæleſti pane refici.Chry. poterat quidem omnibus benefacere, ſed nolebat Iudæos irritare.

l. Theoph.id eſt,Iudæorum,quibus panis,id eſt,beneficium promiſſum.Non exaudit autem ſtatim Dominus,ſed gratiam differt,vt mulieris fidem oſtendat,noſque doceat non deficere cùm oramus.

59. Int.id eſt, gentibus. 60. Int.hic patientia, qua toties contempta(vt Matth.dicit)perſeuerat.

61. Int.hic humilitas qua ſe non canibus,ſed catellis comparat. n. Int.non ad menſam. 62. Int myſticè loquitur mulier gentilis. Theoph.q.d.micas poſtulo.id eſt,modicam beneficij partem. 63. Beda. ſcilicet, humilem, & fidelem. 64. Int. Hier.Prudens & humilis meretur quod poſcit. 65. Int.ſcilicet,ab ea. 66. Theoph. noluit illic diutius morari,ne Iudæis calumniandi occaſionem daret quaſi legem tranſgrederetur gentibus ſe admiſcens. 70. Int.aliàs contrà. 71. Beda. Decapolis, regio decem vrbium trans Iordanem,ad Orientem, contra Galilæam, non intrauit ergo Dominus fines Decapolis, ſed ad locum qui fines trans mare poſitos reſpiciebat.

SENS. MYST. IN CAP. VII.

47. Beda. In exhibitione miraculorum humani fauoris gloriam ſuos vult declinare;nec tamen à pio opere ceſſare,quando vel fides bonorum meretur,vel infidelitas prauorum neceſſariò requirit. 48. Int. id eſt, Romana Eccleſia.Hier.filia verò, eius dæmoniaca barbarica , eſt Occidentalis natio,cuius fides fecit de cane ouem ; micas autem , ſpiritualis intellectus , non panem infractum litteræ ſumere cupit. Glo.menſa, Scriptura;mica,interna myſteria;catelli,gentiles deſpecti.Theoph.mulier, anima; infirmitas,actus praui. 50. Int.In auditu auris obediuit mihi. 51. Int.ſcilicet Occidentalis Eccleſia.

54. Int.id eſt,ad humanitatem. 62. Int.ſ. intellectus. 63. Beda. datur exemplum catechizandi,& baptizandi infantes;per fidem enim & confeſſionem parentum liberantur à diabolo paruuli. 67. Int. id eſt,anguſtiæ. Hier.ſignificatur Iudæa,cui Dominus dicit, coanguſtatum eſt ſtratum,&c. 68. Int.id eſt,venationis.Hier.Fera indomita noſtra natio eſt. 69. Int.id eſt, fluctuoſam volubilitatem.Hier.

71. Int.id eſt,Decalogi.Hieron.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VII.

45. Ne Iudæi dicere poſſent Meſſiam non eſſe qui ad gentes iret,aut legem violare, qui cum gentibus conuerſaretur. 47. id eſt, fecit quod in ſe eſt vt lateret,ſed ſatis non fuit. 55. Græ. ἑλληνὶς.id eſt Græca, ſic enim vocantur Gentiles,vt patet ex Actis & Paulo. 56. id eſt,ex Syrophænicia. m. ſub dicis quod res eſt,nam catellis micæ tantùm dantur. 70. ſub.tranſiens 71. decem ciuitatum regio eſt partim cis; partim trans Iordanem.

Cc 2 Et

Et adducunt ei ſurdum & mutum:[77] & deprecabantur[74] eum vt imponat illi manum.[75] Et apprehendens eum[76] de turba ſeorſum, miſit digitos[78] ſuos in auriculas eius: & expuens,[79] tetigit linguam[80] eius: & ſuſpiciens[82] in cælum,[83] ingemuit,[84] & ait illi, Effeta,[85] quod eſt, adaperire. Et ſtatim apertæ[86] ſunt aures eius: & ſolutum[87] eſt vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Et præcepit[88] eis ne cui dicerent. Quanto[89] autem magis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant,[90] & eo amplius admirabantur, dicentes, bene omnia fecit: & ſurdos[91] fecit audire: & mutos loqui.

SENS. LIT. IN CAP. VII.

76. Int. aliàs illum. 77. Chry. ne miraculum faceret manifeſtè, nos inſtruens vanam gloriam eiicere, & tumorem. 78. Chry. poterat ſolo verbo ſanare, ſed voluit oſtendere diuina virtute ditatum corpus diuinitati vnitum. 79. Theoph. ſputum ſuperfluitas eſt, ſed in Chriſto omnia diuina fuerunt. 82. Int. quia homo. Beda. 83. Int. quia inde verba mutis, auditus ſurdis, medela cunctis infirmis. Beda. 84. Int. gemere nos docuit, vel pro noſtris, vel pro noſtrorum reatibus ſupplicantes. Beda. ¶ Chry. ingemuit, naturæ miſertus humanæ. 85. Int. vno ſermone curauit, quia Deus. Beda. 88. Int. quia non eſt in altis gloriandum, ſed in cruce & humilitate. Hier. ¶ Chry. præcepit occultare miraculum, ne Iudæos accenderet ad homicidium ex inuidia. 89. Int. Humilitas præcedit gloriam. Hier. 90. Theoph. qui benefacit, non debet laudes petere; qui beneficia accipit, debet benefactores etiam nolentes prædicare. Aug. de conſ. Euang. Voluit Dominus prohibendo docere, quanto feruentius eum prædicare debeant, quibus iubet vt prædicent, quando illi qui prohibebantur tacere, non poterant.

SENS. MYST. IN CAP. VII.

72. Int. ſ. genus humanum. Hier. genus humanum in protoplaſto cæcatur, dum malè videt, ſurdus fit cùm audit, obmuteſcit cùm loquitur. 74. Int. ſ. Patriarchæ vel Prophetæ incarnationem Domini deſiderantes. Hier. 75. Int. ſcilicet, miſericordiæ. 77. Int. ſ. de ſtrepitu mundi. Hier. à turbulentis cogitationibus, actis inordinatis, ſermonibuſque incompoſitis educitur, qui ſanare meretur. 78. Int. Iſid. id eſt, verba ſpiritus. Hier. 79. Int ſcilicet, ſapientiam. Hier. Glo Spiritum Domini ſapor ſapientiæ, quæ dicit, Ego ex ore altiſſimi prodij, terræ admixtum, id eſt, humanæ naturæ, cæcum illuminauit; caput vnde deſcendit, Deus. 80. Int. ſcilicet, vt dicat, Credo in Deum Patrem, &c. Hier. 83. Int. Docens cor ad Dominum dirigi. Hier. 86. Int. ſcilicet, ad hymnos, & cantica, & pſalmos. Hier. 87. Int. vt eructet verbum bonum. Hieron.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VII.

74. Græ. μογιλάλον, id eſt, vix loquentem, ſcilicet, balbum. ſeu impedita lingua. Itaque ſequitur, & loquebatur rectè. 77. docens fugere popularem laudem. 84. ſcilicet, commiſeratione de hominum malis. 85 Chald. eſt. dicit aurem, & auribus, & linguæ, ſeu homini, quantum ad vtrumque membrum. 0. Græ. ποιεῖ, facit.

CAPVT VIII.

IN diebus illis iterum cùm turba multa eſſet cum Ieſu, nec haberent quod manducarent:[1] conuocatis diſcipulis,[1] ait illis, Miſereor[2] ſuper turbam: quia

SENS. LIT. IN CAP. VIII.

1. IN v. materiam miraculi præmittit. 1. Int. ſcilicet, ſuis. 2. Beda. quod miſeretur, affectus eſt humanæ fragilitatis; quod paſcit, diuinæ virtutis opus.

ecce iam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent: & ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via: quidam enim ex eis de longè venerunt. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui, Vnde illos quis poterit hic ſaturare panibus in ſolitudine? Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septem. Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes, gratias agens, fregit, & dabat diſcipulis ſuis, vt apponerent: & appoſuerunt turbæ. Et habebant piſciculos paucos: & ipſos benedixit, & iuſſit apponi. Et manducauerunt, & ſaturati ſunt: & ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis ſeptem ſportas. Erant autem qui manducauerant quaſi quatuor millia: & dimiſit eos. Et ſtatim aſcendens nauim cum diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha. Et exierunt Phariſæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo ſignum de cælo, tentantes eum. Et ingemiſcens ſpiritu, ait, Quid generatio iſta ſignum quærit? Amen dico vobis, ſi dabitur generationi iſti ſignum. Et dimittens eos, aſcendit iterum nauim: & abiit trans fretum.

SENS. LIT. IN CAP. VIII.

c. Beda. cauſam Matthæus docet, infirmorum ſcilicet curationē. 3. Int. pro, & ideo. 5. Theoph. nondum intelligentes, nec eius virtuti ob miracula priora credentes. 6. Remig. in Matth. interrogat, vt dum illi reſpondent, miraculum notius fieret. 8. Int. oſtendit quantum gaudeat de [illegible] noſtra, & nos docet gratias agere de carnali & ſpirituali refectione. 17. Theo. ſ. ne propter miraculum ipſum turbæ caperent, & facerent regem. 18. Aug. 2. de conſ. Euang. qui locus vocatur Magedā apud Matth. & plerique codices non habent ſecundùm Marcum, niſi Magedan. 19. Theoph. ſ. vt ſolem vel lunam ſiſtat, aërem immutet, &c. Credebant enim de cælo ſignum non poſſe facere. 20. Int. vt verus homo pro infidelitate eorum. 21. Int. ſ. incredula. 22. Int. Apoſiopeſis. q. d. non dabitur ſicut illud eſt, ſi Dauid mentiar. Aug. 2. de con. Euang. apud Marcum eſt, ſignum non dabitur ei. ſ. quale petebant, nempe de cælo, prætermiſit autem Mar. illud de Iona, quod Matth. commemorauit. 23. Int. ſcilicet, vt infideles. Beda. Non erat dandum cæleſte ſignum tentantibus, ſed quærentibus Dominum datum eſt, cùm cernentibus Apoſtolis aſcendit Chriſtus in cælum.

SENS. MYST. IN CAP. VIII.

b. Beda. triduo ſuſtinent. i. in fide ſanctiſſimæ Trinitatis: vel conuertentes ſe opere, verbo, & cogitatione. d. Glo. deficiunt cōuerſi peccatores, ſi ſine doctrinæ pabulo dimittātur. 4. Int. Iudæi de prope, lege & Prophetis edocti; Gentes de longè veniunt ad Chriſtū, nullis doctoribus de eius fide præmonitæ. Beda. qui etiam poſt flagitia ad pœnitentiā redeunt, de longè veniunt. 7. Int. Hier. ſ. ſeptem dona Spiritus ſancti. Theoph. Spirituales ſermones: ſeptenarius enim Spiritus ſancti numerus. 9. Int. id eſt, Sacramenta aperuit. Beda. 10. Int. quia ſpiritualem ſcientiam tradidit eis, & per eos aliis. Beda. 11. Int. ſ. libros noui Teſtamenti. Hier. 12. Int. ſ. attentè audiendo. 13. Int. Edent pauperes & ſaturabuntur. f. Beda. altiora perfectionis præcepta quæ turba nequit attingere, ad illos pertinent qui populi conuerſationem tranſcendunt. 14. Int. ſ. myſticus intellectus. Hier. 15. Int. ſ. primas Eccleſias. Hier. 7. Eccleſiaſt. Glo. Spiritus ſancti gratia ſeptiformi repletos, fiunt enim ſportæ de iuncis, & palmarum foliis; iuncus naſcitur iuxta aquas. ſ. fontis vitæ, palma victorem coronat. 16. Int. vt in ipſo numero ſe doceant paſtos eſſe Euangelij præceptis. Hier. ¶ Theoph. ſ. quatuor virtutibus perfecti: itaque veluti fortiores plura comedētes, pauciora reliquerunt, in miraculo autem quinque panum ſuperfuerunt 12. cophini. erant enim quinque millia, id eſt, quinque ſenſibus ſeruientes. 23. Theoph. vbi ſpes correctionis eſt, ibi morandum eſt, vbi malum incorrigibile eſt, inde recedendum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

c. i. me expectant, vel me ſequendo perdurant. e. pro, quomodo. 8. hoc eſt, benedicere, de quo paulo poſt. g. i. diſputare, altercari, quod miracula non eſſent à Deo, aut non ſufficienter probarent eum eſſe quem ſe haberi volebat. 20. pro, ingemiſcens ex intimo cordis; vel intra ſe. 22. pro, non Hebr.

Et obliti[24] ſunt panem ſumere: & niſi vnum panem[25] non habebant ſecum in naui. Et præcipiebat eis, dicens, Videte & cauete à fermento[26] Phariſæorum, & fermento[27] Herodis. Et cogitabant ad alterutrum, dicentes, Quia panes[28] non habemus. Quo cognito, ait illis Ieſus, Quid cogitatis, quia panes non habetis? Nondum cognoſcitis nec intelligitis[29]? Adhuc[30] cæcatum habetis cor veſtrum? oculos habentes non videtis[31]? & aures habentes non auditis? Nec recordamini quando quinque panes fregi in quinque millia: & quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei, Duodecim. Quando & ſeptem panes in quattuor millia: quot ſportas fragmentorum tuliſtis? Et dicunt ei, Septem. Et dicebat eis, Quomodo nondum intelligitis[32]? Et veniunt Beth[33]ſaida, & adducunt ei cæcum[34], & rogabant eum vt illum tangeret[35]. Et apprehenſa[36] manu cæci, eduxit eum extra vicum[37]: & exſpuens[38] in oculos[39] eius, impoſitis manibus[40] ſuis, interrogauit[41] eum ſi quid videret[42]. Et aſpiciens, ait, Video homines velut arbores ambu[h]lantes. Deinde iterum poſuit[b] manus ſuper oculos eius: & cœpit videre[43]: & reſtitutus eſt, ita vt clarè videret omnia[m]. Et miſit illum in domum[44] ſuam, dicens, Vade in domum tuam: & ſi in vicum introieris,

SENS. LIT. IN CAP. VIII.

24. Int.ſ.diſcipuli.Beda.parum illis curæ erat carnis refectio.Theoph. diſpenſatiuè factum eſt, vt reprehenſi meliores fierent, & ad virtutis Chriſti notitiam peruenirent. 28. Int.q.d. hoc ideo dixit quia panes, &c. 29. Int.ſ.ſpiritualem ſenſum. 30. Int.ſ.poſt tot miracula. 31. Int.ſ.interius. 32. Int.ſ.poſt tot miracula. 35. Beda ſciebant tactu poſſe illuminare. 37. Theoph. non enim erat vera adducentium fides. 41. Chry ſignificat ob imperfectam eius & adducentium fidem oculos non eſſe omnino apertos.¶ Theoph.ſecundùm fidem datur medela. h. Beda.paulatim curat, vt magnitudinem humanæ excæcitatis oſtendant.

SENS. MYST. IN CAP. VIII.

25. Int.myſticè Chriſtum panem vitæ, cuius qui reficiuntur amore, minus curant de terreno pane. 26. Int.ſ.legem Dei traditionibus hominum poſtponere, verbis prædicare, factis impugnare; Dominum tentare, doctrinæ eius vel operibus non credere.Beda. 27. Int.quod eſt adulterium, homicidiũ, temeritas iurandi, ſimulatio religionis.Beda.¶ Theoph. Fermentum eſt doctrina damnoſa, corruptiua, & malitia veteri plena. 33. Int.Hier.id eſt, donum vallis, ſcilicet, mundum, qui eſt vallis lachrymarum.Beda. 34. Int.ſ.qui non videt, quod fuit, quod eſt, & quod erit. 35. Int.ſ. vt lamentationem de cæcitate cordis agat, flens cum Hieremia ſubuerſionem ciuitatis Dei, id eſt, animæ ſuæ.¶ tangitur, qui compungitur. 36. Int.vt ad bonum opus confortet.Beda. 37. Int.id eſt, ciuitatem malorum.ſ. Corrumpunt bonos mores colloquia mala. 38. Chry.exſpuit, & manus imponit, volens oſtendere diuinũ verbum operationi adiunctum mirabiliter perficere.Beda.ſputum gratia Spiritus ſancti. 39. Int.ſ. vt videant voluntatem Domini per flatum Spiritus ſancti.Hier. 40. Int.ſ.miſericordiæ. 42. Int.ſ.maieſtatem, à magnitudine.n.creaturæ cognoſcitur creator. 43. Int.ſ.mundo corde. m. Hier.id eſt, per viſibilia inuiſibilia intelligeret, clarumque animæ ſuæ ſtatum. 44. Int.id eſt, cor. Hier.¶ Theoph domus vniuſcuiuſque noſtrum cælum eſt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

27. [a] *Fortè Sadducæi Herodiani dicebantur, quòd eis faueret Herodes, aut ipſi Herodi. Fermentum autem doctrinam intelligit.* 32. *ſ.potentiam meam.* 34. *non à natiuitate, nouerat enim arbores.* 37. *ſ. Bethſaida.* b. *coniungendum cum homines, vt patet ex Græco.*

nemini dixeris. Et ingreſſus eſt Ieſus & diſcipuli eius in caſtella Cæſareæ Philippi:[46] &
in via[47] interrogabat diſcipulos ſuos, dicens eis, Quem me dicunt eſſe homines[48]? Qui
reſponderunt illi, dicentes, alij Iohannẽ Baptiſtam, alij Heliam, alij verò quaſi vnum[49]
de Prophetis. Tunc dixit illis, Vos[50] verò quem me eſſe dicitis? Reſpondens Petrus[51], ait
ei, Tu es Chriſtus. Et comminatus[52] eſt eis, ne cui dicerent[53] de illo. Et cœpit[54] docere eos
quomodo oportet Filium[55] hominis pati multa: & reprobari à Senioribus, & à ſummis
Sacerdotibus & Scribis, & occidi, & poſt[56] tres dies reſurgere. Et palam[n] verbum[o] lo-
quebatur. Et apprehendens[58] eum Petrus, cœpit increpare eum. Qui conuerſus[59], &
videns diſcipulos ſuos, comminatus eſt Petro, dicens, Vade retro[60] me ſathana[61]: quia
non ſapis quæ Dei[62] ſunt, ſed quæ hominum[63]. Et conuocata[64] turba cum diſcipulis ſuis,
dixit eis, Si quis[65] vult me ſequi, deneget ſemetipſum[67]: & tollat crucem[68] ſuam, & ſequa-
tur[69] me. Qui enim voluerit

SENS. LITER. IN CAP. VIII.

45. Theoph. hoc præcipit, ne ab infidelibus in anima læderetur; & ne ipſi, non credentes, grauius peccarent. Beda in Luc. Exemplum dat fauorem vulgi non requirendi. 46. Hier. frater hic Herodis erat, & in honorem Tyberij Cæſaris, Cæſaream Philippi appellauit, quæ nunc Paneas dicitur. Glo. ſic eius pater Herodes in honorem Auguſti Cæſaris, Cæſaream nuncupauit, quæ prius Turris Strathionis vocabatur. Eſt autem Cæſarea Philippi ad radices Libani, vbi Iordanis oritur. 47. Int. nec in eundo docere ceſſat. 48. Beda, prius hominum ſententiam interrogat, ne diſcipulorum confeſſio vulgi opinione firmata videretur. 49. Int. non Dominum Prophetarum opinantes. 50. Int. vos. ſ. qui Dij. Chry. ex interrogationis modo reducit eos in maiorem ſenſum, & æſtimationem de ipſo. 51. Beda. vnus pro omnibus, omnes enim idem ſciebant. Chry. reſpondet vertex diſcipulorum, Apoſtolorum os.

52. Theoph. volebat interim ſuam gloriam occultare, ne multi ſcandalizarentur, & pœnam mererẽtur maiorem. 53. Int. ſ. eum Filium Dei eſſe. 54. Int. præmunit ne paſſione deficiant. Theoph. poſtquam confeſſi ſunt Deum verum, reuelat eis crucis myſterium. 55. Int. Nota quod eum quem tot pati oportet, Filium hominis appellat, quia paſſo in carne Chriſto, diuinitas impaſſibilis manſit.

56. Int. Spe reſurrectionis confortat. 57. Int. ſ. de morte, & reſurrectione. 58. Int. ſ. ſeorſum Beda. ſ. amantis affectu. Chry. non acceperat Petrus reuelationem de paſſione. Quod Chriſtus Filius Dei viui eſſet, reuelatione didicerat, myſterium verò Crucis & Reſurrectionis nondum ei fuerat reuelatum.

59. Int. ſ. ad diſcipulos. 60. Int. non contra. Chry. id eſt, ſequere me, & ne paſſionis conſilio reſiſtas. Glo. id eſt, ſequere ſententiam meam. 61. Int. id eſt, aduerſarie ſiue contrarie, quia contraria loqueris voluntati meæ. Theoph. Sathanas Chriſtum pati nolebat, ne genus humanum ſaluaretur. Petrus ergo ſapiebat quæ ſunt Sathanæ. 62. Int. ſ. vt pro ſalute hominum moriar. 63. Theoph. id eſt, ſecundùm affectionem carnalem. Glo. Errabat Petrus pietatis affectu. 64. Int. prius ſolis diſcipulis loquebatur altiora arcana. 65. Int. ſiue diſcipulus, ſiue alius. Chry. q. d. Tu me Petre increpas pati volentem, Ego autem dico tibi quod ſaluari non poteris, niſi moriaris. 66. Int. ſ. alter factus ex altero. Hieron. ¶ Chry. patienter ſuſtinendo aduerſa, ſeque periculis exponendo, & ita ſe habendo ac ſi alius pateretur

67. Int. id eſt, veterem hominem exuat, nouum induat. vnde Paulus, Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Chriſtus. Glo. niſi quis à ſe deficiat, ad Deum non appropinquat. 68. Chry. id eſt, abneget ſe vſque ad mortem exprobrabiliſſimam. Beda. Tollitur crux, cùm per abſtinentiam corpus affligitur, aut anima per compaſſionem. 69. Chry. oportet pati propter Chriſtum, & ſe ei conformare.

SENS. MYST. IN CAP. VIII.

45. Int. Hieron. id eſt, cæcitatem tui cordis prædica, non virtutem. vnde Paulus, blaſphemus fui, & perſecutus ſum Eccleſiam Dei.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

56. ſcilicet, ab initio paſſionis, cum eſt comprehenſus. n. id eſt, apertè, ſeu liberè. o. Græ. ἐπετίμησεν, id eſt, increpauit. 62. id eſt, diuina. 63. id eſt, humana.

[p] animam ſuam ſaluam facere,[70] perdet eam:qui autem [71] perdiderit animam ſuam propter me,& Euangelium,ſaluam faciet eam.Quid enim proderit homini ſi [72] lucretur mundum totum,& detrimentum animæ ſuæ faciat? Aut quid homo commutationis dabit pro anima [q] ſua? Qui enim me [74] confeſſus fuerit, & verba mea in generatione iſta adultera,& peccatrice:& Filius hominis confitebitur eum,cùm venerit in gloria Patris ſui cum Angelis ſanctis.

Sens. Lit. In Cap. VIII.

p. Remig.id eſt,vitam. 70. Int.ac ſi dicatur agricolæ,frumentum ſi ſeruas,perdis. 71. Int.ſi ſeminas,renouas. 72. Int.q.d.in aduerſitate perdenda eſt anima, in pace autem cor muniendum omni cuſtodia. 73. Int.ſ.tempore pacis. 74. Int.ſcilicet,corde,ore,opere:Theoph.non ſufficit fides ſolùm in mente conſiſtens. 75. Chryſ.quæ Deum verum animæ ſponſum dereliquit,& dęmonibus proſtrata,ſemen impietatis ſuſcepit.

Addit. Avct. In Cap. VIII.

q. ſcilicet,perdita recuperanda. 74. alij legunt,confuſus,& confundetur,id eſt,quem mei puduerit, & eius pudebit Filium hominis,id eſt, dedignabitur inter ſuos numerare, ſic enim Græca poſtulant.
75. ſcilicet,quod à Deo defecerit ad idola aut creaturas.

Capvt IX.

ET dicebat illis:[1] Amen dico vobis,quia [2] ſunt [3] quidam de hîc [4] ſtantibus,[5] qui non [6] guſtabunt mortem donec videant [7] regnum Dei [8] veniens in virtute. Et poſt dies ſex,aſſumpſit Ieſus [11] Petrum & Iacobum, & Iohannem:& duxit illos in [12] montem excelſum ſolos,& [13] transfiguratus eſt coram ipſis.

Sens. Lit. In Cap. IX.

1. THeoph. Quia dixerat de ſua gloria, vult oſtendere quod non inania promittebat. 2. Int. conſolatoria promiſſio. 3. Theo ſcilicet,Petrus,Iacobus, & Iohannes. Chry. Non nominauit, ne reliqui aliquid humanum paterentur; prædicit verò, vt dociliores fiant. 4. Int. diſcipulis. 6. Int.ſ. corporalem. 7. Beda.pia prouiſione factum eſt,vt contemplatione æterni gaudij delibata fortius aduerſa tolerarent. 8. Int.alias venientis,vel viuentis. 9. Hier.poſt comminationem crucis,Reſurrectionis gloria oſtenditur,ne timerent opprobria crucis. 10. Chry. Lucas dicit octo. Numerat enim diem quo Chriſtus locutus,& quo aſſumpſit;ideo verò poſt ſex dies vt vehementius deſiderantes,ſollicita mente attenderent quæ videbant 11. Int.multi vocati,pauci vero electi. Theoph. Petrum, vt ſe diligentem;Iohannem,vt dilectum;Iacobum,vt vocatiſſimum theologum. 12. Chry.ſ.conuenientem locum ad gloriæ ſublimitatem oſtendendam. 13. Int. non ſubſtantiam veram carnis amiſit. ¶ gloriam reſurrectionis oſtendit Beda. ¶ Theoph. non eſt figura immutata;ſed addita inenarrabilis claritas. Beda.talis apparebit poſt iudicium cunctis electis.

Sens. Myst. In Cap. IX.

10. THeoph.poſt hoc ſeculum,quod ſex diebus conſtat aſſumet Ieſus ſuos in cælum. 11. Glo.qui fidem Trinitatis incorrupta mente ſeruauerint, æterna Dei viſione merebuntur lætari.
12. Glo.qui fructum reſurrectionis expectant,mentem in excelſis habeant.

Addit. Avct In Cap. IX.

8. Græc.veniſſe.

Et[14] veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia[a] & candida nimis, velut nix, qualia fullo[16] non poteſt ſuper terram candida facere. Et apparuit[17] illis Helias cum Moyſe, & erant loquentes cum Ieſu. Et reſpondens[18] Petrus, ait Ieſu, Rabbi, bonum[19] eſt nos hîc eſſe: & faciamus tria tabernacula: tibi vnum, & Moyſi vnum, & Heliæ vnum. Non enim ſciebat[20] quid diceret: erant enim timore exterriti[b]: & facta eſt nubes[21] obumbrans eos: & venit[22] vox[23] de nube, dicens, Hic[24] eſt Filius meus chariſſimus[25], audite[26] illum. Et ſtatim circunſpicientes, neminem viderunt, niſi Ieſum[28] tantùm ſecum. Et deſcendentibus[29] illis de monte, præcepit ne cuiquam quod vidiſſent, narrarent[30]: niſi cùm Filius hominis à mortuis reſurrexerit[31]. Et verbum continuerunt[32] apud ſe: conquirentes[33] quid eſſet[34] cùm à mortuis reſurrexerit. Et interrogabant eum, dicentes,

Sens. Liter. In Cap. IX.

17. Chry. hos introducit, quia turbæ dicebant Chriſtum Heliam, aut vnum Prophetarum. Item, de tranſgreſſione legis accuſabant, quod ſi eſſet, ei iſti non aſſiſterent; dedit enim legem Moyſes, Helias verò gloriæ Dei zelator fuit. Item, vt ſcirent eum vitæ & mortis poteſtatem habere. Viuebat enim Helias, Moyſes mortuus erat. Item, vt oſtenderet legis & Prophetarum doctrinam pædagogum ad Chriſtum fuiſſe denique coniunctionem noui & veteris Teſtamenti; quodque in Reſurrectione cum Prophetis Apoſtoli coniungerētur. Glo. vt oſtenderet ſe Lege & Prophetis promiſſum. 18. Int. ſ. ſtupefactus tanta claritate. 19. Int. quamuis ſtupefactus, inſitum tamen ſibi affectùm indicat. Beda.

¶ Theoph. quia propè erat tēpus paſſionis, nolebat de monte deſcendere, quòd ſi aſcenderent Iudæi, ſatis præſidij putat in Moyſe, qui Ægyprios debellauit; & Helia, qui igne miſſo de cælo, quinquagenos interfecit. 20. Int. quaſi ſtupefactus. Beda. Oblitus eſt regnū, non in terra, ſed in cælis eſſe promiſſum.

21. Beda. qui materiale quæſiuit tabernaculū, nubis accepit vmbraculum; vt diſceret in reſurrectione non tegmine domorum, ſed Spiritus ſancti gloria ſanctos protegendos. 22. Int. ſ. Patris pro Filio reſpondentis. Beda. 23. Chry. vt crederetur vox Dei, in nube enim conſueuit apparere. 24. Int. q. d. Moyſes & Helias ſerui; huic faciendum tabenaculum, huic ſeruiendum, non illis. 25. Chry. vna Patris & Filij voluntas oſtēditur. 26. Int. & Moyſes de eo, ipſum audietis. Beda. 27. Int. vbi cœpit Filius deſignari, mox ſerui diſceſſerunt, ne ad illos vox facta putaretur. Beda. 29. Int. ſcilicet, poſt transfigurationem. 30. Theoph. ſ. ne ſcandelizarentur qui Chriſtum erant viſuri crucifixum; tam glorioſa de ipſo audientes. Glo. ne incredibile eſſet pro magnitudine. 31. Theoph. tum enim credibile videretur. 32. Int. ſ. nemini dicentes. 33. Chry. ſ. reſurrectionis myſterium ignorabant. 34. Int. ſ. hoc.

Sens. Myst. In Cap. IX.

14. Int. id eſt, ſancti. Greg. 32. mor. adhærebunt enim ei in gloria fulgentes. Chry. Veſtimenta alba, Euangelica & Apoſtolica ſcripta, omnium clariſſima, quibus nullus expoſitorum ſimilia facere poteſt.

16. Int. de quo, Amplius laua me ab iniquitate mea. Non poteſt autem in terra dare claritatem fidelibus ſuis, quam eis conſeruat in cælis. Beda. ¶ Remig. in Matt. Fullo, ſancti prædicatores, & animarum purgatores. Orig. in Matt. Fullones, ſapientes ſeculi. 17. Beda. ſignificant hi gloriam omnium Sanctorum, qui. ſ. iudicij tempore, vel viui reperientur, vel mortui. Theoph. Significatur nos viſuros in gloria legem & Prophe as cum Chriſto loquentes. i. conſonata eſſe eius geſtis; reuelabit & tunc nobis Pater Filium, & obumbrabit Spiritus ſanctus. 20. Beda. Imperitiæ notatur, qui legi & Prophetis & Euangelio tria tabernacula facere cupit, cùm hæc nullatenus valeāt adinuicem ſeparari. Glo. ſed vnum habent tabernaculum. ſ. Eccleſiam Dei. 22. Beda. Sicut in Baptiſmo, ita in transfiguratione Trinitatis myſterium declaratur: quod enim in Baptiſmo confitemur, in reſurrectione videbimus; apparuit verò Spiritus ſanctus illic in columba; ſimplici enim corde credendum eſt hic verò in lucida nube, apertè enim videbimus quod credidimus. 28. Beda. cùm ſe manifeſtauerit electis, ſplendebit Chriſtus, caput cum corpore.

Addit. Avct. In Cap. IX.

a. Gr. ſplendentia, candida. q. d. ex ſplendore candida. b. i. velut extra ſe, ad tantam rei nouitatem.

Quid[35] ergo dicunt Phariſæi & Scribæ,quia Heliam oportet venire primùm[36]?Qui reſpondens,ait illis, Helias[37] cùm venerit primò[c],reſtituet omnia[38]: & quomodo ſcriptum eſt in Filium hominis,vt multa patiatur[39],& contemnatur[d] Sed dico[40] vobis,quia & Helias venit,& fecerunt illi quæcunque[41] voluerunt,ſicut ſciptum[e] eſt de eo. Et veniens[42] ad diſcipulos ſuos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes[43] cum illis.Et confeſtim omnis populus[44] videns Ieſum,ſtupefactus[45] eſt,& expauerunt[46]: & occurrentes,ſalutabant[47] eum.Et interrogauit[f] eos,Quid inter vos côquiritis[48]? Et reſpondens vnus de turba,dixit:Magiſter[49], attuli filium meum ad te habentem ſpiritum mutum:qui,vbicunque[g] eum apprehenderit,allidit[h] illum,& ſpumat[50]: & ſtridet[51] dentibus, & areſcit[52]. Et dixi[l] diſcipulis tuis vt ejicerent illum,& non potuerunt.Qui reſpondens eis[m] dixit,O generatio[53] incredula[54],quamdiu apud vos ero?Quamdiu[55] vos patiar?Afferte[56] illum[57] ad me.Et attulerunt eum.Et cùm vidiſſet[n] eum:

Sens. Lit. In Cap. IX.

35. Int.q.d.ſi iam apparuiſti in gloria,quid ergo,&c. 36. Int.non aliter eſt ſecundus aduentus,niſi ille præcedat. 37. Int.q.d.non eſt hic aduentus quem putatis, quem præcedet Helias, Helias enim cùm venerit, &c. 38. Beda. quod Malachias dicit. 39. Int. ſ. ſic & Helias. Beda. ¶ Theoph. Senſus eſt, ſi primi aduentus Helias eſt præcurſor, vt putant Iudæi, cum ſit pacificaturus Iudæos,& ad fidem adducturus,quomodo ſcriptum eſt Filium hominis debere pati? 40. Int.q.d.venturus eſt Helias, ipſe in corpore,ſed etiam venit in ſpiritu & virtute.ſ.Iohannes.Theoph.Erat Iohannes redargutor,& zelotes,& eremita,vt Helias. 41. Int.ſ.ſpreuerunt,decollauerunt. 42. Int.ſ.de monte. 43. Int.i.diſputantes.Theoph.abſente Chriſto volebant eos ad ſe attrahere. 44. Int.indocti,non Scribæ ſapientes.
47. Theoph.quidam dicunt aſpectum ex transfiguratione ſpecioſiorem factum,turbam ad ſalutationem attraxiſſe. 48. Beda.videtur fuiſſe quæſtio,quare cùm eſſent diſcipuli Saluatoris,ſaluare dæmoniacum non poſſent. 49. Int.deprecando per conqueſtionem exponit incommoda filij. Chryſ. infirmum iſtum in fide fuiſſe oſtenditur poſt ex verbis Chriſti. l. Glo.culpam rejicit in diſcipulos, cùm ſæpè curatio,non curantium,ſed curandorum vitio impediatur. 53. Chry.in illum & Iudæos accuſationem intendit,probabile eſt enim multos ſcandalizatos non conuenienter de diſcipulis cogitaſſe.
54. Int.q.d.Incredulitas veſtra impedit ſalutem. 55. Chry.oſtendit ſe mortem deſiderare, & graue ei eſſe cum illis conuerſari. 56. Beda. apparet nô homini iratum,ſed vitio. 57. Int.ſcilicet, puerum.

Sens. Myst. In Cap. IX.

45. Int.timor non eſt in charitate.Hier. 46. Int.quaſi ſerui. Hier. timor ſeruorum, ſtupeſcere ſtultorum. f. Glo. vt confeſſio pariat ſalutem. Dic tu iniquitates tuas prius, vt iuſtificeris. 50. Int. Hier. allegoricè peccatorum ſpuma,ſtultitia. 51. ſ.iracundia,ſcilicet,Hier. 52. Int ſcilicet,ignauia. Hier. 53. Beda.Chriſtus ſurſum diſcipulis myſteria reſerat,deorſum turbis infidelitatem exprobat,& ſpiritus ejicit. 50. Beda.dum poſt peccatum ad Dominum conuerti volumus,magis à diabolo impugnamur,vt vel odium virtutis incutiat,vel expulſionis vindicet injuriam. Hier.diſcerpit dæmon ad ſalutem appropinquantem per terrores,& damna.

Addit. Avct. In Cap. IX.

c. iungendum cùm venerit, vt patet ex Matth. 39. ſcilicet, ſic Elia accidet, vel ſic eueniet Chriſto. 40. pro,immò verò. e. vbi id ſcriptum,incertum,niſi intelligas, venit ſicut ſcriptum eſt, ſcilicet,venturum. 46. ſcilicet, vel ob inopinatum & ſubitum aduentum, vel ob maieſtatem in vultu relucentem. f. ſcilicet,Scribas & diſcipulos. 48. id eſt,d.ſputatis. g. vel quandocunque,id enim etiam ſignificat Græca vox. h. ῥήσσει,id eſt,lacerat. 52. id eſt,ſine ſenſu efficitur,vel contabeſcit. m. ſcilicet,qui aderant,Græc.eis. n. ſcilicet,puer Chriſtum.

ſtatim

ſtatim ſpiritus [58] conturbauit illum: & eliſus in terram, volutabatur ſpumans. Et [59] interrogauit patrem eius, Quantum temporis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab [60] infantia: & frequenter eum in [61] ignem & in [62] aquam miſit, vt eum perderet: ſed ſi quid potes adiuua nos, miſertus noſtri, Ieſus autem ait illi, Si [63] potes credere, [64] omnia poſſibilia ſunt credenti. Et continuò exclamans pater pueri cum [p] lacrymis aiebat, Credo Domine: [65] adiuua [66] incredulitatem meam. Et cùm vidiſſet Ieſus [67] concurrentem turbam: [68] comminatus eſt [q] ſpiritui immundo, dicens illi: [69] Surde & mute ſpiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne [70] introeas in eum. Et exclamans, & multùm diſcerpens eum, exijt ab eo: & factus eſt ſicut mortuus: ita vt multi dicerent quia [71] mortuus eſt. Ieſus autem [72] tenens manum eius, eleuauit eum, & ſurrexit. Et cùm introiſſet in domum, Diſcipuli eius ſecretò [73] interrogabant eum, Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis: [74] Hoc genus in nullo [s] poteſt exire: niſi in oratione & [75] ieiunio. Et inde [t] profecti prætergrediebantur Galilæam: nec volebat [76] quemquam [77] ſcire. Docebat

Sens. Lit. In Cap. IX.

58. Chry. hoc permiſit, vt pater pueri hoc videns, ad fidem futuro miraculo traheretur. Theoph. permittit vt appareret dæmonis impietas qui occidiſſet, niſi Chriſtus adiuuiſſet. 59. Int. non quaſi ignorans interrogauit, ſed vt diuturnitas infirmitatis oſtenſa, curationem gratiorem faciat. 60. Beda. Erubeſcant qui negant originale peccatum. Quid enim habuit iſte vt à dæmonio vexaretur, ſi nullo peccati originalis vinculo tenebatur? 63. Int. Libertatem arbitrij indicat. Hier. 64. Int. ſ. quæ in nomine Ieſu poſtulantur. Hier. p. Hier. Fides cum lachrymis optata capit. 65. Chry. incipiens credere, orat vt reliquũ apponatur, eſt enim fides introductoria, eſt & perfecta. Beda. alia ſunt virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio, creſcit virtus gradibus ſuorum meritorum. Hier. Infirma eſt credulitas noſtra, niſi innixa ſubſiſtat adiutorio Dei. 66. Int. aliàs credulitatem. 67. Int. aliàs credentem.
68. Int. comminatio, potentia eſt. 69. Int. cuius præcipere eſt facere. 70. Chry. Promptus erat ad reintrandum, nondum enim ille in fide perfectus. 72. Beda. veram ſe carnis naturam habere tactu declarat. 73. Chry. timebant ne fortè gratiã ejiciendi ſpiritus amiſiſſent. 74. Theoph. ſ. Lunaticorum, vel ſimpliciter omnium. 75. Theoph. ſ. curantis, & curandi. 76. Int. ſ. ſe ibi eſſe. 77. Theoph. ne putaretur inuoluntariè pati. Beda. Miſcet proſperis triſtia, vt cùm repentè venerint, non terreant.

Sens. Myst. In Cap. IX.

60. Hier. Gentilis populus à natiuitate coluit idola, & alij ignem, & alij aquam venerabantur.
61. Int. moraliter, iræ vel libidinis. 62. Int. ſ. cupiditatis. Beda. ignis ad iracundiam referendus, aqua ad voluptates. q. Beda. qui peccantem emendare deſiderat, vitium increpando & exectando debet exterminare, ſed hominem amando fouere. 71. Int. ſ. mundo. Greg. 10. mor. Qui ſpiritualiter viuere neſciunt, carnalia bona non ſequentem extinctum arbitrantur. Hier. Sanatis dicitur, mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto. 72. Theoph. Si Ieſus, id eſt, Sermo Euangelicus teneat manum, id eſt, actiuam virtutem, à dæmone liberabimur. r. Theoph. Primò Deus nos iuuat, deinde requirit vt operemur, additur enim, & ſurrexit. 75. Beda. grauiora tentamenta, orationibus & ieiuniis ſuperanda ſunt; eſt autem ieiunium generale, non ſolùm ab eſcis, ſed à vitiis abſtinere, & oratio non ſolùm in verbis, ſed in omni Dei obſequio, iuxta illud, Sine intermiſſione orate. Hier. Ieiunio paſſiones corporis, oratione mentis peſtes ſanandæ ſunt.

Addit. Auct. In Cap. IX.

o. pro, lapſus. 66. q. d. etſi eſt imperfecta fides mea, da tamen quod peto. 68: id eſt, cùm imperio præcepit. s. pro, potes. t. id eſt, iter faciebant per 76. ſ. ſe ita inſtituiſſe in Ieruſalem, ne iter impediretur.

autem diſcipulos ſuos, & dicebat illis, Quoniam Filius hominis tradetur in manus hominum:& occident eum:& occiſus,tertia die [78] reſurget. At illi [79] ignorabant verbum: & timebant interrogare eum:& venerunt [80] Capharnaum. Qui cùm domi eſſet, interrogabat eos, [81] Quid in via tractabatis? At illi [81] tacebant. Si [82] quidem in [v] via inter ſe diſputauerant, quis [83] eorum maior eſſet. Et reſidens vocauit duodecim, & [84] ait illis, Si quis vult [x] primus eſſe, erit omnium [z] nouiſſimus, & omnium miniſter. Et accipiens [85] puerum, ſtatuit eum in medio eorum:quem cum [aa] complexus eſſet, ait illis, [86] Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris [87] receperit in [bb] nomine meo, me recipit. & quicunque me ſuſceperit, [cc] non [88] me ſuſcipit, ſed [89] eum qui miſit me. [dd] Reſpondit illi [90] Iohannes, dicens, Magiſter, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, qui non [91] ſequitur nos:& prohibuimus eum. Ieſus autem ait, Nolite [92] prohibere eum, nemo eſt enim qui faciat [93] virtutem in nomine meo, & [94] poſſit citò malè loqui de me. Qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis [ee] eſt. [95] Quiſquis enim potum dederit vobis calicem [96] aquæ frigidæ in nomine meo, quia Chriſtus [ff] eſtis:amen dico vobis, non perdet [97] mercedem ſuam. Et [98] quiſquis

Sens. Lit. In Cap. IX.

78. Theoph. poſt triſtia læta adiungit, vt diſcamus anguſtias ſequi lætitiam. 79. Beda non tam ingenij tarditate, quàm Saluatoris amore, putabantque figuratè loqui. 81. Int. ſcilicet, præ verecundia. 82. Int. id eſt, quia. 83. Beda. Videtant enim Petrum, Iacobum, & Iohannem ſeorſum ductos in montem. Item Petro regni cælorum claues promiſſas. 84. Chry. appetebant illi honorem à Domino: non ergo eorum deſiderium impedit, ſed humilitatem introducit. 85. Chry. volebat humiles eſſent & ſimplices; paruuli enim ab inuidia, vana gloria, & ambitione mundi. aa. Beda. ſignificat humiles, ſuo dignos complexu, & dilectione. 86. Int. q. d. formam virtutis ſeruent propter me, rationis auxilio, quam paruuli ætatis beneficio. 87. Beda. Pauperes Chriſti docet recipiendos ab his qui volunt eſſe maiores vel ſuadet in malitia paruulos eſſe. 88. Int. ſcilicet, ſolum. 89. Int. ſcilicet, ſuſcipit. ❡ Int. quia inter eum & me nihil diſtat. Beda. tantum ſe credi vult, quantus Pater. Theoph. quantum valet humilitas, quæ Trinitatis in habitationem meretur. 90. Beda. excludendum beneficio putabat, qui non rectè officio vtebatur. 91. Theoph. quidam increduli per nomen Ieſu ſigna faciebant; volebat enim Dominus etiam per indignos nomen ſuum ampliare. Chry. prouocat Dominus ad finem etiam per indignos. 92. Beda. Docet neminem à bono arcendũ quod habet; ſed prouocandũ ad id quod nondum habet. 93. Chry. hæretici, vt Simon, & Menander, & alij, non miracula in Chriſti nomine faciebant, ſed facere videbantur. 94. Chry. honorat enim operando virtutes, nomen meum. ee. Aug. 4. de conſ. Euang. ſ. inquantum aduerſus non eſt, prohibebant enim diſcipuli id in quo aduerſus non erat, ſed cum ipſis erat, nomen ſ. Chriſti commendans. 95. Int. q. d. quiſquis vnum ex huiuſmodi, &c. ſed ne paupertatis excuſationem prætendatis, quiſquis enim, &c. Theoph. quaſi dicat, non ſolùm nomine meo miracula operantem non prohibeo, ſed quiſquis, &c. 96. Int. Leuiſſimo præcepto excuſationem diluit. Chry. ne quis paupertatem alleget, ponit id quo non contingit egere. 97. Chry. non pretium dati, ſed dignitas recipientium, & affectus dantium facit opus dignum mercede. Aug. 4 de conſ. Euang. non tamen ſecurus debet eſſe, ſi Chriſto non incorporetur. 98. Chry. quaſi dicat, qui honorant vos propter me, mercedem habent, qui inhonorant, vltionem. Glo. Poteſt hoc etiam referri ad Apoſtolos, qui de primatu diſputantes, poterant alios exemplo perdere.

Addit. Avct. in Cap. IX.

v. ſcilicet, antequam illa contigiſſent quæ de didrachma ſcribuntur. Matth. 17. x. pro, ſit, vel fiat. z. id eſt, poſtremus. aa. Græ. poſuiſſet in vlnis, vt ſolemus infantulos. qua re oſtenditur quantum diligat innocentiam. bb. pro, propter me. Hebr. cc. pro, non tam me, quàm, &c. ſic ſolemus dicere quod pauperi das, non pauperi das ſed Deo. dd. pro locutus eſt autẽ Hebr. ff. ſ. diſcipuli. 97. ſ. hic vel in futuro

ſcandali

[gg] ſcandalizauerit vnum ex his puſillis [99] credentibus in me: [100] bonum eſt ei magis ſi circundaretur [101] mola aſinaria collo eius, & in mare mitteretur. Et ſi [hh] ſcandalizauerit te [102] manus tua, abſcinde illam. [103] Bonum eſt tibi [104] debilem introire in vitam: quàm [105] duas manus habentem ire in gehennam, in [106] ignem inextinguibilem, vbi [107] vermis eorum non morietur: & [108] ignis non extinguitur. Et ſi [109] pes tuus te [110] ſcandalizat, [111] amputa illum: [112] bonum eſt tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis inextinguibilis: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Quod ſi [113] oculus tuus ſcandalizat te, eijce eum: [114] bonum eſt tibi [ll] luſcum introire in regnum Dei, quàm duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim [115] igne [116] ſalietur: & omnis [117] victima [118] ſale ſalietur. Bonum eſt

Sens. Lit. In Cap. IX.

gg. Greg. in Ezech. Aliquando in bono opere cauendum ſcandalum proximi, quantum ſcilicet, ſine peccato poſſumus; aliquando verò contemnendum, vtilius enim naſci permittitur, quàm veritas relinquatur. 99. Int. magni nullo modo, mouentur, puſilli occaſiones quærunt. Beda. 100. Chry. oſtendit grauius malum manere. 101. Glo ſecundùm morem prouinciæ loquitur: erat enim hæc maiorum criminum pœna. 102. Chry. Non de membris dicit, ſed de propinquis amicis, nihil verò tam nociuū, vt perniciosa ſocietas Beda. Manus, amicus neceſſarius. 103. pro, quia bonum. 104. Int. id eſt, ſine cupiro principatu. Hier. 105. Hier. duæ manus, principatus, humilitas & ſuperbia, abſcinde ſuperbiam & tenes humilem principatum. 106. Int. inferni pœnas enumerat, vt exterreat. 107. Int. id eſt, putredo gehennæ. ¶ dolor interius accuſans eos. Beda. 108. Int. Hier. pœna exterius ſæuiens inconſumpta. vnde Propheta, Ambulate in lumine ignis veſtri, in flammis quas ſuccendiſtis vobis Aug. 21. de ciuit. Dei, cap. 9. Etſi erit illud dolor, corporis & animæ, puto tamen vermem & ignem hoc loco ad corpus pertinere poſſunt enim animalia etiam in ignibus viuere potentia Creatoris. 109. Int. id eſt, amicus neceſſarius, cuius tibi quotidianis vſibus ſeruit diſcurſus, Beda. 110. Glo. Scandalizat fratrem, qui dicto, vel facto occaſionem ei ruinæ præbet. 111. Int. id eſt, cùm corrigere nequeas, amputa à ſocietate tua. Aug. 4. de conſ. Euang. Hoc ipſo ſeparas à ſocietate, quod mala ſuadenti non ſuadenti non conſentis, ſi tamen innoteſcat omnibus peruerſitas, ab omni ſocietate, & Sacramentorū participatione ſeparandus eſt. 112. Int. pro, quia bonum. 113. Int. id eſt, qui tibi prouidet ¶ in oculo, noſtri carnaliter amici, & ſpiritualiter aduerſarij ſignificantur. 114. Int. pro, quia bonum.

114. Int. pro, quia bonum. 115. Int. id eſt, Gratia Spiritus ſancti, vel tribulatione. Chry. Simile eſt illud, Vniuſcuiuſque opus opus quale ſit, ignis probabit. 116. Beda. Sal, vermis putredinem arcet; quod verò igne ſalitur, id eſt, ignibus ſale aſperſis reconditur, non ſolùm vermes abiicit, ſed & carnem conſumit; condiendum ergo corpus continentia, & mens ſapientia: ſal enim ſapientia ignis, Spiritus ſancti gratia. Glo. Igne ſaliri ob Chriſti amorem, eſt proximos nobis & dilectos abnegare, de quo ſuprà. 117. Int. ſcilicet, humanum genus. Hier. ¶ Beda. Altare electorum cor; hoſtiæ, bona opera; ſal, ſapientia. 118. Int. ſcilicet purgatorio igne. Hier.

Sens. Myst. In Cap. IX.

101. Greg. in Paſtor. Mola ſecularis vitæ circuitus, & labor; maris profundum, æterna damnatio: melius ergo erat, qui alios verbo vel exemplo deſtruit, conſtringi terrenis actibus, quàm in ſacris officiis ſcandalizare, tolerabilior enim pœna ſi ſolus caderet.

Addit. Avct. In Cap. IX.

100. pro, melius ei eſſet ſi, &c. 101. Gra. ſaxum molare. hh. i. impedimento fuerit ſ. ne ſalutem conſequaris. 104. i. manu altera carentem, ſeu mancum. Gra. κυλλὸν. 117. i. conſcientia remorſum, ſumptum id ex Iſaia vltimo. ll. μονόφθαλμον, id eſt, vnoculum. 115. quaſi dicat, oportet electos per ignem tranſire, more victimarum, & ſale condiri, ſcilicet, multa pati, & ſal habere ſapientia: victima in lege cum ſale, offerebantur, & igni cremabantur, vel ſignificat damnatos in inferno velut victimas perpetuo igni cremandos, veluti ſale, in ſupplicio incorruptos, vel, quaſi dicat, vt olim nulla beſtia ſine ſale Deo accepta: ita nemo ſine tribulatione ei gratus.

ſal:[119] quod ſi ſal inſulſum[120] fuerit, in quo illud condietis? Habete in vobis ſal,[121] & pacem[122] habete inter vos.

Sens. Lit. In Cap. IX.

119. Int.id eſt,ſapientia. ¶ Int. Hier.Bonum eſt verbum Dei audire,ſale ſapientiæ cor condire, immo cum Apoſtolis ſal eſſe,id eſt,alijs ſapientiam miniſtrare. Theoph.conſeruat ſal carnes,ſic ſermo doctoris,non ſinit in hominibus carnalibus inextinguibilem ignem generari. 120. Int. Hier. Sal inſulſum eſt,qui amat principatum,& qui increpare non audet,nec confiteri,ne de Synagoga eiiciatur,diligens gloriam hominis,magis quàm Dei. Theo.id eſt, ſi virtutem deſiccatiuam & conſeruatiuam non habet. 121. Int.id eſt,iuſtitiam. ¶ Int.Hier.Sal correctionis,amor proximi temperet,& dilectionem Sal iuſtitiæ condiat. 122. Int.id eſt,dilectionem. ¶ Qui ſapienter loquitur, magnopere metuat ne eius eloquio vnitas rumpatur.Glo.habete ſal ſine pace,non virtutis eſt donum, ſed damnationis argumentum,quo enim meliùs quiſque ſapit,eò deterius delinquit.

CAPVT X.

ET[1] inde exurgẽs venit in fines Iudeæ[2] vltra Iordanem:& conueniunt iterum
turbæ ad eum:& ſicut conſueuerat, iterum docebat illos.Et accedẽtes[3] Pharisæi,interrogabãt eũ,[4] Si licet viro vxorem dimittere?tẽtantes eum. At ille reſpondẽs
dixit eis,[5] Quid vobis præcepit Moyſes? Qui dixerunt,[6] Moyſes permiſit libellum repudij[7] ſcribere,& dimittere. Quibus reſpondens Ieſus,ait, Ad duritiam[8] cordis veſtri
ſcripſit[9] vobis præceptum iſtud. Ab initio autem creaturæ maſculum & feminam[10] fecit
eos Deus. Propter hoc relinquet homo Patrem ſuum & matrem: & adhærebit[11] ad
vxorem[12] ſuam,& erunt

Sens. Lit. In Cap. X.

1. BEDA.Hactenus narrauit geſta in Galilæa,deinceps geſta in Iudæa. 2. Beda. omnis prouincia Iudæorum generaliter dicta Iudæa,ad diſtinctionem aliarum gentium; ſpecialiter tamen, Meridiana plaga ad diſtinctionem Galilææ,& aliarum in eadem prouincia regionum. Theoph. Iudæam ſæpe ob Iudæorum æmulationem reliquerat; non aſcendit verò adhuc Hieroſolymam ob malitiam Iudæorum. 3. Theoph. vt per interrogationes eum confunderent, & ab eo turbam auerterent.
4. Glo. hoc interrogant,vt ſi neget Moyſi contrarius videatur; ſi concedat,ſibi,qui pudicitiam prædicet. Temperauit ergo Dominus reſponſum, Scripturam declarans, naturæque legem,& primam Dei ſententiam, ſecundæ opponens, quæ non Dei voluntate, ſed peccantium neceſſitate conceſſa eſt.
5. Chry.non ſtatim reſpondit,non licet,ne tumultuarentur. 6. Aug.2.de conſ.Euang. aliter aliquãto Matth.narrat,ſed poteſt intelligi prius factum quod ait Mar.ſ.illos interrogantes,Dominum rurſum interrogaſſe,cumque reſpondentibus dixiſſet quæ Matth.refert de coniugij inſtitutione,illos idipſum quod dixerant repetiuiſſe, dicentes (vt ait Matth.) quid ergo mandauit Moyſes, &c. tum Dominum oſtendiſſe cauſam,ſcilicet,duritiam cordis,&c. 7. Aug.19.cont.Fauſt.cap.26.Nolebat dimitti vxorem, qui hanc interpoſuit moram, vt vir deſiſteret, præſertim cùm ſolis Scribis (vt aiunt) fas fuerit litteras Hebræas ſcribere ad hos igitur quos oportebat eſſe prudentes legis interpretes, & iuſtos repudij diſſuaſores,lex virum mittebat;quod ſi tantum eſſet odium vt extingui non poſſet,tunc ſcribendus libellus,quando non poterat à propoſito reuocari. 8. Aug.19. cont. Fauſt.cap.26. Magna duritia quæ nec libelli interpoſitione flecti poterat.Glo.Maluit Moyſes virum vxorem dimittere,quàm interficere,aut in odio perſeuerare. 9. Int.ſ.Moyſes.q.d.hominis eſt conſilium,non Dei imperium. 10. Int.non feminas. In hoc oſtendit ſecunda eſſe vitanda coniugia. 11. Chry. inſeparabilitas matrimonij demonſtratur. 12. Int.non ad vxores.Beda.

Addit. Avct. In Cap. X. 8. pro,ob duritiam.

duo

[13] duo in carne vna. Itaque iam non ſunt duo,ſed vna caro. Quod ergo Deus [14] coniunxit,homo non [15] ſeparet.Et in domo iterum [16] Diſcipuli eius de [17] eodem interrogauerunt eum. Et ait [a] illis , Quicunque [b] dimiſerit vxorem ſuam , & aliam duxerit : adulterium committit ſuper [18] eam. Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum , & alij nupſerit , mœchatur. Et [19] offerebant illi paruulos vt tangeret illos : Diſcipuli autem [20] comminabantur offerentibus. Quos cùm videret Ieſus,indignè tulit,& ait illis: Sinite paruulos venire ad [21] me,& ne prohibueritis eos: [22] talium enim eſt regnum Dei. [23] Amen dico vobis,quiſquis non receperit [c] regnum Dei velut [24] paruulus,non introibit in illud.Et [25] complexans eos, & [26] imponens manus ſuper illos, [d] benedicebat eos.Et cùm egreſſus eſſet in via, [e] procurrens [27] quidam genuflexo ante eum, rogabat eum,dicens: Magiſter bone, quid [28] faciam vt vitam æternam percipiam ? Ieſus autem dixit ei : [29] Quid me dicis bonum ? Nemo [30] bonus, niſi vnus [31] Deus. [32] Præcepta noſti, Ne adulteres, Ne occidas,

Sens. Lit. In Cap. X.

13. Iot.non tres. 14. Int.ſ.faciẽdo vnam carnem viri & fœminæ.Beda. 15. Aug.19.cont.Fauſtum ex libris Moyſi conuincuntur , vxorem non eſſe dimittendam. Beda. Non homo , ſed Deus ſeparat, quando ex conſenſu propter ſeruitutem Dei vxores habentur,tanquam non habeantur. 16. Theoph. qui ſcandalizabantur , quaſi non eis fuiſſet plenè ſatisfactum. 17. Int.ſ.de quo Phariſæi. a. Chry. Matth.ait dictum fuiſſe Phariſæis hoc, ſed intelligendum vtriſque dictum. b. Beda. vna ſola eſt dimittendi cauſa carnalis quidem fornicatio , ſpiritualis autem Dei timor: ſicut multi religionis cauſa feciſſe leguntur,nunquam tamẽ licet vxore viuente alteram ducere. 18. Chry.ſ.ſuper ſecunda,quam introducit. 19. Int.forſan quia paruulum ſtatuerat in medium Diſcipulorum,& complexatus fuerat. Theoph.oſtenditur multa turbarum fides. 20. Chry.prohibebant ob Chriſti dignitatem. Glo. putabant eum offerentium importunitate laſſari. 21. Orig.& Chriſtus cùm in forma Dei eſſet,humilians ſe,factus eſt puer. 22. Theoph. id eſt,habentium ſtudio innocentiam,& ſimplicitatem,quam habent pueri ex natura.Glo.non dixit iſtorum,ſed talium,mores enim regnant,non ætas,malitia (inquit Paulus) paruuli eſtote. 23. Iot. verè talium, quia Amen dico vobis. 24. Beda. id eſt,niſi ſit innocens & purus.Glo.non perſeuerans in ira;videns pulchram mulierem,non concupiſcens; non aliud habens in ore,aliud in corde. 25. Int. vt ſignificet tales ſua dilectione, & gratia , & benedictione eſſe dignos. Beda. 26. Chry.humano modo agebat,tãquam verus homo. 27. Beda. audierat à Domino;tantùm paruulis ſimiles, dignos regno cœlorum. 28. Theoph. alij pro infirmitatibus ad Chriſtum accedebant, hic pro vita æterna. 29. Chry. acceſſerat ille tanquam ad hominem , & vnum ex Iudaicis Doctoribus. 30. Int. ſ. comparatione Dei. 31. Iot. qui ſolus bonus ex ſe,alij per ipſum boni.Beda.non excluditur Filius,qui ait : Ego ſum paſtor bonus; nec Spiritus ſanctus, de quo, Dabit ſpiritum bonum petentibus ſe:non negat ergo Dominus ſe bonum eſſe , ſed ait neminem bonum eſſe , ſine Deo. Theoph. voluit eleuare mentem iuuenis, vt ipſum cognoſceret tanquam Deum; docuit etiam agnoſcendum Deum omnis boni authorem, cùm aliquem laudas. 32. Beda. in his eſt innocentia puerilis, quæ nobis imitanda proponitur. Notandum verò, iuſtitiam legis ſuo tempore cuſtoditam, contuliſſe etiam vitam æternam.

Sens. Myst. In Cap. X.

24. Beda. Regnum Dei , id eſt , doctrina Euangelij cum metu & obedientia ſuſcipienda eſt, & ſine contradictione.

Addit. Avct. In Cap. X.

14. ζυνέζευξεν,id eſt,coniungauit. 18 pro,contra eam,ſeu in illius iniuriam. 20. ſcilicet,increpabant. c. id eſt,vitam & doctrinam Euangelicam. 24. id eſt,imitando paruuli ſimplicitatem, & innocentiam. 25. Gra.ſuſcipiens in vlnas, ἐναγκαλισάμενος. d. id eſt, bene precabatur. e. pro, accurrens, ſeu præcurrens. f. id eſt, pueritiam.

Ne fureris, Ne falſum teſtimonium dixeris, Ne fraudem feceris, Honora patrem tuum & matrem. At ille reſpondens, ait illi, Magiſter, hæc omnia obſeruaui[33] à[f] iuuentute mea. Ieſus autem intuitus eum[34], dilexit[35] eum, & dixit ei. Vnum tibi deeſt[36]: vade, quæcunque[37] habes vende, & da pauperibus[38], & habebis theſaurum[39] in cælo: &[40] veni, ſequere[41] me. Qui contriſtatus in verbo, abiit mœrens[42]: erat enim habens multas[43] poſſeſ[44]ſiones. Et circumſpiciens Ieſus, ait diſcipulis[45] ſuis, Quàm difficile qui pecunias[g] habent[46], in regnum Dei introibunt! Diſcipuli autem obſtupebant[47] in verbis eius. At Ieſus rurſus reſpondens, ait illis, Filioli, quàm difficile[h] eſt confidentes[48] in pecuniis in regnum Dei introire! Facilius[49] eſt camelum[50] per foramen[51] acus tranſire, quàm diuitem[52] intrare[53] in regnum Dei. Qui magis[l] admirabantur[54], dicentes ad ſemetipſos[m]: Et quis[55] poteſt ſaluus fieri? Et intuens illos Ieſus, Ait, Apud homines impoſſibile eſt, ſed non apud Deum[56]: omnia[57] enim poſſibilia ſunt apud Deum.

SENS. LIT. IN CAP. X.

33. Beda. non eſt mentitus, vt patet ex ſequentibus, dilexit enim eum intuitus Chriſtus. 34. Int.ſ. arcana cordis eius. Orig. Vidit eum ex bona conſcientia confitentem. 35. Chry. Amore dignus erat quod legem obſeruaſſet. Beda. Diligit Dominus eos qui mandata legis, quamuis minora cuſtodiunt.

36. Int.ſ.ad perfectionem. 37. Int. omnia omnino non partem, ſicut Ananias. Beda. 38. Int. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. Chry. non hiſtrionibus & luxurioſis. 39. Int. quem nec ærugo, nec tinea demolitur. 40. Int.ſ. quia hoc ſolùm non ſufficit. 41. Int. ſ. imitando, & ſicut ego ambulo, ambulando. 42. Chry. adiectio diuitiarum maiorẽ flammam cupiditatis accẽdit. 44. Hier. quaſi ſpinas naſcentes, & tribulos, quæ ſementem dominicam ſuffocauerunt. 45. Chryſoſt. ſcilicet vt inopiam non erubeſcant, & intelligant cur eos nihil habere conceſſerit. 46. Theoph. ſcilicet, vt retineant & cuſtodiant. Gloſ. qui multiplicandis diuitiis incumbunt, patet quod alterius vitæ gaudia quærere contemnant. 47. Int. ſcilicet, quia non poterant intelligere. Chryſ. pro aliorum ſalute dolentes.

h. Beda. non ait impoſſibile Chryſ. dicens difficile, oſtendit eſſe impoſſibile, idque oſtendit exẽplo.

48. Int. non dicit habentes, ſed in eis confidentes. Beda. inter habere & amare multa diſtantia eſt; vnde Salomon non ait, qui habet, ſed qui amat diuitias, fructũ non capit ex eis. Gloſ. non eſt ſcriptum, Diuitiæ ſi affluãt, nolite ſuſcipere; ſed nolite cor apponere. 49. Int. verè difficile, quia. 50. Theop. aut animal dicit, vel funem quo naues magnæ vtuntur. 52. Int.ſ. diuitias amantem. 53. Int. quod eſt pauperum. 54. Int.ſ. quod antè, quia idem repetendo, confirmauit. 55. Int. cùm penè omnes cupiant fieri diuites. Beda. Intellexerunt, qui diuitias amant, in diuitum numero deputari. 56. Beda. qui poteſt cupidos & ſuperbos conuertere. Chry. oſtendit multa eſſe gratia opus. 57. Theoph. ſ. entia, peccatum enim non eſt ens.

SENS. MYST. IN CAP. X.

50. Int. id eſt Chriſtum. Beda. qui infirmitatis noſtræ onera ſuſtulit. 51. Int.ſ. anguſtias paſſionis. Beda. acus, punctiones ſignificat, foramen ergo anguſtiæ paſſionis; qua, ſciſſa noſtra quaſi veſtimenta naturæ reſarcire quodammodo dignatus eſt. Facilius quidem Chriſtum pati pro dilectoribus ſeculi, quàm illos ad Chriſtum poſſe conuerti.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

35. ſcilicet, tanquam ſalutem vehementer appetentem. 36. ſcilicet, ad perfectionem, vel ad ſalutem, quod, ſcilicet, ad hanc ei eſſent impedimento diuitiæ, ob affectum ad eas nimium. g. multas, ſcilicet, loquitur enim de diuitibus. 49. Hyperbole ſignificans ſummam difficultatem. vide Prouerb. 17. Eccleſ. 22. Ier. 13. l. ἐκπερισσῶς, id eſt, ſupra modum. 54. ἐξεπλήσσοντο, id eſt, obſtupeſcebant.
m. id eſt, inter ſe, ſeu ad ſeſe mutuo.

Et cœ

Et[58] cœpit ei Petrus dicere, Ecce, nos dimiſimus omnia, & ſecuti[59] ſumus te. Reſpondẽs[60] Ieſus, ait, Amen dico vobis, nemo eſt qui reliquerit domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem,[61] aut matrem, aut filios, aut agros propter me,[62] & propter Euangelium:[n] qui non accipiet centies[63] tantum, nunc, in tẽpore hoc, domos,[64] & fratres, & ſorores,[65] & matres, & filios, & agros cum perſecutionibus[66]: & in ſeculo futuro vitam æternã. Multi[67] autem erunt primi, nouiſſimi[68]; & nouiſſimi,[69] primi. Erant autem in via aſcendentes Hyeroſolymam: & præcedebat[70] illos Ieſus,[71] & ſtupebant:[72] & ſequentes timebant.[73] Et aſ[o]ſumens iterum duodecim, cœpit[74] illis dicere quæ eſſent ei ventura. Quia[75] ecce aſcendimus Hieroſolymam: & Filius[76] hominis tradetur Principibus ſacerdotum, & Scribis, & Senioribus: & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei: & conſpuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum: & tertia[77] die reſurget. Et accedunt[78] ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, dicentes, Magiſter, volumus vt quodcumque[79] petierimus, facias nobis. At ille dixit eis, Quid[80] vultis vt faciam vobis? Et dixerunt,[81] Da nobis vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad ſiniſtram tuam ſedeamus

Sens. Lit. In Cap. X.

58. Int. quia audiuit diuites non poſſe intrare in regnum cælorum. 59. Beda. q. d. fecimus quod iuſſiſti. 60. Beda. ſcilicet, vniuerſaliter. 61. Beda. non vult relinqui parentes, & non adiuuari; nec ſeparari ab vxoribus; ſed docet præferendum honorem Dei rebus ſecularibus. Chry. videtur occultè prænunciare futurum, vt multi patres filios; & vxores viros ad impietatem inducerent. 62. Chry. idem eſt quod Lucas ait, propter regnum Dei. 63. Glo. Spiritualia bona ad carnalia ita ſe habent, vt ad paruum numerum centenarius. 64. Hier. Petrus vnam domum relinquens, poſtea omnium diſcipulorum domos habebat. 65. Hier. multæ mulieres ſollicitæ erant de Apoſtolorum cibo & veſtimentis, & eis miniſtrabant. 66. Int. hoc enim perſecutionibus plenum eſt tempus. Beda. qui propter regnum Dei temporalia bona ſpreuerunt, in hac vita perſecutionibus pleniſſima, eiuſdem regni gaudium fide certa deguſtant. 67. Beda. multi virtutũ ſtudia non qua intentione incipiunt, conſummant, ſed quod ſpiritu cœperunt, carne conſummant. 68. Int. Iudas de Apoſtolo apoſtata. 69. Int. vt latro. Hier. qui Chriſtum ſecuti ſunt, fuerunt nouiſſimi in hoc ſeculo. 70. Int. quaſi caput, vnus moriturus pro omnibus. Theoph. oſtendit ſe non refugere mortem. 71. Int. ad mortem imperterritus. 72. Beda. Meminerant enim ſermonis de Paſſione. 73. Beda. ſ. ne ipſi cum eo occiderentur, vel ſaltem ille, cuius vita & magiſterio gaudebant. o. Theop. ſ. ſeorſum. 74. Int. quia videbat eos timere. Beda. præuidebat turbandos ex paſſione. Theoph. volebat eorum corda confirmare, vt poſtea lenius ſuſtinerent, & in repentinis non formidarent; itemque oſtendere ſe voluntariè pati. 75. Int. hæc. ſ. 76. Int. ad quem pertinet pati, quia non poteſt diuinitas pati, vel lædi. Chry. ſingula commemorat, ne, ſi quid prætermitteret cernentes, poſtea turbarentur. 77. Chry. vt cõtriſtati ob paſſionẽ, reſurrectionẽ expectent. 78. Chry. audierant de ſuo regno loquentem, quod non putabant poſt eius mortẽ futurũ; accedunt verò ſeorſum eum aſſumentes: erubeſcebant enim quod aliquid humanum paſſi erant. Glo. putabãt eum more hominum regnaturum. Theoph. credebant eum Hieroſolyma aſcendere vt regnaret, & poſtea pateretur.
79. Int. aſtutè ſine nomine petunt munus. 80. Int. interrogat, vt ſtultitiam confeſſos, corrigat.
81. Aug. 2. de con. Euang. per matrem (vt ait Matth.) Chry. petierunt ipſi ſimul cum matre.

Addit. Avct. In Cap. X.

n. id eſt, doctrina Euangelicæ obſeruantiam. 66. pro, etiam in medijs perſecutionibus, vel id etiam beneficij accipient, vt pro Chriſto patiantur vide Phil. 2. 70. ſcilicet, oſtendens promptitudinem, & alacritatem ad mortem ſubeundam, ſimul diſcipulis metum adimens. 72. ſcilicet, quod ſic ſe in vitæ periculum daret. 73. ſcilicet, commune periculum.

in gloria tua. Ieſus autem ait eis, [82] Neſcitis quid petatis, poteſtis bibere [83] calicem quem ego bibo: aut [84] baptiſmo quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei, [85] Poſſumus. Ieſus autem ait eis, Calicem quidem quem ego bibo, bibetis: & baptiſmo quo ego baptizor [86] baptizabimini: [87] ſedere autem ad dexteram meam, vel ad ſiniſtram, non eſt meum dare [p] vobis: ſed quibus [88] paratum eſt. Et [89] audientes decem, indignati ſunt de Iacobo & Iohanne. Ieſus autem vocans eos, ait illis, [90] Scitis quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis: & [q] principes eorum poteſtatem habent ipſorum? Non ita eſt autem in vobis: ſed quicunque voluerit fieri [91] maior, [r] erit veſter [93] miniſter: & quicunque voluerit in vobis primus eſſe, erit omnium ſeruus. [94] Nam & Filius [95] hominis [96] non venit vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret, [97] & [98] daret animam ſuam redemptionem pro [99] multis. Et veniunt [100] Hierico: & proficiſcẽte eo de Hierico, & diſcipulis eius, & plurima multitudine, [101] filius Timæi Barthimæus cæcus ſedebat iuxta viam mendicans. Qui cùm audiſſet quia Ieſus Nazarenus eſt, cœpit clamare, & dicere, Ieſu fili [103] Dauid [102] miſerere mei.

Sens. Lit. In Cap. X.

82. Int.q.d.regnare vultis, qui non meruiſtis? culmen honoris ſine exercitio laboris? Theoph. q. d. non ſum (vt creditis) temporaliter regnaturus. Chry. q. d. vos de honore loquimini, ego de agonibus, non eſt hoc tempus præmiorum, ſed præliorum. 83. Int.i.paſſionem, vnde appropinquante paſſione ſua, Pater, ſi vis, transfer calicem hunc à me. Theoph. Paſſionem vt potum dulciter ſuſcepit. 84. Id eſt i. tinctura paſſionis. Glo.idẽ id quod calix. Theoph. Chriſti crux noſtra peccata emũdauit. 85. Theoph. ſ.non intelligẽtes quod dixerat, putabant enim loqui de calice ſenſibili, & baptiſmo quo Iudæi vti ſolebant ante cibum. 86. Chry. i.patiemini vt ego, ſed non ſufficit hoc, ad id quod vultis, ſed illud is obtinebit, qui maiorem virtutem poſſederit. Beda. Iohanni martyrium animo non defuit; miſſus enim in dolium feruentis olei, & relegatus in Patmos inſulam. 87. Chry. nullus à dextris nec à ſiniſtris ſedet, inuius enim creaturæ omni thronus ille: reſpondit verò ita intentioni illorum condeſcendens, qui primatum petebant, & aliis præeſſe. p. Beda.ſ.ſuperbis. Glo. non eſt acceptio perſonarũ apud Deum: ſed dignus accipiet, quod non perſonę, ſed vitę paratum eſt. 88. Chry.ſ.à Patre, & à me. 89. Int.ſ.petitionem eorum. 90. Chry. oſtendens honorem vſurpare, & deſiderare primatum, gentilium eſſe. Glo. Humilis, & pius, & mitis, nec duos cupiditatis, nec decem indignationis arguit. 91. Int. ſ. in cælo.

92. Int.in terra. 94. Int.quod debetis amplecti. 95. Int. nota eum qui miniſtrat Filium hominis appellari. 96. Int. ſ. in carne. 97. Int. q. d. intantum vt etiam animam daret. 98. Theoph. quod maius eſt, quàm miniſtrare. 99. Int.non pro omnibus, ſed pro his, qui credere voluerint. Beda.

101. Beda. Duo erant (vt ait Matth.) ſed iſte præcipuus. Aug.2.de conſ.Euang. Lucas de alio cæco loquitur. 102. Chry. ita vocat, turbæ prætereuntis laudem audiens. 103. Int.ſ.peccatoris.

Sens. Myst. In Cap. X.

100. Glo. deſerentes Hiericho, pacis viſioni appropinquant. Beda. Hiericho defectus noſtræ mutabilitatis, quo appropinquans Dominus. i. veniens in carne ad paſſionem, illuminauit cæcum. i. multos ad fidem adduxit. Hier. illuminantur Iudæi in fine. Beda. Appropinquãs Hiericho, vnum illuminauit: proficiſcens duos, ante paſſionem enim Iudæis ſolùm prædicauit, poſt paſſionem verò, per ſuos & Iudæis & gentibus. 101. Beda. id eſt, gentium populus, nondum iter veritatis ingrediens. 102. Hier. per inertia Patriarcharum Iudaicus populus illuminatur.

Addit. Auct. In Cap. X.

q. Μεγάλοι Magni, ſeu Magnates, ſic 2. Reg. 7. iuxta nomen magnorum qui ſunt in terra. 91. μέγας, magnus. r. pro, ſit. Hebr. ſic inf.

Et commina[104]bantur illi multi vt taceret. At ille multo magis clamabat, Fili Dauid miſerere mei. Et ſtans[5] Ieſus,[105] præcepit illum vocari:[106] & vocant cæcum, dicentes ei, Animæquior[107] eſto:[108] ſurge,[109] vocat te. Qui proiecto veſtimento[110] ſuo exiliens,[111] venit ad eum. Et reſpondens[1] Ieſus dixit illi. Quid[112] tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei, Rabboni[113] vt videam.[114] Ieſus autem ait illi, Vade,[115] fides tua te ſaluum fecit: & confeſtim vidit, & ſequebatur[116] eum in via.[117]

Sens. Lit. In Cap. X.

105. Int. qui tranſiens audiuit. 106. Int.ſ.per Apoſtolos. Orig. illum de quo Lucas, non iuſſit vocari, ſed ad ſe adduci, quaſi non valentem per ſe venire. 112. Beda. petit, vt excitet. Chry. ne putaret aliud dare velle, quàm ille cupiebat. Solebat quidem Chriſtus voluntatem curandorum, manifeſtam facere, & tunc mederi; vt illos oſtenderet gratiæ dono dignè potiri. 113. Int. id eſt, Magiſter.

Sens. Myst. In Cap. X.

104. Int. dæmones compeſcunt clamorem pauperis, quem exaudiuit Dominus. Beda. Gentibus Chriſti participes fieri volentibus multi contradicebant. 5. Beda. ſtare Dei, eſt immutabiliter cuncta diſponere. 106. Beda. vocate gentes ad fidem per prædicatores. 107. Int. id eſt, perſeuera in oratione. 108. Int.ſ.per pœnitentiam. Hier. Primò audimus per Prophetas; deinde clamamus per fidem; poſtea vocamur per Apoſtolos; ſurgimus per pœnitentiam; exuimur per baptiſmum; interrogamur per voluntatem. 109. Int.ſ.per baptiſmum. 110. Int.ſ. nudus veteri homine. Hier. ¶ Glo. abiectis mundi curis. 111. Hier. Segnitiem enim deponens Iudaïcus populus, Patriarchas, Prophetas, & Apoſtolos, in altis conſiderans, ad ſuperna ſe extendit. 114. Int. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt videam voluptatem Domini. 115. Int. id eſt, vide. 116. Beda. Chriſtum ſequitur qui imitatur. 117. Theoph. id eſt, in hac vita. Hier. Via eſt quæ dixit, Ego, ſum via, veritas, & vita.

Addit. Auct. Cap. X.

104. id eſt, increpabant. 107. id eſt, bono eſto animo, ſeu, confide. 111. ἀναστὰς. ſurgens. t. pro, alliquens. Hebr. 113. id eſt, Magiſter mi, Syriacum eſt. Hebr. Rabbi. 114. ἀναβλέψω, viſum recipiam. ſic infrà. 115. non præcipis, ſed permittis.

Capvt XI.

Et cùm appropinquarent[1] Hieroſolymæ,[2] & Bethaniæ[3] ad montem Oliuarum: mittit[4] duos ex diſcipulis ſuis, & ait illis: Ite in caſtellum quod contra vos eſt: & ſtatim introeuntes illuc inuenietis pullum[5] ligatum:[6] ſuper quem nullus adhuc

Sens. Lit. In Cap. XI.

3. Beda. Villula eſt in latere montis Oliueti. Gloſ. ſtadijs 12. ab Hieruſalem diſtans. 5. Auguſt. 2. de conſ. Euang. Matthæus etiam meminit aſinæ.

Sens. Myst. In Cap. XI.

2. Int. id eſt, viſioni pacis, in qua immobilis felicitas; quæ eſt mater omnium noſtrum. Hier. 3. Beda. Bethania domus obedientiæ; fecit enim ante paſſionem multos ſibi obedientiæ domum. In monte verò Oliueti, Eccleſiam enim vnctione ſpirituali, & luce refouet. 4. Int. charitate iunctos. ¶ propter dilectionem Dei & proximi. Hier. Charitas non conſiſtit cum vno; duo educunt Hebræos de Ægypto, duo portant botrum de terra ſancta; duo præpoſitis iungenda ſemper. ſ. opus & ſcientia, duo vectes arcam Domini portant; & inter duos Cherubim cognoſcitur Dominus. Glo. duo ordines prædicatorum, vnus in gentes, alius in circũciſionẽ. 5. Int. i. Gẽtes. Beda. pullus laſciuus & lib. 6. Int. ſ. peccatis. Hier.

Addit. Auct. In Cap. XI.

1. alij legunt. appropinquaret. 3. iam ex Bethania exierat vide Matth. & ſic etiam Lucam intellige.

hominum ſedit.Soluite illum,& adducite. Et ſi quis vobis dixerit, Quid facitis?dicite, quia Domino neceſſarius eſt:& continuo illum dimittet hûc.Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio, & ſoluunt eum, & quidam de illic ſtantibus dicebant illis.Quid facitis ſoluentes pullum? Qui dixerunt eis ſicut præceperat illis Ieſus:& dimiſerunt eis.Et duxerunt pullum ad Ieſum:& imponunt illi veſtimenta ſua,& ſedit ſuper eum.Multi autem veſtimenta ſua ſtrauerunt in via:alij autem frondes cædebant de arboribus;& ſternebant in via.Et qui præibant, & qui ſequebantur clamabant dicentes,Oſanna,benedictus qui venit in nomine Domini,benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid, Oſanna in excelſis. Et introiuit Hieroſolymam in templum : & circumſpectis omnibus, cùm iam veſpera eſſet hora, exijt in Bethaniam cum duodecim Et alia die

SENS. LIT. IN CAP. XI.

10. Int.ſ. quia Domino neceſſarius eſt. 11. Int.ſ.pullum. 14. Chry.non ex neceſſitate,ſed ſignificandi cauſa. 16. Int. vt inoffenſo pede pullus tranſiret. 21. Hier. multitudo nondum corrupta cognouit quod congruum erat. 22. Int.id eſt,ſaluifica.Hier. 23. Theop.Chriſtus enim de ſemine Dauid. Chry. ſæpe Prophetæ Chriſtum Dauid vocant, quia ex eo originem duxit.Beda. aliquando fugit, ne facerent eum regem,nunc paſſurus,patitur ſe regem vocari,docens ſe non temporalis,ſed æterni regem,eoque per contempum mortis venire. 24. Chry. i. hymnus, & gloria ſit Deo qui eſt in excelſis. Hier.ſaluifica in excelſis, vt iuſti ædificentur in ruinam Angelorum. 25. Beda appropinquabat tempus paſſionis, voluit ergo oſtendere ſe ſponte pati. 27. Int. ſ. an quis eum hoſpitio ſuſciperet ; tantæ enim paupertatis fuit,& ita nulli adulatus,vt in tanta vrbe nullum hoſpitium inueniret.Beda. 29. Int. vt qui in vrbe non inueniebat,in agro paruulo apud Lazarum & ſorores eius haberet hoſpitium.Beda, non ſemel autem hoc fecit,ſed per omnes quinque dies, vſque ad paſſionis tempus; per diem enim in templo docebat,nocte verò in monte Oliueti morabatur.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

7. Int.id eſt,rationabilium doctorum.ſ.corrigendo.Beda. 8. Int.ſ.fidei.Hier.id eſt,extra Eccleſiam. Ambr.ſuper Lucam,Extra Chriſtum. a. Beda.non enim certam viam tenebat,ſed plures,& dubios ſectarum calles ſequebatur erroneus.Hier.in libertate arbitrij dubitans inter vitam & mortem. b. Ambr. in Lucam.alieni alligant vt poſſideant;Chriſtus ſoluit vt teneat.Theoph.Soluunt per Baptiſmum & fidem. 9. Int.q.d Quis poteſt dimittere peccata?Hier.Theoph.Prohibent dæmones, ſed Apoſtoli fortiores. Beda. Hi ſunt magiſtri erroris. 12. Int. ſ. per baptiſmum. 13. Int.id eſt,primam ſtolam immortalitatis.Hier. ¶ Beda.veſtimenta. doctrina virtutum; vel diſcretio Scripturarum ; vel Eccleſiaſticorum dogmatum varietatis,quibus omnium corda ante nuda & frigida.vt Chriſtus ſedeat, operiuntur. 15. Int.Hi ſunt qui corpora ſua per abſtinentiam domant, vt menti iter parent;vel bona exempla ſequentibus præbeant.Beda. Martyres etiam ſe carnis amictu exuentes,ſimplicioribus viam ſuo ſanguine parant. 17. Int.id eſt,ſententias. 18. Int.id eſt,de libris.Theoph.arbores,Sancti,de quibus ramos cædit,qui eorum virtutem imitatur.Hier.Iuſti vt palma anguſti radicibus, lati floribus & fructibus.

19. Int.ſ.Prophetæ.& Patriarchæ. Hier. Glo.etiam priores ſalutem à Chriſto quæſierunt. 20. Int.ſ. Apoſtoli. Hier. 25. Int. mane venit ad Iudæos Chriſtus. Hier. 26. Beda Formam religionis præmonſtrat,vt primùm ad Eccleſiã diuertamus. 28. Int.in veſpera mundi viſitat nos.Hier. 29. Theoph, templum relinquit deſertum,& in rapinam.Beda.non inueniens in contradicentibus veritati,vbi caput ſuum reclinet,ſecedit ad fideles;Bethania enim domus obedientiæ.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

c. pro,quid vultis facere vbi ſolueritis? 13. accipere.ſcilicet.Apoſtolis,& adducere d. id eſt,miſſus à Domino. e. id eſt,felix.fauſtumq; ſit. f. pro,Rex. 24. ſub qui habitas. 27. ſcilicet.vt quæ fiebant in templo,vt poſtridie redargueret, vel num ſe quis inuitaret, nemo q; fuit poſt tantam licet gloriam, & mira. ula. 28. Int.id eſt,veſpertinum tempus eſſet. g. id eſt.poſtridie.

cùm

cùm exiret à Bethania, eſurijt.[30] Cumque vidiſſet à longè ficum[31] habentem folia,[32] venit[33] ſi quid[34] fortè inueniret in ea. Et cùm veniſſet ad eam, nihil inuenit præter folia: non[35] enim erat tempus ficorum. Et reſpondens dixit[36] ei, Iam non amplius in æternum ex te quiſquam fructum manducet. Et audiebant Diſcipuli eius. Et veniunt iterum Hieroſolymam. Et cùm introiſſent[37] in templum, cœpit eijcere[h] vendentes & ementes in templo[38]: & menſas numulariorum[39], & cathedras[40] vendentium columbas euertit: & non ſinebat vt quiſquam transferret vas[41] per templum: & docebat dicens eis, Nonne ſcriptum[42] eſt, Quia domus mea, domus orationis[43] vocabitur omnibus[44] gentibus? vos autem feciſtis eam ſpeluncam[45] latronum[46]. Quo audito, Principes Sacerdotum & Scribæ, quęrebant quomodo eum perderent: timebant[*] enim, quoniã vniuerſa turba admirabatur ſuper doctrina eius. Et cùm veſpera[47] facta eſſet, egrediebatur de ciuitate[48]. Et cùm manè[49] tranſirent[50], viderunt[51] ficum[52] aridam à radicibus[53]. Et recordatus Petrus, dixit ei, Rabbi, ecce ficus cui maledixiſti[l], aruit. Et reſpondens Ieſus ait illis, Habete[54] fidem[m] Dei. Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic

Sens. Liter. In Cap. XI.

30. Int. veritatem humanæ carnis oſtendit. 34. Chry. hoc dicitur ſecundùm ſuſpicionem Diſcipulorum, qui putabant eum illa cauſa venire. 36. Chry. maledicit propter Diſcipulos, vt confidant; poterat enim Iudæos perſequentes ſiccare ſi vellet, ob hoc ergo venit ad ficum: quid enim impediſſet domi priùs comedere? aut cur vellet ex ficu fructum non habente? propriam ergo volebat virtutem demonſtrare, ne frangerentur animis in Paſſione. 37. Beda. quod per figuram fecit, maledicendo ficum, oſtendit apertiùs. 38. Int. quod ſoli orationi dedicatur. 39. Theoph. id eſt, campſorum.

41. Int. ſ. immundum, vel mercandi gratia, vel non Deo dedicatum. 42. Int. ſ. in Eſaia. 43. Int. non taurorum, vel hircorum. Beda. 44. Int. non in Iudæa, vel Hieruſalem tantùm. Beda. 45. Int. in Hieremia. 46. Theoph. ad hoc enim in templo erant, vt vel non dãtes corporaliter perſequerentur; vel dantes ſpiritualiter necarent. Aug. 2. de conſ. Euang. Factum hoc Ioannes aliter narrat: eſt enim factum non ſemel à Domino. aduertendũ verò Matthæum, ordinem rei geſtæ ſecutum, non Marcum.

48. Int. ad aliam beneuolam. Hier. 50. ſ. ipſe cum Apoſtolis. 51. Theo. quod ait Matthæus vidiſſe, intelligendum eſt (vt ait Mar.) in craſtinum. Aug. 2. de con. Euan. non tunc aruit cùm viderunt, ſed cùm maledicta eſt. 54. Chry. admirati ſunt non habentes perfectam fidem, nec Chriſti virtutem manifeſtè cognoſcentes.

Sens. Myst. In Cap. XI.

30. Int. ſ. ſalutem hominum, æſtuans ad incredulitatem Iſraëlis. 31. Int. id eſt, ſynagogam, veſtitam mandatis hominum; & ſuperſtitionibus ſcopatam, cui denegat fructum in æuum, vnde templum ingrediens, eijcit vendentes & ementes, &c. 32. Int. id eſt, verba. 33. Int. ſ. homo factus. 34. Int. ſ. boni operis. 35. Int. reliquiæ in fine fructificabunt. 36. Beda. damnauit Iudæos, quia fructum boni operis non habebant. h. Glo. domus Domini, cor: eiectio, purificatio eſt. 40. Columbæ, Spiritus ſancti charisſmata, quæ, qui vendunt, ante homines vel Deo ſacerdotio priuantur. Theoph. Columbam vendit, qui gratiã dæmoni propter peccatũ tradit. 47. Int. quia in Iudæis tenebras reliquit, Sol egrediens Hieron. 49. Int. cùm Sol occidit Iudæis, oritur Apoſtolis. Hier. 52. Int. id eſt, Synagogam.

53 Int. ſcilicet Cain, & cæteris, à quibus ſanguis iuſtus requiritur ab Abel vſque ad Zachariam. Hier.

Addit. Avct. In Cap. XI.

*35. Indicat factum id ad aliquid ſignificandum. 41. id eſt, quippiam vtenſile. 44. id eſt, etiam alienigenis, vide 3. Reg 8. *. adeoq; manus inijcere non audebant, vel perdere volebant, timentes ne populum contra ipſos concitaret. l. id eſt, malè precatus es. m. pro, fiduciam in Deo.*

[55]monti,tollere,& mittere in [56]mare,& non hæſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis, Omnia quæcunque [57]orantes petitis,credite quia accipietis, & euenient [58]vobis. Et cùm [59]ſtabitis ad orandum,dimittite ſi [60]quid habetis aduerſus [61]aliquem,vt &[62]Pater [63]veſter qui in cœlis eſt,dimittat [64]vobis peccata veſtra. [65]Quòd ſi vos non dimiſeritis:nec Pater veſter qui in cœlis eſt,dimittet vobis peccata veſtra.Et [66]veniunt rurſus Hieroſolymam.Et cùm ambularet in templo, [67]accedunt ad eum ſummi [n]Sacerdotes,& [o]Scribæ,& [p]Seniores,& dicunt ei:In qua [68]poteſtate hæc facis? & quis [69]dedit tibi hanc poteſtatem,vt iſta facias? Ieſus autem reſpondens ait illis , [70]Interrogabo vos & ego vnum verbum, & reſpondete mihi : & dicam vobis in qua poteſtate hæc faciam. Baptiſmus Ioannis de cœlo erat , an ex hominibus?Reſpondete mihi:At illi [71]cogitabant ſecum,dicentes, Si dixerimus,de cœlo,dicet nobis:Quare ergo non crediditis [72]ei?Si dixerimus,ex hominibus,timemus populum. Omnes enim habebant Ioannē,quia verè Propheta eſſet. Et reſpōdentes dicunt Ieſu, neſcimus.Et reſpōdens Ieſus ait illis,[73]Neq; [74]ego dico vobis in qua poteſtate hęc faciā.

SENS. LIT. IN CAP. XI.

55. Beda. quærunt Gentiles,quando hoc factum à fidelibus? Non omnia quæ facta,ſcripta ſunt, quanquam factum eſt & hoc Gregorij Neocæſarienſis precibus,datuſque locus cuidam Eccleſiæ.

57. Theoph. qui ſe totum dedit Deo,cum lacrymis intercedens,& quaſi Domini pedes in oratione tenere ſe cogitans, quæ iuſtè poſtulat, conſequetur. 59. Int. ſ. vos qui tantæ perfectionis non eſtis. Beda. 60. Int.ſ.quærimoniæ. 61. Int. ſ.qui vos læſit. 62. Int. magna fiducia. 63. Int. non vnius, omnes enim fratres eſtis. 64. Int. id eſt, iuſtis. 65. Int. tremenda ſententia. 66. Int. ſ. à Bethania.

67. Hier. vt tentent. 68. Int. quaſi dicant,in Belzebub eijcis dæmonia. Theoph. ſi diceret in mea, vt eum tenerent ; ſi in aliena, vt populus ab eo diſcederet. 69. Int. apertè Filium Dei negant , quem putant non ſuis, ſed alienis viribus ſigna facere. Beda. 70. Beda. interrogat vt ſuo, vel ſilentio, vel ſententia cōdemnentur. Theoph. interrogat de Ioanne quod de ſe teſtimonium perhibuiſſet. 71. Int. ſ.cornuto coarctati ſyllogiſmo. 72. Beda.ſ.de me teſtimonium perhibenti. 73. Int.ſ.quia non vultis fateri quod vos ſcitis.Hier. 74. Hier. occultāda veritas,cū aut quęrēs minùs capax eſt,aut indignus.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

55. Int.id eſt,Chriſto,qui eſt mons creſcens de lapide abſciſſo ſine manibus.Hier. ¶ Beda.Diabolus mons ob ſuperbiam, qui à Doctoribus de cordibus electorum eijcitur,& ſe ad turbulentas infidelium mentes transfert. 56. Int.id eſt,gentes.Hier.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

n. qui ſacrificia tractabant, o. qui ſcripturas interpretabantur. p. qui temporalia cum auctoritate adminiſtrabant. q. pro,rem vnam. Heb.

CAPVT

CAPVT XII.

ET cœpit illis in parabolis loqui, Vineam[1] paſtinauit[*] homo[2], & circumdedit ſepem[3],& fodit lacum[4],& ædificauit turrim[5],& locauit eam agricolis[6]:& peregrè profectus[7] eſt. Et miſit ad agricolas in tempore[8] ſeruum[9], vt ab agricolis acciperet de fructu[10] vineæ. Qui apprehenſum eum cęciderunt[11],& dimiſerunt vacuum[12] Et iterum miſit ad illos alium[13] ſeruum: & illum in capite vulnerauerunt[14],& contumeliis affecerunt. Et rurſum alium[15] miſit,& illum occiderunt:& plures alios: quoſdam cædentes, alios verò occidentes. Adhuc ergo vnum habens filium[16] chariſſimum, & illum miſit ad eos nouiſſimum, dicens: Quia teuerebuntur[17] filium meum. Coloni autem dixerunt ad inuicem, Hic eſt hæres[18], Venite, occidamus eum: & noſtra[a] erit hæreditas. Et apprehendentes eum, occiderunt, & eiecerunt extra vineam[19]. Quid ergo faciet Dominus[b] vineæ[c]? Veniet[20], & perdet[21] colonos: & dabit vineam alijs[22]. Nec[23] ſcripturam hanc legiſtis, Lapidem[24] quem reprobauerunt

SENS. LIT. IN CAP. XII.

1. IN r. ſcilicet, domum Iſraël plantauit. 2. Int. ſ. Deus Pater humano affectu. Hier. 3. Int. id eſt, cuſtodiam Angelorum. Hier. ¶ Int. vel murum vrbis. Beda. ¶ Theoph. Legem prohibentem alienigenis commiſceri. 4. Int. id eſt, legem. Hier. ¶ Beda. lacus, ſeu torcular, altare. 5. Int. id eſt, templum. Hier. 6. Int. id eſt, Sacerdotibus. Hier. ¶ Int. operarijs conductis hora tertia, ſexta, & nona.

7. Beda. Liberum operandi arbitrium derelinquens. 8. Int. non fructus, quia nullus erat. 9. Int. ſ. Prophetas Beda. 10. Int. fructus vineæ obedientia. Beda. 11. Int. alij Prophetæ cæſi, alij vulnerati, alij occiſi. Beda. 12. Beda. ſeruum primò miſſum, Moyſem, demiſerunt vacuum; irritauerunt enim Moyſem in caſtris. 13. Beda. Dauidem, & cæteros Pſalmiſtas. 14. Beda. Pſalmiſtarum carmina paruipendentes, & Dauid abijcientes. Quæ nobis pars, inquiunt, cum Dauid? Glo. Dauid caput pſalmodiæ, & fons. 15. Beda. ſ. Prophetarum chorum, & quem Prophetarum non ſunt perſecuti? ſignificantur ergo tribus his ſeruorum gradibus, omnes ſub Lege Doctores; vnde Dominus, neceſſe eſt impleri ſcripta in lege, & Prophetis, & Pſalmis de me. 16. Int. ſ. Chriſtum vnigenitum. Hier. 17. Int. per ironiam. Hieron. ¶ Theoph. non ignorabat quid futurum eſſet, ſed hoc dicit oſtendens quid eos decebat facere. 18. Beda. manifeſtiſſimè probatur Principes Iudæorum, Chriſtum non per ignorantiam, ſed per inuidiam crucifixiſſe, intellexerunt enim hunc eſſe, cui dictum eſt, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. a. Beda. Hæreditatem Chriſto occiſo præripere moliebantur, dum crucifigentes eius fidem extinguere, & ſuam ex lege iuſtitiam gentibus inſerere conabantur. 19. Int. id eſt, plebem, dicentes, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Hier. ¶ Theoph. extra ciuitatem. b. Theoph. ſ. Pater.

20. Aug. 2. de conſ. Euang. Matthæus ait ab ilis reſponſum, Malos male perdet; poſſumus & hîc intelligere eſſe hanc eorum reſponſionem, quod ſi indicatur eſſe Domini reſponſio, ideo eſt, quia cùm verum illi dixerunt, de illis hoc ipſe reſpondit qui veritas eſt. 21. Theoph. ſ. tradens Romanis.

22. Theoph. ſcilicet, Apoſtoli. Hier. id eſt, ab Oriente & Occidente, & Aquilone, & Auſtro venientibus, & recumbentibus cum Abraham, Iſaac, & Iacob. 23. Int. q. d. quo alio modo impletur hæc Scriptura? Beda. 24. Int. ſcilicet, Chriſtum. Beda.

SENS. MYST. IN CAP. XII.

1. BEda. cuique fidelium quaſi vinea excolenda locatur in Baptiſmo; ſed miſſum ſeruum eiicit, cùm auditum ſermonem contemnit, hæredem occidit, qui Filium Dei conculcat, datur vineæ, alteri, id eſt, gratia humili, quam ſuperbus ſpreuit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XII.

** id eſt, ſuffoſſi terra excoluit. Græ. ἐφύτευσεν plantauit. 2. pro, quidam. Hebr. 4. foſſa eſt in quam excipitur vinum è torculari. 14. ſcilicet, lapidibus, vt eſt. Græ. c. genitiuus eſt. 20. Verba ſunt Chriſti (vt patet ex Luc.) dicta poſt illorum reſponſum, de quo Matth. quod de ſe ille dictum intelligentes, reſponderunt (vt eſt apud Lucam) Abſit.*

ædificantes,

[25] ædificantes,hic factus eſt in [26] caput [27] anguli. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in [28] oculis [d] noſtris?Et quærebant [29] eum tenere:& [e] timuerunt [30] turbã [f] cognouerunt enim quoniam [31] ad eos parabolam hanc [32] dixerit. Et relicto eo abierunt. Et [33] mittunt ad eum quoſdam ex Phariſæis & [34] Herodianis,vt eum caperent in verbo. Qui venientes dicũt [35] ei,Magiſter,ſcimus quia verax es,& non curas quemquam;nec enim vides [f] in faciem hominum,ſed in veritate viam Dei doces,licet dari [g] tributum [36] Cæſari,an nõ dabimus? Qui ſciens verſutiam illorum,ait illis,Quid me tentatis?[37] Afferte mihi [38] denarium vt videam. At illi obtulerunt ei. Et ait illis,[39] Cuius eſt imago hæc,& inſcriptio ? Dicunt ei, Cæſaris. Reſpondens autem Ieſus,dixit illis,[40] Reddite igitur quæ ſunt [41] Cæſaris,Cæſa-[42]ri:& [43] quæ ſunt Dei, Deo. Et [44] mirabantur ſuper [45] eo. Et venerunt ad eum Saducæi, [46] qui dicunt reſurrectionem non eſſe. Et interrogabant eum , dicentes, Magiſter, Moyſes nobis ſcripſit , vt ſi cuius frater mortuus fuerit , & dimiſerit vxorem : & filios non reliquerit : accipiat frater eius vxorem , & reſuſcitet [h] ſemen fratri ſuo. [47] Septem ergo fratres erant , & primus accepit vxorem : & mortuus eſt non relicto ſemine . Et ſecundus accepit eam , [48] & mortuus eſt : & nec iſte reliquit ſemen. Et tertius ſimiliter.

SENS. LIT. IN CAP. XII.

25. Int. ſ. Magiſtri, qui ſe,& alios Deo dignam domum ædificare debebant. Beda. 26. Int. ſ. duos condens in ſemetipſo,ex vtroque populo vnam ciuitatem,& vnum templum ſibi ædificans Beda.
27. Theoph.ſ.Eccleſiæ coniungentis Iudæos & Gentiles.Hier.finito veteri Teſtamento,inchoatum nouum. 28. Int. ſ. fidelium,infideles enim miraculis detrahunt. 29. Int. quaſi mentitum contra ſe; in quo magis probant eum vera dixiſſe , ipſe enim eſt hæres , ipſi mali coloni. 30. Int. ad modicum timore retardantur,quia nondum venerat hora eius. 31. Int. id eſt, propter. 32. Int. aliàs, direxit.
33. Beda. quod per ſe non poſſunt,per alios efficere tentant. 34. Int. id eſt, militibus Herodis, qui Hieroſolymis erant illis diebus. 35. Int. melliris ſermonibus circundant,ſicut apes,mel portantes in ore,aculeum in dorſo.Hier. ¶ Theoph. cum adulatione Chriſtum decipere volunt. 36. Beda. volebant, diceret non ſoluenda. vt Herodiani haberent ſeditionis auctorem contrà Romanos.Gloſ.Iudæa nuper erat facta ſtipendaria ſub Auguſto Cæſare, vnde magna orta ſeditio, alijs dicentibus ſoluenda tributa,alijs negantibus,quod adeo inualuit,vt poſt reſurrectionem Domini,patriam,& omnia perdere maluerint, quàm eſſe tributarij. Theoph.Si diceret cenſum dandum Cæſari,prouocarent contra eũ plebem,quaſi populum in ſeruitutem reducentem. 37. Int. Sapientia ſapienter agit, vt ſuis ſermonibus capiantur. 38. Beda. pro decem nummis computabatur. 39. Beda.non quaſi ignorans interrogat , ſed vt ad eorum ſermonem conuenienter reſpondeat. 40. Int.quod neceſſitatis. Hier. Reddite nummum coacti Cæſari;vos autem libenter Deo. 41. Int.id eſt,tributum, pecuniam. Glo. Fecit hoc Chriſtus,pro ſe & Petro tributum ſoluens.. 42. Int.quod voluntatis. 43. Int.id eſt,vos,& primitias, & decimas. Glo. Fecit hoc Chriſtus Patris voluntatem implens. 44. Int. quia inſidiarum calliditate præualere non poterant. 45. Int. id eſt,ſuper ſapientia eius. 46. Theoph. negabant hi Spiritum & Angelos,& reſurrectionẽ. 47. Beda.Fabulã fingunt,poteſt tamen fieri vt verè acciderit. 48. Int.ſ.ipſe.

SENS. MYST. IN CAP. XII.

30. Beda.quidam Eccleſiaſticam fidem,& pacis vnitatem,propter cohabitantium multitudinem,aut erubeſcunt , aut timent impugnare. 41. Theop. quaſi Cæſar eſt ineuitabilis corporis neceſſitas , cui danda cibaria,& veſtitus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XII.

d. pro,itaque Hebr. e. pro,ſed.Hebr. 34. militibus.ſcilicet,vt quidam interpretantur. f. pro,in perſonam. g. Græ.κῆνσον,vox Latina.

Et

Et acceperunt eam ſimiliter ſeptem,& non reliquerunt [*] ſemen. Nouiſſima omnium defuncta eſt & [l] mulier. In reſurrectione ergo cùm reſurrexerint: cuius de his erit vxor? Septem enim habuerunt eam vxorem. Et reſpondens Ieſus ait illis, Nonne ideo erratis, [49] non ſcientes [m] Scripturas, [50] neque [51] virtutem Dei? Cùm enim à mortuis reſurrexerint, neque [52] nubent, neque [53] nubentur: ſed ſunt ſicut [54] Angeli Dei in cęlis. De [55] mortuis autem quod reſurgant, non legiſtis in [n] libro Moyſi ſuper [56] rubum: quomodo dixerit illi Deus, inquiens, [57] Ego [o] ſum Deus Iſaac, & Deus [p] Abraham, & [58] deus Iacob? [59] non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum. Vos ergo multum erratis. Et acceſſit vnus de Scribis qui audierat illos [q] conquirentes, & videns quoniam bene illis reſponderit: interrogauit eum quod eſſet [60] primum omnium mandatum. Ieſus autem reſpondit ei, quia [61] primum omnium mandatum eſt: Audi Iſraël, Dominus Deus tuus Deus [62] vnus eſt. [r] Et diliges Dominum Deum tuum ex toto [63] corde tuo, & ex tota [64] anima tua, & ex tota [65] mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc eſt [66] primum mandatum. Secundum autem [67] ſimile eſt illi, Diliges proximum tuum tanquam teipſum. Maius horum aliud mandatum non eſt. [s] Et ait illi Scriba: Bene Magiſter, in veritate dixiſti: quia vnus eſt Deus, & non eſt alius præter eum. Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam ſeipſum, maius eſt omnibus

Sens. Lit. In Cap. XII.

49. Int.i.quia non ſcitis. m. Theoph.ſ.per quas poteſt probari reſurrectio. 50. Int.pro, & ideo nec. 51. Int.ſ.Chriſtum. 52. Theoph.erũt enim immortales, nuptiæ autem ſunt propter corruptionem, vt per ſucceſſionem generis perſiſtamus. 53. Int.nubere de viri, nubis de vxoribus ſcriptum eſt. 54. Int.nemo ibi moritur, nemo naſcitur; nec infans, nec ſenex ibi. Hier. 55. Int. ſoluta quæſtione, probat reſurrectionem eſſe. n. Glo. multa erant apertiora teſtimonia de reſurrectione; ſed Sadducæi tantùm quinque libros Moyſis recipiebant. 56. Hier. in quo eſt ſimilitudo veſtra, quos inflammat eloquium meum, ſed ſpinas veſtras non conſumit. 57. Int.hîc probat æternitatem animarum.

o. Theoph.non dixit ego fui, ſed ſum, tanquam illi præſentes exiſtãt. p. Theoph. Abraham vtrumque importat.ſ.corpus & animam; viuit autem corpus apud Deum.i.in Dei ordinatione. 58. Hier.ter Deum nominando, Trinitatem inſinuauit, Deum verò iterans, dicendo, Non eſt Deus mortuorum, vnam ſubſtantiam ſignificat. 59. Beda. cùm probauerit animas manere poſt mortem, conſequenter introducitur corporum reſurrectio, quæ cum animabus bona & mala egerunt. 60. Int. cùm in diuerſis libris diuersè ordinentur. 61. Hier. ſ. quod ante omnia debemus in corde quaſi vnicum pietatis fundamentum locare. 62. Int.Dij gentiũ multi ſunt. 63. Theoph id eſt, vi naturali. 64. Theoph. id eſt, virtute animali. 65. Theoph.id eſt, vi rationali. 66. Int.id eſt, maximum. 67. Theoph.conuertuntur enim reciprocè duo hæc mandata: qui enim diligit Deum, hominẽ debet diligere, & contrà.

Sens. Myst. In Cap. XII.

l. Hier. mulier ſterilis, ſynagoga relicta à ſpiritu ſeptiformi. Int.id eſt, mundana conuerſatio.

Addit. Avct. In Cap. XII.

** id eſt, prolem. 51. ſcilicet, qua poteſt reſuſcitare mortuos. 52. verbum Græcum, tam de viris, quàm de feminis dicitur. n. Moyſen iſti citarant, ſolumq́; recipiebant. 56. pro, iuxta rubrum. q. id eſt, diſputantes. r. pro, itaque. s. ſcilicet, depoſito iam tentandi animo.*

holocauſtomatibus[68] & ſacrificiis. Ieſus autem videns quod ſapienter reſpondiſſet, dixit illi, Non[69] es longè à regno Dei. Et nemo iam audebat eum interrogare[70]. Et reſpondens[t] Ieſus, dicebat docens[71] in templo. Quomodo[72] dicunt Scribæ Chriſtum filium[73] eſſe Dauid. Ipſe enim Dauid dicit in Spiritu[74] ſancto, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dexteris meis: donec ponam[75] inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum? Ipſe ergo Dauid dicit eum Dominum: & vnde eſt filius[76] eius? Et multa turba eum libenter audiuit. Et dicebat eis in doctrina[u] ſua, Cauete[77] à Scribis, qui volunt[78] in ſtolis[79] ambulare, & ſalutari in foro[x]: & in primis cathedris[80] ſedere in ſynagogis: & primos diſcubitus in cœnis. Qui deuorant domos[aa] viduarum ſub obtentu[bb] prolixæ orationis, hi accipient prolixius[81] iudicium[cc]. Et ſedens Ieſus contra gazophylacium[82], aſpiciebat[83] quomodo turba iactaret æs[dd] in gazophylacium: & multi diuites[84] iactabant multa. Cùm veniſſet autem vna[85] vidua[86] pauper,

SENS. LIT. IN CAP. XII.

68. Beda. apparet grauem inter Scribas & Phariſæos quæſtionem fuiſſe, aliis hoſtias & ſacrificia, aliis fidei & dilectionis opera præferentibus, in qua iſte ſententia erat. 69. Int. quia noui Teſtamenti ſententiæ, & Euangelicæ perfectioni conſentit. Beda. ¶ Hier. Longior eſt ignorantia à regno Dei, quàm ſcientia. Aug. 2. de conſ. Euang. Matthæus dicit hunc acceſſiſſe tentantẽ, ſed fieri poteſt, vt Domini reſponſione correctus ſit; vel tentatio nõ mala fuit, tanquam decipere volentis, ſed cautè volentis amplius experiri ignotum. 70. Hier. quia fuerant confutati. 71. Int. Hier. palam loquitur, vt inexcuſabiles ſint. Theoph. opinionem falſam corrigit Iudæorum, Chriſtum Dauid filium, ſed non Dominum dicentium. 72. Int. non reprehenduntur, quia Chriſtum Dauid filium dicunt; ſed quia Filium Dei eſſe non credunt. Beda. 73. Int. ſ. hominem eſſe ſimplicem. Beda. 74. Int. non errore, non propria voluntate. 75. Theoph. non ſignificatur infirmitas filij, ſed vnitas naturæ, qua alter in altero operatur, nam & filius ſubjicit inimicos Patri, cum enim clarificat ſuper terrã. 76. Int. ſ. tãtum, & non Deus? 77. Int. Hier. vt ignis eorum arida exempla incendit. 78. Int. voluntatem arguit, non gradum. 79. Int. ſ. cultioribus veſtimentis ad publicum procedere. Beda. ¶ Theoph. hoc faciebant, vt præhonorarentur.

80. Beda. non vetat primos ſedere, vel diſcumbere, quibus officij ordine competit; ſed hæc indebitè amantes docet cauendos, animum non gradum redarguens, licet culpa non careat eoſdem in foro litibus intereſſe, qui in cathedra Moyſi ſynagogæ magiſtri cupiunt appellari. 81. Int. ſ. quàm qui amant in angulis ſtantes orare, hi enim non ſolùm laudes hominum, ſed etiam pecuniam quærunt. Beda. cùm porrecta manus pauperi preces iuuare ſoleat, quidam vt nummum pauperi tollant, in precibus pernoctant. Theoph. prolixius quàm cæteri Iudæorum peccantium. 82. Int. id eſt, diuitiarum cuſtodiam. Beda. Græcè φυλάττειν, ſeruare, gaza, Perſica lingua diuitiæ; erat autem arca in qua donaria populi conſeruabantur ad vſus templi neceſſarios, porticus etiam in quibus ſeruabantur, ita appellabatur, vnde in Euangelio, hæc locutus eſt in gazophylacio docens in templo. Theoph. ponebantur etiam in gazophylacio pro ſacerdotibus, & pauperibus, & viduis, vt inde alerentur.

SENS. MYST. IN CAP. XII.

83. Glo. offerentes iuſto examine diſcernit, vt retribuat ſingulis ſecundùm cor & opera. 84. Beda. ſcilicet, Iudæi de Iuſtitia legis elati. 85. Int. ſ. Eccleſia. Beda. pro ea enim Chriſtus mortem pertulit, ideo vidua dicitur. 86. Int. ſcilicet, ſpiritu.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XII.

69. ſ. qui viam ſcias, & approbes, ſed neceſſe eſt per eam ambulare. t. pro, verba faciens. Hebr. v. pro, docens. Hebr. 77. ſ. Ne vos corrumpant exemplo. 79. veſtes ſunt talares. q.d. veſtibus ſplendidioribus. x. i. publicè. aa. i. ſubſtantiam, facultates. bb. i. prætextu. 81. περισσότερον, abundantius. cc. i. condemnationem. 82. i. Arcam qua in atrio templi, in quam mittebat quiſque pecuniam pro templi reparatione, & miniſtrorum pauperumque ſuſtentatione. vide 4. Reg. 12. Gaza Perſica lingua diuitia, φυλάττω, cuſtodio. dd. id eſt pecuniam.

[87] miſit duo minuta, quod eſt [88] quadrans. Et [ee] conuocans diſcipulos ſuos,ait illis: Amen
dico vobis : quoniam hæc vidua pauper [89] plus omnibus miſit, qui miſerunt in gazo-
phylacium. Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miſerunt: hæc de penuria ſua
omnia quæ habuit miſit, [90] totum victum ſuum.

Sens. Lit. In Cap. XII.

88. Beda.quadrantem vocant calculatores quartam partem cuiuſlibet rei, fortè hic quarta pars ſicli, id eſt, quinque oboli. 89. Beda. Deus non ſubſtantiam offerentium, ſed conſcientiam penſat, nec quantum,ſed ex quanto proferatur,perpendit.

Sens. Myst. In Cap. XII.

87. Int.id eſt,dilectionem Dei,& proximi.Beda.vel fidei & orationis munera. 88. Hier.quadrans prompta voluntas,quæ dicitur quadrans,quia cum tribus conſiſtit:ſcilicet,cogitatu, verbo,& facto.
90. Beda.Iudæus ex abundanti mittit, qui de iuſtitia ſua præſumit:Eccleſia autem omnem ſuum victum mittit,quia omne quod viuit,non ſui meriti,ſed diuini muneris eſſe intelligit.

Addit. Avct. In Cap. XII.

88. id eſt,quartam partem aſſis. As autem decima pars denarij.Gra. κοδράντης, vox Latina corrupta. ee. προσκαλεσάμενος,aduocans. 89. ſcilicet,proportione,item,affectu maiori.

CAPVT XIII.

ET cùm egrederetur de templo,ait illi vnus ex diſcipulis ſuis,Magiſter,aſpice
[2] quales lapides; & quales ſtructuræ. Et reſpondens Ieſus, ait illi, Vides has
omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis ſuper [3] lapidem qui non deſtrua-
tur. Et cùm [4] ſederet in monte oliuarum [5] contra [6] templum, interrogabant eum ſepara-
tim Petrus & Iacobus,& Iohannes & Andreas:Dic nobis quando iſta fient? & quod
ſignum erit quando hæc omnia incipient conſummari: Et [7] reſpondens Ieſus

Sens. Lit. In Cap. XIII.

2. THeoph. quia multa circa deſtructionem Hieruſalem Dominus locutus fuerat, mirabantur diſcipuli tam magna & pulchra ædificia eſſe diruenda, ideoque ei oſtendunt templi decorem.
3. Theoph.etſi aliquæ remanſerint reliquiæ,tamen vſque ad conſummationem vniuerſalem non relinquetur lapis ſuper lapidem, adde quod Adrianus ciuitatem & templum à fundamentis dicitur euertiſſe.Beda.diuinitus procuratum eſt,vt diuulgato Euangelio, templum cum cærimoniis tolleretur, ne ſi illa permanerent quæ fuerant à Deo instituta,infirmi in fide ad Iudaiſmum laberentur. 4. Int. ſ. de ruina templi,& exilio gentis diſputans. Beda. 5. Int.ipſe ſitus corporis, congruit verbis. 6. Int.quia prædixerat omnia eſſe deſtruenda, diſcipuli ſecretò tempus & ſigna deſtructionis quærunt.Beda.
7. Aug.ad Heſichium,reſpondit ex illo tempore ſecutura,ſiue de excidio Hieruſalem,vnde orta eſt interrogationis occaſio,ſiue de aduentu ſuo,per Eccleſiam,in qua vſque ad finem venire non ceſſat,dum eius quotidie membra naſcuntur,ſiue de fine in quo apparebit viuos iudicaturus,& mortuos

Sens. Myst. In Cap. XIII.

1. BEda.Recedente Chriſto de templo,omnia legis ædificia, & compoſitio mandatorum ita deſtructa,vt nihil à Iudæis impleri poſſit, capiteque ſublato, membra inter ſe compugnant. 4. Beda. quietus manet in ſanctis,ſuperborum deteſtatur amentiam,mons enim olíueti,fructifera Eccleſiæ celſitudo.Glo.non gignit infructuoſas arbores mons ille,ſed oliueta,quibus lumen alitur,vmbra fugatur, requies laſſis tribuitur, infirmitas ſoluitur.

Addit. Avct. In Cap. XIII. *5. id eſt, è regione templi.*

cœpit dicere illis:[8]Videte ne quis vos ſeducat.[9]Multi enim venient in nomine meo di-
cẽtes quia ego ſum:& multos ſeducẽt.Cùm audieritis autẽ [10]bella,& [11]opiniones bello-
rũ,ne timueritis:oportet enim hæc fieri:ſed [12]nondum finis.Exurget enim [13]gens contra
gẽtem,& [a]regnum ſuper regnum:& [14]erunt terræmotus per loca:& fames.Initiũ dolo-
rum, hæc.[b]Videte autem voſmetipſos.[15]Tradent enim vos in [c]concilijs, & in ſynagogis
vapulabitis:& aute [16]præſides & [17]reges [18]ſtabitis propter me in [19]teſtimonium illis. Et in
[20]omnes gentes [d]primùm [21]oportet prædicari [22]Euangelium.[23]Et cùm duxerint vos traden-
tes,[24]nolite præcogitare quid [25]loquamini: ſed quod datum vobis [26]fuerit in illa hora,id
loquimini: non enim vos eſtis loquentes, ſed [27]Spiritus [28]ſanctus. Tradet autem frater
fratrem in mortem,& pater [29]filium:& conſurgent filij in parentes, & morte afficient
eos,& eritis odio omnibus [30]propter nomen meum. Qui autem ſuſtinuerit in [31]finem,
hic ſaluus erit.Cùm autem

SENS. LIT. IN CAP. XIII.

8. Theoph.mentem eorum confirmat,ne ſeducantur. 9. Beda.imminente Hieroſolymorum excidio,multi ſe Chriſtos dicebant,tempuſque libertatis appropinquare;multi etiam temporibus Apoſtolorum,Hæreſiarchæ prodiere, multi,in nomine Chriſti, Antichriſti venerunt,quorum primus Simon Magus. 10. Int.ſ.hoſtium.Beda. 11. Int.id eſt, ſeditiones ciuium.Beda.à tempore paſſionis Domini in populo Iudæorum,qui latronem ſeditioſum elegerunt,& Saluatorem abiecerunt,ſeditiones ciuium non ceſſauerunt. 12. Beda.admonentur,ne Hieruſalem Iudæamque deſerant, differtur enim deſolatio in quadrageſimũ annum. 13. Theoph.ſ.Romani contra Iudæos tributa non reddentes. 14. Int. Lucas,terræmotus magni erunt per loca,& peſtilentiæ, & fames. Beda. conſtat hæc ad litteram contigiſſe;poſſunt verò intelligi peſtilentiæ eorum, quorum ſermo ſerpit,vt cancer;& fames audiendi verbum Dei,& commotio vniuerſæ terræ, & à fide ſeparatio, in hæreticis magis intelligi, qui contra ſe inuicem dimicantes,Eccleſiæ victoriam faciunt. 15. Beda. hæc maxima cauſa excidij fuit,quod poſt occiſum Saluatorem,eius,fidei præcones impia crudelitate vexabant. 16. Theoph.vt Agrippam,Neronem,Herodem. 17. Int.conſtantes animos tam bona cauſa dabit. 18. Theoph. non modica conſolatio propter Chriſtum pati. 19. Theoph.vt ſcilicet, ſint inexcuſabiles. 20. Int.quaſi dicat, ne de perditione veſtræ gentis triſtemini,qui ſocios de omnibus gẽtibus eſtis habituri.Beda. 21. Theoph. hoc ſubdit,ne crederent tribulationes impedituras prædicationem, 22. Aug.2.de conſ.Euang.Matth. addit,& tunc veniet conſummatio:ſed Mar. dicens primùm, ſignificauit antequam veniat conſummatio. Beda. Refertur in Eccleſiaſticis hiſtoriis Apoſtolos omnes multo antè excidium ad prædicandum toto orbe fuiſſe diſperſos,exceptis Iacobo Zebedæi, & Iacobo fratre Domini, qui in Iudæa pro verbo Domini prius ſanguinem fuderant.Auctor. prius intellige,id eſt,ante excidium. 23. Int.ſ.ante præſides. 24. Int.q d.voluntatem tantùm offerte,ego loquar, qui ſum in vobis;& gratia Spiritus ſancti in reſpondendo aderit. Beda. 25. Int.ſ.ante præſides. 26. Int.ſ.à Spiritu ſancto. 27. Int. de quo,quod continet omnia,ſcientiam habet vocis. 28. Int.hoc in perſecutionibus frequenter viſum eſt.Beda.

29. Int.non eſt eorum fidus affectus,quorum diuerſa eſt fides. Beda. 30. Int.tam bona conſtanter cauſa tuenda fuit.Theoph.cauſa ſufficiens patienter ferendi,eſt pati propter Chriſtum. 31. Int.finis, non pugna coronat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIII.

11. id eſt, rumores. a. pro, contra. b. pro,cauete vobis,vel, quaſi dicat, ad vos pertinent quæ dicturus ſum. c. pro,in concilio. d. pro,prius.

24. Gra.ne ſitis ante ſolliciti,ſeu anxij.

A

viderítis

videritis [32]abominationem deſolationis [33]ſtantem vbi non debet, qui [34]legit intelligat. [35]Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes: & qui ſuper [e]tectum, ne deſcendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo ſua: & qui in agro erit, non reuertatur [f]retro tollere veſtimentum ſuum. Væ autem [36]prægnantibus & [37]nutrientibus in illis diebus. [38]Orate verò vt in [g]hyeme non fiant. [39]Erunt enim [40]dies illi tribulationis tales, quales non [41]fuerunt ab initio creaturæ quam condidit Deus, vſque nunc: neque [42]fient. Et [43]niſi [44]breuiaſſet Dominus dies, non fuiſſet ſalua [h]omnis caro: ſed propter [45]electos quos elegit, [46]breuiauit dies. Et [47]tunc ſi quis vobis dixerit, Ecce, hîc eſt Chriſtus, ecce illic, ne crediderітis. Exurgent enim pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ: & dabunt [48]ſigna & portenta ad ſeducendos, [49]ſi fieri poteſt, etiam electos. Vos ergo videte, ecce

SENS. LIT. IN CAP. XIII.

32. Int. id eſt, Antichriſtum, vel imaginẽ Adriani, vel Cæſaris. Beda. Abominatio ſecundùm veterem ſcripturam idólum nuncupatur, ideò addidit Deſolationis, quòd in deſolato templo poſitum ſit. Aug. ad Eſichium epiſt. 80. Cùm videritis (inquit Dominus apud Lucam) circũdari ab exercitu Hieruſalem, ſcitote quia appropinquauit deſolatio eius; tunc ergo fuit abominatio deſolationis cum expugnata Hieruſalem. 33. Int. Matth. in loco ſancto, quod idem eſt, nam abominatio in loco ſancto ſtare non debet. Aug. 2. de con. Euang. 34. Int. ſ. Prophetas, qui hoc prædixerunt. 35. Beda. Hæc iuxta literam facta; appropinquante enim Romano bello, moniti oraculo, Chriſtiani longiùs diſceſſerunt; manſeruntque trans Iordanem in ciuitate Pella, ſub tutela Agrippæ Regis, cuius mentio fit in Actis Apoſtolorum. 36. Beda. Grauatæ enim impediuntur, ne poſſint fugere. 37. Theoph. videtur mihi in his filiorum eſus oſtendi, fame enim & peſtilentia afflicti, manus filijs iniecerunt. 38. Int. Matthæus ait, Orate autẽ vt non fiat fuga veſtra hyeme vel Sabbato. g. Glo. prohibet frigus fugere ad ſolitudinem, & in deſertis latere. 39. Int. ideò orandum. 40. Int. hæc propriè ad Antichriſtum, quando crebriora & acerbiora tormenta inferentur fidelibus; & quod grauius eſt, ſigna quoque comitabantur. Beda. 41. Aug ad Eſich. narrat Ioſephus accidiſſe, quæ vix credibilia videantur. 42. Aug. ad Eſich. Si Antichriſti tempore talis tribulatio, aut maior forſitan erit, intelligendum eſt de illo populo dictum, talem eis amplius non futuram; ſi enim populus ille præcipuè Antichriſtum eſt recepturus, tribulationem potiùs facturus eſt, quam paſſurus. 43. Beda. hoc ſolùm in tantis malis refugium, vt Deus, qui dat virtutem patiendi, breuiet poteſtatem perſequendi. 44. Theoph. id eſt, niſi citò bellum terminatum fuiſſet, nullus Iudæus euaſiſſet: ſed quia præſciebat Deus multos eorum credituros, nõ permiſit ex toto deſtrui. Aug. ad Eſich. Dies breuiari. i. mala. donante enim Deo tolerantiam, minùs ſentiebantur, ac ſi breuia fierent. 45. Hier. ne malitia mutet intellectum eorum. 46. Beda. tribus enim annis, & dimidio, quantum ex Daniele & Apocalypſi conijci poteſt, Eccleſia per orbem impugnanda creditur.
47. Theoph. loquitur de aduentu Antichriſti, illud verò tunc, non ſignificat ſtatim poſt ſupradicta, ſed circa tempus Antichriſti. Beda. quidam hoc referunt ad tempus captiuitatis Iudaïcæ, ſed meliùs de hæreticis accipiendũ eſt, mentientibus ſe eſſe Chriſtos, quorum primus Simon Magus, extremus Antichriſtus. 48. Aug. 20. de ciuit. Dei, cap. 19. Soluetur tunc Sathanas, & per Antichriſtum mirabiliter, ſed mẽdaciter operabitur; ſeducẽtur autẽ qui ſeduci merebũtur. 49. Greg. ſuper Ezech. hom. 9. exprimit hoc in electis trepidationem mẽtis, tẽtabuntur enim ad calendũ per ſigna prędicatorũ Antichriſti.

SENS. MYST. IN CAP. XIII.

32. Beda. abominatio, hæreſes, & flagitia quæ cũ viderint regnare inter eos qui cœleſtibus myſteriis videbantur conſecrati, qui in Iudæa. i. veræ fidei confeſſione perſiſtunt, virtutum culmen aſcendant. e. Hier. non deſcẽdat ad ima, qui aſcẽdit ad alta. Beda. qui ſpiritualiter viuit, animo carnalia excedẽs, nõ deſcẽdat ad priſtinos cõuerſationis actus, nec relicta deſideria repetat: domus enim vel mũdus hic, vel caro noſtra. g. Hier. i. ne finiantur fructus noſtri operis cum fine temporis: hyeme enim finitur fructus, Sabbato verò tẽpus. Theop. oportet nos à peccato fugere cum feruore, & nõ frigidè & quietè. Beda. non debet refrigeſcere fides noſtra, & charitas, nec debemus torpere in opere Dei, vt otioſi.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIII.

32. vide Matt: 33. ſ. ad ea qua reliquit à tergo. 37. Gra. lactantibus 40. pro, diebus illis. Hebr. Nota quod alij legũt tribulationes, at Cõplut. legit tribulationis. h. pro, vllus homo. Heb. 46. Prat. pro ſuturo.

[50] prædixi vobis omnia. Sed in illis diebus poſt tribulationem illam Sol [51] contenebrabitur, & luna non dabit [52] ſplendorem ſuum, & ſtellæ cœli erunt [53] decidentes: & virtutes quæ in cœlis ſunt, [54] mouebuntur. Et tunc [l] videbunt Filium hominis venientem in [m] nubibus, cum [55] virtute multa & gloria. Et tunc [56] mittet Angelos ſuos, & [57] congregabit electos ſuos à [58] quatuor ventis, à [59] ſummo terræ vſque ad ſummum cœli. A [60] ficu autem diſcite parabolam. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint [61] folia: cognoſcitis quia in proximo ſit [62] æſtas. Sic & vos cùm videritis hæc fieri, ſcitote quod in [63] proximo ſit in oſtijs. Amen dico vobis, quoniam non tranſibit [64] generatio hæc, donec omnia iſta fiant. [65] Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. De [66] die autem illo, vel hora nemo ſcit: neque Angeli [n] in cœlo, [67] neq; [68] Filius: niſi [69] Pater. Videte, [70] vigilate, & [71] orate, neſcitis enim quando [72] tempus ſit. Sicut [73] homo qui peregrè profectus reliquit [74] domum ſuam, & dedit ſeruis ſuis [75] poteſtatem cuiuſque operis:

Sens. Lit. In Cap. XIII.

50. Aug. ad plebem Hippon. Mala prædixit, vt cùm ea ſentiremus, bona poſt finem ſæculi ſecutura certiores expectaremus. 51. Theoph. ſ. ob abundantiam claritatis Chriſti. Beda. Sidera in die iudicij obſcurari videbuntur, non diminutione lucis, ſed superueniẽte claritate Chriſti, vel ad tempus lumine priuabuntur, vt Sol tempore Paſſionis. 54. Theoph. ſtupebunt virtutes Angelicæ ad tanta magnalia Hier. monebuntur ad iram vindictæ, quando mittentur à Chriſto. Glo quid mirum homines tremere, ſi tremunt Angeli? l. Aug. primo de Trinit. etiam mali. m. Aug. ad Eſich. veniet ſicut abijt nube ſuſceptus, venit etiam quotidie in membris ſuis tanquam in nubibus. 55. Hieron. qui priùs ſicut pluuia deſcendit in vellus cum humilitate. 56. Theoph. mittit Chriſtus Angelos, ſicut Pater. 57. Int. ſ. vt triticum ventilatum de area totius terræ. 58. Beda. i. à quatuor mundi partibus. 59. Beda. id eſt, ab extremis terræ finibus, ad vltimos terminos, vbi cœlum inſidere videtur: nullus enim remanebit electus, qui non Domino in aëra occurrat. 63. Aug. ad Eſich. non tunc erit finis, ſed in proximo.

64. Int. vel omne genus hominum, vel ſpecialiter Iudæorum. Beda. ¶ Theoph. ſcilicet, Chriſtianorum: conſolatur verò Diſcipulos ne crederent defecturam fidem. 65. Beda. ſ. aëreum, quod cum terra tranſibit, non ſecundùm eſſentiam, ſed ſecundùm eam quam nunc habet imaginem, quocunque verò peruenit aqua diluuij, perueniet (iuxta beati Petri ſententiam) ignis iudicij. 66. Int. q. d. ſigna illius diei prænuncia dixi, de die autem illa, &c. Theop. Voluit Diſcipulos impedire ab interrogatione illius diei & horæ; ſi enim dixiſſet, ſcio ſed nolo reuelare, eos contriſtaſſet. 67. Int. ſ. nobis. Glo. ſcit quidem, ſed non nobis, vt ſemper ſimus ſolliciti; vnde, Videte, vigilate, &c. Theoph. ſi nunc ignorantes finem non curamus, quid faceremus ſi finem ſciremus? 68. Int. Hier. id eſt, corpus eius in terra poſitum, quod eſt Eccleſia. Hilar. 9. de Trin. non ignorat Filius, in quo ſunt omnes theſauri ſcientiæ, ſed ignorare dicitur, quia in eo latet. Glo. Filius & Spiritusſanctus neſciunt à ſe, ſed Pater qui à ſe eſt. 69. Int. in quo & Filius. 70. Int. Hier. vigilia opus eſt mentis, ante mortem corporis. 71. Theoph. multi vigilant, ſed in prauitate. 72. Int. ſ. iudicij. 73. Beda. Chriſtus ad Patrem aſcendens, Eccleſiam corporaliter reliquit.

74. Int. locus carnis propriè terra eſt. Beda. 75. Int. Hier. ſ. octo talenta, ſecundùm Matthæum, decem mnas, ſecundùm Lucam. Beda. id eſt, facultatem bene operandi.

Sens. Myst. In Cap. XIII.

51. Int. ſ. ad gelida corda. Hier. 52. Hier ob tẽpeſtatem diſſentionum, non ſplendebit ſerena. Hier. ſ. ſemen Abrahæ ſtellis aſſimilatum penè deerit. 60. Beda. ficus, Synagoga, quæ diu ſterilis fructum reddet, cùm enim intrauerit plenitudo gentium, omnis Iſraël ſaluus erit. 61. Int. id eſt, verba. Hier.

62. Hier. in die iudicij manifeſtabitur vnaquæque arbor, aridáne an viridis. Theoph. poſt Antichriſti anguſtias, Chriſti aduentus, æſtas erit iuſtis ex hyeme, peccatoribus verò hyems ex æſtate.

Addit. Avct. In Cap. XIII.

54. ſ. commouebuntur in impios Angeli. n. Gra. qui ſunt in cælo. 68. ſ. vt reuelet, ſic dicimus, non habeo ſ. vt dem & Chriſtus alibi ait, Nota feci omnia quæ audiui à Patre. ſ. indicanda, ſeu nota facienda.
73. ſub. ſic ſe habet regnum Dei, vel ita vigilate.

&[76] ianitori præcepit vt vigilet. [77] Vigilate ergo, [78] neſcitis enim quando Dominus domus
[79] veniat, ſero, an [80] media nocte: an galli [81] cantu, an [82] mane: ne cùm venerit repentè, inueniat
vos dormientes. [83] Quod autem vobis dico, [84] omnibus dico, [85] Vigilate.

Sens. Liter. In Cap. XIII.

76. Int. qui. ſ. ducit in domum cæli. Beda. ordini paſtorum, omnes etiam vigilare præcipimur, ianuas cordium cuſtodientes. 77. Hier. qui dormit, non corpora vera, ſed fantaſmata intuetur, ſic mundani. 77. Theoph. non dicit, neſcio. 79. Theoph. cùm quis moritur in ſenect. 80. Theop. cùm quis moritur in media iuuentute. 81. Theoph. cùm puer incipit ſecundùm rationẽ viuere; tunc gallus in eo vociferatur, excitans à ſomno ſenſualitatis. 82. Theoph. id eſt, puerili ætate. 83. Int. hoc fine concludit ſermonem, vt commune omnium præceptum nouiſſimi per primos audiant. 84. Int. ſcilicet, generale bonum eſt, non ſingulare. 85. Aug. ad Eſich. Imparatum inueniet dies illa, quem imparatum inuenerit vitæ ſuæ vltimus dies.

Addit. Avct. In Cap. XIII.

79. Notantur fines quatuor vigiliarum. 81. ſ. gallicinio.

CAPVT XIIII.

ERAT autem [1] Paſcha & [2] Azyma poſt biduum: & quærebant [3] ſummi Sacer-
dotes & Scribæ, quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant au-
tem, Non in die [b] feſto, ne fortè [3] tumultus fieret in populo. Et cùm [c] eſſet [4] Bethaniæ in
domo [5] Simonis [6] Leproſi, & [d] recumberet: venit [7] mulier habens [8] alabaſtrum vnguenti
[9] nardi [10] ſpicati [e] pretioſi: & [11] fracto alabaſtro,

Sens. Liter. In Cap. XIIII.

1. IN T. id eſt, tranſitus, quod Hebraicè Phaſe. Beda. Videns enim exterminator ſanguinem in foribus Iſraëlitarum, pertranſibat. 2. Beda. Paſcha dicitur dies quo agnus occidebatur ad veſperam. ſ. decimaquarta luna menſis primi; decima verò quinta ſuccedebant feſta azymorum, quæ ſeptem diebus durabant; Euangeliſtæ tamen indifferenter azymorum diem pro Paſcha, & è contrà ponunt: nam & Paſchæ dies in azymis celebratur. a. Hier. qui templum, & vaſa, & ſe ad eſum agni purificare debuerant. b. Theoph. Chriſtus tamen tempus conſtituerat paſſioni. 3. Int. non ſeditionem timebant, ſed ne auxilio populi de manibus eorum tolleretur. Beda. c. Aug. 2. de conſ. Euang. ante ſex dies Paſchæ (vt ait Ioannes). 6. Int. nomen priſtinum manet, vt virtus curantis appareat, Leproſus enim fuerat, ſed à Domino curatus erat. 7. Aug. 2. de con. Euang. hæc bis vnxit Chriſtum, ſemel, vt narrat Lucas, meminítque etiam Ioannes; deinde iterum quod hîc dicitur: perfudit verò non ſolùm caput, vt ait Matth. & Mar. ſed etiam pedes, vt ait Ioannes. 8. Beda. Alabaſtrum, genus marmoris candidi, varijs coloribus, quod cauari ſolet ad vnguenta: ſeruat enim ea incorrupta. 9. Beda. Nardus, frutex aromaticus craſſa radice, ſed breui, nigra, & fragili: redolet vt cupreſſus, aſpero ſapore, paruo denſóque folio; cuius cacumina in ariſtas ſe ſpargunt. 10. Beda. erat enim non ſolum de radice, ſed etiam de ſpicis, & folijs confectum. Theoph. Græcè πιστικῆς, id eſt, fidelis. ſ. ſine dolo confecti.

Sens. Myst. In Cap. XIIII.

b. HIer. Vitant diem feſtum, non enim eſt feſtiuitas ijs qui vitam & miſericordiam perdiderunt. 4. Beda. i. in domo obedientiæ. Hieron. Obediens Chriſtus Patri vſque ad mortem, à nobis obedientiam petit. 5. Int. Simon enim obediens dicitur. Hier. Simon Leproſus, mundus infidelis primò, poſteà fidelis. d. Hier. humiliat ſe, vt eum tangeret fides peccatricis. 7. Int. Hier. ſ. Eccleſia, quę dicit: Nardus mea dédit odorem ſuum. 8. Int. ſ. carnale deſiderium. Hier. quod frangitur ad caput ex quo eſt omne corpus compaginatum. 11. In. id eſt, carnali deſiderio.

Addit. Avct. In Cap. XIIII.

2. plurale eſt, pro dies azymorum, quibus veſcebantur azymis. 10. id eſt, ex ſpica nardi factum, reddididit interpres ſenſum: id enim ſignificat fidelis Græcè, niſi fortè Græcè ſpicati dixit, vt ſolet aliquando, vti Latinis vocibus, & mutatum eſt in πιστικῆς. e. coniungendum cum vnguenti.

effudit[f] ſuper caput eius. [12] Erant autem quidam indignè ferentes intra ſemetipſos, & dicentes, Vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt? [13] Poterat enim vnguentum iſtud venundari pluſquam trecentis denariis, & dari pauperibus. Et [14] fremebant in eam. Ieſus autem dixit, [g] Sinite eam, Quid illi moleſti eſtis? Bonum opus operata eſt in me. Semper enim pauperes habebitis vobiſcum: & cùm volueritis, poteſtis illis benefacere: [15] me autem non ſemper habebitis. [16] Quod habuit hæc, fecit: [17] præuenit vngere corpus meum in [18] ſepulturam. [19] Amen dico vobis: vbicunque prædicatum fuerit Euangelium iſtud in vniuerſo mundo: & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. [20] Et Iudas [21] Scariothis vnus de [22] duodecim [23] abiit ad ſummos [24] Sacerdotes, vt [25] proderet eum illis. Qui audientes, gauiſi ſunt: & [26] promiſerunt ei [h] pecuniam [l] ſe daturos: & quærebat quomodo illum [27] opportunè [28] traderet. Et [29] primo die [30] Azymorum quando Paſcha immolabant: dicunt ei [31] diſcipuli, [32] Quò vis eamus & paremus tibi vt [33] manduces Paſcha?

Sens. Lit. In Cap. XIIII.

12. Theoph. videntur diſcipuli plures arguiſſe, quod ſæpe Chriſtum audiſſent de eleemoſyna docentem; Iudas verò non eadem intentione indignè tulit; ſed propter amorem pecuniæ; itaque Iohannes ipſum ſolum commemorat. Glo. fortè alij diſcipuli hoc etiam dixerunt, vel ſenſerunt. 14. Int. Beda. hoc de ſolo Iuda ſynecdochicôs. Theoph. moleſti erant, exprobrantes ei & iniurias inferentes.

15. Beda. ſ. ita vt nunc in conuictu & familiaritate. 16. Hier. id eſt, quod potuit. 17. Int. ſ. antequam veniret qui excluderet. 18. Beda. q. d. non perditio eſt, ſed ſepulturæ officium; nec mirum mihi dediſſe bonum odorem fidei, cùm ego pro ea fuſurus ſim ſanguinem. Theoph. id eſt, in ſignum ſepulturæ futuræ. 19. Theoph. duo prophetat, & prædicandum Euangelium in vniuerſo mundo; & opus mulieris laudandum. 20. Int. Rem. damnum effuſi vnguenti vult compenſare pretio Magiſtri. Beda.

21. Chry. Serm. de Paſſ. erat enim alter qui Iudas Iacobi & Zelotes vocabatur. 22. Chry. Serm. de Paſſ. auget deteſtabilitatem proditoris. Hier. erat vnus ex illis numero non merito, corpore nó animo.

23. Int. non inuitatus, non coactus; pretium quoque in voluntate ementium poſuit, quaſi vilis mancipij, Quid vultis mihi dare, &c. 25. Theoph. ſ. annunciaret quando ſolus eſſet, timebant enim irruere quando docebat, propter turbam. 29. Beda. ſ. decimaquarta primi menſis, qua fermento abiecto, agnus ad veſperam immolabatur; qua etiam Chriſtus paſſionis ſuæ ſacrauit exordium, corporis & ſanguinis ſui myſteria celebranda tradens; & à Iudæis tentus, & ligatus. 31. Chry. Serm. de Paſſ. Iudas de traditione tractabat, Diſcipuli erant de Paſchæ præparatione ſolliciti. 32. Theoph. apparet Chriſtum hoſpitium non habuiſſe, nec Diſcipulos proprias domos, alioqui eò duxiſſent.

Sens. Myst. In Cap. XIIII.

f. Glo. facit hoc quotidie Eccleſia; vnde Deo autem gratias, qui ſemper triumphat, nos in Chriſto Ieſu, & odorem ſuæ notitiæ manifeſtat per nos, &c. Laudat enim, & prædicat potentiam diuinitatis Chriſti, quæ illi vna eſt cum Patre. 13. Hier. ſub prætextu auaritiæ myſterium fidei loquitur Iudas, fides enim noſtra trecentis emitur denarijs, in decem ſenſibus, interioribus. ſ. & exterioribus, per corpus, animam, & ſpiritum triplicatis. 16. Int. Hier. non aliundè quæramus quod in nobis habemus.

28. Beda. imitantur Iudam, Deumque produnt, qui pro muneribus charitatis & veritatis iura ſpernunt. 30. Hier. Azyma quæ cum amaritudine, id eſt, lactucis agreſtibus manducantur, redemptio noſtra eſt, amaritudo verò Paſſio Domini. 32. Int. Hier. cum voluntate Dei dirigamus greſſus noſtros.

Addit. Auct. In Cap. XIIII.

g. id eſt, deſinite calumniari. 16. pro, quod potuit, Græciſ. 17. ſ. quod poſtea facere non poterit. q. d. quod breui ſepeliendum eſt. 18. q. d. fecit quod ſepultis ſolet exhiberi. l. ſ. vbi eum tradidiſſet.
33. Interlinearis legit comedere, ſed monet legi etiam, Vt manduces.

Et

Et mittit[34] duos ex diſcipulis ſuis, & dicit eis,Ite in ciuitatem:[35] & occurret[m] vobis homo[36] lagenam[37] aquæ baiulans,ſequimini eum:& quocumque introierit,dicite domino[n] domus, quia Magiſter dicit, Vbi eſt refectio[38] mea , vbi Paſcha cum diſcipulis meis manducem?Et ipſe demonſtrabit vobis cœnaculum[39] grande ſtratum, & illic parate nobis. Et abierunt diſcipuli eius : & venerunt in ciuitatem, & inuenerunt ſicut dixerat illis, & parauerunt Paſcha.[40] Veſpere[41] autem facto:venit cum[o] duodecim.[42] Et diſcumbentibus illis & manducantibus,ait Ieſus,Amen dico vobis,quia[43] vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. At illi cœperunt contriſtari[44] , & dicere ei ſingulatim , Numquid ego? Qui ait illis,Vnus ex duodecim qui intingit[45] mecum manum in catino, & Filius quidem hominis vadit[p] ſicut ſcriptum eſt de eo.Væ[46] autem

SENS. LIT. IN CAP. XIIII.

34. Theoph. ſ. Petrum & Iohannem. m. Beda.indicium præſentiæ diuinitatis ; nouit enim quod alibi futurum eſſet. 37. Aug.2.de con.Euang.Lucas amphoram dicit.ſ.alter vaſis genus , alter modum ſignificauit , vterque ſententiæ veritatem cuſtodiuit. Auctor. Græcè apud vtrumque eadem vox eſt. ſ. κεράμιον , vas fictile. 40. Chry. Ser.de Paſſ. non noſtrum, (eſt enim Chriſtus) ſed Iudæorum , quod Chriſtus manducauit,quia factus eſt ſub lege,vt eos qui ſub lege erāt,redimeret;& vt legi ceſſationem daret;ne quis verò diceret ideo euacuaſſe legem,quia eam vt arduam implere non valeret,prius impleuit , & ſic eam fecit ceſſare. 42. Theoph. at lex præcipiebat ſtantes Paſcha comedere , probabile eſt prius adimpleſſe Paſcha legale, deinde diſcubuiſſe , cùm cœpit proprium tradere Paſcha. 43. Chryſ. Serm.de Paſſ.non apertè publicat,ne fieret impudentior, nec tamen ſilentio præterit , ne cælari arbitratus , audacter ad proditionem properet. Beda. dat pœnitentiæ locum , vt intelligens ſciri cogitationes ſuas,reſipiſceret. 44. Theoph.magis credunt illi qui omnium corda nouit,quàm ſibi. Gloſ. timentes fragilitatem ſuam,interrogant de peccato , cuius conſcientiam non habent. 45. Beda. Iudas , cæteris contriſtatis,& manum retrahentibus, mittit manū in catinum;arguit ergo eum, manifeſtius, quia perſeuerabat in malo.Glo.impletur illud,Qui edebat panem meum,magnificauit, &c. p. Theoph.oſtenditur Chriſti mors voluntaria. 46. Hier. pæna prædicitur , vt quem pudor non vicerat, corrigant denunciata ſupplicia.

SENS. MYST. IN CAP. XIIII.

34. Int.charitas non eſt ſola. 35. Int.i.Eccleſiá.Hier.fidei muro cinctam. 36. Int.i.primitiuus populus.Hier. ¶ Beda.non ponitur huius nomē,nec domini domus,vt ſignificetur omnibus verū Paſcha celebrare volentibus.i.Chriſti Sacramentis imbui,eumque mentis hoſpitio ſuſcipere, danda facultas.

37. Int.i.legē litteræ. Hier. ¶ Beda.aquā,lauacrū gratiæ, lagena,fragilitas eorū per quos erat in mundo prædicanda.Theop.lagenā portat aquę,qui baptizatus eſt.Glo.ſignificatur huius Paſchæ myſterium pro ablutione mundi celebrandum. n. Hier.ſ.Petro,cui Dominus domū ſuam credidit,vt ſit vna fides ſub vno paſtore.Theoph.Dominus domus, intellectus, qui oſtendit cænaculum grande. i.altitudinem intelligentiarum,quod etſi altum eſt,ſternitur tamen,& planum fit humilitate, ibique paratur Chriſto Paſcha à Petro & Iohanne.i.actione & contemplatione. 39. Hier. Eccleſia magna eſt,ſtrata varietate virtutum,& linguarum.Beda.cœnaculum,lex,quæ de anguſtiis litteræ egrediens,in alto mentis ſolario Chriſtum recipit. 41. Int.i.fine mundi.Hier.circa vndecimam enim veniunt nouiſſimi,qui primi denarium accipiunt.Glo.ante crucem enim Abraham in inferno, poſt crucem verò latro in paradiſo. Auctor.intellige inferni nomine patrum locum inferiorem,ſic dicitur Chriſtus deſcendiſſe ad inferos.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

37. ſ.vas fictile. 38. Lucas diuerſorium.Græ.apud vtrumq; eadem vox.ſ. κατάλυμα. 39. Fuiſſe in ſuperiori parte adium apparet ex verbo Græce ἀνώγεον. q. à terra exaltatum. Hic creditur latuiſſe diſcipulos poſt paſſionem. Erat in monte Sion. vide Act. 1. o. ſic vocatur collegium Apoſtolicum,etiamſi aliquis deſit.& Luc.24.vocantur vndecim etiam abſente Thoma,vel hic duo illi miſſi iam fuerant reuerſi.

[47] homini illi per quem Filius hominis tradetur. [48] Bonum erat ei [49] ſi non [50] eſſet natus homo ille. Et [q] manducantibus illis, [51] accepit Ieſus [52] panem,& [53] benedicens [54] fregit,& dedit eis,& ait: Sumite, [55] hoc eſt [56] corpus meum. Et accepto [r] calice, [57] gratias agens, dedit eis, & [58] bibe- runt ex illo [59] omnes. Et [s] ait illis. Hic eſt ſanguis meus [60] noui Teſtamenti, qui pro multis [61] effundetur. Amen dico vobis, quod iam non bibam de [62] genimine vitis [t] vſque in diem illum, cùm illud bibam [63] nouum in regno [v] Dei. Et [64] hymno dicto, [65] exierunt in [66] montem Oliuarum. Et [67] ait eis Ieſus, Omnes

Sens. Lit. In Cap. XIIII.

47. Beda.& hodie væ illi homini, qui ad menſam Domini malignus accedit, tradit enim Filium hominis in exemplum Iudæ peccatoribus membris ſuis. 49. Int. ſ. latens materno vtero. 50. Int. aliàs fuiſſet. ¶ melius eſt non eſſe, quàm ad tormenta eſſe. Hier. 51. Beda. Finitis Paſchæ veteris ſolemniis, tranſit ad nouum; vt pro carne agni & ſanguine, ſui corporis & ſanguinis Sacramentum ſubſtitueret.
52. Beda. vt ſe illũ monſtraret eſſe, cui Dominus iurauit, Tu es Sacerdos in æternũ,&c. 53. Theoph. id eſt. gratias agens. 55. Theoph. ſ. quod nunc do, nunc ſumitis. 56. Theoph. panis in propriũ Chriſti corpus tranſmutatur; vnde, Panis quem ego dabo, caro mea eſt, non apparet autem ob infirmitatem noſtram: ſi enim cerneremus, ſumere non ſuſtineremus; condeſcendens ergo infirmitati noſtræ panis & vini, in carnem & ſanguinem ſuum conuerſorum ſpecies conſeruat. Chry. Serm. de Paſſ. & nunc etiam Chriſtus corpus facit ſuũ & ſanguinẽ; Sacerdos verba profert, ſed Dei virtute,& verbo iſto, Hoc eſt corpus meum, propoſita conſecrãtur, vox iſta ſemel dicta eſt, ſed per omnes menſas Eccleſiæ, vſque ad aduentum eius præſtat Sacrificio firmitatem. 57. Int. Hier. Gratia, non meritis ſaluati ſumus à Deo.
58. Hier. felix ebrietas, ſatietas ſalutaris. 59. Theoph. Quidam dicunt Iudam non participaſſe myſteriis, ſed antè exiuiſſe, alij aliud putant. Chry. Serm. de Paſſ. Chriſtus proditori ſanguinem offerebat, vt haberet peccatorum remiſſionem, ſi voluiſſet. Hier. Bibit Iudas, ſed non extinguit ſitim ignis æterni, quia indignè ſumit. Chry. Serm. de Paſſ. vt cibus occupatum ventrem malis humoribus amplius lædit, ita iſte cibus malignitate pollutum magis perdit, non natura ſua, ſed accipientis vitio. 60. Int. non veteris, de quo, hic ſanguis Teſtamenti eſt quod mandauit ad vos Deus. Beda. 61. Int. Hier. pro multis effunditur; ſed non omnes emundat. 62. Theoph. q. d. non bibam de vino vſque ad reſurrectionem; poſteà enim bibit cum diſcipulis & comedit, oſtendens ſe eundem eſſe qui paſſus fuerat. 63. Theop. ſ. nouo modo, non enim poſt reſurrectionem habebat corpus indigens cibo. 64. Theoph. oſtendit ſe libenter pro nobis mori. Beda. Poteſt intelligi hymnus ille quem ſecundùm Iohannem Patri gratias agens, decantabat; in quo & pro ſe,& pro ſuis, eleuatis ſurſum oculis precabatur. 65. Theoph. ſ. vt ſolitarium caperent ſine tumultu, in ciuitate enim fortè fuiſſet populus conturbatus, haberentque inimici anſam interficiendi tanquam populi concitatorem. 67. Beda. prædicit quid paſſuri ſint, vt cùm paſſi fuerint, non deſperent ſalutem; ſed pœnitentiam agentes liberentur.

Sens. Myst. In Cap. XIIII.

53. Beda Benedixit, quia naturã quam aſſumpſit, gratia diuinæ virtutis impleuit. 54. Beda. vt oſtenderet ſui corporis fractionem non abſque ſua voluntate futuram. 56. Hier. Corpus Chriſti, Eccleſia, quæ accipitur in fide, benedicitur in numero; frangitur in paſſionibus; datur in exemplis; ſumitur in doctrinis. r. Beda. quia nos in Chriſto,& Chriſtum in nobis manere oportet, vino in calice aqua miſcetur, aquæ enim populi. 62. Theoph. Vitis, Chriſtus; genimen, intellectus occultus quem ipſe generat, qui docet hominem ſcientiam; in futuro ergo ſeculo bibet cum ſuis, cùm noua quædam & occulta reuelabit. Beda. vitis, ſeu vinea, ſynagoga. q. d. non vltrà carnalibus cærimoniis delectabor, in quibus Paſchalis præcipuum locum tenuit; aderit tẽpus cum gloria immortalitatis ſublimatus, de ſalute populi ſpirituali gratia regenerati, vobiſcum gaudio perfundar. 64. Hil. docuit ante cibum, & poſt gratias agere. 65. Beda. ſignificatur per acceptionem ſacramẽtorum, ad altiora eſſe aſcendendum. 66. Hier. in monte Oliueti, vnde ad cælos aſcendit, reuertur Chriſtus; inde enim aſcendimus ad cælos, vnde vigilamus, oramus, ligamur nec repugnamus.

Addit. Avct. In Cap. XIIII.

48. Bonum erat q. d. melius ei fuiſſet. q. pro, vbi manducaſſent. ſ. agni. Heb. 53. i. cùm benedixiſſet. 54. ſ. antequã diſcipulis daret. 57. pro, gratias egiſſet. Heb. s. ſ. cùm daret, vt patet ex Matth. 62. i. fructu v. pro, regnans, à Patre accepto regno. 64 i. cùm laudes Deo dixiſſent.

ſcandali[68]zabimini in me in nocte iſta,quia ſcri[69]ptum eſt,Per[70]cutiam paſtorem & diſpergentur [71]oues.[72]Sed poſteaquam reſurrexero,præcedam vos in Galilæam. Petrus autem ait illi,[74]Etſi omnes ſcandalizati fuerint in te,[75]ſed non ego. Et ait illi Ieſus,Amen dico tibi,quia tu hodie in nocte hac,priuſquam [x]gallus vocem [76]bis dederit, ter me es negaturus.At ille amplius loquebatur,Et ſi oportuerit me ſimul commori tibi,non te negabo.Similiter autem & omnes dicebant.Et veniunt in [x]prædium,cui nomen [77]Gethſemani.Et ait diſcipulis ſuis, Sedete hîc donec [78]orem.Et aſſumit [79]Petrum & Iacobum & Iohannem ſecum:& cœpit [80]pauere & [aa]tædere. Et ait illis, [81]Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem:ſuſtinete [82]hîc,& vigilate.Et cùm proceſſiſſet paululum,[83]procidit ſuper terram,& orabat vt ſi [84]fieri poſſet, tranſiret ab eo [bb]hora:& dixit, [85]Abba [86]Pater, omnia tibi poſſibilia ſunt, transfer calicem hunc à me:[87]ſed non quod ego [88]volo, ſed quod tu. Et [cc]venit,& [dd]inuenit eos dormientes.Et ait Petro,Simon

Sens. Lit. In Cap. XIIII.

68. Theoph.permiſit eos cadere ne in ſeipſis confiderent. 69. Beda in Zacharia aliis verbis; & ex perſona Prophetæ ad Dominum. 70. Theoph.id eſt;dimittam percuti. 71. Int.ſ.Apoſtoli.Theoph. 72. Int.Hier.promittitur reſurrectio,ne deſperent. 74. Int. non eſt temeritas,nec mendacium;ſed fides,& ardens affectus. 75. Int.Petrus ex ardore fidei promittebat, ſed Chriſtus,vt Deus futura præ nouerat.Beda.Hier.Sine pennis in altum volare nititur. 76. Aug.de conſ. Euang, ante primum galli cantum cœpta eſt trina negatio,quod attenderunt reliqui Euangeliſtæ;quamquam & ante primũ galli cantum in animo Petri tota concepta eſt.Theoph.poſt primam negationem cantauit ſemel gallus;poſt alias duas cantauit ſecundò. 77. Beda. monſtratur hodie locus Gethſemani, in quo Chriſtus orauit, ad radices montis Oliueti. 79. Theoph.aſſumit inſpectores gloriæ ſuæ in monte Thabor,vt qui glorioſa viderant,viderent & triſtia,verumq́ue eſſe hominem agnoſcerent. 80. Theoph.homines naturaliter inuiti tendunt ad mortem; aſſumpſit autem naturales hominis proprietates. 81. Beda. omnia ſuſcepit quæ corporis ſunt.Theoph.quidam putant triſtari ob peccata Iſraëlitarum, qui ſe erant crucifixuri. 82. Beda.ſ.ſõno infidelitatis,& torpore mentis. 83. Int.humilitatẽ mẽtis oſtendit habitu corporis.Beda. 84. Aug.3.de con.Euan non dixit, ſi facere poſſet,ſed ſi fieri poſſet, ac ſi diceret,ſi vellet, fieri enim poteſt quod ille voluerit. 85. Auguſt 3. de conſ.Euang. fortè Dominus propter aliquod Sacramentum vtrumque dixit,volens oſtendere ſe ſui corporis,id eſt, Eccleſiæ perſonam ſuſcepiſſe,cui factus eſt angularis lapis. 86. Aug.de conſ.Euang.oſtendit non ex impoſſibilitate,ſed ex voluntate Patris dictum,ſi fieri poteſt. 87. Hier.vſque in finem docet Patrum noſtrorum voluntatem noſtræ præponere. 88. Glo.non venerat facere voluntatem ſuam quam ſumpſit ex virgine.ſed quã habuit æternus cum Patre.Beda.facit hoc contradicentes vnã tantùm in Chriſto eſſe operationem,& voluntatem.

Sens. Myst. In Cap. XIIII.

68. Hier.omnes cadũt,ſed nõ omnes iacent,cadere carnale eſt,iacere diabolicum. x. Hier.Gallus lucis nuncius , Spiritus ſanctus , cuius voce in Prophetis & Apoſtolis excitamur de trina negatione ad amariſſimos fletus,qui malè de Deo cogitauimus,locuti ſumus ad proximos:fecimus ad noſipſos

77. Beda Gethſemani vallis pinguium,ſeu pinguedinum,inſinuatur: ergo in orationibus humilitas, & internæ dilectionis pinguedo ſeruanda , Chriſtus etiam valle humilitatis & pinguedine charitatis, mortem pro nobis ſubijt. 78. Theoph. Solebat ſolus orare , docens ſolitudinem & ſilentium in orationibus quærere.

Addit. Auct. In Cap. XIIII.

x. Gra.χωρίον,id eſt,agrum,locum,prædium,villam. 80. ἐκθαμβεῖσθαι,cum ſtupore pauere.
aa. ἀδημονεῖν,grauiter angi,peneq́; deficere præ mœrore. Apud Matth.vertit mœſtus eſſe. b b i. tēpus, ſ. Paſſionis, ne pateretur. 85. Syriaca vox, quam ſtatim Euangeliſta interpretatur. Hebr. Ab dicitur, nec enim veriſimile Chriſtum Græca voce vſum. cc. dd. vtrumque præſentis temporis.

[89] dormis? non potuiſti vna hora vigilare? [90] Vigilate, & orate vt non [ee] intretis in [91] tentatio-
[92] nem. Spiritus quidem [93] promptus [94] eſt, [95] caro verò infirma. Et iterum abiens [96] orauit eun-
dem ſermonem, dicens. Et reuerſus, [ff] denuo inuenit eos dormientes. Erant enim [97] oculi
[98] eorum grauati, & ignorabant quid reſponderent ei. Et venit [gg] tertiò, & ait illis, [99] Dormi-
te iam & [100] requieſcite; ſufficit. Venit hora: ecce filius hominis tradetur in manus pec-
catorum. [101] Surgite: [102] eamus: ecce qui me tradet, propè eſt. Et adhuc eo loquente, venit
Iudas [103] Scarioth, vnus de duodecim, & cum eo turba [104] multa cum gladiis & lignis miſſi
à ſummis Sacerdotibus, & Scribis, & Senioribus. [hh] Dederat autem traditor eis ſignum
dicens, Quemcunque oſculatus fuero, ipſe eſt, tenete eum, & ducite [ll] cautè. Et cùm ve-
niſſet, ſtatim [mm] accedens ad eum, ait, Aue Rabbi: & [105] oſculatus eſt eum. At illi manus in-
[106] iecerunt in Ieſum, & tenuerunt eum. [nn] Vnus autem quidam de circumſtantibus edu-
cens gladium, [107] percuſſit ſeruum ſummi [108] Sacerdotis: & amputauit illi [109] auriculam. Et reſ-
pondens Ieſus ait illis, Tanquam ad latronem exiſtis cum [110] gladiis & lignis compre-
hendere me? Quotidie eram apud vos in templo

Addit. Avct. In Cap. XIIII.

89. Hier. ſicut dormiunt mente, ita dormiunt corpore. 90. Hier. quaſi dicat, quomodo ergo mortem ſpernes? 91. Hier. ſ. negandi me. Beda. non dicit, ne tentemini, id enim eſt homini impoſſibile; ſed ne intretis, id eſt, ne vos tentatio ſuperet. Hier. in tentationem intrat, qui orare negligit. 92. Theoph. ſcilicet, veſter. 93. Theoph. ſ. ad me non negandum. 64. Theoph. ſ. veſtra. 95. Beda. temerarios reprimit, qui putant quidquid crediderint ſe conſequi poſſe; quantum ex mentis ardore confidimus, tantùm ex fragilitate carnis timeamus. 96. Theoph. per ſecundam orationem, verum ſe hominem confirmat. 97. Int. Langueſcunt oculi Apoſtolorũ negatione vicina. 98. Theoph. ſ. ſomno. 99. Theoph. Ironicè, vt patet ex eo quod dicit, ſufficit. 100. Auguſt. 3. de conſ. Euang. Intelligendum eſt poſt illud, Dormite, ſiluiſſe Dominum aliquantulum; poſtea dixiſſe, ſufficit. ſ. quod requieuiſtis. 101. Theoph. non vt fugiant, ſed vt inimicis obuiam eant. 102. Beda. poſtquam Apoſtolorum timorem ſequente pœnitentia impetrauerat corrigendum, pergit ad perſecutores. Glo. q. d. non inueniant nos timentes, ſed gaudium & confidentiam videant. 103. Theoph. hoc ponitur ad maiorem proditoris redargutionem.
hh. Beda. habet adhuc aliquid de verecundia diſcipuli, cùm non palam tradit, ſed per ſignum oſculi. Hier. Dat ſignum oſculi cum veneno doli ſic Caim obtulit ſacrificium ſubdolum, & reprobatum.
105. Beda. Scelerata confidentia: ſuſcepit verò Dominus oſculum, ne proditionem fugere videatur; ſimul illud complens: Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. 106. Hier. adeſt Ioſeph vinctus, venditus à fratribus. nn. Theoph. tacet nomen, ne videatur ſuum laudare magiſtrum, quaſi pro Chriſto zelantem. 107. Beda. fecit hoc eodem mentis ardore, quo cætera. Sciebat Phinees puniendo ſacrilegos, mercedem accepiſſe. 110. Beda, quaſi dicat, ſtultum eſt cum gladiis & fuſtibus quærere vltrò ſe tradentem; & in nocte, quaſi latitantem inueſtigare, quotidie in templo docentem.

Sens. Myst. In Cap. XIIII.

gg. Hier. trina dormitio diſcipulorum, tres mortuos ſignificat à Domino ſuſcitatos, ſcilicet, in domo, ad ſepulchrum, de ſepulchro; trina autem Domini vigilia, docet nos orando de præteritis, præſentibus, & futuris veniam precari. 104. Hier. Confidit de virtute ſeculi, qui deſperat de auxilio Dei.
108. Theoph. Summi Sacerdotes Scripturas negligebant, quaſi ſerui non audientes facti. 109. Int. Hier prædicatio Petri auditum abſcidit à Iudæis. Theoph. ſi habuiſſent iſti aures audientes Scripturas, non dominum gloriæ crucifixiſſent.

Addit. Avct. Cap. XIIII.

ee. id eſt, ſuccumbatis. ff. Gr. conungitur cum dormientes. 99. Ironicè. q. d. Non eſt dormiendi tempus. 100. ſcilicet, dormiſſe hactenus. ll. ſcilicet, circumſpectè ſcilicet, ne euadat. mm. prius id factum quàm quod Iohannes dicit, Chriſtum obuiam proceſſiſſe:

docens:

docens:& non me tenuiſtis.[111] Sed vt impleantur Scripturæ.[oo] Tunc Diſcipuli eius[112] relinquentes eum, omnes fugerunt.[113] Adoleſcens[114] autem quidam ſequebatur eum amictus ſindone ſuper nudo:[115] & tenuerunt eum. Et ille reiecta[116] ſindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Ieſum ad ſummum[117] Sacerdotem, & conuenerunt[118] omnes Sacerdotes & Scribæ & Seniores. Petrus[119] autem à longè[120] ſecutus eſt eum, vſque intrò in atrium[121] ſummi Sacerdotis:& ſedebat cum miniſtris ad ignem,[122] & calefaciebat ſe. Summi[123] verò Sacerdotes,& omne cōcilium quęrebant aduerſus Ieſum teſtimonium, vt eum morti traderent: nec[124] inueniebant. Multi autē teſtimonium falſum dicebant aduerſus eum, & conuenientia[pp] teſtimonia[125] non erant. Et quidam ſurgentes, falſum[qq] teſtimonium ferebant aduerſus eum dicentes: Quoniam nos audiuimus eum dicentem, Ego[126] diſſoluam templum hoc manufactum,[127] & poſt triduum aliud non manufactum ædificabo.[128] Et non erat conueniens teſtimoninm illorum.

Sens. Lit. In Cap. XIIII.

111. Theoph. non potuerunt eum capere, niſi cùm voluit. 112. Int. Hier. adimpletum eſt, Elongaſti à me amicum, & proximum, & notos meos à me. 113. Beda impletur illud, Omnes ſcandalizabimi. Glo. etſi turba permittente ad petitionem Domini fugerunt, promptiores tamen erant ad fugam, quàm ad patie di fiduciam. 114. Theoph. videtur fuiſſe de domo in qua Paſcha comederant, quidam tamen dicunt fuiſſe Iacobum, fratrē Domini, qui fuit pòſt Epiſcopus Hieroſolymitanus. Greg. 14. mor cap. 26. videtur fuiſſe Ioannes, potuit verò mox reſumpto indumēto, redire, ſéque turbis immiſcere. 115. Beda. ſ. corpore. Int. nihil indumenti habebat, niſi ſolam ſindonem. Beda. ¶ Auct. vel hinc apparet, non fuiſſe aliquem ex Apoſtolis. vide Additionem. 117. Beda. ſ. Caypham, qui erat (vt Ioannes ait) Pontifex anni illius, emerat verò Pontificatum à Principe Romano, vt teſtatur Ioſephus. 118. Int. Hier. fit congregatio taurorum, in vaccis populorum. 119. Hier. timor retrahit, charitas trahit. Glo. quod timet, naturæ eſt: quod ſequitur, deuotionis: quod negat, obreptionis: quod pœnitet, fidei. 123. Theoph Lege præcipiente, vt vnus eſſet ſummus Sacerdos, multi fiebant per Principem Romanorum. ſ. annis ſingulis. ſummos ergo Sacerdotes dicit, qui ſummo Sacerdotio functi fuerant. 124. Int. mentita eſt iniquitas ſibi, vt Regina aduerſus Ioſeph, Sacerdotes aduerſus Suſannam: ſed ignis ſine materia defecit. Hier.

125. Int. quod variatur incertum eſt. Hier. qq. Hier. falſus teſtis eſt, qui in eo ſenſu dicta intelligit, quo non dicuntur. 126. Int. Dominus dixit, Soluite nos, ſed non ego, quia nemo debet ſibi inferre mortem. 127. Int. hoc addunt, vt videatur propriè de templo Iudaico dixiſſe. 128. Int. Dominus dixit, Suſcitabo, viuum animal ſignificans, & ſpirans templum. Hier.

Sens. Myst. in Cap. XIIII.

113. Beda. ſicut Petrus culpam lacrymis abluens, recuperationem in martyrio labentium: ita Diſcipuli fugiendo, cautelam fugiendi docent minùs idoneos ad toleranda ſupplicia. 116. Glo. ſignificantur illi, qui vt ſecuriores ſint, omnia mundana abijciunt. 120. Beda. meritò à longè ſequebatur qui erat proximè negaturus, quod non faceret, ſi Chriſto adhæſiſſet. Glo. ſignificatur Eccleſia ſecutura Chriſti Paſſionem, ſed longè differenter: Eccleſia enim pro ſe patitur, ille pro Eccleſia. 121. Hieron. atrium, ſecularis circuitus: miniſtri, dæmones, cum quibus qui manet, flere peccatum nō poteſt: ignis carnale deſiderium. 122. Beda. quoniam abundat iniquitas, refrigeſcit charitas, hoc frigore torpebat ad horam Petrus, pruníſque miniſtrorum Cayphæ calefieri cupiebat, id eſt, temporale ſolatium perfidorum ſocietate quærebat: ſignificabat verò ignis ille ignem cupiditatis in maligna ſynodo contra Chriſtum accenſum.

Addit. Avct. In Cap. XIIII.

oo. ſ. id vobis permittitur, vel hæc fiunt. 114. apparet hunc tranſeuntium ſtrepitu excitatum è lecto, ſurrexiſſe, opertum ſindone. 115. ſ. corpore. 116. hinc apparet quāti periculi fuerit illa nocte Chriſtum ſequi. pp. ſ. inter ſe, vel parum ponderis habitura apud Pilatum ad Chriſtum condemnandum.

Exurgens[129] autem ſummus Sacerdos in medium, interrogauit Ieſum dicens: Non reſpondes quicquam ad ea quæ tibi obiiciuntur ab his? Ille autem tacebat[130], & nihil reſpondit. Rursũ ſummus Sacerdos interrogabat[131] eum:& dixit ei,Tu es Chriſtus[132] Filius Dei benedicti[133]?Ieſus autem dixit[134] illi,Ego[135] ſum,& videbitis Filium[rr] hominis ſedentem[136] à dexteris virtutis Dei: & venientem[137] cum nubibus[ss] cœli. Summus autem Sacerdos ſcindens[138] veſtimenta ſua,ait, Quid[tt] adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam: quid vobis videtur?Qui omnes cõdemnauerunt eum eſſe reum mortis.Et[139] cœperunt quidam conſpuere[140] eum, & velare[141] faciem eius: & colaphis[142] eum cædere, & dicere[143] ei, Prophetiza[vv]: & miniſtri alapis[144] eum cædebant. Et cùm eſſet Petrus in atrio deorſum: venit vna[145] ex ancillis ſummi Sacerdotis: & cùm vidiſſet Petrum calefacientem ſe: aſpiciens illum,ait:Et tu cum Ieſu Nazareno eras.

SENS. LIT. IN CAP. XIIII.

129. Beda.ſ furore ſuperatus,vt ſermonis occaſione locum inueniat accuſandi:demonſtrat vero inſaniam mentis corporis motu. 130. Int. ſicut ouis ad occiſionem ducitur, & obmutuit,& ſiluit à nobis. ¶ Theoph. ſciebat quòd non attenderet verbis eius:vnde apud Lucam: Si dixero vobis,non credetis. Glo.præuidebat quidquid reſpondiſſet in calumniam vertendum. 131. Theoph. ſ. vt occaſionem aliquam captaret.Hier.expectabant de lõgè,quem propè non vident. 132. Theoph. multi erant Chriſti, id eſt,vncti vt Reges,& ſummi Sacerdotes,ſed nullus Dei Filius dicebatur. 133. Theoph id eſt,ſemper collaudati. 134. Int. Hier.ſ. vt inexcuſabiles ſint. Theoph. ſciebat non credituros,ſed reſpondit ne dicerent poſtea,Si audiſſemus aliquid ab eo,credidiſſemus. 135. Int. Beda.Marcus.Ego ſum Matthæus. Tu dixiſti, quod idem eſt. Aug. 3. de conſ. Euang. rr. Hier. Sacerdos interrogauerat Filium Dei, ipſe reſpondet,Filium hominis:idem enim Filius Dei,& Filius hominis. 136. Int.Hieron.ſ.in vita regnantem ſempiterna, & virtute diuina. 137. Theoph. non ſine corpore veniet, ſed qualis apparuit crucifigentibus, talis in Iudicio eis apparebit. ss. Hier. in corpore ſolo quod ſumpſit à Virgine, aſcendit, & cum multiformi Eccleſia,quæ corpus ipſius & plenitudo eſt,ad iudicium veniet. 138. Leo. ſ. ad exaggerandam auditi ſermonis inuidiam: neſciens verò quid hæc ſignificet inſania, Sacerdotali ſe honore priuauit, oblitus illius præcepti: de capite cidarim non deponet, & veſtimenta ſua non dirumpet. Glo. rabies quem de ſede excuſſerat,ad ſciſſionem veſtium prouocat. Theoph.Solebant Iudæi cùm aliquid intolerabile & triſte occurrebat,veſtimenta ſcindere. 139. Int.pro,& ideò. 140. Int.id paſſus,vt nos lauaret.Hier. ¶ Int.faciem meam non auerti à conſpuentibus in me. 141. Int.vt velamenta cordium auferret.Hier. 142. Int. vt caput noſtrum,quod Adam eſt,ſanaret. Hier. 143. Int. etiam opprobrijs exhonoratur. vv. Beda. quaſi in contumeliam faciunt,quòd ſe Prophetam haberi voluit. 144. Int. vt applaudamus ei manibus.Hier. ¶ Int.dedi maxillam meam alapis. Aug.3. de con. Euang. hæc paſſus eſt Dominus vſque ad manè in domo Principis Sacerdotum,quò prius adductus eſt.

SENS. MYST. IN CAP. XIIII.

138. Glo.Surgens de ſede,& veſtimenta ſcindens,ſignificat Iudæos Sacerdotalem gloriam perdidiſſe, & ſedem vacuam eſſe.Beda.in Paſſione Domini Pontifex veſtimenta diſcindit. ſ. Ephod,cùm Domini tunica, nec à militibus ſcindi potuerit: erat enim Sacerdotium Iudæorum pro Pontificum ſceleribus ſcindendum,ſoliditas autem Eccleſiæ non poteſt diſrumpi. 140. Glo. opprobria Chriſti noſtrum opprobrium obſtruxerunt, vincula liberarunt: corona diadema regni attulit, vulnera ſanarunt, ſepultura eius reſurgimus,deſcenſu ad inferos aſcendimus ad cælos:hîc inuenitur mel in ore leonis mortui.

141. Glo. gratiam cognitionis à ſe abſcondunt, manet verò hoc velamen adhuc ſuper cor eorum.

144. Glo. nunc etiam ceditur blaſphemijs falſorum Chriſtianorum. 145. Int. ſ. tribulatio. Hier. ¶ Beda. prima eum prodit ancilla, cùm viri magis potuerint recognoſcere, vt & iſte ſexus peccaſſe in necem Domini videretur,& per eius Paſſionem redimeretur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

129. ſ. præ ira. tt. pro,requirimus.Gra.Quid opus habemus.

At ille [146]negauit,dicens,Neque ſcio,neque noui quid dicas. [x x]Et exiit foras ante atrium:
[147]&gallus cantauit. Rurſus autem cùm vidiſſet [148]illum ancilla,cœpit dicere circumſtan-
tibus,quia hic ex illis eſt,At ille iterum [149]negauit.Et poſt puſillùm rurſus qui [150]aſtabant,
dicebant Petro,Verè ex illis es:nam & [151]Galilæus es.Ille autem [z z]cœpit anathematizare
& iurare,Quia [152]neſcio hominem iſtum quem dicitis.Et ſtatim iterum gallus cantauit.
Et recordatus eſt Petrus verbi quod dixerat ei Ieſus, Prius quàm gallus cantet bis:
ter me negabis.Et cœpit [153]flere.

SENS. LITER. IN CAP. XIIII.

146. Hier.ſine ſpiritu voci ancillæ cedit; cum ſpiritu nec regibus cedit. Glo. negat Chriſtum qui ſe eius negat diſcipulum. Theoph.Permiſit hoc Dominus,ne ſe extolleret,& vt peccantibus miſereretur. 147. Beda. De hoc galli cantu cæteri Euangeliſtę tacent,non tamē negant. 148. Int.non quę prius, nam Matthæus, vidit eum alia ancilla. 149. Aug. 3. de conſ. Euang. In ſecunda negatione à duobus compellatus eſt.ſ.ancilla,de qua Matth. & Mar.& ab aliquod,de quo Lucas,Negauit autem ſecundò ad focum ſtans,in atrio,redierat enim.Beda.Chriſtum negat,qui ſe negat eſſe Chriſtianum,negauit enim Chriſtum Petrus,cùm ſe negauit eius diſcipulum:dixerat namque Dominus, me negabis. 151, Hier. Galilæi Hebraicè loquebantur, ſed habet vnaquæque regio ſuas proprietates, & vernaculum loquendi ſonum. 152. Beda.negat inter infideles ſe noſſe hominem,quem inter diſcipulos Deum fuerat confeſſus. 153. Theoph. confundantur Nouatiani, qui remiſſionem negant poſt baptiſmum peccantibus, ſunt Sanctorum defectus ſcripti,vt eorum exemplo ſperemus per pœnitentiam ſubleuari.

SENS. MYST. IN CAP. XIIII.

147. Int.ſcilicet, prædicator qui dicit, Vigilate iuſti, & nolite peccare. 148. Int. ſcilicet, conſenſus. Hier. 150. Int.ſcilicet,actus.Hier. 153. Glo. nocte negat;ad galli cantum pœnituit; quod enim in tenebris obliuionis errauit,ſperatæ lucis rememoratione correxit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

x x. Græ.in veſtibulum atrij, ſcilicet, intra domum erat, ſed extra atrium. z z. id eſt, deuouere, deteſtari,vt aliàs vertitur. 153, Græ.ἐπιβαλὼν ἔκλαιε,id eſt,prorupit inſletum,vel ſubitò fleuit.

CAPVT XV.

ET [1]confeſtim manè concilium facientes ſummi Sacerdotes, cum Senioribus & Scribis, & vniuerſo conſilio, [2]vincientes Ieſum, [3]duxerunt & [4]tradiderunt Pilato.Et interrogauit eum Pilatus,[5]Tu es Rex Iudæorum? At ille reſpondens

SENS. LIT. IN CAP. XV.

1. INT. Vide quàm ſint ſolliciti in malo, tota nocte vigilauerunt vt facerent homicidium. 2. Beda. Solebant Iudæi quem morti adiudicaſſent ligatum Iudici tradere:ligauerant autem eum in horto comprehenſum, vt Ioannes ait. 3. Int. non ſolùm ad Pilatum, ſed etiam ad Herodem quoque ductus eſt,vt illuderet ei vterque. 4. Theoph. Tradiderunt eum Romanis, & ijs quoque ipſi traditi ſunt: vt illud impleretur, Secundùm opera manuum eorum tribue illis. 5. Beda. nec falsò quidem inuenire potuerunt Iudæi quod obiicerent Saluatori.

SENS. MYST. IN CAP. XV.

2. GLO. adeſt Samſon vinctus à Dalila,id eſt,Synagoga.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XV.

2. id eſt,cùm vinxiſſent,intellige verò aut prima vincula ei fuiſſe ſoluta in domo Caypha, aut ſemper fuiſſe ligatum.

ait illi, [6] Tu dicis. Et accuſabant eum ſummi Sacerdotes in [7] multis. Pilatus autem rurſum interrogauit eum,dicẽs,Non reſpondes quicquam? Vide in quantis te accuſant? Ieſus autem amplius [8] nihil reſpondit:ita vt [9] miraretur Pilatus. Per diem autem [a] feſtum ſolebat dimittere illis vnum ex vinctis quemcunque petiiſſent. Erat autem qui dicebatur Barrabas:qui cum ſeditioſis erat vinctus, qui in ſeditione fecerãt homicidium. Et cùm aſcendiſſet turba : cœpit [b] rogare,ſicut ſemper [c] faciebat illis. [10] Pilatus autem reſpondit eis,& [11] dixit,Vultis dimittam vobis Regem Iudæorum?Sciebat enim quòd per inuidiam tradidiſſent eum ſummi Sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam vt [12] magis [13] Barrabam dimitteret eis. Pilatus autem [14] iterum reſpondens , ait illis, Quid ergo vultis faciam [15] Regi Iudæorum ? At illi iterum clamauerunt , dicentes, [16] Crucifige eum. Pilatus verò dicebat illis, [17] Quid enim mali fecit? At illi [18] magis clamabant, [19] Crucifige eum. Pilatus autem volens populo ſatisfacere,dimiſit illis [20] Barrabam, & tradidit [21] Ieſum [d] flagellis cæſum , vt [22] crucifigeretur [e] Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij:& conuocant totam [23] cohortem: & induunt eum [24] purpura : & imponunt ei plectentes ſpineam

Sens. Lit. In Cap. XV.

6. Beda.ſic reſpondet vt eius ſermo calumniæ non pateret. Theoph.dubia reſponſio, poteſt enim intelligi,tu hoc dicis, ego non dico : & nota quod Pilato, qui inuitus fert,ſententiam ex parte reſpondet, Sacerdotes autem & Principes ſuo ſermone indignos iudicauit. 7. Aug.3.de conſ.Euang.vt quod ſubuerteret gentem,prohibe-*et tributa dari Cæſari, &c. vt ait Lucas. 8. Int.ne crimen diluens à Præſide dimitteretur,& crucis vtilitas differretur.Beda. 9. Theoph.ſ.quod cùm eſſet legis doctor,& eloquens, potensque accuſationem eorum infringere, non reſponderet. 10. Beda.multas Pilatus liberandi Saluatorem occaſiones dedit. 11. Aug.3.de conſ.Euang.alia Pilati Matthæus verba refert , ſed eadem eſt ſententia; niſi quod Marcus tacet de Barraba , dicens ſolùm quod ad Chriſtum pertinebat. 12. Beda. hæret adhuc Iudæis ſua petitio : quia enim pro Ieſu latronem , pro Saluatore interfectorem elegerunt, meritò ſalutem perdiderunt & vitam: ſéque ita latrocinijs & ſeditionibus ſubdiderunt,vt patriam & regnum perdiderint,& libertatem corporis & animæ nunquam receperint. 14. Beda. aliam dat occaſionem liberandi Chriſtum. 15. Aug. 3. de con.Euang. hoc ſignificauit Matthæus dicendo Chriſtum:dicebantur enim Chriſti Reges Iudæorum. 16. quãta Iudæorum prauitas. 17. Int.hoc dicendo,Ieſum abſoluit. Glo. hoc dicit ſecundùm illam vxoris ſuggeſtionem, Nihil tibi & iuſto illi. 18. Int. inſaniæ, ſuæ ſatisfacientes, non interrogationi reſpondentes Præſidis. Beda. 19. Beda. impletur illud: Facta eſt mihi hæreditas mea ſicut leo in ſylua , dederunt contra me vocem ſuam. d. Beda. iuſſit Pilatus flagellari:vt ſatiati Iudæi, mortem eius vltrà ſitire deſiſterẽt. e. Theoph.militaris vana gloria ſemper inordinatis gaudens,& opprobrijs,ſibi propria oſtendit. 23. Theoph id eſt,totum ordinem militiæ.

24. Beda. quia Rex Iudæorum fuerat appellatus,hoc illudentes faciunt:purpura enim Reges vtebantur. Aug. 3. de con.Euang Matthæus dicit chlamydem coccineam:hanc enim pro regia purpura adhibuerunt illudentes,quanquam eſt rubra quædam purpura cocco ſimillima.

Sens. Myst. In Cap. XV.

13. Int.ſ.vt hircũ emiſſariũ. 20. Int. hircũ emiſſariũ. Hier.qui cum peccato populi in deſertũ inferni abſolutus dimittitur:alter enim pro peccatis abſolutorum,vt agnus occiditur. 24. Int.ſ.Gẽtili Eccleſia

Addit. Avct. In Cap. XV.

6. ſ. quod res eſt. a. Paſcha. ſ. b. ſ. turba Græc. petere. ſ. vt vinctum vnum dimitteret. c. ſ. Pilatus. 15. Ironicè.

coro

[25] coronam:& cœperunt ſalutare eum, Aue Rex Iudæorum. Et percutiebant [f] caput eius
arundine:& conſpuebant eum,& ponentes genua, [26] adorabant eum. Et poſtquam illu-
ſerunt ei, [27] exuerunt illum [28] purpura & induerunt eum [29] veſtimentis ſuis: & [30] educunt il-
lum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prætereuntem quempiam [g] Simonem
[*] Cyrenæum, venientem de villa: patrem [h] Alexandri & [i] Ruffi, vt [31] tolleret crucem eius.
Et perducunt illum in Golgotha locum: quod eſt interpretatum [32] Caluariæ locus. Et
dabant ei bibere [33] myrrhatum vinum:& [34] non accepit. Et [35] crucifigentes eum, [36] diuiſerunt
[37] veſtimenta [38] eius: mittentes

SENS. LIT. IN CAP. XV.

25. Beda. pro, diademate. 26. Beda. quaſi qui ſe Deũ falsò dixiſſet. Hier. opprobria Chriſti, noſtrum opprobrium abſtulere, vulneribus eius ſanati ſumus. 27. Aug. 3. de conſ. Euan. hoc factum eſt in fine cùm adduceretur ad crucifigendum. g. Theo. nominat ad maiorem fidem, viuebat. n. adhuc ille, qui poterat circa crucem facta enarrare. ¶ Beda. Cyrene Lybiæ ciuitas. h. Hier. alij per merita patrum commemorantur, hic per merita filiorum qui diſcipuli erant, vnde admouemur, adiuuari parentes per natorum merita. 31. Theoph. Primò Chriſtus baiulauit crucem (vt ait Iohannes) poſtea iſte. 32. Bed. Locus erat extra ciuitatem vbi truncabantur capita damnatorum. Hier. tradunt Iudæi in hoc montis loco immolatum arietem pro Iſaac. 33. Int. amara vitis, amarum vinum facit, & propinat Ieſu, vnde: Dederunt in eſcam meã fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Beda. ¶ Aug. 3. de conſ. Euan. Matthæus dixit cum felle mixtum, fel ponens pro amaritudine, & myrrhatum vinum amariſſimũ eſt; quanquam fieri poſſit vt myrrha & fel amariſſimũ redderent. Theoph. videntur attuliſſe quidam acetum & fel, alij myrrhatum vinum. 34. Int. noluit bibere, ſecundùm Matthæum. Aug. 3. de conſ. Euan. non accepit. ſ. vt biberet, ſed guſtauit, vt Matth. ait. 35. Int. Maledictus omnis qui pẽdet in ligno, factus eſt maledictus, vt noſtrum tolleret maledictum. Hier. Primum lignum ſcientiæ boni & mali, ſecundum boni tantùm & vitæ, extenſio manus ad illud mortem apprehendit, extenſio ad hoc vitam inuenit, ligno hoc vehimur per mare vndoſum ad terram viuentium. 36. Int. ſ. in quatuor partes, ſecundùm Ioannem.
37. Int. ſ. alia præter tunicam. 38. Int. aliâs ſua.

SENS. MYST. IN CAP. XV.

25. Beda. corona ſpinea, noſtrorum eſt ſuſceptio peccatorum. Theoph. eſt arcta vita. f. Beda. caput Chriſti percutiunt arundine, qui verum Deum negant, errorémque ſuum ex Scriptura confirmare conantur; conſpuunt in faciem, qui gratiæ præſentiam verbis execrandis reſpuunt. 28. Beda. purpura, caro Chriſti quam paſſionibus obiecit. Glo. purpura, paſſionem & regnum ſignificat. 29. Int. ſ. Iudæis. Hier. Cum enim intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſraël ſaluus erit. 30. Int. tanquam Cain fratrem Abel in agrum. Hier. Adeſt etiam hic Iſaac cum lignis, Ioſeph cum tunica ſanguine lita, Moyſes cum ſerpente ſuſpenſo in ligno, botrus in ligno portatus; Eliſæus ad quærendam ſecurim demerſam, id eſt, genus humanum; Ionas ſorte in mare miſſus. g. Beda. ſignificat iſte gentiles qui olim peregrini & hoſpites teſtamentorum obediendo hæredes Dei ſunt; Simon obediens Cyrene hæres interpretatur, venit autem de villa, villa, Græcè pagus, vnde paganos appellamus à Dei ciuitate alienos, relictis enim paganis ritibus gentiles Chriſti veſtigia ſunt amplexi. 32. Hier. hîc decaluatur Chriſtus. i. à carne ſua carnali. i. Iudæa ſeparatur. 35. Hier. ſpecies crucis forma quadrata mundi, vertex Oriens, dextera Arctos, leua Auſter, ſub plantis Occidens, vnde Apoſtolus, vt ſciamus quæ ſit altitudo, latitudo, longitudo, & profundum, & aues volantes, & natantes homines forma crucis vtuntur. Beda. Crucis latitudo, hilaritas operantis; altitudo, expectatio retributionis; longitudo, tolerantia; profundum, ſecretum ſacramentum. Gloſ. hic pullus Iudæ ligatur ad vitem; pallium tingitur in ſanguine vuæ. 36. Int. ſ. in quatuor ordines. Hier. ſ. coniugatos, viduatos, præpoſitos, & ſeparatos. Auctor. Anachoretas videtur intelligere. Gloſ. Eccleſia Chriſti per quatuor orbis partes diſtributa. 37. Int. ſ. mandata Hier. quibus tegitur corpus Chriſti, id eſt, Eccleſia.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XV.

i. Chriſti diſcipuli hi duo. 34. guſtauit, vt ait Matth. ſed non bibit. 35. Genus mortis ignominioſiſſimum, & acerbiſſimum. Græc. cùm crucifixiſſent.

[39] ſortem ſuper eis, [m] quis quid tolleret. Erat autem hora [40] tertia: [n] & crucifixerunt eum. Et erat titulus cauſæ eius [41] inſcriptus, [42] Rex Iudæorum. Et cum [43] eo crucifigunt duos [o] latrones: [44] vnum à dextris, & [45] alium à ſiniſtris eius. Et impleta eſt Scriptura quæ dicit, Et [46] cum iniquis reputatus eſt. Et prætereuntes [47] blaſphemabant eum, mouétes capita ſua, & dicentes, Vah [p] qui deſtruis templum, & in tribus diebus reædificas: [48] ſaluum fac temetipſum [49] deſcendens de cruce. Similiter & ſummi Sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant, [50] Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Chriſtus Rex [51] Iſraël deſcendat nunc de cruce: vt videamus & [52] credamus. Et qui cum [53] eo crucifixi erant, conuiciabantur ei. Et facta hora ſexta, [54] tenebræ factæ ſunt per totam terram vſque in horam [55] nonam. Et hora nona exclamauit

Sens. Lit. In Cap. XV.

39. Theop.ſ.illudentes, quaſi regis veſtimenta diuiderent, erant enim vilia. Narrat quidem Iohannes cætera veſtimenta diuiſa à militibus in quatuor partes, iuxta eorum numerum, ſed de tunica inconſutili miſſam ſortem. 40. Aug.3.de conſ.Euang.hora quaſi ſexta.i.ſexta inchoata (vt ait Iohãnes) traditus eſt à Pilato crucifigendus; completa ſexta, Chriſtoque pendente tenebræ factæ ſunt; ait verò Marcus, tertia crucifixum, recapitulans, volensq; oſtendere magis Chriſtum crucifixum à Iudæis qui clamauerant vt crucifigeretur, quàm à militibus. Idem de q.vet.nou. Teſtament. Marcus ſententiam de crucifixione Chriſti tertia hora datã, vult intelligi. 41. Int.ſ.Hebraicè, Græcè, & Latinè. Hier. 42. Theop. ſcripſerunt cauſam ob quam eſt crucifixus, quaſi vituperantes quod ſe Regem feciſſet; & ne prætereuntes miſererentur, ſed improperarent tanquam tyranno. Beda. nec occidendo potuerunt efficere, vt eum Regem non haberent; qui eis ſecundùm ſua opera redditurus eſt Glo.ſimul Rex, & Põtifex, Patri carnis ſuæ hoſtiã offerens, nec per crucẽ perdidit, ſed confirmauit imperiũ. 43. Theoph. vt homines, prauam de eo opinionem conciperent, quòd latro eſſet, & maleficus. 45. Hier. ille antecedit Petrum in paradiſum, iſte Iudam in infernum; confeſſio breuis vitam acquiſiuit longam, blaſphemia finita pœna plectitur æterna Auctor. videtur ſentire. Hier. ſeu quicunque eſt iſte Auctor, Iudam poſt Chriſti paſſionem ſe ſuſpendiſſe. 46. Int.ſ.latronibus. 47. Theoph. exprobrantes tanquam ſeductori. 48. Int. inſultant nefarij ne faceret ſalutem quam inchoauerat. Hier. 49. Theoph. Suggerebat hoc diabolus, ſciens ſalutem fieri per crucem; ſimulque tentans, vt ſi à cruce deſcenderet, ſciret non eſſe Filium Dei.

50. Theoph. hoc dicunt, quaſi non verè miracula feciſſet, ſed ſecundùm apparentiam. Beda etiam nolente confitentur quod alios ſaluos fecit, ſua ergo ſententia condemnantur; qui enim alios ſaluos fecit; ſeipſum ſaluare poterat. 51. Hier. maius præſtitit dum reſurrexit, & non crediderunt. 52. Int. fraudulenta promiſſio. 53. Int plural. pro ſingulari. Aug.3. de conſ. Euang. ¶ Theoph. vterque à principio conuiciabatur. 54. Int. Sol refugit, quia non poteſt videre mortem Chriſti; & collaborat laboranti; vel ne impij blaſphemantes, ſua luce fruerentur. Theoph. decima quarta luna erat, cúm naturalis ecclipſis fieri non poteſt. Glo. adeſt Noë inebriatus, & nudatus cæli & terræ pallio tectus tenebroſo.

55. Beda. qua hora Adam mortem inuexit, Chriſtus mortem moriendo deſtruxit.

Sens. Myst. In Cap. XV.

39. Hier. Sortiti ſunt tunicam indiuiſam, quæ eſt pax & vnitas. Glo. Sors, Dei gratia, ſolius enim Dei iudicio venit vel cadit ſors. 41. Hier. inſcriptum tribus linguis, vt omnis lingua commemoraret perfidiam Iudæorum. o. Beda. ſignificant hi ſub fide & confeſſione Chriſti, martyrium, vel arctiorem diſciplinam ſubeuntes, quorum alij hoc pro æterna gloria faciunt, alij humanæ laudis intuitu. Theoph. duo latrones, Iudaicus, & Gentilis populus, vterque iniquus ſed hic pœnitens, ille vſque in finem blaſphemus; in medio Dominus, tanquam lapis angularis vtrumque coniungens. 44. Int. Oues à dextris. ¶ hic aſſumitur. 45. Int. hœdos à ſiniſtris. ¶ hic relinquitur.

Addit. Avct. In Cap. XV.

m. ſub. vt viderent. n. pro, cum Heb. p. id eſt, qui te iactabas poſſe deſtruere.

Ieſus

Ieſus voce magna dicens[56],Heloy[q],Heloy,lamaſabacthani, quod eſt interpretatũ,Deus[57] meus,Deus meus vt quid dereliquiſti[58] me?Et quidam[59] de circunſtantibus audientes dicebant:Ecce,Heliam vocat. Currens autem vnus, & implens ſpongiam[60] aceto[61], circumponensq́ue calamo[r],potum[62] dabat ei[63],dicens, Sinite[s] : videamus ſi veniat Helias ad deponendum eum.Ieſus[64] autem emiſſa voce[65] magna[66], expirauit. Et velum templi ſciſſum[67] eſt in duo,à ſummo vſque deorſum.Videns autem Centurio[68] qui ex aduerſo ſtabat,quia ſic clamãs expiraſſet,ait,Verè hic homo[69] Filius Dei erat.Erant autem & mulieres de longè aſpicientes:inter quas erat Maria Magdalene,& Maria Iacobi minoris[70], & Ioſeph mater,& Salome[71]:quæ cùm eſſet in Galilæa, ſequebantur eum,& miniſtrabant[72] ei:& aliæ multæ quæ ſimul cum eo aſcenderant Hieroſolymam. Et cùm iam ſerò[73] eſſet factum:quia erat Paraſceue[74],quod eſt ante ſabbatum : venit Ioſeph ab Arimathia[75],nobilis[76] decurio[77]:qui & ipſe erat expectans regnum Dei,

Sens. Lit. In Cap. XV.

56. Int.Beda.vt homo loquitur,vt homo loquitur,vt homo flet, vt homo crucifigitur , vt homo turbatur. 57. Int.Hier.Principiũ eſt viceſimi primi Pſalmi:quod enim in medio ponitur,Reſpice in me, in Hebræo non habetur. 58. Theoph.pro me loquitur, nos enim homines ſumus derelicti,ipſe nunquam à Patre derelictus fuit,dixit etiam pro Iudæis ex quibus erat:quaſi dicat,vt quid Hebraïcum populum dereliquiſti vt tuum filium crucifigerent; ergo me,id eſt,humanam naturam vel Iudaïcum populum. 59. Beda ſ.Romani milites Hebraici ſermonis proprietatem non intelligentes : vel Iudæi , vt eum imbecillitatis infament. 64. Int.qui de cælo. 65. Int.illa,ſcilicet,Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. 66. Int.nos cum nulla,vel cum minima,qui de terra ſumus.Hier.ille cum exaltata voce expirauit,qui de cælo deſcendit.Theoph.ſicut Dominus poteſtatiuè expirat. 68. Theoph.Cẽturio dicitur centum militum princeps. 69. Int. Beda hominem & Deum confitetur; Theoph. conuertitur ordo dum Iudæi occidunt,gentiles confitentur,diſcipuli fugiunt,mulieres expectant. 70. Int. ad differentiam Iacobi Zebedæi,qui inter primos Apoſtolos vocatus eſt,& electus à Domino. Beda.Iacobus verò minor,dicebatur Iacobus Alphæi,& frater Domini,cuius mater Maria Cleophe, ſoror Virginis. 71. Theoph.hæc mater filiorum Zebedæi. 72. Int.Beda. mos erat vt mulieres præceptoribus de ſua ſubſtantia miniſtrarent.Hier.Sicut non excluditur muliebris ſexus à ſalute,per Mariam virginẽ, ita non expellitur à myſterij crucis ſcientia,& reſurrectionis,per viduam,Mariam Magdalenam,& cæteras matres. 74. Beda.id eſt,præparatio, ſic Iudæi inter Græcos morantes vocabant ſextam Sabbati, præparabant enim eo die ad Sabbatum neceſſaria. 75. Int.quæ & Ramatha , ciuitas Helcanæ , & Samuelis.Beda. 76. Beda.per iuſtitiam tali miniſterio dignus; per nobilitatem potentiæ ſecularis,facultatem potens obtinere miniſtrandi. 77. Beda.de ordine curiæ,& curiæ officium adminiſtrans.

Sens. Myst. In Cap. XV.

61. Int.ſcilicet,dolo,malitia.Hier. ¶ Glo.erant ipſi acetum degenerantes à vino Prophetarum,& Patriarcharum,corq́; habentes ſicut ſpongiam, cauernoſis & tortuoſis latibulis fraudulentum. 62. Int.ſ. amaritudinem. 63. Int.ſ.dulcedinis. 65. Int.cælum aperitur. Hier. ¶ Theoph. ſignificatur Spiritus ſancti gratia à templo ſcindenda.Item caro, velum eſt mentis noſtræ, virtus autem carnis contra ſpiritum ſciſſa eſt Chriſti paſſione ab Adam vſque ad vltimos homines. Glo. Sciſſum eſt velum , vt Sacramenta legis quæ tegebantur apparerent,& ad gentes tranſirent. 73. Int.id eſt,in fine. 74. Beda Sexta die factus homo , & reparationis humanæ arcanum per crucem impletum. 75. Hier.interpretatur deponens.Int. Allegoricè Iudaïcus populus deponens deſperationem.

Addit. Avct. In Cap. XV.

q. ab Eleha,cuius plurale Elohim. apud Matth.Eli,ab El. r. id eſt,arundini. s. Cùm ei alij dixiſſent,Sine, vt eſt apud Matthæum, dixit ille, Sinite me facere. 68. Græ. κεντυρίων, vox Latina. 70. τοῦ μικροῦ,minoris videtur fuiſſe cognomen.

& audacter [x] introiuit ad Pilatum,& petiit corpus Ieſu.Pilatus autem [79] mirabatur ſi iam obiiſſet:Et accerſito centurione, interrogauit eum ſi iam mortuus eſſet. Et cùm [80] cognouiſſet à centurione,donauit corpus Ioſeph.Ioſeph autem mercatus ſindonem,& [81] deponens eum inuoluit ſindone:& [82] poſuit eum in monumento [83] quod erat [84] excisum de [85] petra:& [86] aduoluit [87] lapidem ad oſtium monumenti:[88] Maria autem Magdalene, & Maria [89] Ioſeph [z] aſpiciebant vbi poneretur.

SENS. LIT. IN CAP. XV.

x Beda.quod mediocris & ignotus facere,& corpus impetrare non poterat. 79. Theoph.putabat enim diutiùs victurum,vt latrones viuebant. 80. Theoph. ſciebat Domini corpus pretioſum pretioſè ſepeliendum. 81. Beda hinc mos Eccleſiæ,vt Sacrificium altaris non niſi in lino terreo celebretur,ſicut à beato Syluestro legimus ſtatutum. 83. Beda dicitur monumentum Domini fuiſſe domus rotunda, de rupe exciſa,tantæ altitudinis,vt vix extenta manu poſſet homo culmeo attingere;introitus ab Oriente,cui lapis magnus impoſitus,in eius parte Aquilonari ſepulchrum Domini ex eadem petra factũ,longitudine ſeptem pedum, altitudine à pauimento trium palmorum;patens non deſuper,ſed à latere Meridiano,vt corpus inferretur,colore albo,& rubeo. 84. Int.aliâs in. 89. Beda.remeantibus ad ſua notis Ieſu,ſolæ mulieres quæ arctius amabant,aſpiciebant quomodo poneretur corpus;vt ei tempore congruo munus poſſent deuotionis offerre.

SENS. MYST. IN CAP. XV.

78. Int.id eſt,ad Christianos.Hier.Iudaïcus populus in fide credens,nobilitatur fide,vt ſit filius Abrahæ;deponit deſperationem, expectat regnum Dei; intrat ad Christianos vt baptizetur; quod ſignificat nomen Pilati,id eſt,malleatoris, qui domat ferreas gentes;vt regat in virga ferrea,& petit Sacrificium quod donatur pœnitentibus in fine viaticum;& corde mundo,& peccatis mortuo inuoluit munimine fidei;ſtabilitum operculo ſpei;per opera charitatis concludit,aſpicientibus à longè electis,qui ſunt ſtella maris quando(ſi fieri poteſt)ſcandalizabuntur etiam electi. 8[illegible]. Int.ſcilicet,cor mundum,& peccatis mortuum. Theoph.corpus purum, quo ſuſcipiendus Chriſtus;corpus enim animæ indumentum.

81. Glo.ex ſimplici Domini ſepultura , ambitio diuitum condemnatur , qui nec in tumulis poſſunt carere diuitiis. 82. 82. Int.in munimine fidei. 85. Int.quæ eſt Chriſtus. Theoph.illa anima ex petra exciſa,id eſt,Chriſto,quæ non obliuiſcitur Deum. 86. Int. per opera charitatis. 87. Int.operculum ſpei. 88. Int.electi,qui ſunt ſtella maris. 89. Int.à longè, quia ſcandalizabuntur, ſi fieri poteſt, etiam electi.Beda.animæ humiles quo ordine ſit Chriſti paſſio completa perpenduut,vt imitentur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XV.

v. Indicat non ſine periculo fuiſſe auſum. z. ſcilicet,vt ſuo tempore vngerent.

CAPVT XVI.

ET cùm [1] tranſiſſet ſabbatum , Maria [2] Magdalene , & Maria Iacobi, & Salome [a] emerunt [3] aromata,vt venientes [4] vngerent Ieſum.Et [5] valde mane

SENS. LIT. IN CAP. XVI.

1. INT. poſt triſtia ſabbata,felix irradiat dies,Hier. 3. Glo.reuertentes à monumento , vt ait Lucas, parauerunt aromata.& vnguenta,dum licuit operari,id eſt,vſque ad ſolis occaſum; & quia explere non potuerunt tranſacto ſabbato, id eſt,occidente ſole,vbi operari licebat, aromata emere feſtinarunt, vt ait Marcus. 4. Theoph.ſecundùm Iudæorum conſuetudinem, vt odoriferum maneret corpus , & conſeruaretur,aromata enim deſiccant:non ſapiebant enim dignitatem diuinitatis Chriſti. 5. Aug. 3 de conſ.Euang.Lucas valde diluculo.Iohannes,cùm adhuc tenebræ eſſent.

SENS. MYST. IN CAP. XVI.

2. INT. id eſt, electi, qui ſunt ſtellæ maris. 4. Greg.in hom.odore virtutum,& opinione bonorum operum quærendus Chriſtus. 5. Beda. Illuminata facie , diſcuſſiſque vitiorum tenebris odorem bonorum operum Domino,& orationum ſuauitatem ſtudeamus offerre.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVI. *a. Ita vocabatur,& non Maria Salome.*

[a] [6] vna ſabbatorum,[7] veniunt ad monumentum: [8] orto [9] iam Sole. Et dicebant ad inuicem:
Quis reuoluet nobis [10] lapidem ab oſtio monumenti? Et reſpicientes, [11] viderunt [12] reuo-
lutum [13] lapidem. Erat quippe [14] magnus valdè. Et introeuntes in [15] monumētum [16] viderunt
iuuenem [17] ſedentem in [18] dextris, coopertum [19] ſtola càndida: & [20] obſtupuerunt. Qui dicit
illis, Nolite [21] expaueſcere: Ieſum quęritis [22] Nazarenum, [23] crucifixum: ſurrexit, [24] non eſt [25] hic:
[26] ecce locus vbi poſuerunt eum. [c] Sed ite, [27] dicite Diſcipulis eius, & [28] Petro: quia [29] præcedet
vos in [30] Galilæam: ibi eum [31] videbitis, ſicut [32] dixit vobis. At illæ exeuntes, fugerunt de
monumento. Inuaſerat enim eas tremor, & [33] pauor: & [d] nemini quicquam [34] dixerunt:
timebant enim.

Sens. Lit. In Cap. XVI.

6. Int. id eſt, prima à Sabbato, eadem prima Sabbati dicitur, quę nunc Dominica appellatur. Theoph. id eſt, prima dierum hebdomadæ, Sabbata námque dies hebdomadæ nuncupantur. 7. Int. id eſt, requietionum, quæ in Sabbatis cuſtodiebantur. Beda. 8. Aug 3. de con. Euang. ſcilicet, cùm cœlum ab Orientis parte albeſceret, necdum enim videbatur Sol per terram. 12. Beda. ſcilicet, per Angelum, vt narrat Matthæus. 15. Int. Beda. in domum ſcilicet rotundam, quæ erat exciſa in petra. 17. Theoph. quem priùs viderunt ſedentem ſuper lapidem (vt ait Matth.) ipſum viderunt poſteà intus in monumento (vt ait Mar.) quidam tamen dicunt alias fuiſſe mulieres, quæ dicuntur à Matthæo, alias quæ à Marco. Aug. de con. Euang. duos Angelos viderunt, illum de quo Matthęus foris: & hunc de quo Marcus intus, vel vnus erat qui ſupra lapidem ſedebat à dextris: intra aliqua ſepta maceriæ, ante petram in qua exciſa, locus erat ſepulturę. 18. Beda. ſ. ad meridianam partem ſepulchri, erat enim ſepulti caput ad Occaſum. 19. Seuer. non ex mortali vellere, ſed cœleſti lumine ſplendens. Greg. in hom. candor veſtis ſplendorem noſtræ ſolemnitatis & feſtiuitatis denunciat. 21. Int. Deus charitas eſt, timor nō eſt in charitate. Greg. in hom. quaſi dicant, quid timetis, quæ veſtros concicues videtis? 22. Int. à loco. Greg. 23. Int. à cauſa. Greg. hæc duo dicit, vt intelligatur de quo Ieſu loquitur. Theoph. Non erubeſcit Crucem, in hac enim ſalus hominum. 24. Int. radix amara Crucis euanuit, flos vitæ cum fructibus erupit, qui iacuit in morte, ſurrexit in gloria. Hier. 25. Greg. in hom. ſ. per præſentiam carnis. 26. Theoph. ideò lapidem reuoluerat, vt locum oſtenderet. 27. Int. Mulieribus dicitur vt nuncient Apoſtolis, quia per mulierem mors nunciata eſt, per mulieres vita reſurgens. Hier. 28. Hieron. qui ſe indignum iudicauit Diſcipulatu, quòd ter Dominum negaſſet magiſtrum: ſed peccata præterita non nocent, quando non placent. Greg. in hom. ſi Angelus non nominaſſet, venire inter Diſcipulos nō auderet: vocatur ergo ex nomine, ne deſperet ex negatione. 29. Aug. 2. de conſ. Euang. non exprimitur quando id futurum ſit.
32. Int. non ſicut vidiſtis. 33. Int. ſ. Angelorum & hominum. Theoph ſ. ob viſionem Angeli, & admirationem Reſurrectionis. 34. Theoph aut propter Iudęos, aut timore viſionis deterritæ. Aug. de con. Euan. 1. reſpōdere Angelis nō ſunt auſę, aut nemini cuſtodū, alioquin (vt Matt. ait) Apoſtolis nunciarunt.

Sens. Myst. In Cap. XVI.

8. Int. ſ. poſt occaſum corporis. 9. Int. i. Chriſto. 10. Int. ſ. legem mortis. 12. Beda. reuolutio ſignificat reſerationem Sacramentorum Chriſti, quæ velamine literæ tenebantur: Lex enim lapide ſcripta eſt. 17. Int. hic iuuenis formam Reſurrectionis timentibus mortem oſtendit. Sener. neſcit Reſurrectio ſenectutem. Ibi ætas nec admittit detrimenta, nec indiget incrementis. 18. Greg. in hom. ſiniſtra præſens vita, dextra perpetua, quam Angelus nunciare venerat. 19. Int. i. vera lætitia. ſ. hoſte depulſo, regno adepto. Hier. 2 . Int. Hier. ſ. ſtupenda ſunt quæ præparauit Dominus diligētibus ſe. 30. Greg. in ho. Galilęa, tranſmigratio: iam quippe Chriſtus à Paſſione ad Reſurrectionem, à morte ad vitam migrauerat: & nos eius gloriam videbimus, ſi à vitijs ad virtutes migremus. Qui in ſepulchro nunciatur. i. mortificatione carnis agnoſcitur, in mentis tranſmigratione videtur 31. Aug. de con. Euang. gratia Chriſti erat de populo Iſraël ad gentes tranſmigratura, præparante Domino viam, videbitis ergo eum .i. membra eius inuenietis. 34. Theoph. mulieribus audire, non loqui datum eſt: diſcere, non docere.

Addit. Avct. In Cap. XVI.

6. pro, prima Hebr. 7. id eſt, dierum hebdomada. 8. .ſ. peruenerunt, cùm diluculò eſſent profectæ b. id eſt, locum vbi monumentum. c. pro, itaque. d. ſcilicet, occurrentium in via.

Surgens[35] autem Ieſus manè[36] prima Sabbati, apparuit[37] Mariæ[e] Magdalenæ: de qua eiecerat ſeptem[38] dæmonia. Illa vadens nunciauit[f] his qui cum eo fuerant, lugentibus[39] & flentibus: & illi audientes quia viueret, & viſus eſſet ab ea: non crediderunt[40]. Poſt[41] hæc autem duobus[g] ex his ambulantibus[42] oſtenſus eſt in alia[43] effigie euntibus in villam[44]: & illi euntes nunciauerunt cæteris: nec illis crediderunt[45]. Nouiſſimè[46] autem recumbentibus illis vndecim[47] apparuit: & exprobrauit[48] incredulitatem eorum, & duritiam cordis: quia his qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt[49]. Et dixit[h] eis, Euntes[50] in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ[51]. Qui crediderit[52], & baptizatus[53] fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit[54], condemnabitur.

SENS. LIT. IN CAP. XVI.

35. Beda. impletur illud, ad veſperam demorabitur fletus, & ad matutinũ lætitia. Greg. in hom. Samſon media nocte de Gaza exijt, & portas tulit: Chriſtus ante lucem reſurgens, inferni clauſtra deſtruxit. 36. Theoph. cùm apparuit, coniungẽdum eſt, non cùm ſurgens. 37. Int. quomodo, & vbi hæc apparitio facta ſit, Ioannes pleniſſimè dicit. Beda. e. Beda. mulier culpæ inductrix, quæ mortem primò guſtauit, Reſurrectionem primò videt, ne perpetui reatus apud viros opprobriũ ſuſtineret. 38. Greg. in hom. id eſt, vniuerſa vitia, quia enim ſeptem diebus omne tempus comprehenditur, ſeptenario vniuerſitas ſignificatur. Theoph. id eſt, ſeptem virtutibus ſpiritus contrarios. Hier. meretrices & Publicani præcedent Synagogam in regnum Dei. Beda. vbi abundauit peccatum, ſuperabũdauit & gratia: ne quiſquam dignè pœnitens, de venia deſperaret. 39. Hier. beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. 40. Greg. in hom. fuit hoc nõ tam illorum infirmitas, quàm noſtra futura firmitas: dum enim illis dubitantibus, multis argumentis Reſurrectionem legimus demonſtratam, ſolidamur. 41. Int. quomodo factum ſit, Lucas exponit. 43. Aug. de con. Euang. tenebantur enim (vt ait Lucas) eorum oculi, ne eum agnoſcerent. Seuer. Chriſtus Reſurrectione non vultus ſubſtantiam perdidit, ſed gloriam acquiſiuit. 44. Aug. de con. Euang. Lucas caſtellum dicit, & hic Græcè ager magis eſt, quàm villa: agri verò nomine etiam caſtella vocari ſolent. 45. Int. ſ. aliqui eorum. Theoph. non de vndecim Apoſtolis dicit, ſed de quibuſdam alijs. 46. Int. ſ. die Aſcenſionis. 47. Int. vt omnes teſtes ſint, & omnibus narrent quod cõmuniter viderunt & audierunt. Hier. 48. Greg. in hom. vt verba quæ diſcedens diceret, in corde audientium arctiùs impreſſa remanerent. 49. Aug. de con. Euang. ſ. antequam viderent, cùm tamen ipſis prædicantibus, gentes quæ non viderant, eſſent crediture. 50. Int. Hier. nunc poſt acceptum Spiritum ſanctum, tanquam vaſa limoſa, per ignem confirmata. 51. Greg. in hom. id eſt, homini qui habet aliquid commune cum aliqua creatura: & propter quem in terra cuncta creata ſunt: vel omni gentium nationi, erat enim prius dictum, in viam gentium ne abieritis. Theoph. ſ. credenti, & non credenti. Aug. ad Eſich. non iuſſit Apoſtolos ipſos ſolos prædicationis munus implere, ſicut non propter ſolos dictum eſt, ſed propter vniuerſam Eccleſiam. Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi. 52. Int. Beda. ſ. fide, quæ per dilectionem operatur. Greg. in hom. ſi fidem operibus teneat, vera enim fides eſt, quæ in hoc quod verbis dicit, operibus non contradicit. 53. Theoph. non enim ſufficit credere. 54. Beda. in Eccleſia per alios paruuli credunt, ſicut ex alijs peccatũ petraxerunt.

SENS. MYST. IN CAP. XVI.

f. Seuer. ſuprà vt fœmina tacebat, nunc Eccleſiæ perſonam geſtans, nunciat & loquitur. g. Seuer. gentibus & Iudæis Reſurrectionis fides prædicanda monſtratur. 42. Int. id eſt, laborantibus. Hier. Fides hic laborat agens vitam actiuam: illic contemplatiua ſecura viſione regnat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVI.

37. de quo Ioannes 20. 43. ita vt non agnoſcerent. 44. id eſt, caſtellum, ſeu pagum. 45. aliqui, ſcilicet. Nam aliquos credidiſſe conſtat ex Luca. 46. Græc. ὕστερον, deinde, ſeu poſteà. Hanc quidam aiunt fuiſſe apparitionem primam factam Diſcipulis, de qua Lucas & Ioannes, alij vltimam.

47. ſic vocabantur Apoſtoli, etſi aliqui deeſſent, tunc quidem aberat Thomas. h. id eſt, poſteà lictam. ſ. Cùm apparuit in Galilæa pluribus, dixit autem, pro, præcepit. Heir.

Signa[l] autem eos qui crediderint,hæc ſequentur.[m] In nomine meo dæmonia eiicient,[55] Linguis loquentur nouis, Serpentes[56] tollent. Et ſi mortiferum quid biberint,non eis nocebit.[57] Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus[58] quidem Ieſus poſtquam locutus[59] eſt eis,aſſumptus[*] eſt in cælum,[60] & ſedit[61] à dextris[n] Dei. Illi autem profecti[62] prædicauerunt[63] vbique:[o] Domino cooperante, & ſermonem confirmante,ſequentibus[64] ſignis.

Sens. Lit. In Cap. XVI.

m. Greg.in hom.Fuerunt hæc ſigna neceſſaria in Eccleſiæ exordio;vt enim fides creſceret,miraculis,tanquam aqua planta fuit nutrienda;ſecùm fixa radix eſt,à rigando ceſſamus; fiunt etiam quotidie in Eccleſia ſpiritualiter,eiiciunt enim Sacerdotes dæmones,manus credentibus imponentes per exorciſmi gratiam;fideles ſancta loquentes, linguis loquuntur nouis;qui malitiam de aliorum cordibus auferunt exhortationibus;ſerpentes tollunt,qui peſtiferis ſuaſionibus non conſentiunt, à veneno non læduntur, qui bono exemplo aliorum vitam roborant,ſuper ægros manus imponunt, vt bene habeant;ſunt hæc miracula tanto maiora,quanto ſpiritualia,& non corpora,ſed animas ſuſcitantia. 55. Int.Beda.ſcilicet, bonis exhortationibus malitiam auferendo ab aliorum cordibus. 56. Theoph.ſ.intellectuales,vel etiã ſenſibiles, vt Paulo accidit. 57. Theoph.ſæpe in hiſtoriis legimus multos venena bibita Chriſti munitos ſignaculo, lædere non potuiſſe. 58. Int.qui de cælo deſcendit. 59. Aug.de conſ.Euang.ſ.ſupradicta,& quæ in Actis Apoſtolorum commemorantur. * Glo.Pſalmiſta dicit ad Orientem id factum, ſignificans Hieruſalem,quæ eſt in Orientis partibus collocata. 60. Int.ſcilicet,vnde venerat Greg. in hom.non aëreum,vt Helias,qui ſubleuatus eſt,vt in ſecreta quadam terræ regione,magna carnis & ſpiritus quiete viueret vſque ad mundi finem,cum redibit, & mortis debitum ſoluet. Aſcendit verò Helias in curru,alieno enim , vt homo purus, adiutorio indigebat. Chriſtus autem ſua virtute ferebatur.

61. Greg. in hom. ſedere iudicantis eſt,ſtare pugnantis , vel adiuuantis. Sic Stephano in certamine poſito apparuit, vt adiutor. Aug. de Symbolo. Non intelligamus ſeſſionem , quaſi humanis membris poſitus ſit ad dexteram ſedentis Patris : ſed ſedere , id eſt , habitare intelligitur in dextera , id eſt, poteſtate quam accepit vt homo ; vt veniat iudicaturus qui primò venerat iudicandus: dicitur etiam beatitudo Patris dextera:nulla enim illic ſiniſtra miſeria. 62. Int.præceptum obedientia,obedientiam ſigna comitantur. Greg. in hom. 63. Beda. incepit Marcus ab initio prædicationis Euangelicæ à Ioanne facto,& ad prędicationem Apoſtolorum peruenit. 64 Theoph.ſermo per opera confirmatur.

Addit. Avct. In Cap. XVI.

l. id eſt,miracula. m. .ſ.cùm opus erit. 61. ſignificatur quies beatitudinis,& poteſtas iudiciaria.
n. id eſt,optimo loco poſt Patrem,quatenus homo. o. .ſ.vbicunque ſe offerebat opportunitas.

PROOEMIVM B. LVCÆ* IN EVANGELIVM SVVM.

QVONIAM quidem multi conati ſunt ordinate narrationem,quæ in nobis completæ ſunt rerum, ſicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis: viſum eſt & mihi aſſecuto omnia à principio diligenter ex ordine tibi ſcribere optime Theophile, vt cognoſcas eorum verborum,de quibus eruditus es,veritatem.

SENSVS LITERALIS.

1. IN T. vt Baſilides, & Appelles, & qui ſub nomine Thomæ, vel Mathiæ, vel aliorum Apoſtolorum falſa ſcripſerunt.Ambr.ſicut in populo Iudæorum fuerunt pſeudoprophetæ,ſic in nouo Teſtamento qui Euangelia ſcribere conati ſunt,à bonis numulariis non probata,vt Baſilides,&c. Beda Multos dicit, non tam numero,quàm hæreſum diuerſitate.Chry poſſunt intelligi,& qui bene,& qui ſecus Euangelia ſcripſerunt, ſed per ſequentia oſtendit de quibus loquatur, addit enim, quæ in nobis completæ ſunt rerum,& ſicut tradiderunt, &c. a. Glo. cœperunt, nec perfecerunt. 2. Int.non nos, ſed in nobis Deus fecit. c. Orig.id eſt, manifeſtiſſimè oſtenſæ. 3. Int.ſ.Euangelij.Orig.non ſecundùm phantaſiam,vt aiunt hæretici,ſed re vera negotium Chriſtus egit. 4. Chry ad Apoſtolos totum refert: par verò erat,vt tradita propagarent,facerentque qui accipiebāt quod fecerant qui tradiderant. d. Theop. Lucas non fuit ex primis diſcipulis. Beda.alios etiam Euangeliſtas oportuit ab aliis,qui ipſi interfuerāt, intelligere multa,vt Chriſti infantiam.pueritiam,&c. ¶ Int,non ſolùm corporali,ſed potius mentis intuitu.Chry.Concordat illud Iohannis,Et vidimus gloriam eius. e. Gloſ. Duplex in homine perfecto virtus,intentio,& actio,vtrumque in Apoſtolis,viderunt enim,& miniſtrarunt. 6. Int.Verbi,quod caro factum eſt. 7. Int.non humana voluntate ſed Spiritu ſancto intus inſtigante,cuius gratia geritur, vt id quod bonum eſt,nobis etiam bonum videatur. 8. Ambr.nō negat Deo viſum,à Deo enim præparatur voluntas hominum. 10. Ambr.aſſecuto omnia,non omnia ſcribere viſum eſt,nec enim mundus caperet:conſultò etiā prætermiſit ab aliis ſcripta,vt propriis quibuſdam Euangelia ſingula rebus eminerent.Glo.ea ſcripſit, quæ ad fidem confirmandam idonea credidit. g. Glo. Studium fuit magis Lucæ res hiſtoricè deſcribere,quàm præcepta exprimere. 11. Theoph. Erat Theophilus vir inclytus, & fortè princeps:optime enim,non niſi principibus,& præſidibus, dicebatur.Sic Paulus ad Præſi. c. Optime Feſte. 13. Beda. id eſt, quo quidque ordine geſtum, dictumve eſt. Chry. id eſt, vt certitudinem habeas,& ſecurus ſis.

SENSVS MYSTICVS.

12. BEDA. Theophilus, id eſt, amans Deum, vel amatus à Deo: qui ergo Deum amat,ſiue à Deo amari deſiderat,ad ſe ſcriptum Euangelium putet,& vt commendatum pignus conſeruet.

ADDIT. AVCT.

* *Fuit patria Antiochenus, arte Medicus, Pauli Diſcipulus. b. id eſt, contexere. c. Grac. rerum certiſſima fidei vel qua plenè credita, & cognita à nobis. πεπληροφορημένων πληροφορίαν. plenam fidem actio. πληροφορία, certa fides. 4. 5. ita completa,ſeu credita. e. cooperatores. 6. pro, rei. Hebr. vel Chriſti, qui verbum Dei. 9. quidam aſſectato verterunt, ſed & in eum ſenſum poteſt accipi aſſecuto. * communem lectionem aſſecuto.q.d.res ab initio geſtas omnes. f. καθεξῆς,deinceps,q.d.ordine quo quaque aliam ſequatur. 11. Græca vox,etiam potentiſſimum ſignificat, apparet fuiſſe virum primarium. h. pro,agnoſcas,agnoſcuntur vtcunque cognita. l. Græc.velut Catechiſmo doctus,ſeu voce eruditus. 13. ἀσφάλειαν,certitudinem.*

EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM.

CAPVT I.

FVIT in diebus Herodis[1] regis Iudææ[2], Sacerdos[3] quidam nomine Zacharias, de vice Abia[3]: & vxor illius de filiabus Aaron[4], & nomen eius Elizabeth[5]. Erant autem iuſti[b] ambo ante[6] Deum[7], incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus[8] Domini ſine querela[9] & non erat illis filius,

SENS. LIT. IN CAP. I.

1. IN eiam alienigena regnabat. Chry. qui Iohannem occidit, Tetrarcha fuit, hic autem Rex. Beda. prædictum fuerat, Non deficiet Princeps de Iuda, nec Dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, ex quo enim exierunt ex Ægypto vſque ad Samuelem Iudices ſuæ gentis habuerunt, inde Reges vſque ad tranſmigrationem; poſt reditum Pontifices gubernabant, vſque ad Hircanum, Regem ſimul & Pontificem, ab Herode interfectum, cui ab Augusto Cæſare Iudææ regnum datum, cuiuſque vigeſimo primo anno aduenit Chriſtus. 2. Amb. nõ ſolùm à parentibus, ſed etiam à maioribus Ioannis nobilitas propagatur, religionis ſucceſſione venerabilis. Beda. ri hom. Ioannes de ſacerdotali proſapia, vt eo potentiùs mutationem ſacerdotij prædicaret. Glo. per vitulum hoc Euangelium figuratum, inchoat enim à Sacerdotibus, & in vitulo, id eſt, Chriſto pro mundo immolato, conſummatur. 3. Beda. Erant Sacerdotes tam de Filijs Eleazar, quàm de filijs Ithamar, quorum vices ſecundùm miniſteria ſua, vt ingrederentur domũ Dei, vigintiquatuor ſortibus Dauid diſtinxit, in quib. familiæ Abiæ octaua contigit. 4. Theoph. non permittebatur de alia tribu vxorem accipere. b. Beda 20 hom. Iuſtitiæ præcepta quæ populis daret, velut hæreditario iure à progenitoribus Ioannes acceperat. 7. Int. qui non fallitur, vt homines. Amb. perfecta laus ante Deum iuſtum eſſe. 8. Amb. Cùm mandatis cæleſtibus obedimus, in mandatis Domini incedimus; cùm congruè iudicamus, tenere Domini iuſtificationes videmur. 9. Int. non quod non peccauerint, ſed quia per gratiam Dei abluti, peccare deſierint. Amb. prouidere oportet bona etiam corã hominibus; nulla querela eſt, vbi & mentis bonitas concordat, & facti.

SENS. MYST. IN CAP. I.

3. GLo Abia, id eſt, pater dominus, & congruè in tempore officij patris Domini conceptus eſt qui patrem Dominum prædicaret.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

1. quaſi dicat, regnante in Iudæa Herode, cuius primo anno regni legitimi natus Chriſtus, vbi enim ſuſtulit Sanhedrim, i. Regiorum conſiliariorum collegium, Iudæi, quibus antea inuitis regnabat, eum in Regem legitimum ſuſceperunt. Huius filij Herodes & Philippus Tetrarcha, & Ariſtobolus, cuius filius Herodes Agrippa, qui Iacobum interfecit, paterque fuit Agrippæ iunioris, qui cum Paulo locutus, vterque autem Agrippa rex Galilææ, Iturææ & Trachonitidis. 2. ſ. tertiæ partis Paleſtinæ, à 12. tribubus inhabitatæ. 3. Dauid Sacerdotes in 24. familias diuiſerat, vt dicitur. 1. Par. 24 vt viciſſim per vnam hebdomadam deſeruirent, eo ordine, qui tunc ſorte cuique obtigit, obtigit verò familiæ Abiæ octauus locus. 6. i. teſte Deo, qui omnia nouit. 8. i. ceremonijs. 9. id eſt. de quibus nemo queri meritò poſſet, ſic Phil. 2. vt ſitis ſine querela. Gr. ἄμεμπτοι, inculpati, irreprehenſibiles.

[10] cò quod eſſet Elizabeth ſterilis : [11] & ambo proceſſiſſent [12] in diebus ſuis. Factum eſt autem cùm ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine [13] vicis [c] ſuæ ante Deum, ſecundùm conſuetudinem ſacerdotij, [d] ſorte exiit vt incenſum [14] poneret [15] ingreſſus in [e] templum Domini : & omnis multitudo populi erat orans [f] foris hora incenſi. [16] Apparuit autem illi Angelus Domini ſtans à [17] dextris [18] altaris incenſi. Et Zacharias turbatus [19] eſt, videns: & timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum Angelus, Ne [20] timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt [21] deprecatio tua : & vxor tua Elizabeth [g] pariet tibi [22] filium, & vocabis nomen eius A.

Sens. Lit. In Cap. I.

10. Int. duæ cauſæ memorantur, vt maior appareat virtus. 11. Chry. non erat peccati effectus, ſterilitas, nam & iuſtis accedebat; hæc verò ſterilitatis cauſa, vt audientes Virginem parientem credant. Glo. Diuinitus procuratum, vt de ſterili Ioannes naſceretur, vt inopinato ortu, & ſtupore miraculi, pararentur homines auditui Prophetæ. 12. Theoph. non ſolum ſecundùm corpus, ſed etiam ſecundùm ſpiritum aſcenſiones in corde ſuo ponentes. 13. Glo. à Sabbato hi ad Sabbatum miniſtrabant tempore vicis ſuæ. Amb. tunc vices erant, nunc eſt perpetuitas. d. Beda. non noua ſorte electus eſt, cùm incenſum eſſet adolendum, ſed priſca ſors ſignificatur, qua in vicem Abiæ ſuccedebat. 14. Amb. videtur Summus deſignari ſacerdos, ſolus enim is intrabat in ſecundum ſanctuarium ſemel in anno. Beda Incenſum in Sancta ſanctorum deferebatur à Pontifice die expiationis, ſeu propitiationis, ſcilicet, decima die ſeptimi menſis. 15. Int. notatur ſummus. Chry. Ingreſſus eſt vt oraret pro cunctis. 16. Amb. ſcilicet, repentè: ſolet verò dici in Scriptura apparere, quod non poteſt præuideri. Chry. Manifeſtè apparuit, & non in ſomnijs, nimis enim arduum annunciabatur; itaque manifeſtiore viſione opus erat. Damaſ. lib. 2. cap. 13. non apparent Angeli vt ſunt, ſed tráſfigurati, vt poſſint homines aſpicere. 18. Baſil. Erat enim alterum holocauſtorum. 19. Chry. non poteſt homo, quantumcumque iuſtus, abſque timore Angelum cernere. Orig. Noua facies apparens, mentem turbat. 20. Athanaſ. in vita Antonij. Si poſt timorem ſuccedit gaudium, à Domino eſt viſio, ſecuritas enim animæ præſentis maieſtatis inditiú eſt: ſi verò incuſſa formido permanſerit, hoſtis eſt qui videtur. 21. Int. facta pro populi redemptione, non pro ſobole, quam deſperabat ſe poſſe habere Aug. de q. Euang. vſque adeo deſperabat, vt nec Angelo promittenti crederet.

22. Int. Beda. Ecce ordo ſalutis exprimitur, cùm illius natiuitas prædicitur, qui Redemptori ſit iter facturus, prædicando pœnitentiam, & fidem Chriſti. Chry. probat exauditam orationem, quòd eſſet, habiturus filium qui clamaret, Ecce qui tollit peccata mundi.

Sens. Myst. In Cap. I.

e. Glo. ingreſſus Chriſtus in cælum, vt interpellaret pro eorum peccatis, qui adhuc pro foribus expectant orantes & diligunt aduentum eius. 17. Amb. Apparet Angelus in templo; veri enim Sacerdotis annunciabatur aduentus, & cœleſte Sacrificiú parabatur, in quo Angeli miniſtrarent; non enim dubites aſſiſtere Angelum quando Chriſtus immolatur; apparuit verò à dextris altaris, quia diuinæ miſericordiæ inſigne deferebat, Dominus enim à dextris eſt mihi ne commoueat.

Addit. Avct. In Cap. I.

c. id eſt, ſacerdotalis functionis. d. inter ſacerdotes eiuſdem familia ſors mittebatur, vt ſciret quo quiſque illa hebdomada officio functurus eſſet, ſcilicet, vel adolendi incenſum, vel offerendi holocauſti. Hinc apparet non fuiſſe ſummum Sacerdotem (quod multi putarunt) non enim ſorte opus fuiſſet, itaque non id incenſum, de quo Leu. 16 dici, ſcilicet, expiationis, ſed quod quotidie, manè ac veſpere addebatur, de quo Exod. 30. e. ſcilicet, in ſanctum, non in ſancta Sanctorum. f. ſcilicet, in atrio populi.

16. non ſomnio eſt, ſcilicet, corporali viſione. 19. ſcilicet, ad Angelicæ maieſtatis aſpectú, & fortè ſibi timuit, vt illi de quibus Iudi. 6. & 13. 21. ſcilicet, pro populo (nam de prole deſperauerat) vel pro Meſſiæ aduentu, de quo pro eo gratias egit in Cantico. g. pro, nam. Heb. 22. quaſi dicat, & præcurſoris Meſſiæ tu pater eris, illi dicitur parere mulier, ex quo concipit.

[23] Iohannem: [h] & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in [i] natiuitate eius [24] gaudebunt, erit enim [25] magnus coram [26] Domino, & [27] vinum & [28] ſiceram non [m] bibet: & Spiritu ſancto replebitur adhuc [29] ex vtero matris ſuæ: & multos filiorum Iſraël conuertet ad Dominum [30] Deum [n] ipſorum: & ipſe [31] præcedet ante [o] illum in [32] ſpiritu & [33] virtute [34] Heliæ: vt [35] conuertat corda [36] patrum in filios, & incredulos ad prudentiam [37] iuſtorum: parare [38] Domino plebem [39] perfectam. Et [40] dixit Zacharias ad Angelum, [p] Vnde hoc ſciam? ego enim ſum ſenex: & vxor mea proceſſit in diebus ſuis. Et reſpondens Angelus, dixit ei. Ego ſum [41] Gabriel qui [42] aſto ante Deũ: & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et [q] ecce

Sens. Lit. In Cap. I.

23. Beda. ſingularis meriti indicium imponi à Deo nomen, vel mutari. Chry. in Iohannem. quorum virtus ab infantia refulgere debebat, à principio diuinitus nomen ſumebant. Beda. Ioannes, id eſt, in quo eſt gratia, vel Domini gratia. Glo. ne qua eſſet dubitatio, futuri nomen deſignatur. h Glo. non paruum Dei munus eſt, dare liberos propagatores generis, ſucceſſionis hæredes. 24. Glo. Gaudet pater filio, & tali filio, gaudent alij quibus regni cæleſtis euangelizaturus erat ingreſſum: gaudẽt multi nato Ioãne quia ſalutem prædicat, nato verò Chriſto, quia dat. 25. Int. non virtute corporis, ſed animi magnitudine. 26. Theoph. multi magni dicuntur, ſed co. ã hominibus. 27. Amb. delicias hominũ, corporiſq; laſciuiam, magna animi virtute depreſſit. 28. Siceræ nomine Hebræi vocant omne quod poteſt inebriare. 29. Int. id eſt, manens in vtero. Glo. ſ. quando intrante Virgine exultauit in vtero genitricis, & præcurſoris officium, quoad potuit, impleuit. 30. Beda Patet Chriſtum Deum eſſe Iſraël, in eius enim fide Iohannes baptizabat. 31. Int. prius natus, prius prędicat, prius moritur. ſ. pręcurrit preco Iudicem. 32. Int. ſcilicet, ſancto. 33. Int. ſ. ſignorum. Amb. nunquam ſine virtute ſpiritus, vel ſine ſpiritu virtus. Orig. non dicit in anima Heliæ, ſed in ſpiritu & virtute. 34. Amb. in Helia virtus conuertendi populus à perfidia; virtus abſtinentiæ, & patientiæ, & ſpiritus prophetandi. In deſerto Helias, & Iohannes; ille gratiam Achab non quæſiuit, hic ſpreuit Herodis; ille Iordanem diuiſit, hic ad lauacrum ſalutare conuertit; hic prioris, ille ſequentis Dominici præcurſor aduentus. 35. Beda. quod de Helia per Malachiã dictum eſt. 36. Beda. ſcilicet, ſpiritualem ſanctorum antiquorum ſcientiam, populis prædicando infundens. Græcus Iohannes & Apoſtoli, patribus ſuis, id eſt, Iudæis, contra Euangelium ſæuientibus, veritatem monſtrabant, in propriam iuſtitiam & prudentiam eos attrahentes. 37. Beda. quæ eſt non de legis operibus, iuſtitiam præſumere; ſed ex fide ſalutem quærere. 38. Int præcedet. 39. Theoph. id eſt, præparatam ad ſuſcipiendum Chriſtum. 40. Chry. ſcilicet, reſpiciens propriam ætatem, & coniugis ſterilitatem. 41. Int. id eſt, fortitudo Dei. Beda. q. d. cùm promittat Angelus, dubitare non decet.
42. Int. aliàs aſſiſto. Greg in hom. Angeli quocunque veniant intra Deum currunt. q. Chry. ſ. in hoc inſtanti. ¶ Int. Beda. dat ſignum quod rogatur, vt quia diſcredendo locutus eſt, iam tacendo credere diſcat. Chry. non hic parcitur intuitu ſacerdotij, ſed eò amplius plectitur, quod circa fidẽ cæteris præeſſe debebat. Glo. taciturnitas, & ſignum eſt fidei, quod quæſiuit; & infidelitatis pœna, quam meruit.

Sens. Myst. In Cap. I.

27. Beda. Non decet vino inebriari, qui Spiritus ſancti muſto impleri deſiderat.

Addit. Auct. In Cap. I.

23. ſignificat Dei gratiam, vel Dominus miſertus eſt, quod cohæreret cum illo, exaudita eſt deprecatio. h. ſ. iſte filius cauſa gaudij. l. pro, de. 28. ſic dicitur quicquid inebriare poteſt, à verbo שכר *quod eſt inebriari. m. ſ. velut Deo perpetuò conſecratus, vt Nazaræi, de quibus Num. 6. 29. pro, iam inde ab vtero, vel in ipſo etiam vtero. n. pro, nam Heb. o. ſ. Chriſtum qui Deus. 33. Duo hæc ſæpè coniungit Scriptura, ſic Spiritus ſanctus ſuperueniet, & virtus Altiſſimi. Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus. 34. id eſt, quibus Elias venit, & iterum venturus eſt. vide Eccl. 48. Mal. vltimo.*
35. id eſt, vt antiqui Patres poſteros agnoſcant pro filiis germanis, dum Chriſto credunt, vel efficiat ea vt in poſteris ſit mens & fides qua fuit in Patribus. 38. id eſt, vt paret. 39. inſtructam, apparatam. ſ. ad Chriſti fidem & doctrinam recipiendam. p. ex incredulitate id. 41. interpretatur fortitudo mea Deus. Reducit autẽ in mẽtẽ reuelationes à ſe factas Danieli. 42. ſ. contẽplans, & ad obſequium paratus

eris [43] tacens,& non poteris [44] loqui vſque in [45] diem quo hæc fiant : pro eo quòd non credidiſti verbis meis,quæ implebuntur in tempore ſuo.Et erat plebs expectans Zachariam,& mirabantur quod tardaſſet ipſe in templo.Egreſſus autem non poterat loqui ad illos,& cognouerunt [46] quod viſionem vidiſſet in templo. Et ipſe erat [47] innuens illis, & permanſit mutus. Et factum eſt vt impleti ſunt dies officij eius,abijt in [48] domum ſuam. Poſt hos autem [49] dies [50] concepit Elizabeth vxor eius : & [51] occultabat ſe menſibus [52] quinque,dicens, Quia ſic fecit mihi Dominus in [53] diebus,quibus reſpexit auferre opprobrium [54] meum [55] inter homines. In menſe autem [56] ſexto,miſſus eſt Angelus [57] Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ,cui nomen [58] Nazareth,ad [59] virginem

SENS. LIT. IN CAP. I.

44. Theoph.tanquam inobediens ſurditatem incurrit, tanquam contradictor taciturnitatem, nam verbum Græcum, etiam ſurdum poteſt ſignificare. 45. Chry. q.d.eum oſtendero quod dico, & noueris te iure punitum,tum de pœna eripiam. 46. Int.per hoc ſcilicet. 47. Theoph.taciturnitatis cauſam forte interrogantibus. 48. Beda. Pontifices tempore vicis ſuæ,non ſolum ab vxoribus, ſed à domorum ſuarum ingreſſu abſtinebant. 49. Int.ſ.officij Zachariæ. Beda. geſta ſunt hæc menſe Septembri,æquinoctio, quo incipit nox maior eſſe die. 50. Beda. quia ſacerdotalis ſucceſſio ex ſtirpe Aaron quærebatur,dabant Sacerdotes operam liberis; nunc verò,quia non ſucceſſio carnalis,ſed perfectio ſpiritualis inquiritur, ſacerdotibus,vt ſemper altari queant aſſiſtere,ſemper caſtitas obſeruãda præcipitur. 51. Amb.eſt enim pudor in ea ætate geſtare fœtus indicia: ſunt enim quædã tempora præſcripta cõiugio,quando dare operam liberis decorum eſt,dũ ſ.anni vigent.Erubeſcit onus parentis,quandiu neſcit myſterium religionis: at lauit enim ſe poſt,quia genuiſſet Prophetã. Glo. Datur intelligi deſiiſſe cõiungi, neque enim erubeſceret partum, ſi coitum non erubeſceret. 52. Orig. i. donec fœtus exultans cum gaudio prophetaret. 53. Int. ſcilicet, illis. 54. Ambr. quamuis partus erubeſcit ætatem, gaudet ſe opprobrio caruiſſe,pudor enim eſt feminis nuptiarum præmia non habere,quibus hæc ſola eſt cauſa nubendi. 55. Int.quod non eſt opprobrium Domini. 56. Int.vigeſimoquinto Martij Dominus conceptus eſt,& paſſus Beda. ¶ Glo.Sexto millenario miſſus eſt Chriſtus. 57. Greg. in hom.ſ.Archangelus,ſummum enim Angelum decuit ſummum omnium nunciare. 59. Beda.in hom.Aptum humanæ reſtaurationis principium, prima enim perditionis cauſa, ſerpens à diabolo miſſus ad mulierem. Glo. Mulier à diabolo ſeducta,mortem intulit,Mulier ab Angelo edocta,ſalutẽ edidit.Hier. in Ser.Aſſumpt. ſemper Angelis eſt cognata virginitas.Aug.de ſancta virginitate. Oportebat caput noſtrum de virgine naſci,quo ſignificaret membra eius de virgine ſecundùm ſpiritum naſcitura.

SENS. MYST. IN CAP. I.

50. Beda.Zacharias ſacerdotium Iudæorum,Elizabeth,lex quæ ſpirituales Deo filios gignere non valebat,neminem enim ad perfectionem adduxit lex. Iuſti ambo,quia bona lex,& Sacerdotium ſanctum. proceſſerant in diebus,aduenïente enim Chriſto,incuruantur ad ſenium,ingrediente Zacharia templũ, foris,erat multitudo,myſtica enim penetrare nequit, dum thymiama imponit, Iohannem naſciturum agnoſcit,reperiunt enim doctores Dei gratiam,cùm diurnæ lectionis flamma ardent. Amb. obmutuit, tranſiuit enim ad nos Dei verbum;mutus eſt,qui non intelligit legem; innuit populus Iudæorum, ſuorum enim actuum non poteſt reddere rationem Beda.Concipit Elizabeth.interiora enim legis Chriſti Sacramentis abundant;quinque menſes,quinque Moyſis libri,vel Chriſti diſpenſatio in quinque mundi ætatibus. 56. Beda. Chriſti incarnatio ſexta ætate ſæculi, eſt autem Chriſtus æquinoctio vernali conceptus,natus ſolſtitio brumali, nempe lucis incremento,illuminat enim omnem hominem venientem in hunc mundum. 57. Greg. in hom. Gabriel Dei fortitudo, per Dei fortitudinem nunciandus erat, qui virtutum Dominus & potens in prœlio, ad debellandas poteſtates aëreas veniebat. 58. Int. quia Nazaræus,id eſt,Sanctus ſanctorum nunciabatur futurus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

43. etiam ſurdus factus ſecundùm Amb.itaq; innuebant ei,& quidẽ ενεῦον,qui nec audit,nec loquitur.& Heb.Charas,obſurdeſcere & ſilere ſignificat,quo verbo veriſimile eſt vsũ Angelũ.vide Pſal 2 ver 1. y. Gr.λειτουργίας,i.miniſterij ſacri. 48. tẽpore miniſterij prope tẽplũ habitabãt in domũ suis i.de ſtinatis i. q.d. læta tamen dicebat, Deo gratias agens. t. pro,vt auferret,q d cura ei fuit auferre.

[60] deſponſatam viro, cui nomen erat [61] Ioſeph, de [62] domo Dauid: & nomen virginis [63] Maria:
Et [v] ingreſſus Angelus ad [64] eam, dixit: [x] Aue gratia [65] plena, Dominus [66] tecum, [z] benedicta [aa] tu in
[67] mulieribus. Quæ cùm [bb] audiſſet, [68] turbata eſt in [69] ſermone eius, & [70] cogitabat qualis eſſet
iſta [71] ſalutatio. Et ait Angelus ei: Ne timeas [72] Maria, [cc] inueniſti enim [73] gratiam apud Deum.
[74] Ecce concipies in [75] vtero, & paries filium, & [76] vocabis nomen eius [77] Ieſum, hic erit [78] ma-
gnus, & Filius Altiſſimi [79] vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus [80] ſedem [dd] Dauid [ee] patris
[ff] eius: & [81] regnabit in

Sens. Lit. In Cap. I.

60. Ambr. ne temeratæ virginitatis aduretur infamia, maluit Dominus de ſuo ortu, quàm de matris pudore dubitari: nec decuit ſiniſtra virginibus opinione viuentibus velamen excuſationis relinqui, quod infamata mater quoque Domini videretur: viderentur etiam Iudæi natum ex adulterio perſequi. Adde quód diabolus deſponſatam videns, partum non potuit habere ſuſpectum. Origin. Si deſponſata non eſſet, cogitaſſet diabolus conceptum eſſe diuinum. Amb. Locupletior etiam teſtis pudoris maritus adhibetur, qui vindicaſſet opprobrium ſi non cognoſceret Sacramentum. Glo. voluit naſci de deſponſata, vt per Ioſeph texeretur genealogia: & ne quaſi adultera lapidaretur, & vt haberet ſolatium viri. 61. Int. Ioſeph ſaluator, quia ſaluauit Aegyptum à fame: ſic iſte Mariam ab infamia.
62. Int. non ſolùm ad Ioſeph, ſed ad Mariam hoc referendum eſt. Beda in hom. oportebat enim de ſua quemque tribu, aut familia vxorem accipere. 64. Amb. ſola in penetralibus, quam nemo virorum videret, ſolus Angelus reperiret. 65. Hier. in ſerm. Aſſumpt. cæteris per partes præſtatur, Mariæ ſimul ſe totam infudit gratiæ plenitudo. Glo. plena gratia, quia prima inter fœminas virginitatis munus Deo obtulit, & gratiæ authorem mundo edidit. 66. Aug. ſerm. de Natiu. tecum magis quàm mecum Hier. ſerm. Aſſumpt. præceſſit nuncium ſuum Dominus. 67. Glo. quæ virgo & mater, materque Dei.
68. Int. more humanæ fragilitatis, de Angelica viſione, & de inſolita ſalutatione. Amb. trepidare virgineum eſt, & ad omnes ingreſſus viri pauere: omnes viri affatus vereri. 69. Græcus. non viſione, aſſueta enim erat viſionibus his. 70. Amb. benedictionis nouam formulam mirabatur. Græcus. nec obſtat per incredulitatē, vt Zacharias: nec ſtatim patet ex leuitate, vt Eua. 71. Orig. ſi ſimilem legiſſet ad aliquem factum ſermonem, vtpote docta in lege, non fuiſſet ſalutatione quaſi peregrina exterrita.
72. Beda. quaſi familiarius notam vocat ex nomine. 73. Chry. humilibus Deus dat gratiam. Græcus. ſplendore pudicitiæ gratum ſe habitaculum Deo præpararat. 74. Græcus. celeritatem & præſentiam denotat. 75. Int. hic verum hominem de ſubſtantia materna carnis Angelus aſſerit. 76. Græcus. ſ. tu non pater. 77. Beda. id eſt, Saluatorem, ſeu ſalutarem. Cyril. Nomen nouum quod os Domini nominauit. 78. Glo. Magnus erat ante partum Virginis: ſed potentiam, quam Filius Dei naturaliter habet, homo ex tempore erat accepturus. Amb. Ioannes magnus vt homo, hic vt Deus. Græcus. Carnis aſſumptio Deitatis celſitudini non derogat, ſed humanitatis humilitatem ſublimat. 79. Græcus. non dicit fiet, vel generabitur, eſt enim ab æterno. 80. Baſil. id eſt, regnum, ſed indiſſolubile. Glo. Iſraëliticam plebē. ee. Beda. in duabus naturis vna perſona demōſtratur. 81. Int. in præſenti vita corda inhabitans, regnabit in futuro, de exilio ad gloriam vocans.

Sens. Myst. In Cap. I.

60. Glo. Maria, typus Eccleſiæ immaculatæ, & nuptæ, quæ nos de ſpiritu concipit. 63. Int. Beda Maria maris ſtella, vel domina, quæ lucem fluctuantibus in ſæculo genuit, & Dominum totius mundi.

Addit. Auct. In Cap. I.

60. viroq; traditam. v. corporali ſpecie. x. χαῖρε, ſalue, Aue, gaude fortè dixit, שָׁלוֹם לְךָ *pax tibi. 65. κεχαριτωμένη, valdè gratioſa. ſ. apud Deum, ſeu valdè Deo grata. χαριτόω, gratum facio, ſic ſolemus dicere ſermonem plenū gratia. 66. ſ. eſt faciens, & inhabitans: ſic Angelus Gedeoni, & bos meſſoribus. z. i. apud Deū benedictione extollend. ſic Iudith. 13. aa. q. d. tu ſola inter mulieres expers maledictionis. 67 pro, inter mulieres. bb. vidiſſet. 68. incertum an ſolita fuerit Angelos videre. cc. pro, obtinuiſti Heb. 76. alludit ad Iſa. 7. vbi ipſa Virgo dicitur vocatura, nempe ipſa mater, non Ioſeph pater. 78. quippe Deus: itaque non additur vt in Ioanne corā Domino. 79. q. d. ſemper fuit. 80. iuxta illud. Iſa. 9 ſuper ſolium Dauid, &c. d l. Dauid promiſſam ſemini, & in illius ſide adumbratam: regnauit enim priùs ſuper Iudam, tum ſuper alias tribus: & Christus priùs ſuper Iudæos, tū ſuper gentes. ff. pro, id eſt.*

[82] domo Iacob in [83] æternum: & [84] regni eius nõ [85] erit [86] finis. Dixit autem Maria ad Angelum, [87] Quomodo [88] fiet iſtud, [89] quoniam virum non cognoſco? Et reſpondens Angelus dixit ei, Spiritus [90] ſanctus [88] ſuperueniet in te, & [91] virtus altiſſimi [92] obumbrabit tibi. Ideóque & quod naſcetur ex [93] te [94] ſanctum vocabitur Filius [95] Dei. Et [96] ecce Elizabeth [97] cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic menſis [ll] eſt ſextus illi quę [mm] vocatur ſterilis: quia non erit [98] impoſſibile apud Deum omne verbum. Dixit autem Maria, [99] Ecce an-[100]cilla Domini, [101] fiat mihi ſecundùm verbum tuum. Et [102] diſceſſit ab illa Angelus. Exurgens autem Maria in diebus illis, [103] abijt in

Sens. Lit. In Cap. I.

82. Chry. ſ. his qui ex Iudæis crediderunt. Beda. ſcilicet Eccleſia. 83. Græc. Solius Dei eſt regnare in æternum. 84. Int. Beda Eſaias. Et pacis eius non erit finis. 85. Græcus. etiam in quantum homo.
86. Int. in ſæcula ſæculorum laudabunt te. 87. Int. Amb. faciendum credit, quæ, quomodo fiet, quærit. Amb. legerat, Ecce virgo concipiet, ideò futurum credidit: ſed quomodo fieret, non legerat. Greg. Niſſ. Angelus partum annunciat, ipſa virginitati innititur, apparet autem hinc non cauſa copulę deſponſatam fuiſſe, alioqui non fuiſſet admirata. 88. Int. ſ. vt concipiam, & pariam, quæ in virginitate manere diſpoſui. 89. Int. ecce tangit, quod ipſa vouerat caſtitatem. 90. Chry. quaſi dicat, non quæras ordinem naturalem in his, quę naturam ſuperant, imò ſi virum experta fuiſſes, non haberetis digna myſterio: decebat Dominum participare nobiſcum natiuitatem, itaque ex vtero naſcitur: & diſcrepare, ideò ex Virgine. Greg. Niſſ. tabulas naturæ noſtræ colpa confractas, denuò verus legiſlator dolat. 91. Chry. ſ. Chriſtus. 92. Int. ſ. contra omnia incentiua vitiorum. ¶ q. d. dabit tibi vmbram contra omnem tribulationem. Greg. 18. moral. cap. 12. ſignificatur vtraque natura, vmbra enim à lumine & corpore fit: erat autem incorporeum lumen incorporandum: obumbrabit ergo, id eſt, incorporeum corpus accipiet. Beda. concupiſcentiæ non erit æſtus, vbi vmbram faciet Spiritus ſanctus. 93. Baſil. lib. de Spirit. ſanct. ſignificatur naturæ communio, cum matre. 94. Int. quia non per virilem coitum. Greg 18. moral. nos etſi ſancti efficimur, non tamen naſcimur. 95. Theoph. declarauit Trinitatem Angelus, Spiritum ſanctum commemorans, & filium, & Patrem. 96. Chry. ſermonem per ſenſibilia ſuadet, non memorauit autem Saræ, vel Rebeccæ exempla: quia antiquiora. Glo. non quaſi incredulam exemplis hortatur ad fidem, ſed credenti alia myſteria replicat. 97. Gregor. Nazianzen. nutu ſuperno contigit, vt Regium genus Sacerdotali iungeretur, vt Chriſtus Rex & Sacerdos, ab vtriſque ſecundùm carnem naſceretur: & quidem Aaron coniugem, ex tribu Iuda accepit Eliſabeth. Gloſ. & Ioada Pontifex de tribu Regali vxorem habuit Ieſabeth. hh. Int. ſcilicet, Martius. ll. Int. ſcilicet, à Conceptione.
98. Auguſtin. 26. cont. Fauſt. cap. 5. vt præterita non fuerint, fieri non poteſt: quomodo enim vera in eo quod vera falſa ſint? 99. Intel. ecce prompta obedientia. 100. Ambroſ. vide humilitatem: ancillam ſe dicit quæ mater eligitur: decebat humilitatem proferre, quæ humilem erat paritura.
101. Int. quaſi dicat, fiat ſine virili ſemine conceptus in virgine. 102. Beda. ſcilicet, accepto virginis conſenſu. Euſebius. ſtupens in virgine virtutis plenitudinem. 103. Ambroſ. non dubitans, ſed læta pro voto, religioſa pro officio.

Addit. Avct. In Cap. I.

82. ſpirituali, ſcilicet, Eccleſia. 87. non dubitat, ſed modum quærit, vouerat enim etiam ante deſponſationem virginitatem, ſecundùm Aug. 89. ſic ſolet qui vouit. v. g. abſtinere à vino dicero, Non bibo vinum. 88. id eſt, cœlitus illabetur. ſic Actor. 1. Superuenientis Spiritus ſancti. 92. id eſt, conteget te. ſic ſcapulis ſuis obumbrabit tibi, pro, te: ſignificatur verò pro viri virtute & complexu, futurum Dei complexum, & virtutem. 93. id eſt, tua ſubſtantia. 94. non, vt alij, immundi naſcuntur. 97. miſcebantur interdum tribus per matrimonium. Erat autem Eliſabeth patre Aaronita, matre ex Dauid. mm. nota erat vulgò ſterilitas. 101. Conſentientis id, ſimul & optantis.
103. comitante, vt creditur Ioſeph, præſertim cùm propè eſſet Paſcha, quo omnes aſcendebant Hieruſalem.

mon

[104] montana cum [105] feſtinatione in ciuitatem Iuda: & [106] intrauit in domum Zachariæ,
& [107] ſalutauit Elizabeth. Et factum [108] eſt vt audiuit [109] ſalutationem Mariæ Elizabeth,
[110] exultauit infans in vtero eius, & [111] repleta eſt Spiritu ſancto Elizabeth, & [112] exclama-
uit [113] voce [114] magna, & [115] dixit, [116] Benedicta tu inter [117] mulieres, & [118] benedictus [oo] fructus ven-
tris [119] tui. Et [120] vnde hoc mihi, vt veniat [oo] mater Domini mei ad me? Ecce enim, vt
facta eſt vox ſalutationis tuæ in auribus meis, [121] exultauit in [122] gaudio infans in vtero
meo, & beata quæ [123] credidiſti, quoniam [pp] perficientur ea quæ [qq] dicta ſunt tibi à [rr] Domino.
Et ait Maria,

Sens. Lit. In Cap. I.

104. Int. non retardat aſperitas itineris. Theoph. Habitabat Zacharias in montanis. 105 Int. non gaudet diu in publico videri. Amb. præ gaudio feſtinat. Orig. feſtinabat Ieſus Ioannem ſanctificare. Amb. neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia. 106. Int. vt grandæuæ pregnanti iuuencula deſet uiret. Amb. venit iunior ad ſeniorem, ſuperior ad inferiorem, non à publico virginitatis pudor, non à ſtudio aſperitas montium, non ab officio prolixitas itineris retardat. 107. Int. quaſi congratulans de dono, quòd eam accepiſſe didicerat. Amb. Prior ſalutauit, decet enim virginem humilem eſſe, & deferre ſenioribus. 108. Amb. citò præſentiæ Dominicæ beneficia declarantur. 109. Amb. hęc vocem prior audiuit, Ioannes prior gratiam ſenſit: illa Mariæ, iſte Domini ſenſit aduentum. 110. Int. quia ſenſerat aduentum Domini. Græcus. Propheta acutiùs patente videt, & audit, ſalutatque Prophetarum, & quia verbis non poteſt, ſaltat: fitque tripudium natiuitate antiquius: inſpexit non palpebris, ſed Spiritu. ex tunc Dominus Ioannem in Prophetam cõſtituit Glo. inchoat præcurſoris officium, apparet verò quod Angelus dixerat, Spiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero. 111. Orig. ſ. propter Filium. Glo. Filius repletus, replet & matrem. 112. Amb. quæ ſe antè occultauerat, iactare cœpit, quia generauerat Prophetam. 113. Int. non tam clamoſa, quòd deuota. 114. Int. quia magna dona Dei cognouit. 115. Int. Prophetant matres ſpiritu paruulorum. 116. Int. non ſolùm inter mulieres benedicta, ſed inter benedictas maiori benedictione inſignis. Orig. nulla vnquam tantæ gratiæ particeps. Beda. eadem voce qua à Gabriele benedicitur: nempe Angelis, & hominibus veneranda. 117. Theoph. ratio eſt, ſolet enim in Scriptura, &, accipi pro quia. 118. Int. non ſicut alij homines benedicti: ſed ſicut Apoſt. ait, Qui ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula, & per quẽ benedictio venit alijs. n n. Beda. de quo illud, De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. 119. Orig. ex ſola enim Maria proceſſit. Euſeb. hoc contra Euticetem, Fructus enim eiuſdem naturæ cum planta. 120. Int. Amb. quaſi dicat, quantum bonum mihi accidit, quod mater Domini venit ad me; ſed qua mea iuſtitia, quibus meis meritis? Orig. Conuenit Cum filio, nam & Ioannes ſe indignum ſentiebat aduentu Chriſti ad ſe. 121. Auguſt. ad Dardanum. Cognouit quid illa exultatio ſignificaret, ſcilicet, veniſſe matrem infantis, cuius eſſet futurus præcurſor.
122. Aug. ad Dard. non dixit in fide, fortè tamen acceleratus eſt Ioanni vſus rationis & voluntatis.
123. Ambro. Non dubitauit Maria, ſed credidit. p p. Greg. in Ezech. non ſolùm de præterito, & de præſenti, ſed & de futuro prophetauit. q q. Glo. apparet verba Angeli ad Mariam dicta, per ſpiritum intellexiſſe.

Sens. Myst. In Cap. I.

104. Amb. quoniam Deo plena. niſi ad ſuperiora cum feſtinatione conſcenderet? Beda. cõcepto mente Dei verbo, aſcendendum ad virtutum cacumina amoris greſſu: & ciuitas Iudę, id eſt, confeſſionis & laudis penetranda: & in perfectione fidei, ſpei, & charitatis, quaſi tribus menſibus commorandum.
105. Amb. Diſcite virgines non demorari in plateis, non in publico miſcere ſermones.

Addit. Avct. In Cap. I.

105. ob lætitiam, & pudorẽ manendi diu in publico, & quia à Spiritu ſancto agebatur. 110. ἐσκίρτησε, ſaliit, ſub ſaltauit, videtur Chriſtum agnouiſſe, unde Eccleſia, Senſerat Regem thalamo manentem.
113. ſ. accepit maiorem gratiam. 116. Eadem verba Spiritus ſanctus per hanc profert, quæ paulò antè per Angelum, quaſi dicat, feliſſicima tu, & feliciſſimus fructus, &c. 117. pro, quia. Heb. ſic Pſal. 107 Et vana ſalus, pro, quia vana ſalus. 120. pro quo meo merito. oo. ſimul conceptus fœtus, & animatus, & verbo vnitus. 122. Græc. ἀγαλλιάσει, geſticulatione lætantis. rr. id eſt, Domini nomine, vel iunge cum, perficientur.

Magnificat[124] anima[125] mea Dominum[126] : & exultauit[127] ſpiritus[128] meus[ss] in Deo ſalutari[129] meo.
Quia reſpexit[130] humilitatem[131] ancillæ ſuæ : ecce enim ex[tt] hoc beatam[132] me dicent omnes
generationes[133]. Quia fecit[134] mihi magna[135] qui potens eſt: & ſanctum[136] nomen eius. Et mi-
ſericordia[137] eius à progenie[138] in progenies timentibus[139] eum. Fecit[140] potentiam[xx] in brachio[141]
ſuo: diſperſit[22] ſuperbos[142] mente[143] cordis ſui[a]. Depoſuit[144] potentes[b] de ſede : & exaltauit[145] hu-
miles[c]. Eſurientes[146] impleuit bonis: & diuites[147] dimiſit[d] inanes. Suſcepit[148] Iſraël[149] puerum[e]

SENS. LITER. IN CAP. I.

124. Int. audita reſponſione Elizabeth, qua beatam prædicauit, matrem Domini appellauit, fide fortem laudauit, non amplius tacere poterat dona quæ perceperat, & quæ virginali pudore acceptum oraculum tegebat ſilentio, iam congruo tempore patefecit. Ambr. congruè ante Ioannem Elizabeth prophetat, & Maria ante Dominum natum; vt à mulieribus ſicut peccatū cœpit, ita bona inchoarur. Orig. Magnificatur Deus, quando eius imago grandis efficitur. Glo. Deo nihil poteſt adiungi, ſed magnificatur in nobis, dum Chriſto per iuſtitiam conformamur. 125. Int. Amb. Anima & ſpiritu Deo Patri deuota & Filio, vnum Deum ex quo omnia, & vnum Dominum per quem omnia, pio veneratur affectu. 126. Int. ſ. Patrem. 127. Baſil. primus fructus Spiritus, pax, & gaudium. 128. Baſil. idem animam dicit & ſpiritum. 129. Int. ſ. Filio Saluatore. 130. Græcus q. d. ſe prouidit, non ego expectaui, humilibus eram contenta. Aug. Serm. Aſſumpt. Reſpexit, id eſt, approbauit. Glo. totum gratiæ attribuit. 131. Aug. Serm. Aſſumpt. Facta eſt Mariæ humilitas ſcala per quam Deus deſcendit ad terras. Orig. Humilitas virtus eſt quæ à philoſophis modeſtia dicitur. 132. Græcus. hoc Spiritu ſancto tacta, prædicit. 133 Int. Iudæorum, & Gentium. ¶ aliàs: omnes gentes. Theoph. id eſt, credentium nationes. 134. Int. ſub. &. 135. Theoph. ſ. vt creatura ederem Creatorem. Beda. Reſpicit hoc ad initium carminis, Magnificat anima mea Dominum. Sola enim anima cui Deus magna facere dignatur, dignis cū præconiis magnificare poteſt. 136. Int. quia ſingularis potentiæ culmine omnia quæ fecit longe tranſcendit, & inuocatio huius nominis ſanctitatis facit participes. 137. Beda. à ſpecialibus do[...]s, ad Dei generalia iudicia ſe conuertit. 138. Beda. quaſi dicat, non mihi ſolum magna fecit, ſed in om[...] gente, qui timet Deum, acceptus eſt illi. 139. Græcus. Miſeretur his, quos timor compeſc[...] quique ad [...]dem, & pœnitentiam conuertuntur: obſtinati enim ſibi claudunt ianuam pietatis Theop[...] [...]tes. & nunc & in futuro ſæculo miſericordiam conſequuntur. 140. Int. & hoc per F[...]lium. 141. B[...]da. id eſt, Fil[...]o, per quem fecit mundum. 142. Cyril. ſ. dæmones. Theoph. ſ. Iudæos. 143. Int. i. voluntate. 144. Int. pro, deponat. Græcus. De cordibus hominum dæmones expulit. 145. G[...]. qui ſe exalta[...] humi[...] ab[...] qui ſe humiliat, exaltabitur. 146. Baſil. ſuper Pſal. 5. Gentiles Chriſto adhærentes. Glo. [...] æterna deſiderātes. 147. Baſil. ſ. Iudæos, Lege & Prophetis diuites. Glo. ſ. terrenis gaudē[...]s. 148. I[...] Beda. ſicut Medicus ægrū. Glo. poſt generalē diuinæ pietatis, & iuſtitiæ cōmemorationē, ad Incarnationis di[...]penſationē cōuertitur. 149. Baſil. ſ. ſpiritualē, Deū per fidē vidētem, vel etiā carnalem: nā multi Iudæi crediderunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

124. pro, laudibus effert, magnum prædicat, ſic beatificare, beatum prædicare. 125. i. interiora, non ſola lingua. 127. præteritum prò præſente, eſt verò id affectus, vt magnificare intellectus. 128. pro, anima repetitio, more Hebr. q. d. anima quanta eſt. ss. i. propter Deum, vel Dei beneficio. 129. i. Saluatore, ſic illud, Exaudi nos Deus ſalutaris noſter. 130. i. Non eſt auerſata tanta Maieſtas. 131. ταπείνωσιν paruitatem, abiectionem: nam virtus dicitur ταπεινοφροσύνη, Latinè modeſtia, animi ſubmiſſio, ſic illud, Reformabit corpus humilitatis noſtræ. i. vile, ignobile. tt. ſcilicet, tempore, vel hac de cauſa.

133. fidelium. ſ. qui nunquam defuturi. 135. μεγαλεῖα, magnalia, magnifica. 136. id eſt, purum, colendum, & quidem ἅγιος, quaſi ἄζιος, ab ἅζομαι, colo veneror. & Hebr. קדוש reuerendus, purus.

138 id eſt, in omnes omnium ſæculorum. 139. Religiosè colentibus, reſpondet potentia, & ſanctitati timor & reuerentia. ¶ κράτος, robur, 141. ſcilicet, Filio, vel virtute q. d. exerto brachio oſtendit quantum poſſet. xx. ſcilicet, perdens, vires auferens, conatus fruſtrans, ſunt autem præterita pro præ[ſ]entis.

142. Græc. διανοίᾳ, cogitatione. ſic Pſal. 32. Dominus diſſipat conſilia gentium. a. Græc. αὐτῶν ipſorum. b. δυνάστας, primores. c. id eſt, abiectos in oculis ſuis. d. ἐξαπέστειλε, emiſit ſcilicet, à ſe.

148. ἀντελάβετο, quod eſt propriè ſuccurrentis, aut manum porrigentis. e. id eſt, ſeruum, ſe colentem ſcilicet.

ſuum

[150] ſuum memorari miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt ad patres noſtros Abraham, & [151] ſemini eius in [152] ſecula. [f] Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus: & [153] reuerſa eſt in domum ſuam. Elizabeth autem [154] impletum eſt tempus pariendi: & peperit filium. Et audierunt vicini, & cognati eius, quia [g] magnificauit Dominus miſericordiam ſuam cum illa, & [155] congratulabantur ei. Et factum eſt in die [156] octauo venerunt circuncidere puerum, & [157] vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. Et reſpondens [158] mater eius, dixit, Nequaquam, ſed [159] vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam, Quia [160] nemo eſt in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. [161] Innuebant autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et [162] poſtulans [h] pugillarem, ſcripſit, dicens, [163] Ioannes eſt nomen eius. Et [164] mirati ſunt vniuerſi. [165] Apertum eſt autem ilicò os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus eſt [166] timor ſuper omnes vicinos eorum: & ſuper omnia

SENS. LIT. IN CAP. I.

150. Int. id eſt, vt memor eſſet. Baſil. impleuit Abrahæ promiſſum. Glo. quod hominem redemit, non meritum hominis, ſed diuinæ pietatis donum. 151. Beda. Non tam carne, quàm fide. 152. Glo. & in finem ſeculi non deerunt credentes; & erit beatitudo perpetua. 153. Int. ſ. poſt partũ eius. Amb. quantum putamus præſentia profuiſſe, quæ ſolo ingreſſu tantum profuit? Theoph. Receſſit quando Elizabeth erat paritura; non enim cõueniebat pręſentem eſſe virginem multitudini ad partum conuenturæ. 155. Amb. habet ſanctorum editio lætitiam plurimorum. 156. Chry. præfixit Deus hunc terminum, vt in tenerrima ætate leuior eſſet dolor. 157. Chry. poſt circuncisionem imponebatur nomen, prius enim oportet ſumere ſignaculum Domini, & poſtea nomen humanum. 158. Int. Amb. Beda. Spiritu prophetiæ didicit, quod non didicerat à marito; non poterat ignorare prænuncium, quæ prophetauerat Chriſtum. 159. Int. Amb. Beda. Sicut ab Angelo Zachariæ erat prænunciatum. 160. Int. Amb. Beda. aduerte hoc nomen non eſſe generis, ſed vatis. 161. Int. Amb. quia incredulitas affatum ei eripuit & auditum, nutu interrogatur. 163. Int. Amb. Beda hoc nomen nos non imponimus, quia iam à Dẽo accepit, habet ſuum nomen, quod agnouimus, non quod elegimus. 164. Int. ſ. conuenientiam inter patrem & matrem. 165. Int. Amb. Iam ſoluit fides linguam, quam incredulitas ligauerat. Greg. Naz. Editus Ioannes Zacharię ſoluit ſilentium; abſurdum enim voce verbi progreſſa, patrem manere elinguem.
166. Theoph. Fiebant omnia diſpenſatiuè, vt Chriſti teſtis fide dignus haberetur. Beda. Futurus Propheta præmiſſis commendatur auſpiciis.

SENS. MYST. IN CAP. I.

154. Ambr. Verbum plenitudinis in ſola iuſtorum generatione ponitur, plenitudinem enim habet iuſti vita; dies impiorum manes. 155. Amb. in ortu iuſti futuræ vitæ inſigne præmittitur, & exultatione vicinorum præfiguratur. 156. Gloſ. Circuncisio reſurrectionis figura octauo die. ſ. poſt Sabbatum factæ. 165. Beda. Loquitur Zacharias octauo die: per Domini enim reſurrectionem legalis Sacerdotij arcana paruerunt. Glo. multi ſacerdotes obedierunt fidei, & Chriſti dona prædicarunt. 166. Gloſ. tempore reſurrectionis Domini prædicata Chriſti gloria, ſalubris timor, & Iudæorum, & exterarum gentium corda concuſſit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

150. id eſt, vt ſe memorem declararet. 151. ſub exhibenda ſ. miſericordia, vel ſicut locutus eſt. Solent in Scriptura caſus variari, ſic Pſal. 102. Iuſtitia illius in filios filiorum, iis qui ſeruant teſtamentum eius, ſemen autem Iſaac, Iacob, Dauid. 152. i. in perpetuum. f. vſque ad partum, ſecundùm quoſdam, quod negant alij meritò ob pudorem virginis, & multitudinem eo tempore confluxuram. g. ſ. magna vſus miſericordia, liberans opprobrio ſterilitatis, & talem dans prolem. 155. συνέχαιρον, congaudebant, ita illud impletum, Multi in natiuitate eius gaudebunt. 157. i. vocari volebant, imponebant nomen in circuncisione, vt nunc in baptiſmo. ſ. quo tempore quis Dei populo adſcribitur. 158. Edocta. ſ. à Spiritu ſancto, nec enim citauit mariti auctoritatem. 162. ſ. per nutus. h. id eſt, tabulam ceratam qua ſtilo ſcribitur. Græc. πινακίδιον, tabellam. 163. q. d. id ei nomen omnino imponendum, quia ſic Deus vult.
166. ſcilicet ex admiratione.

montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc:& [m] poſuerunt omnes qui audierant in [n] corde ſuo,dicentes,Quis putas puer iſte erit? [o] Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus eſt Spiritu ſancto, & [167] prophetauit dicens, [168] Benedictus Dominus Deus [p] Iſraël:quia [169] viſitauit,& fecit [170] redemptionem plebis [171] ſuæ.Et erexit [172] cornu [q] ſalutis nobis in [173] domo [174] Dauid pueri ſui: Sicut [r] locutus eſt per os [s] ſanctorum, qui à [175] ſeculo ſunt Prophetarũ eius. [176] Salutem ex [177] inimicis noſtris,& de manu [178] omnium qui oderunt nos. Ad faciendam miſericordiam cum [179] patribus noſtris: & [180] memorari [t] teſtamenti ſui ſancti. [181] Iuſiurandum quod [182] iurauit ad [183] Abraham patrẽ noſtrũ, [184] daturum ſe nobis. Vt, ſine [185] timore,de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſeruiamus illi. In [186] ſanctitate & [187] iuſtitia [188] coram ipſo

Sens. Lit. In Cap. I.

m. excitati miraculo, & timore ſtupefacti. n. Int.tacitè euentum rei expectantes. 167. Amb.Bonus Deus non ſolùm ablata reſtituit, ſed etiam inſperata concedit; nouit mutare ſententiam, ſi noueris emendare delictum. 168. Int.ſ.eſt,vel ſit. 169. Int.Beda.ſ.longa infirmitate tabeſcentem. ¶ Int.quaſi dicat,apparens in carne,quaſi longius à ſe recedentes iuſtificare curauit.Beda.quod proximè faciendum cognouerat,prophetico more,quaſi factum narrat. 170. Int.Sanguine filij redemit, ſub peccato vendita.Beda. 171. Int.quam ſuam viſitando fecit. Beda. 172. Int.i.firmam celſitudinem ſalutis. Beda. cornu excedit carnem,& regno Christi mundus,& carnis gaudia ſuperantur: in cuius figuram Dauid & Salomon cornu olei ſunt Reges conſecrati. Chry.Cornu vocat poteſtatem,gloriã,& famã.brutis enim loco muniminis,& gloriæ cornua data.Orig.ſic illud,Vinea facta eſt in cornu.i.in Chriſto. Glo. cornu, nec caro,nec os,& in Chriſto nec tãtum caro, nec tantùm diuinitas. 173. Int. quia de Iudæis naſcetur. 174. Int.ſ.de femore Dauid natus. 175. Beda. tota enim vetus Scriptura propheticè de Chriſto proceſſit, redduntque ei teſtimonium Adam, & cæteri Patres factis ſuis. 176. Beda. explicat proximè dictum. 177. Origen.ſcilicet, ſpiritualibus. 178. Gloſ. ſcilicet, hominum & dæmonum. 179. Theoph. Chriſti gratia etiam ad illos qui mortui erant extenditur, omnes enim per eum reſurgent:implenit etiam Patrum ſpem & deſiderium.Gloſ.miſericordiam Patribus promiſſam in nobis impleuit. 180. Int.i.memorem ſe oſtenderet, vel memores nos faceret. t. Theoph de quo, benedicens benedicam tibi,& multiplicabo te. 181. Int.ſub.& ad faciendum. 182. Int. Beda.ſ.in te benedicentur omnes cogitationes terræ. Baſil. Verbum Dei, eſt loco iuramenti. 183. Beda. Abrahæ ſanctus Eccleſiæ cœtus promiſſus,Dauid autem Chriſtus ex eo naſciturus, ideo Dauid in Cantico præmiſſus. 184. Int.ſ.per carnem,vel per fidem. 185. Orig.quidam liberantur ab hoſtibus, ſed non abſque timore.Chriſtus nos repentè ab eis ſegregans adduxit ad ſortis propriæ manſionem. 186. Int.intellectu. 187. Int.operatione. Chry. Sanctitas circa Deum, iuſtitia circa homines. 188. Int. non in conſpectu hominum.

Addit. Avct. In Cap. I.

l. pro,res Heb. m. pro,attentè cogitarũt. o. verba Euãgeliſta.Gra.& pro,quia.ſenſus eſt, potentiam enim ſuam Deus in eius ortu declarabat. 168. ſcilicet, ſit,id eſt, laudetur. p. ſ. à Iudæis ſingulariter cultus. 169. ſcilicet,per filium,vel ipſe filius,qui Dominus Deus;ſenſus eſt,viſitando redemit populum.
172. Cornu,potentiam ſignificat,& gloriam,quaſi dicat,ſalutem robuſtam & inuictam. q. pro,ſalutare. 174. ſ.ſuſcitans regnum ſpirituale collapſum.vide Pſal.131.Ezech.29.vbi idem verbum Heb. quod illic verſum,producam hic pullulabit,ſignificat facere germinare. r. loqui,pro,promittere.Heb ſic ſuprà,Sicut locutus eſt ad Patres noſtros. ſ. ſcilicet,Sancto ſpiritu afflatorum. 175. pro,qui à ſeculo fuerunt. 176. ſcilicet,erexit,vel locutus,ſcilicet,ſe liberaturum nos. 179. ſ. etiam illi participes redemptionis.vide Zach.9.vel ſenſus eſt, vt pro ſua miſericordia faciat quod patribus promiſerat.
180. pro,memorem ſe declararet. t. ſ.promiſſionis, & pacti. 181. pro, iuriſiurandi; legitur enim Græcè à memorari,vel ſub vt præſtet,ſeu faciat. 185. iungendum,cùm ſeruiamus. 186. i. pietate in Deum. 187. ſcilicet,erga homines.

omnibus diebus [189] noſtris.[190] Et tu puer, Propheta Altiſſimi [191] vocaberis:præibis enim ante faciem Domini [192] parare vias eius.Ad dandam ſcientiam [193] ſalutis plebi eius: [194] in remiſſionem peccatorum eorum.Per viſcera [195] miſericordiæ Dei noſtri,in [196] quibus [197] viſitauit nos, [198] Oriens ex [v] alto.[199] Illuminare his qui in tenebris,& [200] vmbra mortis [201] ſedent, ad [202] dirigendos [203] pedes noſtros in [204] viam [205] pacis.Puer autem [206] creſcebat,& [207] confortabatur ſpiritu:& erat in [208] deſertis,vſque in diem [209] oſtenſionis ſuæ ad Iſraël.

Sens. Liter. In Cap. I.

189. Int.non ad horam. Beda. qui ante mortem ab eius ſeruitio diſcedit,vel coram hominibus tantum iuſtus eſſe contendit,nondum perfectè liberatus. 190. Amb. conuertitur ad Prophetam, ne cùm publica numeraret, ſua quaſi ingratus tacuiſſe videretur ; potuit verò vocem patris audire natus, qui in vtero Mariæ ſalutationem audiuit;habebat intelligendi ſenſum,qui exultandi habebat affectum. Beda. propter eos qui aderant ita loquitur, prædicans quæ per Angelum didicerat. 191. Beda Audiant Ariani Chriſtum vocari altiſſimum, ſicut in Pſalmo dicitur,Ipſe fundauit eam Altiſſimus. ¶ Theoph. ſ. ei teſtimonium perhibendo. 194. Beda.ne temporalis ſalus intelligeretur. Theoph. Dei eſt dimittere peccata. 195. Int.non hominum meritis. 196. Int.id eſt,per quæ viſcera. 197. Int.ſcilicet,aſſumpta carne. 198. Int.ſcilicet, verbum Patris ortum veræ lucis aperiens.Beda. 199. Int.ſcilicet, viſitauit vt illuminaret. 200. Greg. 4. mor. i. mentis obliuione, in qua Iudæi vel carnis morte:vera enim mors qua anima ſeparatur à Deo, vel imitatione diaboli qui in Apocalypſi mors dicitur. 201. Chry. non ambulabamus in tenebris,ſed ſedebamus. 202. Int.Beda.prius illuminantur corda,poſtea opera diriguntur. 203. Theoph.id eſt, affectus. 204. Theoph. via pacis , eſt via iuſtitiæ. 206. Int.ſcilicet, corpore.Orig.ſcilicet,ſpiritu ſemper ad meliora tendens. 207. Theoph. ſimul cum corpore ſpirituale donum creſcebat.Orig.natura humana infirma,itaque ſpiritu confortanda. 208. Beda.Prędicator pœnitentiæ futurus,vt liberius auditores à mundi illecebris ſuſtollat. Orig. in deſertis apertius cælum , familiarior Deus;illic vacabat orationibus,cum Angelis conuerſabatur.Theoph.vt extra multorum malitiam nutriretur , & neminem vereretur arguere. 209. Theoph. ſcilicet, donec Deo placeret ipſum demonſtrare.

Sens. Myst. In Cap. I.

192. Greg.19.mor.qui prædicando corda audientium mundat,venientis ſapientiæ ad eos viam præparat. 205. Amb.multis prophetizat Zacharias,paucis Elizabeth.mulieris enim magis diuina diſcere, quàm docere.

Addit. Avct. In Cap. I.

192. pro,ad parendum,quod quid ſit ſtatim explicat. 193. non ſalutem. 194. id eſt,quæ per remiſſionem obtinetur. 195. quæ contingit, & non meritis. 196. pro,per quæ. 198. nomen eſt,& accipitur pro Meſſia.vt Zach.6. v. iungendum,cùm viſitauit. 199. pro,vt illuminet. 200. id eſt,tenebris mortis ſimilibus, vel quæ mortis metum incutiunt. 201. ſcilicet,non valentes ambulare. 203. id eſt,affectus. 205. pro.pacificam, proſperam, nempe viam iuſtitiæ cuius opus pax. 207. id eſt,fiebat robuſtus.

208. ne hominum commercio labem contraheret,vt liberè poſſet reprehendere neminem reueritus,vt diu cum Deo colloqueretur ; vt rigidam vitam ageret , maioriq; poſtea authoritate prædicaret.Denique ne ſuſpectum eſſet de Chriſto teſtimonium,ſi cum illo fuiſſet conuerſatus. 209. anno vitæ ſuæ.29.eo enim ſe cœpit manifeſtare, & Chriſtum prædicare.

CAPVT II.

FActum eſt autem in diebus illis exiit edictum à Cęſare Auguſto,vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt à præſide Syriæ Cyrino.Et ibant omnes vt profiterentur, ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autem & Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, in ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethleem: eo quòd eſſet de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante. Factum eſt autem cùm eſſent ibi:impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filium ſuum primogenitum,&

SENS. LIT. IN CAP. II.

1. IN r. quibus creſcebat Ioannes; vel quibus Maria in domum reuerſa eſt, poſt tres menſes, quibus cum Elizabeth manſit. 2. Græcus. ſ.quadrageſimo ſecundo eius imperij anno. ¶ Beda. Pacatiſſimo tempore naſci voluit pacis amator;nullum maius pacis indicium,quàm totum orbem deſcribi,cuius moderator Auguſtus, qui maxima duodecim annis circa Chriſti natiuitatem pace regnauit, bellis toto orbe ſopitis. Glo.fiebat hoc vt agnoſceret Rex numerum hominum;eſt autem hìc primùm Iudæa facta ſtipendiaria Romanis. 4. Græc.ſ.ad tributa ſoluenda. 6. Beda.ſ.earum quæ totum orbem concluſerunt,vel primùm cœpit quando iſte in Syriam miſſus eſt. c. Glo.in qua Iudæa eſt media,& quaſi vmbilicus totius terræ:ibi ergo primùm cenſus exigitur,& inde vſque ad fines terræ;ſoluebatur autem denarius Cæſaris,id eſt, decem nummi. 7. Ambr.Additur nomen,vt temporum ſeries deſignetur.

8. Beda. Diuina diſpenſatio, vt Dominus alibi conceptus,alibi natus, Herodis furorem facilius euaderet. 10. Inter.vbi conceptus eſt Chriſtus.Int.qui gerebat typum Chriſti Græg. iudicatur completa eſſe promiſſio facta Dauid,de fructu ventris tui, &c. 13. Beda.Chriſtus ob noſtri liberationem ſeruitio ſubditur. 14. Greg.Niſſe.quod ex muliere naſcitur, humilitatem redolet;quod verò ex virgine hominem tranſcendit,huius iucunda portatio, partus facilis,& cum gaudio, abſque corruptela natiuitas.

15. Int.Beda.non poſtquam alij, ſed ante quàm nullus. Hier. contra Heluit.Si non eſt primogenitus, niſi quem ſequitur alius, non deberentur Sacerdotibus primogenita, niſi alij etiam naſcerentur.

SENS. MYST. IN CAP. II.

3. GReg.in hom.mundus deſcribitur,quia ille apparebat in carne, qui electos ſcriberet in æternitate.Amb.abolito ſynagogæ cenſu vetuſto,nouus cenſus Eccleſiæ probatur.Non Auguſti,ſed Domini eſt terra,& plenitudo eius.Beda. Chriſtus,Aug.id eſt,augere deſiderans,& ſufficiens. a. Theoph. Colendus erat vnus Deus, vnde vnus Rex orbi imperaſſe deſcribitur. 9. Beda.ciuitas, noſtra patria beata,ad quam,creſcentibus quotidie virtutibus,ire debemus. e. Orig. deſcribitur Chriſtus cum omnibus, vt omnes ſanctificet Beda.quotidie Eccleſia ſuo doctore comitata de Galilæa, id eſt,rota mundanæ conuerſationis aſcendit in ciuitatem Iuda,id eſt,confeſſionis,& laudis,vt cenſum deuotionis perſoluat. 12. Int.domus panis,quia ibi natus eſt qui ſuos reficit æterno pane.Greg Futurum erat vt in carne appareret,qui electorum mentes interna ſatietate reficeret Beda. quotidie Chriſtus in Nazareth concipitur,flore.ſ.verbi ſuſcepto,& in Bethleem naſcitur his.ſ.qui ſe domos æterni panis efficiunt. 13. Int. vbi profiterentur iuſtus,& virgo, niſi vbi Chriſtus naſcitur id eſt, in pacato corde, prope eſt verbum in corde tuo,& in ore tuo.Amb.Profeſſio mentium eſt,& cenſus iuſtitiæ. 14. Int.non in domo parentum ſed in via naſcitur,quia per humanitatem quaſi in alieno naſcebatur. Greg. in hom. Beda. In via naſcitur, qui factus eſt via qua ad patriam adduceremur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. II.

1. ſcilicet,anno imperij Auguſti circiter 42. 3. Fiebat deſcriptio,vt cognoſceretur quàm latè pateret Romanum imperium.Declarabat verò quiſque quas haberet poſſeſſiones & facultates,ſeq; dato nomine, agnoſcebat ſubiectum Romano imperio,ſoluebatq; argenteum numum.vide Act.5. a. Hyperbole.vel ſub. Romano imperio ſubiectus. 6. ſcilicet,omnium,nulla enim ante iſtam generalis. Quidam tamen putant primam dici earum,quæ ſub Cyrino facta:nam factas aliquot eo præſide. b. id eſt,cùm præſidem ageret. c. In qua Iudæa,cuius tum.Rex Herodes. d. ſcilicet,ſe Romanis ſubiectos. 9. ſcilicet,vnde oriundi. 11. ibi enim natus. 12. etiam arx Sion dicta ciuitas Dauid, quod ab eo ædificata, & in ſedem regni electa. f. apparet etiam fœminas ſolitas deſcribi,alioqui cur grauida eo proficiſceretur?

[g]pannis eum [16]inuoluit: & [17]reclinauit eum in [18]præſepio: [19]quia non erat eis locus in diuerſorio. Et [h]paſtores erant in [l]regione eadem vigilantes, & cuſtodientes [m]vigilias [n]noctis ſuper [21]gregem ſuum. Et ecce [22]Angelus Domini [o]ſtetit iuxta illos: & [23]claritas [p]Dei circumfulſit illos: & [q]timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus, Nolite timere: [24]ecce enim [r]euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni [25]populo: quia natus eſt [s]vobis hodie Saluator, qui eſt [26]Chriſtus Dominus in [27]ciuitate Dauid. Et hoc vobis [28]ſignum: Inuenietis infantem pannis inuolutum, & [t]poſitum in præſepio. Et ſubitò facta eſt cum Angelo [29]multitudo [30]militiæ [u]cœleſtis laudantium Deum, & dicentium: [v]Gloria in altiſſimis Deo, & in terra [32]pax hominibus [33]bonæ voluntatis.

Sens. Lit. In Cap. II.

16. Hier. contra Heluit. nulla ibi obſtetrix, nulla muliercularum ſollicitudo interceſſit, ipſa pannis inuoluit, ipſa mater & obſtetrix. 19. Int. Beda. loco eget, vt nos plures in cœlis habeamus manſiones. 22. Amb. diuina Curia fidem adſtruit. Angelus Mariam, Ioſeph, & paſtores docet. 23. Int. vt non ſolùm voce ſermonis, ſed etiam diuinæ lucis claritate ortus veri hominis aſtruatur. Chry. Ioſeph in ſomnijs, paſtoribus autem viſibiliter, vt rudioribus:, erant autem ſinceri, antiquam Patriarcharum conuerſationem colentes. Beda in hom. Nuſquam in veteri Teſtamento reperimus Angelos cum luce apparuiſſe. Seruabatur id tempori Chriſti. Max ſerm. de Natiuit. ſi tibi panni vileſcunt, Angelos collaudantes admirare: ſi credis vilia, crede mirifica. 24. Crebra ſunt de Chriſti infantia teſtimonia, vt altiùs cordibus infigatur. 25. Int. Beda. fidelium populo de cunctis diuerſitatibus gentium congregando, æternum gaudium nunciatur. 26. Int. homo, & Deus. 27. in Bethlehem, vnde Dauid natus. 28. Int. ſignum ſalutis fidelibus, humilitas Saluatoris, quæ eſt oppoſita ſuperbiæ, per quam mors in mundum intrauit. 29. Int. ne parua vnius Angeli videatur authoritas. Beda. 30. Int. quæ Chriſtum ducem ſequitur. Beda. 31. Beda. ſuo nos inſtruunt exemplo. Chry. olim Angeli ad puniẽdum mittebantur; nunc canunt, gratias agentes. Greg. 28. moral. cap. 4. gaudent ſuum numerum impleri. Orig. gaudent veniſſe Medicum, qui præſtet quod ipſi non poterant. 32. Cyril. pax per Chriſtum facta, qui nos Deo reconciliauit: duoſq́; populos in vnum hominem pacificauit, & cœlicolas, & terrenos in vnum gregem compoſuit. 33. Beda. non enim eſt pax impijs. Aug. 13. de Trin. c. 13. pertinet iuſtitia ad bonam voluntatem.

Sens. Myst. in Cap. II.

16. Beda. vilibus inuoluitur, vt nos ſtolam primam recipiamus. Græc. ab ipſis primordijs humanam ſuperbiam calcat, non tantùm homo fit, ſed homo pauper ex paupere matre. 17. Int. ponitur in præſepio, id eſt, corpus Chriſti ſuper altare. 18. Int. Beda. vt ſancta animalia carnis ſuæ frumento reficiat, qui panis eſt Angelorum. Cyr. Reperit hominem factum beſtialem in anima, ideò in præſepio, loco pabuli, ponitur: vt vitam beſtialem mutantes, non fœno veſcamur, ſed cœleſti pane. 22. Int. Amb. grex, populum: nox, ſæculum: paſtores, Sacerdotes, vel etiam Angeli. Greg. in hom. illi præ cæteris ſublimia videre merentur, qui fidelibus ſollicitè præſunt. Beda in hom. paſtores, Doctores, & rectores fidelium: nox, pericula tentationum: bene paſtores vigilant nato eo, qui eſt paſtor bonus. 23. Glo. ſignificatur præceſſiſſe nox, & dies appropinquaſſe.

Addit. Auct. In Cap. II.

g. id eſt, faſcijs. 18. ſcilicet, inter bouem, & aſinum. ſecundùm Græc. Niſſ. & Naz. h. ignobilia mundi elegit Deus. l. Græ. in agris agentes, ſeu ſtabulantes: ſcilicet, noctè ſeruantur greges in ſeptis. m. φυλάσσοντες cuſtodias ſcilicet, viciſſim, vt fit, onere in plures partito. n. ſcilicet, qua Chriſtus natus. o. ἐπέστη ſcilicet, ſuperueniens. 23. δόξα, gloria. p. id eſt, à Deo immiſſa: q. ad inſolitum ſplendorem. r. id eſt, affero vobis lætum nũcium gaudij magni. 25. Iſraëlitico, vel totius mundi. s. hominum cauſa. 28. quo poſſitis cognoſcere. t. illo ſcilicet, noto, & communi. Erat in extrema parte Bethlehem ad Orientem, ſub rupe exciſum, propè ciuitatis murum. 29. ſcilicet, ne vnius parua videretur auctoritas, & ne paupertate Chriſti paſtores offenderentur. 30. id eſt, exercitus: ſcilicet, annunciabant Dominum Sabaoth, id eſt, exercituum. v. ſcilicet ſit, vel debetur. 32. ſcilicet, dato. 33. Græc. εὐδοκία, beneplacitum: ſcilicet, Dei, ſeu gratuita beneuolentia. q. d. pax ex Dei beneplacito inter Deum & homines, qui Deo placent.

Et factum eſt vt diſceſſerunt ab eis Angeli in cœlum, [34] paſtores loquebantur ad [c] inuicem: [z] [m] Tranſeamus vſque Bethlehem, & [35] videamus hoc [36] verbum quod factum [37] eſt, quod fecit [38] Dominus, & oſtendit nobis. Et venerunt [39] feſtinantes, & inuenerunt [40] Mariam & Ioſeph, & [41] infantem [42] poſitum in præſepio. [43] Videntes autem cognouerunt de [44] verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierant, [45] mirati [aa] ſunt: & de ijs quę dicta erant à [46] paſtoribus ad ipſos. Maria autem [47] conſeruabat omnia [bb] verba hæc, [48] conferens in corde ſuo. Et [cc] reuerſi ſunt paſtores, glorificantes, & laudantes Deum in omnibus quæ [49] audierant, & [50] viderant, ſicut [51] dictum eſt ad illos. Et poſtquam conſummati ſunt [dd] dies octo vt [52] circuncideretur puer: [53] vocatum eſt nomen eius [54] Ieſus: quod vocatum eſt ab [55] Angelo, [56] priuſquam in vtero conciperetur.

Sens. Lit. In Cap. II.

34. Int. credentes verbis Angeli paſtores, teſtimonium dant vero Agno. 35. Int. Amb. cùm caro Domini videtur, verbum videtur, quod eſt Filius. 36. Int. Beda. quod in principio apud Patrem, factum eſt caro: & ſic oſtẽſum nobis, quod in Deitate non poterat videri. 37. Int. ſ. caro. 38. Int. Pater, Filius, & Spiritus ſanctus fecit. & ſic factum oſtendit. 40. Int. miniſtros natiuitatis. 41. Int. hominem natum. 43. Int. recto ordine per cognitionem natiuitatis, venerunt ad cognitionem verbi. 44. Int. quod erat in principio. 45. Glo. de Incarnationis myſterio. 46. Glo. qui fingere neſcirent, ſed vera prædicarent. 48. Beda in hom. pudica virgo non diuulgat, ſed confert quæ facienda legerat, cum his, quæ facta cognoſcit. Glo. expectat tempus congruum, quo Deus vulgari velit. Græc. confert audita ab Angelo, & à paſtoribus. 49. Int. ſ. ab Angelis. Beda. 50. Int. ſcilicet, in Bethlehem. Beda. 51. Beda. ſ. inuenerunt quod dictum erat, vel laudant ſicut erant edocti ab Angelis. 52. Epi. hær. 30. Circuncifus eſt, vt oſtenderet carnis veritatem: & circũciſionem à ſe inſtitutam confirmaret, Iudæiſque occaſionem adimeret non recipiendi tanquam incircunciſum. Beda in ho. vt obedientiam nobis exemplo commendaret. Athan. Exprimebat circunciſio generationis vetuſtæ ſpoliationem: nempe ſignum erat futuri per Chriſtũ baptiſmatis, quo veniente, ceſſauit figura. Cyril. octauo die celebrabatur, octauo enim & Chriſtus reſurrexit. Beda in hom. idem remedium contra originale peccatum in circunciſione fuit tempore Legis, quod poſtea in Baptiſmo, niſi quòd cœlum Antichriſti non intrabant. Glo. non reſpuit qui in ſimilitudinem carnis peccati venerat, nec circunciſionem, nec baptiſma. 54. Cyril. Editus enim ad totius orbis ſalutem, quam ſua circunciſione præfigurauit. 55. Int. nõ decuit tam glorioſum nomen primùm ab hominibus appellari, ſed ab excellẽtiori natura, ne homo videatur machinator huius nominis

Sens. Myst. In Cap. II.

z. Beda in hom. Tranſeamus abiectis cõcupiſcentijs, tota mentis deſiderio in Bethlehem ſupernam, id eſt, panis viui domum. 35. Int. non aſpiciamus retrò, nec ad dexteram, vel ſiniſtram: niſi in ſolum Chriſtum. 39. Glo. non enim deſidia quærendus eſt Chriſtus. 40. Beda in Lucam. Maria, Eccleſiæ pulchritudo: Ioſeph, Doctorum cœtus: præſepe, Scriptura, vbi Chriſtus inuenitur. 42. Int. id eſt, in carne. 46. Beda in hom. non debent paſtores celare, ſed auditoribus oſtendere quæ in Scripturis didicerunt. c c. Beda in Lucam. Magiſtri ſpirituales, nunc cæteris dormientibus, cœleſtia contemplantur: nunc fidelium exempla quærendo circumeunt: nunc ad officium ſuum docendo reuertuntur. dd. Beda. Chriſtus poſt ſeptimam Sabbati reſurrexit, & nos poſt ſex huius ſęculi ætates, & ſeptimam Sabbati animarum, quę nunc in alia vita geritur, quaſi octauo tempore reſurgemus. Glo. tunc ab omni corruptione circunciſi erimus, & verum præputium auferetur, quia nec nubent, nec nubentur. 56. Beda. vt à Chriſto Chriſtiani, ita à Saluatore Saluati, vocantur electi: idque non ſolùm antequam in vtero Eccleſiæ per fidem concipiantur, ſed etiam ante tempora ſæcularia.

Addit. Avct. In Cap. II.

z. id eſt, inter ſe. 36. pro, rem, Heb. a a. &, non eſt Gracè, nec in omnibus Latinis. b b. pro, res. Hebr. 48. ſcilicet, inter ſe.

Et poſtquam impleti ſunt dies purgationis[57] eius ſecundùm legem[58] Moyſi, tulerunt[ee] illum in Hieruſalem,vt ſiſterent[59] eum Domino,[-] ſicut ſcriptũ eſt in lege Domini, Quia omne[ff] maſculinum adaperiens[60] vuluam,ſanctum[61] Domino vocabitur,& vt darent hoſtiam[62] ſecundùm quod dictum eſt in lege[gg] Domini : par turturum,[63] aut duos[64] pullos columbarũ.Et ecce homo[65] erat in Hieruſalem cui nomen Symeon, & homo iſte iuſtus[hh] & timoratus,[67] expectans conſolationem[68] Iſraël, & Spiritus ſanctus[69] erat in eo, & reſponſum acceperat[70] à Spiritu ſancto:non viſurum[71] ſe mortem,[72] niſi

Sens. Lit. In Cap. II.

57. Int.Mariæ.Beda.erat virgo à legali iure immunis,nec enim ſuſcepto ſemine peperit, ſed vt Chriſtus,ita & ipſa legi eſt ſponte ſubiecta. 58. Titus.reuera enim non indigebat. e e. Glo.portabãtur ad templum paruuli de toto regno Iudæorum,poſt trigeſimũ tertium à circunciſione diem:quod ſi de tribu eſſent Leui, in miniſterium templi deſtinabantur ; ſi de alia tribu, pretio dato à parentibus redimebantur. 59. Int. id eſt,offerrent,& conſecrarent. Athanaſ. Propter nos ſiſtitur, vt diſcamus Deo præſentare nos ipſos,ſicut & circunciditur,vt ſpiritualiter circuncidamur. ff. Glo. ſcilicet, tam hominis,quàm pecoris, quod ſi immundum eſſet animal,redimebatur. 60. Int. Beda. conſueto natiuitatis more loquitur, non quod dominus ventris hoſpitium egrediens deuirginaſſet. Beda. ſignificatur hoc loquendi modo, hominis & pecoris primogenitum. 61. Greg Nyſſ.Vnde & Gabriel quaſi hoc decretum ad ipſum ſolum pertineret, dicebat, Quod ex te naſcetur ſanctum, &c. Ambr. Solus per omnia in natis de femina ſanctus Ieſus, qui contagia corruptelæ cæleſti maieſtate depulerit. 62. Cyril. O profunditas ſapieotiæ Dei, hoſtias offert qui per ſingulas hoſtias honoratur cum patre ; figuras Legis cuſtodit Legis conditor. 63. Beda. Erat hæc pauperum hoſtia, eorum ſcilicet qui non poterant agnum offerre cum turture, aut columba. 64. Glo. ſ. vnum in holocauſtum, alterum pro peccato. h h. Amb.non enim ſuam,ſed populi gratiam requirebat. 67. Beda. Difficulter iuſtitia ſine timore cuſtoditur, quo iuſtus Deum ardentiùs diligit, eò ſolertiùs offendere cauet. 68. Greg.Nyſſ.ſcilicet. tranſlationem à legis vmbra ad veritatem. 69. Greg. Nyſſen. à quo iuſtificabatur. 70. Int. mente. 71. Int. id eſt,experturum. Beda. 72. Int. ſcilicet carnis.

Sens. Myst. In Cap. II.

59. Beda. nemo, niſi circunciſus vitiis,Dominico dignus eſt conſpectu; nemo niſi mortalitatis nexibus abſolutus,ſuperna gaudia perfectè ſubit. 63. Int. turtur, caſtitatem; columba,ſimplicitatem ſignificat, & caſta, & ſimplex iuſtorum conuerſatio, gratum Deo offert ſacrificium. Beda in hom. ſi enim coniugem caſu perdiderit turtur, non aliam quærit. Cyril. turtur loquaciſſima in auibus ; columba, manſuetum animal,talis Chriſtus manſuetudinem colens,& hortum ſuum replens melodiis. occidebatur turtur & columba,in figuram paſſuri Chriſti. Beda in Lucam. columba gregatim volans,actiuæ vitæ frequentia; turtur ſingularitate gaudens,contemplatiuæ; vtraque accepta Domino, nec Lucas dixit vtra illorum eſſent oblata, ne iſtorum alterum præferret, ſed vtrumque viuendi ordinem ſequendum doceret. Beda in hom. vtraque auis ob conſuetudinem gemendi Sanctorum luctus deſignat; ſed turtur ſoliuagus ſecretas lacrymas, columba gregatim volans,publicos Eccleſiæ conuentus. 64. Athanaſius. bina iubentur offerri, quia poſtulat à nobis Deus & corporis & animæ caſtitatem, & manſuetudinem.

Aodit. Avct. In Cap. II.

57. *ſcilicet,cæremoniarum,quibus puerpera & fœtus luſtrabantur,vt poſſent in templum ingredi.*
58. *illa enim non egebat purgatione, vel quaſi dicat, vt lex præcipiebat.* 60. *id eſt, primum naſcens. Hebr.* 61. *id eſt, conſecratum : redimebatur tamen pretio, ne ſeruiret in templo: quaſi dicat, Domino conſecrabitur.* 62. *Non pro prole. ſed pro matre. vide Leuit. 12. illud autem Eccleſia obtulerunt pro eo, intellige,id eſt,pro eius partu.Redimebatur autem primogenitus ſiclis quinque. Num. 18.* g g. *vbi quod dicitur ſuſcepto ſemine:Hebr eſt,ſemen fecerit,id eſt,prolem:ſcilicet,conceperit.* 63. *ſcilicet,alterum in holocauſtum, in gratiarum actionem : alterum pro peccato, id eſt, partus immunditia, ob quam à ſacris prohibebatur,quæque figura peccati, vel pro peccatis, quòd nemo ſit ſine peccato.* h h. *ſcilicet, reſpectu hominum.* 67. *ſcilicet,reſpectu Dei. Græc pius,religioſus non videtur fuiſſe Sacerdos,nec enim id Lucas tacuiſſet.* 69. *etiam per donum prophetiæ.* 70. *ſcilicet,interiori inſpiratione.*

priùs

prius videret[73] Chriſtum[74] Domini.Et venit in ſpiritu in templum[75]. Et cùm inducerent puerum Ieſum parentes[76] eius : vt facerent ſecundùm conſuetudinem legis pro eo : & ipſe accepit eum in vlnas[77] ſuas , & benedixit[l] Deum , & dixit , Nunc[78] dimittis[79] ſeruum tuum Domine[80] , ſecundùm verbum[81] tuum in pace[82] : Quia viderunt[83] oculi mei[84] ſalutare[85] tuum, Quod[86] paraſti[87] ante faciem[mm] omnium populorum:Lumen[88] ad reuelationem[89] gentium , &[90] gloriam[91] plebis tuæ Iſrael. Et erat Ioſeph[92] & mater eius mirantes[nn] ſuper his quæ dicebantur[93] de illo. Et benedixit[oo] illis[94] Simeon[95] : & dixit ad Mariam[pp] matrem eius:

Sens. Lit. In Cap. II.

73. Int.ſ.oculis carnis.Amb.ſciebat quia beati oculi,qui viderent.Greg.18.Moral.hinc diſcimus quanto deſiderio Sancti viri incarnationis myſterium videre cupierunt. 74. Int.Meſſias Hebraicè , Chriſtus Græcè,Vnctus Latinè. 75. Int.Beda.eadem gratia,qua venturum prænouerat, venientem cognouit. 76. Orig.putabatur enim Ioſeph pater. 77. Beda.magna humilitas Saluatoris, qui loco non capitur,grandæui hominis vlnis geſtatur.Orig.ſi ad tactum fimbrię ſanata eſt mulier,quid putandum eſt de Simeone,qui accepit in vlnas? 78. Int.ſ.viſo redemptore. 79. Int. q. d. dimitte ad mortem carnis. Baſil. omnes iuſti ſuper mundo,& eius flebili mora ingemiſcunt.Heu mihi,dicit Dauid,Quia incolatus meus prolongatus eſt. 80. Theoph.ſ.mortis & vitæ. 81. Int.quia reſponſum acceperat à Spiritu ſancto,non viſurum ſe mortem,niſi priùs videret Chriſtum Domini. 82. Int.in ſinu Abrahæ requieturum. 83. Int.beati qui vident quod Simeon vidit. 84. Int.& carnis hominem,& cordis Deum.

85. Int. ſ. Chriſtum. 86. Int.q.d. quem poſtmodum omnibus populis quærendum dilectione , & conſpiciendum fide præuidi,iam carnis & mentis oculis Saluatorem cōtemplor. 87. Cyril.ſcilicet ante mundi originem.Glo.in primo aduentu,vt credant & diligant:in ſecundo,vt iudicentur. mm. Theop. id eſt,vt omnibus eius incarnatio pateret. 88. Int. ipſe Saluator,ipſe lux illuminans. Græcus. Infantis ineffabile iubar illuſtrauit Simeonem,vt futura præuideret. 91. Athan gentes in tenebris erant cognitione diuina priuatæ: Iſraël licet tenuiter Lege illuminabatur: ideò non dicit lumen Iſraël,ſed gloriam, quia abiecto veteri velamine, erant de gloria in gloriam transformandi. Cyril. Chriſtus, ſingulariter gloria Iſraël,quia ſecundùm carnem ex eis proceſſit. Beda. bene reuelatio gentium Iſraëlis gloriæ præfertur,cùm enim plenitudo gentium intrauerit,omnis Iſraël ſaluus fiet. 92. Int.qui ad conſeruandam famam Mariæ,pater eſt ab hominibus reputatus,& quia erat nutritius. Aug. 2. de con. Euan. pater dici potuit,ſicut & vir Mariæ,maior coniunctio illa quàm ſi adoptaſſet. 93. Int. ſ. ab Angelis,à paſtoribus, à Simeone. 94. Int.Deo.ſ.& Mariæ.Græcus.ſ.adducentibus puerum.

Sens. Myst. In Cap. II.

73. Beda. fœlix videt mortem carnis, qui Chriſtum priùs videre ſategerit, conuerſationem habendo in cœleſti Hieruſalem, & templi Dei limina frequentando , id eſt, Sanctorum, in quibus Deus habitat, exempla ſectando. 75. Orig. Si vis tenere Ieſum & amplexari , enitere vt ducem habeas ſpiritum , & venias ad templum Dei. 77. Beda. accepit ſenior infantem , vt ſignificetur ſæculum quaſi ſenio iam defeſſum ad infantiam , & innocentiam Chriſtianæ conuerſationis rediturum. Glo. Simeon & Anna prouecti,Ieſum excipiunt & laudant:fidelis enim Synagoga poſt lōgam expectationem promiſſionum fide non ficta prænunciatum recepit. 82. Orig.in pace diſcedit de ſæculo,qui intelligit quòd Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, & nihil habet inimicum Deo , ſed omnem pacem bonis in ſe opeıibus aſſumpſit.

Addit. Avct. In Cap. II.

75. i.à Spiritu-ſancto actus. ll. i. laudauit,gratias egit. 79. ἀπολύεις,ſoluis velut vinculo. q.d.ſi nunc dimittas,in pace dimittis. 81. pro, vt promiſiſti. 82. i.animo quieto,& voti compote. ſic illud, In pace dormiam , & requieſcam. 85. i.Saluatorem. mm. pro, in conſpectu , vt omnes ſcilicet illum aſpiciant, ſalutem ab eo expectantes. 89. i.illuminationem. 91. i.quòd ex Iudæis ortus,iis promiſſus,cum iis conuerſatus,vide Iſa.49. nn. aucta admiratio, qua antè cœperat,ob alia. oo. ſ.fœlicia precatus,ſeu fœlices prædicans. pp. vt ad quam magis puer pertinebat.

Ecce [96] poſitus eſt hic in [97] ruinam,& in [98] reſurrectionem [99] multorum in [100] Iſraël:& in [101] ſignum cui [99] contradicetur,& tuam ipſius animam [rr] pertranſibit [102] gladius,[103] vt [104] reuelentur ex multis cordibus cogitationes.Et erat [105] Anna [106] Prophetiſſa,filia [107] Phanuel, de tribu [108] Aſer:hæc [109] proceſſerat in diebus multis , & vixerat cum viro ſuo annis [110] ſeptem à [111] virginitate ſua. Et hæc [112] vidua erat vſque ad annos [ss] octoginta quatuor , quæ non [113] diſcedebat de templo,[tt] ieiuniis,& [114] obſecrationibus ſeruiens nocte ac die.

Sens. Lit. In Cap. II.

96. Int.quia lapis offenſionis. 97. Int.ſ.non credentium. Orig.Gregor.Nyſſ.ruinam dicit à ſalute ſpirituali,& etiam vrbis,& Iudæorum deſtructionem. Gloſ.ruinam illorum qui ſteterant ; reſurrectionem illorum qui ceciderant;vel ruinam vitiorum,reſurrectionem virtutum;eſt & Chriſtus in ſuis prædicatoribus in ruinam,& reſurrectionem, vnde Paulus, Chriſti bonus odor ſumus Deo, in iis qui ſalui fiunt,& in iis qui pereunt,bono enim odore alij ſaluantur,alij pereunt. 98. Int.quia lumē,quia gloria.

99. Int.ſ.credentium.Orig.Greg.Nyſſ.Diuinum propoſitum,eſt ſalus ſingulorum, ſed caſus & ſubleuatio conſiſtit in intentione credentium,& non credentium. Ambr.pro noſtrorum qualitate factorum ſupplicia decernit & præmia.Chry.Reſurrectio eſt conuerſatio noua. 100. Greg.Nyſſ.grauiores pœnæ Iſraël,quàm cæterarum gentium,quod dudum prophetatum,& ex eis productum,non ſuſceperunt.

101. Int.ſ.Euangelium,in quo dicitur,Veni hominem ſeparare aduerſus matrem,&c.Baſil.ſignum cui contradicitur crux.Greg.Nyſſ.Chriſtus ſignum tanquam ſupra naturam exiſtens;& ſignorum author. Orig.omnibus quæ de Chriſtò narrantur ab infidelibus contradicitur. 102. Orig. ſ.dolor Dominicæ paſſionis;ex ſua enim carne procreatum,non ſine dolore potuit videre crucifigi. 103. Greg.Nyſſ.deſignatur per hanc particulam euentus,& quidem alij Deum fatebantur in cruce,alij nec à criminationibus deſiſtebant. 104. Int.i.vt malæ cogitationes quæ prius occultabantur, proferātur in publicum,& deſtruantur à Deo;quandiu enim occultantur,non poſſunt ſanari. Orig.ſi enim reuelauerimus peccata noſtra , non ſolum Deo,ſed ijs qui poſſunt mederi vulneribus noſtris, delebuntur.Gloſ. incertum erat ante,qui Iudæorum Chriſtum reciperent, qui non. 105. Ambr.Prophetauerant Simeon , & copulata coniugio,& virgo debuit,& vidua prophetare,ne qua profeſſio deeſſet aut ſexus.Glo.quia per virum & mulierem vita mundi perdita eſt,in teſtimonio vitæ per Chriſtū redeuntis,Anna cōiungitur Simeoni.

106. Theop.immoratur circa deſcriptionem,patrem,& tribum enarrans,quaſi multos teſtes adducēs, qui patrem,& tribum noſſent.Greg.Nyſſ.ita deſcribit,quia aliæ etiam eodem nomine vocabantur.

109. Int.i.pronectæ ætatis erat. 111. Int.i à tempore amiſſæ virginitatis. 112. Amb.& ſtipendiis viduitatis,& moribus talis inducitur,vt digna fuiſſe credatur,quæ Redemptorem omniū nunciaret.Orig. Bonum eſt primum virginitatis gratiam poſſidere ; & ſi euenerit vt amittas virum,viduam perſeuerare , quod etiam eo viuente habendum eſt in animo , vt voluntas coronetur , Iuſtè vero Anna ſpiritum prophetandi meruit accipere longa caſtitate & ieiuniis. 113. Gloſ. id eſt , frequens erat in templo.

114. Int.aliâs orationibus.

Sens. Myst. In Cap. II.

102. Beda.vſque ad ſæculi finem Eccleſiæ animam tribulationis gladius pertranſire non ceſſat, dum multos videt Chriſto reſiſtere,& reuelare.i.apparere zizania,vbi fuerat Dei verbū ſeminatū. 105. Int. Anna,quæ gratia Dei,figura eſt Eccleſiæ Orig.Simeon formam legis gerebat,nam & nomē notat obedientiam;Anna,gratiæ,inter quos Chriſtus medius,illum dimiſit cum lege morientem, hanc fouet viuentem per gratiam.Beda.Anna,Eccleſia Chriſti morte quaſi viduata, anni viduitatis , tempus quò Eccleſia peregrinatur à Domino.Septem enim ſeculi curſus 12.perfectio doctrinæ Apoſtolicæ,ſepties autem 12.octoginta quatuor.7.verò anni cum viro,id eſt,cum Chriſto in carne verſante,perfectionem ſignificat. 113. Glo.Sancta Eccleſia in proſperis & aduerſis Deo ſeruiens,à cælo non recedit.

Addit. Avct. In Cap. II.

97. ſcilicet,ſpiritualem per occaſionem,dum non credent. 98. ſ.ſpiritualem dum credent.vide Iſa 8. Ioan.9. 101. i.portentum,rem inſolitā.vide Iſa.8.vel eris quaſi vexillarius ſublato vexillo. 99. ſ.verbis,& re. rr. i.penetrabit.q.d.medium cor ſcindet, ſic Pſal.56.Ferrum pertranſiit animam eius.

102. ſcilicet,contradictionis,vel doloris in paſſione. 103. coniungendum cum,poſitus in ruinam.

ss. ſcilicet,ætatis. tt. velut holocauſtis. 114. velut incenſo.

Et hæc ipſa hora[115] ſuperueniens confitebatur[116] Domino,& loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem[117] Iſraël. Et vt perfecerunt[118] omnia ſecundùm legem Domini,reuerſi[vv] ſunt in Galilçam,in ciuitatem ſuam Nazareth[119].Puer[120] autem creſcebat[121], &.confortabatur[122] ſpiritu,plenus ſapientia;& gratia Dei erat in illo[123], & ibant[xx] parentes eius per omnes[124] annos in Hieruſalem[125] in die ſolemni Paſchæ[a]. Et cùm factus eſſet annorum duodecim[126] : aſcendentibus illis in Hieroſolymam ſecundùm conſuetudinem diei feſti, conſummatiſque[127] diebus cùm redirent, remanſit[128] puer Ieſus in Hieruſalem, & non cognouerunt[129] parentes eius,exiſtimantes autem illum eſſe in comitatu[130],venerunt[b] iter diei : & requirebant eum inter cognatos & notos[131] , & non inuenientes, regreſſi ſunt in Hieruſalem, requirentes eum. Et factum eſt , poſt triduum[132] inuenerunt

SENS. LIT. IN CAP. II.

115. Int.qua Simeon Chriſtum accepit. 116. Int.i.laudabat. 117. Gloſſ.ſ.ciuitates,& populi à tyraonide alienigenæ. 118. Beda. Prætermiſit Lucas quæ ooocrat à Matthæo ſatis expoſita , de diſceſſu in Ægyptum , & reditu in Galilæam. Solent enim Euangeliſtæ omittere quæ ab aliis commemorata viderunt,vel commemoraoda in ſpiritu præuiderunt. 119. Theoph.Bethleem ciuitas eorum ſicut patria,Nazareth, ſicut habitaculum. 120. Int.ſ.ætate. 121. Int.ſ.corpore. Theoph. vt verus eſſe homo appareret. Athaoaſ. Si ſecundùm quoſdam , caro io diuinam naturam mutata eſt, quomodo capiebat augmentum? 122. Cyril.iuxta menſuram enim ætatis ſapientiam reuelabat.Theoph.Si paruus ætate omnem ſapientiam demonſtraſſet,prodigium videretur. 123. Int.ſecundùm quod homo. 124. Aug. de con.Euang.Quomodo regnante Archelao poterant inter tam ingentem turbam latenter aſcendere? mox reuerſuri,vel tunc aſcendebant,cùm iam non timeretur Archelaus, nec enim dicunt Euangeliſtæ quandiu regnarit. 125. Int.ſ.ad immolandas hoſtias. Gloſ.Meritò Lucas vitulo comparatur , verſatur enim maximè circa templum, & Hieruſalem. 126. Græc. quo tempore penes nos diſcretionis ratio perfici conſueuit, Chriſti ſapientia demonſtratur. 127. Int. quia octonis protelabatur diebus. Græc. Septem diebus durabat ſolemnitas. 128 Græ. ſcilicet latenter , ne parentes impedimento eſſent diſputationi peragendæ cum legiſperitis, & ne videretur contēnere,ſi mandantibus non pareret. 129. Beda.in hom. Solebant ſeorſum viri & feminæ incedere Hieroſolymam confluentes , vel ad propria redeuntes ; putabat ergo vterque cum altero eſſe puerum. 130. Int. id eſt , inter eos qui ſimul fuerant comitati. 131. Int.ſcilicet vicinos. 132. Glo. Vna die reuerſi ſunt ab Hieruſalem , ſecunda quærunt, tertia regrediuntur.

SENS. MYST. IN CAP. II.

126. Int.per 12.annos ſignificantur duodecim tribus , quæ ad Chriſtum veniunt. Glo. per 12. Apoſtolos fides propaganda erat. Beda. Duodenario, qui multiplicatis inter ſe inuicem, ſeptenarij partibus conſtat,vel rerum,vel temporum vniuerſitas, & perfectio deſignatur , ſumit ergo exordium à duodecimo anno, Chriſti iubar, quo ſint omnia loca,& tempora occupanda. 131. Orig. non inuenitur Ieſus inter cognatos,maiórq; eſt mortali notitia; quære Ieſum in tēplo Dei,id eſt,in Eccleſia. 132. Amb. poſt triduum ſe oſtendit reſurgens, qui mortuus credebatur. Glo. quæſitus aduentus Chriſti à Patriarchis ante Legem,& à Prophetis & iuſtis ſub Lege, & non inuentus , gentibus ſub gratia quæſitus , inuentus eſt. Item pater, id eſt, Eccleſia,mater, id eſt Synagoga, per tres leges quærentes Chriſtum, non inueniunt, niſi per Euangelium.

ADDIT. AVGT. IN CAP. II.

116. ſcilicet Chriſtum veniſſe.Gra.confeſſione reſpondebat.ſ.Simeoni, & alys,confeſſio autem intelligitur laudis,& gratiarum actionis. vv. ſ. ex Ægypto. 122. id eſt , magis magiſq; in eo elucebat ſpiritus fortitudo. xx. ſ. itinere dierum trium. 124. id eſt , quotannis. a. in alijs enim duobus feſtis de quibus Exodi 23. Deut.16. diſpenſabatur cum longè diſſitis,ſic parentes Samuel ſemel tantùm aſcendebant. 126. quo tempore incepit iudicij ſpecimen apparere. b. ſ.profecti ab Hieruſalem. 131. ſ.quibus putabatur adhaſiſſe in via. 132. ſ.die tertio.

illum in templo ſedentem in medio doctorum: audientem illos, & [133] interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, ſuper prudentia & [134] reſponſis eius. [135] Et videntes [136] admirati ſunt. Et [c] dixit mater eius ad illum, Fili, quid feciſti nobis ſic? ecce [137] pater tuus & ego [138] dolentes quærebamus te. Et ait ad illos, Quid eſt quod me quærebatis? [139] neſciebatis quia in [d] his quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe? [e] Et ipſi non intellexerunt verbum quod [140] locutus eſt ad eos. Et [f] deſcendit cum eis, & venit Nazareth: & erat [141] ſubditus illis. Et mater eius [142] conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo. Et Ieſus [143] proficiebat ſapientia & [g] ætate, & gratia apud [144] Deum, & [145] homines.

SENS. LIT. IN CAP. II.

133. Orig. Interrogabat, vt erudiret; ex vno quippe doctrinæ fonte manat interrogare, & reſpondere ſapienter. 134. Inter. ſcilicet, ſuper reſponſorum prudentia. Beda. ad oſtendendum ſe hominem, humiliter audiebat; ad probandum ſe Deum, ſublimiter reſpondebat. Chryſoſt. in Iohan. Nullum miraculum fecit in pueritia, hoc vnum tantùm prodit Lucas, per quod mirabilis videbatur.

135. Int. ſcilicet, hoc. 136. Int. ſcilicet, Maria, & Ioſeph, vel quicunque alij hoc videntes. 137. Int. putatiuè. 138. Orig. ne fortè reuerſus eſſet ad cælum, deſcenſurus iterum cum ei placuiſſet. d. Glo non vituperat quod quærant vt filium; ſed quis ſit ſibi verus pater inſinuat, ſimul oſtendens templum non minus ad ſe, quàm ad Patrem pertinere. 140. Beda. de ſua diuinitate. f. Int. verè deſcendit, qui humiliatur ſub illis. 141. Orig. Subjiciebatur Ieſus Ioſeph, & ego ſubjiciar Epiſcopo, qui mihi conſtitutus eſt pater. Sæpe ſubiectus melior eſt, non ergo ſuperior eleuetur ſuperbia. Baſil. cùm eſſent egeni; Ieſus obediens illis, labores ſuſtinebat. Ambr. non mirum eſt deferre Patri, qui ſubditur matri.

142. Int. quaſi ſub ſignaculo recondebat. Beda. Recondebat diligentius ſcrutanda. Greg. quædam in præſenti contemplabatur, alia ſpectabat in futurum clariùs reuelanda. 143. Int. in natura humanitatis. Theoph. Proficiebat humanitas in Chriſto, & paulatim creſcente corpore, manifeſtabat ſeipſum, & quotidie ſapientior apparebat. Glo. Sapientiam paulatim demonſtrabat, & gratiam quam habebat apud Deum, & homines; nempe proficiebat Deo ad laudem, hominibus ad ſalutem. 144. Græ. Paternum opus peragens.

SENS. MYST. IN CAP. II.

138. Orig. oportet Ieſum quærere non negligenter, ſed cum labore, & dolore. 139. Græc. Deficit homo à perfectione per affectum cognatorum. 145. Theoph. prius oportet placere Deo, poſtea hominibus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. II.

133. reſpondebat etiam, vt patet ex ſequentibus. 136. ſcilicet, neſcientes facti huius rationem.

c. ſcilicet, ſeorſum, non coram doctoribus. 138. ſcilicet, ne fortè amitterent, aut ei quicquam mali accidiſſet. e. plenè, ſcilicet. 142. quæ poſtea docuit Apoſtolos. ¶ aliàs vertit ſtatura. Matth. 6. Luca 19. Græ. ἡλικίᾳ. 144. id eſt, Deo probante. 145. Quid egit vſque ad baptiſmum? Reſp. vacabat contemplationi, iuuabat etiam ſecundùm quoſdam, parentum inopiam labore manuum, arte ſcilicet Ioſeph fabrili.

CAPVT III.

ANNO autem quintodecimo imperij Tiberij Cęſaris,procurante Pontio Pilato Iudæam:Tetrarcha autem Galileæ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Ituræ,& Trachonitidis regionis:& Lyſania Abilinæ tetrarcha : ſub Principibus ſacerdotum Anna & Caipha : factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto. Et venit in omnem regionem Iordanis,prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum,ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonum

SENS. LIT. IN CAP. III.

2. GRæc.qui in monarchia ſucceſſit Auguſto,à quo Romani Principes Auguſti dicti. 3. Beda. Hic duodecimo Tiberij anno in Iudæam miſſus,decem illic annos procurationem tenuit. 4. Beda.vt Iudææ regnum minus validum fieret, per tetrarchias ab Auguſto diuiſum eſt. 5. Beda. hic & Philippus & Lyſanias,filij Herodis,ſub quo natus eſt Dominus,quorum frater Archelaus,qui decem annis regnauit,accuſatus à Iudæis apud Auguſtum,exilio apud Viennam periit.Auctor.vide Additionem. 6. Int.terra. 7. Int.regio eſt. 9. Beda. Annas illo anno adminiſtrauit Sacerdotium, Cayphas autem anno quo Chriſtus crucifixus eſt, tribus aliis in medio pontificatu perfunctis ; commemorat verò Lucas hos,quia ad Domini paſſionem pertinent.Nulli autem iam Pontificatus vitæ,vel generis merito,ſed Romana poteſtate dabatur. 10. Int.ſ.itud vade,& prædica baptiſmum.Chryſ.verbum, mandatum Dei dicit. 12. Theoph.in quo fuit vſque ad oſtenſionem, vt nulla eſſet ſu picio quod affinitatis aut conuerſationis gratia de Chriſto teſtificaretur. Gre.Nyſſ. Amotus à conuerſatione humana, inuiſibilium ſpeculationi vacabat. 13. Int.idem præco prænunciat,quod poſt per ſe ipſam veritas.

14. Chry.in Ioan.Hortabatur enim ad pœnitentiam Iudæos,vt veniã impetrarent credentes in Chriſtum,ad cuius fidem ille baptiſmus præparabat.Greg.in hom.Baptiſmum qui peccata ſolueret,quia dare non poterat,prædicabat;itaque ſicut verbum incarnatum præcurrebat verbo prędicationis,ita pœnitentiæ baptiſmum baptiſmate ſuo.Amb.Iohannes,vt lex quę peccatum denunciare potuit,ſed non donare.Greg.Nazianz.Baptizauit Iohannes,ſed non omnino ſpiritualiter vt Chriſtus. 15. Int.Ecce Ioannis prædicatio,firmatur Prophetæ teſtimonio.

SENS. MYST. IN CAP. III.

1. GReg.in hom.quia Ioannes illum prædicare veniebat , qui ex Iudæis quoſdam, & ex gentibus multos redempturus erat per regem gentium,& principem Iudæorum prędicationis eius tempora deſignantur. 2. Orig.in Prophetis,qui ſolis Iudæis prædicant, ſolum Iudæorum regnum deſcribitur; at in Euangelio toto orbi prædicando eius dominium , qui totius orbis Dominus videbatur , & quia etiam Iudæos oportebat credere,etiam Iudæorum regna deſcribuntur. 4. Greg.in hom.quia Iudæa pro culpa perfidiæ diſpergenda erat,in ea plurimi principabantur. 8. Greg. in hom.quia Iohannes illum prædicauit,qui rex eſt & ſacerdos,etiam ſacerdotum mentio fit. 12. Orig.Iordanis.i.deſcendens,illic decebat perambulare,qui pœnitentiæ baptiſmum prædicabat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

2. Qui regnauit annis 22.eius autem duodecimo miſſus Pilatus in Iudæam,cuius anno 3.aut 4.cœpit Ioannes prædicare. a. Gr.i.ἡγεμονεύοντος.præſidem agente.ſ.poſtquam Archelaus decimo anno regni ſui miſſus eſt ab Auguſto in exilium Viennam Galliæ Datt enim Iudææ præſides Coponius , Marcus, Annius Rufus,ſub quo obijt Auguſtus,Valerius Gratus,& Pilatus,ſub quo obijt Tiberius. 4. Erat Syria diuiſa in quatuor partes,ſingularumq́; præſides tetrarchæ vocabantur,quod nomen retentum, etiam vbi plures eſſe cœperunt.Plinius enim in Celeſyria ait fuiſſe tetrarchias 17.erant autem inſtar regnorum.Tres verè iſtas,de quibus hic dicitur, Agrippa poſtea à Caio obtinuit,putarunt autem quidam,vt Euſeb.in Chronicis etiam,Lyſaniam fuiſſe Herodis filium,at alij negant , dicentes filium Ptolemai Minæi apud Lybanum tyranni,eique ſucceſſiſſe,non autem in vlla Herodis regni parte,huic enim ſoli filij tres ſucceſſerant, Auguſto teſtamentum,eius confirmante,nempe Archelaus,Herodes,& Philippus. 8. ante à Pilato largitionibus obtinuerant,vt Pontifices fierent viciſſim,vel Cayphas coadiutor erat Annæ,aut Anna Cayphæ. 10. i.iuſſio,vel inſpiratio. b. pro,ad.q.d.Dominus eſt Ioannem allocutus. c. Græc.περίχωρον, id eſt, circa regionem ſcilicet finitimam Iordani. 12. qui effluit ab Antilibano ex Ior,& Dan fontibus,facitq́; primum lacum Samachoniten,deinde Tiberiaden,abſorbeturq́; tandem lacu Aſphaltite,ſeu mari mortuo interpretatur fluuius Iudicij,Ieor enim fluuius,Dan Iudicium.

Eſaiæ

Eſaiæ Prophetæ:[16]Vox clamantis in deſerto:[*] [17]Parate viam Domini, [18]rectas facite ſemi-
tas eius,[19]omnis vallis [20]implebitur,& omnis [21]mōs & collis humiliabitur,& erunt [d]praua
in [e]directa:& [f]aſpera in vias [22]planas: & [g]videbit omnis [23]caro [24]ſalutare [25]Dei. Dicebat ergo
ad [26]turbas quæ [27]exibant vt baptizarentur ab ipſo. [28]Genimina [29]viperarum, [30]quis [31]oſtendit
vobis fugere à [32]ventura [33]ira? Facite ergo [34]fructus dignos [35]pœnitentiæ & ne cœperitis
dicere,Patrem [36]habemus Abraham. Dico enim vobis,quia potens eſt Deus de [37]lapidi-
bus iſtis ſuſcitare filios [38]Abrahæ. Iam enim [39]ſecuris ad radicem [40]arborum poſita eſt.
Omnis ergo [41]arbor non faciens fructum bonum,excidetur:& in ignem

SENS. LIT. IN CAP. III.

16. Int.Iohannes eſt verbi vox. * Greg.ſ.relictæ,& deſtitutæ Iudææ ſolatiũ redemptionis annunciantis 17. Int.q.d.prauitates abijcite,fidem,& bona opera accipite. 18. Int.ſ.vt non pro terrenis ſeruiatis. 19. Int.Omnis qui ſe humiliat,exaltabitur. 20. Orig.ſ.bonis operibus,& Spiritus ſancti fructibus. 21. Int.Et qui ſe exaltat,humiliabitur.Chry.montes,ſuperbi;colles,operib. ſteriles;collis enim nullos fructus producit. Orig. montes & colles aduerſariæ poteſtates Chriſti aduentu proſtratæ. Greg. in hom.vallis.gentilitas;montes & colles,Iudæi. 22. Cyril Aduentu Chriſti explanata ſunt omnia, & reddita ad eundum facilia.Chry.ſignificatur facilis via ad ſalutem.Greg.in hom.praua fiunt directa,cùm detorta per iniuſtitiam corda,ad iuſtitiæ regulam diriguntur;aſpera verò plana,cùm immites ad manſuetudinem redeunt. 23. Int.ſ homo Iudæus,& gentilis,vir & mulier,iuuenis & ſenex. Greg.in hom. Chriſtum in die Iudicij omnes & electi,& reprobi videbunt. 24. Int.ſ.Chriſtum. 25. Cyril.ſ.Patris, qui Filium miſit ſaluatorem. 26. Int.Beda.ſ.Phariſæorum,& Saducæorũ; qui pœnitentia & correctione maximè indigebant. 28. Int.q.d.venenati venenatorum filij, qui bonis inuideris, & perſequimini. Greg. ¶ Chry.imponit Scriptura nomina ſecundùm paſſiones, procaces, canes vocans; luxui deditos, equos;dementes,aſinos;rapaces,& petulantes,leones & pardos; doloſos,aſpides. 29. Chry.ferunt viperam marem coeundo necare,perimi verò excreſcente fœtu,prodit enim is ſciſſo parentis vtero Sic Iudæi ſpirituales patres occidebant. 30. Int. Beda. q.d. quare non prius depoſitis venenum, vt ſic ad baptiſmum veniatis?Auctor videtur legiſſe,oſtendet. 31. Int.q.d.nemo,cùm non pœniteatis; ſed ego demonſtro,& hoc eſt,Facite ergo fructus dignos. 32. Int.ſ. vindicta. Greg.in hom.i. animaduerſione vltionis extremæ. 33. Greg. in hom. fugere enim ab ira non valet, qui ad lamenta pœnitentiæ non recurrit. 34. Chry.non ſatis eſt peccata dimittere,ſed opus eſt fructus ferre;Declina à malo,& fac bonum;euulſa ſagitta,oportet vulneri medicamen apponere.Dicit autem non fructũ,ſed fructus, copiam deſignans. 35. Int.ſ.pro æqualitate culpæ.Greg.in hom.q.d.tanto maiora ſint bonórum operum lucra per pœnitentiã,quanto grauiora damna illata per culpam. 36. Greg.in hom. ideo ſe nolebant agnoſcere peccatores,quia de Abrahæ ſtirpe deſcenderant.Chry.quid confert carnalis generoſitas,niſi conſimilibus ſtudiis fulciatur? 37. Int.Beda.i.de gentilibus,quorum corda inſenſibilia.Amb.Gentiles,vt lapides,quia lapidibus ſeruiebant,ſic & infra homines arboribus comparantur, mutatur autem comparatio,vt profectus aliquis intelligatur.Lapides enim deformes ad vſum;nudi,ad ornatum; ſteriles,ad fructum:arbores verò decoræ ad vſum; venuſtæ ad aſpectum; opimæ ad fructum. 38. Int.de quibus dictum,Si autem vos Chriſto,ergo Abrahæ ſemen eſtis,quia ſemini eius Chriſto per fidem vniti.

39. Int.i.ſeueritas iudiciaria ad funditus extirpando. infructuoſos præparata eſt.Orig.Iſraëlitici populi præciſio ſignificatur.Cyrill.deciſi fuerunt rami,non radicitus planta extirpata,reliquiæ enim Iſraël ſaluæ fient. 41. Int.vt gentiles;& hypocritæ,qui nullum;& hæretici,qui malum.

SENS. MYST. IN CAP. III.

27. Orig.Non venit ritè ad baptiſmum, qui mores priſtinos, & conſuetudinem non relinquit; qui vult baptizari egrediatur. 40. Greg.in hom.arbor,genus humanum; ſecuris,Chriſtus,qui ex manubrio,& ferro,id eſt,humanitate,& diuinitate.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

20. pro,impleatur,futurum pro imperatiuo,more Hebr. & ſic in ſequentibus,vt ſit explicatio ſuperiorum,ſcilicet,quomodo paranda via,&c. d. Græc.σκολιὰ,obliqua,tortuoſa: e. Græc.εὐθεῖαν, rectam ſcilicet viam. f. Græc.τραχεῖαι,aſpera, ſcilicet via. 22. Græc.λείας, id eſt, leuis. g. ſcilicet, etiam oculis carnis. 26. quibus permiſti Phariſæi & Saducæi,vt patet Matth.3. 28. alias vertit progenies. 31. præteritum eſt.

[42] mittetur. [43] Et interrogabant eum turbæ,dicentes, [44] Quid ergo faciemus? Reſpôdens autem,dicebat illis:Qui habet [45] duas [46] tunicas, [h] det non habenti : & qui habet eſcas,ſimiliter faciat.Venerunt autem & [47] publicani vt baptizarentur,& dixerunt ad illum, Magiſter, quid faciemus ? At ille dixit ad eos, Nihil amplius , quàm quod conſtitutum eſt vobis faciatis.Interrogabant autem eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis , Neminem [48] concutiatis , neque [49] calumniam [50] faciatis, & contenti eſtote ſti[51]pendiis veſtris. [m] Exiſtimante autem populo,& cogitantibus omnibus in cordibus ſuis de Iohanne, [52] ne fortè [53] ipſe eſſet Chriſtus. Reſpondit Ioannes, dicens omnibus : Ego quidem [54] aqua baptizo vos : veniet autem [55] fortior me , cuius non ſum [n] dignus [56] ſoluere [57] corrigiam calceamentorum eius:ipſe vos baptizabit in [58] Spiritu

SENS. LIT. IN CAP. III.

42. Amb.faciat ergo fructum,qui poteſt.gratiæ;qui debet,pœnitentiæ. 43. Int.ex verbis Ioãn's terrore percuſſi,conſiliũ quærunt,Greg.in ho. 44. Int.ſ.ne excidamur, & ne in ignẽ mittamur. 45. Int.i. ſuperfluas. Baſil.hîc docemur ex omni quod affluit debere nos erogare ei qui non habet. Greg. in ho. idcirco de diuidendis duabus tunicis datur præceptum, quia ſi vna diuiditur , nemo veſtitur. 46. Greg. in ho.neceſſaria vſui noſtro cũ proximis diuidere ad fructũ pœnitentiæ pertinet; quantum veró valent miſericordiæ opera, quæ hic præ cæteris præcipiũtur? Amb.miſericordiæ cõmunis eſt vſus,ideo commune præceptũ,miſericordia plenitudo virtutũ eſt. 47. Beda.i.vectigalium exactores , ſeu conductores,vel qui huius ſeculi lucra per negotia ſectantur. 48. Beda.ſ.per violentiam. 49. Int.i.timore , aut amore. 50. Beda.per fraudulentam malitiam. 51. Amb.ideo conſtituta ſtipendia,ne dũ ſumptus quæritur,prædo graſſetur.Aug 22.cont.Fau.c.74.Si bellum non liceret,reſpondiſſet,arma abjicite, militiam deſerite;milites ſalutis publicæ defenſores ſunt;nocendi cupiditas,vlciſcẽdi crudelitas,implacabilis animus,libido dominandi,& ſimilia in bellis iure culpantur. Chry. in Matt. publicanos & milites ad maiora traduxiſſet,ſi idonei fuiſſent. 52. Int.i.an. Glo. erat Iudæis notum ſecundum Scripturas, Meſſiæ tempus adeſſe,ſed mira cæcitate,quæ in Ioanne ſponte credebant,in Chriſto tantis ſignis & virtutibus approbato,Ioanne etiam teſtante,non credunt. 53. Beda. miſſis enim ad eum Sacerdotibus & Leuitis,an eſſet Chriſtus inquirebant(vt ait alius Euangeliſtà)Amb.videbat Ioannes cordis occulta. 54.Int. q.d tingo corpora aqua,& inſtituo vſum baptizandi , donec veniat qui abluat animas per Spiritum.
55. Int.q.d Etſi ego magnus reputor,tamen ille fortior,quia Deus. Amb.nõ facit cõparationem, quia nulla cõparatio inter Dei filium,& hominem,itaq; addit,cuius non ſum dignus,&c. 56. Aug.2.de cõſ. Euang.Matthæus,calceamenta portare,eadem tamen ſententia eſt , ſignificatur enim Chriſti excellentia,& Iohannis humilitas. 58. Int.Beda.Spiritu qui ſanctificat,& accendit amorem Dei; hîc Spiritu,in futuro igni purgatorio permundabit. Ambroſ.aqua corpus abluitur, Spiritu animæ delicta mundantur. Baſil.Non eſt putandum integrum eſſe baptiſma, in quo ſolius Spiritus ſancti nomen inuocatur, oportet enim ſemper manere illibatam traditionem, & ſicut credimus , ita baptizare , in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. addere enim,vel minuere quicquam, excludit à vita perpetua.

SENS. MYST. IN CAP. III.

57. Int.id eſt,ligaturam myſterij Gre.Calceamenta enim ex mortuis animalibus fiunt, itaque Chriſtus,qui noſtram mortalitatem aſſumpſit, quaſi calceatus apparuit ; vel, quaſi dicat Redemptoris veſtigia denudare non valeo , qui ſponſi mihi nomen non vſurpo. Soluebat olim calceamentum ſponſam ſibi competentem repudianti,qui eam accipiebat propinquitatis iure.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

h. Gra.μεταδότω,impartiatur,ſeu communicet,nempe det è duabus vnam. 47. ſ. qui Pop. Rom.vectigalia conducebant,dicti à publico,id eſt,Pop.Rom.bonis,infame hominum genus, ob auaritiam,& rapinas,odioſumq; Iudæis,qui tributa iniqua conficiebant. l. Gra.πράσσετε , quod etiam verti poterat exigatis. 48. i.per terrorem poteſtatis pecuniam extorqueatis , id enim ſignificat interdum & verbum id Latinum & Græcum διασείειν. 49. ſ.deferendo apud Præſidem prouincialem falſo crimine impoſito. m. videtur legiſſe δοκοῦντος,nunc legitur προσδοκῶντος,expectante,ſeu ſperante. 55. ſcilicet , virtute ad ſaluandum. n. Græc. ἱκανὸς, idoneus, ſufficiens.

ſancto,

ſancto,&[59] igni. cuius ventilabrum[60] in manu[61] eius,& purgabit[62] aream[63] ſuam[64]: & congre-[65]gabit triticum in horreum[o] ſuum: paleas[66] autem comburet igni inextinguibili[67]. Multa quidem & alia exhortans[p],euangelizabat[q] populo. Herodes[68] autem tetrarcha cùm corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris ſui Philippi, & de omnibus malis quæ fecit Herodes,adiecit & hoc ſuper omnia,& incluſit[69] Iohannem in carcerem.Factum[70] eſt autem cùm baptizaretur omnis populus,& Ieſu baptizato[71], & orante[72],apertum[73] eſt cælum,& deſcendit Spiritus[74] ſanctus corporali[75] ſpecie ſicut columba[76] in ipſum: & vox[77] de cælo facta eſt,Tu[78] es filius[79] meus dilectus,in te

Sens. Lit. In Cap. III.

59. Chry. ſignificatur virtus gratiæ,ſcilicet, feruor, & peccatorum conſumptio. 60. Int.id eſt, diſcretio iuſti examinis.Græc.non ſolùm munificus,ſed etiam vltor; eſt autem ventilabrũ iudicij promptitudo, in inſtanti enim ſeparat damnandos à ſaluandis. 61. Int. quia omne iudicium dedit Pater Filio. 62. Int.ſcilicet, à paleis Beda.dum vel in præſenti ob manifeſta peccata ejicitur quis ab Eccleſia,ſacerdotali caſtigatione;vel poſt mortem,ob occulta,damnatur. 63. Int.i.præſentem Eccleſiam. 64. Cyril.eſt enim Chriſtus Eccleſiæ Dominus. 65. Int.i.immobiles à ſpe æternorum.Amb.Solida merita,fructúſque virtutis. 66. Amb.i.infructuoſam leuitatem.Cyril.inanes, & vento peccati volubiles.Baſil.Conferunt hi bonis,vt paleæ tritico,nõ tamen faciunt intuitu charitatis.Orig.tẽtatio oſtendit ſi ne quis palea,an triticum.Glo.paleæ ſacramentis imbuti,ſed non ſolidi:zizania enim, id eſt,profeſſione etiam ab electis ſeparati, non ventilantur, quia iam iudicati ſunt. 67. Int.Beda.quia nec extinguetur,nec extinguet cruciatos,ſed æternaliter puniet,dicitur autem ſic ad differẽtiam illius,de quo dicitur,Igne nos examinaſti.Greg.15.mor.cap.34.corporalis eſt ille ignis,& ſemel creatus,inextinguibilis durat. 68. Euſeb.duxerat hic filiam Aretæ Regis Arabum, Philippi fratris ſui vxorem ſacrilego more;habebat enim prolem ex priori viro.Auctor.vide Additionem Matth.14. 69. Beda.Factum hoc poſt aliqua geſta à Chriſto, ſed eſt præoccupatum à Luca ad exaggerandam Herodis malitiam, qui cùm videret confluere multos ad Ioannem,& baptiſma ſuſcipere, nõ ſolùm contemnit,ſed in vincula conjicit, & occidit. 71. Int.ſ.à Ioanne, quod alij plenius dicunt.Ambroſ.non mundari volente, ſed mundare aquas, vt baptiſmatis ius haberent. Greg. Nazianz. vt totum veterem hominem immergeret aqua. Chry. Baptiſma Iudaicum ſordes carnis amouebat, non conſcientiæ crimina, vt noſtrum, Ioannis baptiſma monebat à vitio in virtutem conuerti, nec remiſſionem exhibebat. 73. Chry.hactenus reclusum.Beda.virtus baptiſmatis oſtẽditur,inde enim egredienti, cæleſtis ianua aperitur. 74. Aug.15.de Trin.cap.26 habebat quidem Chriſtus Spiritum ſanctum,ſed voluit præfigurare corpus ſuũ, id eſt,Eccleſiam,in qua baptizati præcipuè accipiunt Spiritum ſanctum. 75. Int.quia in natura diuinitatis à mortalibus non poterat videri.Amb. 76. Chry.vt Chriſti manſuetudinem ad ignoſcendum declararet,in Pentecoſte autem,ſpecie ignis, reſtat enim examinis & iudicij tempus.Cyprian.de ſimpl. Prælat.Columba ſimplex,& lætum animal,non felle amarum,non morſibus ſæuum,non vngulæ laceratione violentum;vnius domus noſſe conſortium, conuerſatione communi vitam degere, oris oſculo concordiam pacis agnoſcere; legem circa omnia vnanimitatis implere. 77. Amb Patrem quem videre non poſſumus,audiamus. 78. Int.non Ioannes. 79. Int. Conſubſtantialis.Athanaſ.lib.de Syn. Nic. additur articulus, vt ſignificetur filius ſecundum naturam.

Sens. Myst. In Cap. III.

72. Chry.Suſcepto baptiſmate, opportuna eſt iugis oratio.Beda.Etſi peccata baptiſmo laxata ſunt, manet tamen carnis fragilitas; quaſi enim trãſito mari rubro gratulamur ſubmerſos Ægyptios,ſed occurrunt alij hoſtes in deſerto mundanæ conuerſationis, qui ſunt duce Chriſti gratia, noſtro ſudore vincendi.

Addit. Avct. In Cap. III.

59. ſic dictus Spiritus ſanctus ob efficaciam,& quia in igne appariturus. 60. id eſt,iuſtum iudicium. 62. ſcilicet,tribulatione,hic,vel poſtea die Iudicij.Græc. διακαθαριεῖ,perpurgabit;permundabit. 63. ſcilicet,Iudæos,vel totam Eccleſiam. o. i.regnum cælorum. 67. qui eſt Iſaiæ vltimo. p. ſc. bona opera. q. ſcilicet,de Chriſto,& regno Dei. 69. pro,vt includeret.Heb.

complacuit[80] mihi. Et ipſe Ieſus erat[r] incipiens quaſi[s] annorum triginta[t]: vt putabatur[81] filius Ioſeph[82], qui fuit Heli[83], qui fuit Mathat[84], qui fuit Leui[85], qui fuit Melchi[86], qui fuit Iannæ[87], qui fuit Ioſeph[88], qui fuit Mathatiæ[89], qui fuit Amos[90], qui fuit Naum[91], qui fuit Heſli[92], qui fuit Nagge[93], qui fuit Mahat[94], qui fuit Mathatiæ[95], qui fuit Semei[96], qui fuit Ioſeph[97], qui fuit Iuda[98], qui fuit Iohanna[99], qui fuit Reſa[100], qui fuit Zorobabel[101], qui fuit Salathiel[102], qui fuit Neri[103], qui fuit Melchi[104], qui fuit Abdi[105], qui fuit Coſan[106], qui fuit Elmadam[107], qui fuit Her[108], qui fuit Ieſu[109], qui fuit Heliezer[110], qui fuit Iorim[111], qui fuit Mathat[112], qui fuit

Sens. Lit. In Cap. III.

80. Int.i.placitũ meum conſtitui,ſcilicet,per te facere quod mihi placet. ¶ in Adam diſplicuit.Greg. ſuper Ezechielem,Pœnitet me,inquit,feciſſe hominem,quaſi enim ſibi diſplicuit in peccatoribus,quos creauit,in ſolo autem Chriſto ſibi placuit,quia non inuenit culpam. Aug.2.de conc.Euang. Matthæus, Hic eſt Filius meus,ſed eadem eſt ſententia,indicauit autem Matth.factam vocem propter eos qui aderant; Chriſto enim non erat neceſſe,qui ſciebat ſe Filium Dei. t. Chryſ. vſque ad illam ætatem, quæ peccata cuncta recipit,expectat,totam legem perficiens; ne quis dicat legem ſoluiſſe, quod non poſſet perficere. 81. Int.quia natura non erat,ſed putabatur,quia Maria eum genuit,quę Ioſeph erat deſponſata.Amb.Erant verò ex eadem tribu & patria,ideóque Ioſeph generatio explicatur, nempe viri, more Scripturæ. 83. Int. ſecundùm legem Ioſeph filius eſt Heli,ſed ſecundùm carnẽ Iacob. Greg.Nazian. abſurdum eſt,quod quidam dicunt,eoſdem eſſe qui à Luca & Matthæo numerantur,à Dauid vſque ad Ioſeph. initium enim eſt Nathan, & Salomon, itaque diuerſæ generationes. Euſeb.Emiſſ. Ioſeph verè Iacob filius,vt ait Matth.putatiuè verò,vt ait Luc. Heli,plurimi enim hoc putabant.Aug 2.de q.Euang. aut vnus Euangeliſta Patres nominauit, alter verò auum maternum, vel aliquem de cognatis maioribus,aut vnus erat pater naturalis, alter per adoptionẽ; aut cùm vnus ſine liberis diſceſſiſſet, alter filium à ſe genitum mortuo deputauit. Amb. Mathan Iacob filium genuit, & vxore ſuperſtite deceſſit, ex qua poſtea Melchi genuit Heli,qui ſine liberis decedẽte Iacob fratre ſuo genuit ex eius vxore Ioſeph.Beda. Iacob ex fratris Heli ſine liberis decedentis vxore genuit Ioſeph. Aug. de q.nou.& vet.Teſta.q.56. Filium dicit Lucas per adoptionem,ſuſcepit enim deſcriptionem originis adoptionis,per hanc enim efficimur filij Dei. v. Glo.non dicit genuit, ſed qui fuit, deſignans ſe etiam adoptiuos filios interponere, & meritò,per adoptionem enim efficimur filij Dei credendo in Filium Dei.

Sens. Myst. In Cap. III.

r. Græc.ſignificatur ſpiritualis regeneratio,viros perfectos parere. Beda. ſignificatur baptiſmi myſterium, ſob Trinitatis fidem,& operationem decalogi. Greg. Nazian. Baptizandus eſt tamẽ infantulus ſi neceſſitas vigeat, nam Chriſtus baptiſmo non indigebat. Glo. reprimuntur temerarij, qui omnem ætatem ad docendum idoneam credunt. 82. Int,id eſt,auctus. 83. Int.id eſt,Deus meus,vel ſcandẽs. 84. Int.id eſt,donans.ſ.peccata. 85. Int.i.additus. 86. Int.i.Rex meus. 87. Int.i.dexter. 88. Int. i.auctus. 89. Int.i.donum Dei. 90. Int.id eſt,onerans. 91. Int.i.conſolatio,vel conſolator. 92. Int. id eſt,adiuua me. 93. Int.id eſt,meridies, vel meridianum. 94. Int,i.deſiderium. 95. Int. id eſt,donum Dei. 96. Int.i.obediens. 97. Int.i.augmentum. 98. Int.i. confitens. 99. Int.id eſt, Dominus gratia eius, vel Dominus miſericors. 100. Int.i.miſericors. 101. Int.i. Princeps, vel magiſter Babylonis. 102. Int i.petitio mea Deus. 103. Int.i.lucerna mea. 104. Int.i.regnum meum. 105. Int.i. robuſtus,vel violentus. 106. Int.i.diuinans. 107. Int.id eſt, Dei menſura. 108. Int.id eſt, vigilans, vel vigilia, vel pelliceus. 109. Int. i. Saluator. 110. Int. id eſt, Deus meus adiutor. 111. Int. id eſt, Dominus exaltans. 112. Int.vt ſuprà.

Addit. Avct. In Cap. III.

80. pro,tu mihi places,ſeu gratus es.Heb. r. pro, incipiebat eſſe,ferè, &c. poteſt etiam intelligi cœpiſſe tunc prædicare. ſic trigeſimo anno ætatis cœperunt imperare Ioſeph,& Dauid,vterq; Chriſti figura. t. ὡσεὶ, apud quoſdam non legitur,putant quidem Chry & alij cõpleto trigeſimo anno,ad baptiſmum veniſſe. Epiphan.ait menſe Nouembris fuiſſe baptizatum,quod verò Eccleſia canit die Epiphaniæ, Hodie Chriſtus baptizari voluit,ſolum probat eo die celebrari ab Eccleſia Chriſti baptiſmum. 83. id eſt,patris Mariæ,qui dictus Ioachim,& Eliacim,& Eli: ſenſus eſt,Chriſtus putabatur filius Ioſeph,ſed re vera erat Eli patris Mariæ,ſeu potius qui Ioſeph erat gener Eli: vt enim ad Ioſeph referatur,Græca poſtulant. 101. & iſte,& Salathiel,alij ſunt ab alijs qui apud Matthæum leguntur.

[113] Leui, qui fuit [114] Symeon, qui fuit [115] Iuda, qui fuit [116] Ioſeph, qui fuit [117] Iona, qui fuit [118] Helia-
chim, qui fuit [119] Melcha, qui fuit [120] Menna, qui fuit [121] Methata, qui fuit [122] Nathan, qui fuit Da-
[123] uid, qui fuit [124] Ieſſe, qui fuit [125] Obeth, qui fuit [126] Booz, qui fuit [127] Salmon, qui fuit [128] Naaſſon,
qui fuit [129] Aminadab, qui fuit [130] Aram, qui fuit [131] Eſron, qui fuit [132] Phares, qui fuit [133] Iudæ, qui
fuit [134] Iacob, qui fuit [135] Iſaac, qui fuit [136] Abrahæ, qui fuit [137] Thare, qui fuit [138] Nachor, qui fuit
[139] Saruch, qui fuit [140] Ragau, qui fuit [141] Phaleg, qui fuit [142] Heber, qui fuit [143] Sale, qui fuit [144] Caynan,
qui fuit [145] Arphaxat, qui fuit [146] Sem, qui fuit [147] Noë, qui fuit [148] Lamech, qui fuit [149] Mathuſalé
qui fuit [150] Enoch, qui fuit [151] Iared, qui fuit [152] Malalehel, qui fuit [153] Cainan, qui fuit [154] Enos,
qui fuit [155] Seth, qui fuit [156] Adam, qui fuit [157] Dei.

SENS. LITER. IN CAP. III.

136. Chry. Matthæus qui Iudæis ſcribebat, non vlterius ſcripſit, cõtentus oſtendere proceſſiſſe Chriſtum ex Abraham & Dauid. Lucas verò, qui omnibus loquebatur, vlterius procedit. 144. Beda. nomẽ huius, & generatio non inuenitur iuxta Hebraicam veritatem, in qua Arphaxat dicitur genuiſſe Sela, ſeu Sale, ſumpſit ergo Lucas ex 70. editione hanc generationem. 147. Amb. non erat prætermittendus typus Chriſti fabricatoris Eccleſiæ. 157. Amb. pulchrè à Dei filio generatio incipiens, ad Dei filium ducitur, præcedítque creatus in figura, vt natus in veritate ſequeretur. Aug. 2. de conſ. Euang. Ex hoc apparet Lucam non dixiſſe Ioſeph filium Heli, quaſi de illo genitum, nec enim Adam genitus ex Deo, ſed factus.

SENS. MYST. IN CAP. III.

113. Int. i. additus. 114. Int. i. audiens triſtitiam, vel ſignum. 115. Int. i. confitens. 116. Int. i. augmentum. 117. Int. i. columba, vel dolens. 118. Int. i. Dei reſurrectio. 119. Int. i. Rex eius. 120. Int. i. viſcera mea. 121. Int. i. donum. 122 Int. id eſt, dedit, vel dans. 123. Int. i. manu fortis. 124. Int. i. incenſum. 125. Int. i. ſeruitus. 126. Int. i. fortis. 127. Int. i. ſenſibilis, vel pacificus. 128. Int. i. anguſtiſ, vel ſerpentinus. 129. Int. i. populus voluntarius. 130. Int. i. excelſus. 131. Int. i. ſagitta. 132. Int. i. diuiſio. 133. Int. i. confitens. 134. Int. i. ſupplantator. 135. Int. i. riſus, vel gaudium. 136. Int. i. pater multarum gentium, vel vidẽs populum. 137. Int. i. exploratio, vel paſtura, ſiue nequitia. 138. Int. i. requieuit lux. 139. Int. i. lorum, vel corrigia, vel dependens, vel perfectio. 140. Int. i. ægrotans, vel paſcens. 141. Int. i. diuidens, vel diuiſus. 142. Int. i. tranſitus. 143. Int. i. tollens. 144. Int. i. lamentatio, vel poſſeſſio eorum. 145. Int. i. ſanans depopulationem. 146. Int. i. nomen, vel nominatus.

147. Int. i. requies. 148. Int. i. humiliatus, vel percutiens, vel percuſſus, vel humilis. 149. Int. i. mortis emiſſio, vel mortuus eſt, & interrogauit. 150. Int. i. dedicatio. Beda. pulchrè ſeptuageſimo gradu Enoch ponitur qui tranſlatus eſt; ſignificatur enim regeneratos in æternam requiem ſuſcipiendos. ſeptem enim requies, decem decalogi impletio. 151. Int. i. deſcendens, ſiue continens. 152. Int. i. laudatus Dei, vel laudans Deum. 153. Int. i. lamentatio, vel poſſeſſio eorum. 154. Int. i. homo, vel deſperans, vel violentus. 155. Int. i. poſitio, ſiue poſuit. 156. Int. i. homo, vel terrenus. 157. Theoph. Finit in Deum, vt credatur Chriſti generatio ſine ſemine fuiſſe, fuit enim ſine ſemine Adam factus. Aug. 2. de conſ. Euang. Lucas Chriſtum tanquam Sacerdotem peccata mundantẽ aſſignans, aſcendit ad Deum, cui expiati reconciliamur; numerat verò ſeptuaginta ſeptem perſonas, quo numero ſignificatur peccatorum remiſſio; vndecim enim peccatum, tranſgreſſio enim denarij. i. perfectionis; ſeptem, numerus hominis, qui tranſgreditur, tria enim, pars incorporea, quatuor corpus, ſepties verò vndecim ſeptuaginta ſeptem; multiplicatio verò numerum motum ſignificat hominis, quo tranſgreſſio fit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

144. *Sumptum id ex Septuaginta, nam ſecundùm Heb. Arphaxat genuit Sale.*

CAPVT IIII.

IESVS autem plenus Spiritu ſancto,regreſſus eſt à Iordane, & agebatur in Spiritu in deſerto diebus quadraginta,& tentabatur à diabolo.Et nihil manducauit in diebus illis:& cõſummatis illis,poſtea eſuriit.Dixit autem illi diabolus,Si filius Dei es: dic lapidi huic vt panis fiat.Et reſpondit ad illum Ieſus, Scriptum eſt,Quia non in pane ſolo viuet homo,ſed in omni verbo Dei.Et duxit illum diabolus in montem excelſum: & oſtendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis.Et ait illi,Tibi dabo poteſtatem hanc vniuerſam, & gloriã illorum:

SENS. LIT. IN CAP. IIII.

1. ORIG. Et Apoſtoli pleni Spiritu ſancto, ſed non æquales Saluatori, ſic & vaſa multa plena,ſed inæqualia. 2. Græc.vt locum daret tentanti.Amb.vt diabolum prouocaret,vt oſtenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere. 3. Glo. in deſerto, quod eſt inter Ieruſalem & Hiericho, vbi figuraliter dixerat victum Adam à diabolo. 4. Baſil. per quadraginta dies manſit intentatus, non enim audebat accedere dæmon ad ieiunantem,& non fameſcentem.Orig.Tentabatur quadraginta diebus,ſed quibus tentationibus,neſcimus. c. Glo.non erat indignum tentari, qui occidi venerat.

5. Baſil.oſtendens ſobrietatem neceſſariam ei qui ſe ad pugnas tentationum accingit.Gre.Nazian. nihil manducauit, erat enim Deus, nos ieiunium poſſibilitati accommodamus. 6. Chry.non exceſſit numerum Moyſis & Heliæ,ne videretur non veram carnem ſumpſiſſe. 7. Baſil.Conceſſit naturæ pati quæ ſua ſunt, prouocans diabolum ad duellum, vbi enim fames,ibi imbecillitas. Glo. Eſurit humilis Deus homo, ne inimico innoteſcat ſublimis homo Deus. 8. Int.tentatio à gula. Ambr. Inde cœpit, vnde vicit Adam,tria præcipuè tela diaboli,gulæ,iactantiæ,ambitionis. 9. Ambr. cognouerat Filium Dei eſſe venturum,ſed veniſſe per hanc infirmitatem corporis non putabat,profitetur ſe credere,& homini conatur illudere. 11. Int.quia ſciuit ſcriptum, Ipſe dixit, & facta ſunt. 13. Int.ſ.in Deuteronomio.q.d.perſuaſio tua tentatio eſt,quia agis de cibo corporis,& non de cibo mentis.Glo.docet pugnare magis doctrina, quàm miraculis; humilitate, quàm potentia. f. Ambroſ.oſtendit hominem eſſe tentatum,non diuinitatem. 14. Cyril.Terrenis cibis alitur corpus,Dei verbo anima.Amb.non poteſt qui Dei verbum ſequitur, panem deſiderare terrenum. 15. Glo.Lucas narrat ordine, vt geſtum eſt, Matthæus autem non ſequitur ordinem hiſtoriæ, ſed tentationum Adæ.Aug.2.de conſ. Euan. incertum eſt quo ordine geſtum eſt. 16. Greg.in hom.non mirum permiſiſſe ſe à diabolo in montem duci, qui ſe pertulit ab eius membris crucifigi. 17. Int.tentatio de ambitione. Theoph. tentat de cupiditate, ſeu auaritia,oſtendit verò,vt quidam dicunt,imaginationi; ego verò dico quod ſenſibiliter apparere fecit. Tit.deſcripſit orbem verbo. 18.Orig. ſ.quomodo in mundo regnaret per gulam, vel ſuperbiam,&c.

19. Orig.ſcilicet,ſtatim vt Chriſtus aciem mentis ad contemplandum vertit,& peccata regnantia,& eos qui regnarentur vitiis, conſpexit. 20. Int.nõ quia hoc poſſit. 21. Int.i.Regem te faciam horum.

SENS. MYST. IN CAP. IIII.

3. INT. in quo Adam exulauerat, nec quomodo redire poſſet, habebat. dux ergo ad erroneum accedit.Glo.ſic nos accepta in baptiſmo remiſſione contra inſidias diaboli accingi, & ſeculum debemus deſerere,vt quaſi manna deſerti,ſola æterna eſuriamus. 6. Amb.myſticus numerus,tot enim diebus.Aquæ abyſſi effuſæ,& percepta lex:totque annis in deſerto panem Angelorũ Patres conſecuti ſunt. Augu.2.de con. Euang. numerus hic laborioſi huius temporis Sacramentum quo ſub Chriſti diſciplina dimicamus,tempora enim annorum quadripartitis vicibus currunt: quadraginta autem quater habent decem. Glo.decem ſunt præcepta legis,quatuor partes mundi. 12. Int. duritiam ſignificat diaboli. Orig.hæretici lapides comedunt pro pane. 19.Amb.in momento cuncta illa prætereunt, & ſæpe honor ſeculi abiit,antequam venerit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IIII.

a. Græc. ὑπέστρεψε,reuertit. b. pro, vi ſpiritus. c. apparet etiam illis diebus fuiſſe tentatum, idq; etiam ſenſit Orig. 6. intellige dies naturales, quibus etiam noctes includuntur. d. pro, cibo Hebr.

e. pro,viuere ſolet.Heb. 14. pro,re,quam Deus voluerit,ſeu iuſſerit,aut dixerit. 19. Græc.στιγμῇ, puncto. 21. .ſ.gloriam quæ ex illorum adminiſtratione proficiſcitur.

quia

quia mihi tradita[22] ſunt ; &[23] cui volo do illa. Tu ergo procidens ſi adoraueris[24] corã me, erunt tua omnia. Et reſpondens Ieſus, dixit illi, Scriptum[25] eſt, Dominum Deum[26] tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies[27]. Et duxit[28] illum in Hieruſalẽ, & ſtatuit eum ſuper pinnam[g] templi : & dixit illi, Si Filius[29] Dei es, mitte[30] te hinc deorſum. Scriptum[31] eſt enim quod Angelis ſuis mandabit de[32] te, vt conſeruent te: & quia in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedẽ tuum. Et reſpondens[33] Ieſus, ait[h] illi, Dictũ eſt, Non tentabis[34] Dominum[35] Deum tuum. Et conſummata omni[36] tentatione, diabolus receſſit[37] ab illo vſque ad tempus[38]. Et regreſſus[39] eſt Ieſus in virtute[40] Spiritus in Galilæam: & fama exiit per vniuerſam regionem[l] de illo. Et[m] ipſe docebat in Synagogis[41] eorum, & magnificabatur[n] ab omnibus. Et venit Nazareth[43] vbi erat nutritus[42] : & intrauit

Sens. Lit. In Cap. IIII.

22. Amb. à Deo poteſtas eſt, à malo ambitio poteſtatis. Glo. omnis dignitas ſeculi diabolicæ ſubiacet poteſtati. 23. Titus. In vtroque mentitur, nec habet, nec conferre poteſt. 25. Int. ſcilicet, in Deuteronomio. 26. Int. qui ſolus remunerat fructu ampliſſimo. 27. Beda. ſeruitus debita Deo, vocatur latria, at quæ etiam hominibus exhibetur, dulia. 28. Orig. ſequebatur quaſi athleta ſponte. 29. Amb. ſequitur iactantiæ telum. Glo. in omnibus tentationibus hoc agit, vt intelligat ſitne filius Dei. 30. Amb. diabolica vox, quæ mentem hominis de gradu altiori meritorum præcipitare contendit. 31. Amb. diabolus de Scripturis ſæpe fidelibus laqueum parat, ſic & hæretici Scripturas citant. 32. Orig. non de Chriſto, ſed de Sanctis generaliter ſcriptum eſt: non enim ille indiget Angelorum auxilio, qui, ſi non adiuuaret, offenderent Angeli pedem : & tu ideo diabole cecidiſti, quia credere in Dei filium noluiſti: quare autem ſiles quod ſequitur, Super aſpidem & Baſiliſcũ ambulabis, niſi quia tu baſiliſcus es, tu draco, tu leo. 33. Amb. non putans de ſe prophetizata, ad arbitrium diaboli eſſe facienda. 34. Int. O homo. Chry. diabolicum eſt ſe injicere ad pericula, & tentare an eripiat Deus. Glo. pertinet ad ſanam doctrinam quando habet homo quid faciat, non tentare Deum, quando verò deficit humana prouidẽtia, ſe totum diuinæ committere potentiæ non eſt tentatio. 35. Int. ſ. Patrem & Filium, quia ego & Pater vnum ſumus. 36 Ambr. in tribus enim præmiſſis eſt omnis materia delictorum. ſ. carnis oblectatione, ſpe gloriæ, auiditate potentiæ. Glo. vicerat diabolus Adam, quem tentauit de gula, vt ſcilicet, ederet; & de vana gloria, eritis ſicut Dij; & auaritia, ſcientes bonum & malum. 37. Amb. cedit diabolus virtuti, & formidat tuſtare, ne triumphetur. 38. Int. ſ. paſſionis, quando non tantùm dolis, ſed apertè impugnauit. Sic etiam nos ille antiquus hoſtis aliquando tentare intermittit, vt quaſi ſecuros repentè rediens, facilius irrũpat. Amb. poſtea non tentaturus, ſed apertè pugnaturus venit. Theoph. in crucis tempore de triſtitia tentaturus erat Maximus. Poſtea prouocauit ad illius inſidias Phariſæos & Scribas.

39. Int. cùm iam traditus eſſet Iohan. iterum venit in Galilæam. De primo autẽ Lucas aduentu tacet.

40. Int. i. ſignis miraculorum. Beda. 41. Synagoga, Latinè congregatio, quo nomine etiam ſignificatur domus in quam conueniebatur à Iudæis. ſic Eccleſias nos, & loca, & choros fidelium vocamus. vtimur verò potius nomine Eccleſiæ, id eſt, conuocationis, quam Synagogæ, congregantur enim etiam & pecora, conuocantur ſolùm ratione vtentia. 43. Int. vnde illis vileſcebat.

Sens. Myst. In Cap. IIII.

24. Int. qui diabolũ adorat, ante corruit. Tit. habet forenſis gratia domeſticũ periculũ, vt dominetur alijs, prius ſeruit. 30. Amb. nemini poteſt diabolus nocere, niſi ipſe deorſum ſe miſerit. 36. Int. Galias proſtratus tribus lapidibus de torrente, id eſt, teſtimoniis de lege. 43. Theoph. docemur prius benefacere propitiis.

Addit. Avct. In Cap. IIII.

28. pro, iam autem duxerat, & ſtatuerat. g. ſcilicet, faſtigium quod planum erat. h. pro, dixerat.
38. rediturus, ſcilicet, ad tentandum, vel oppugnandum. vnde Ioan 14. Venit princeps huius mundi.
40. ſ. apertius ſe exerente prædicatione & miraculis. l. Græ. περιχώρου, finitimam regionem.
m. pro, ipſe enim. n. id eſt, glorificabatur. Græ δοξαζόμενος.

ſecundùm conſuetudinem ſuam die ſabbathi[44] in ſynagogam:& ſurrexit[45] legere[46].Et traditus[47] eſt ille liber Eſaiæ Prophetæ. Et vt reuoluit[48] librum, inuenit locum vbi ſcriptum erat, Spiritus Domini ſuper[49] me, propter[o] quod vnxit me euangelizare pauperibus[50],miſit me ſanare contritos[p] corde,prædicare captiuis[51] remiſſionem[q],& cęcis[52] viſum[r], dimittere[53] confractos[54] in[s] remiſſionem, prædicare annum[55] Domini acceptum, &[56] diem retributionis[57]. Et cùm plicuiſſet[t] librum,reddidit[58] miniſtro,& ſedit. Et omnium[59] in ſynagoga oculi erant intendentes[t] in eum. Cœpit autem dicere ad illos: Quia hodie impleta[60] eſt hæc ſcriptura in[v] auribus veſtris. Et omnes[x] teſtimonium[61] illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ[aa] quæ procedebant de ore ipſius, &[62] dicebant[63], Nónne[64] hic eſt filius[65] Ioſeph? Et ait[bb] illis, Vtique dicetis mihi hanc ſimilitudinem[cc],Medice[66] cura teipſum: quanta[67] audiuimus[68] facta in Capharnaum,

Sens. Lit. In Cap. IIII.

44. Int. quando,ſcilicet, omnes confluebant ad legis monita quieto corde meditanda. Ad publicos Chriſtus conuentus accedit, vbi doctrina illius à multis audiatur. 45. Amb. ne lectoris quidem aſpernatur officium. 46. Glo.vt quos ſignorum operatione non conuerterat, propheticæ lectionis atteſtatione corrigeret. 47. Int.ſ.ab illis qui Chriſti aduentum deſiderantes, etiam ipſius aduentus manifeſta indicia reliquerunt. 49. Athanaſ.ſ.hominẽ. 50. Int.vt beati pauperes ſpiritu.Orig pauperes gentes, non poſſidentes legem,nec Deũ,nec virtutes. p. Cyril.ſcilicet,debiles, & reſiſtere inſultibus paſſionum non valentes. Baſil. habentes contritum cor per peccatum, hoc enim cor humanum proſternitur. Beda. Cor contritum & humiliatum Deus non ſpernit, qui ſanat contritos corde. 51. Theoph. ſ.Iudæis & Gẽtibus,vel mortuis,qui inferni dominio ſoluti ſunt per Chriſti reſurrectionẽ. 52. Int.tam Iudæis quàm Gentibus. 53. Int.miſit. 54. Beda. Legis pondere importabili depreſſos. 55. Orig.Annus Domini,tempus Eccleſiæ,quo peregrinatur à Domino.Beda.Ecce nunc tẽpus acceptabile. 56. Int. ſ.prædicare. 57. Int.ſ.Iudicij.Beda.quando reddet vnicuique ſecundũ opus ſuum. 59. Cyril. ſtupentium litteras noſſe quas non didicerat. 60. Int.impleta eſt,quia ſicut illa prædixerat, & magna faciebat,& maiora euangelizabat.Beda. 61. Beda.ſ.eum eſſe de quo Propheta cecinerat. 62. Int.pro, & tamen. 63. Int.ſ.Scribæ & Phariſæi inuidentes. 64. Int.Beda.magna cæcitas cum quẽ verbis & factis Chriſtum eſſe cognoſcunt,ob ſolam generis notitiam contemnunt, quia apud ſe nutritum, & per ætatum tempora profeciſſe viderant. 65. Glo.verè filius fabri,id eſt, mundi fabricatoris. 66. Cyril. commune prouerbium apud Hebræos, ad improperium excogitatum. 67. Int.quid prouerbiũ contineat aperit.ſ.quanta audiuimus, &c. 68. Int.q.d.non credimus quod incerta fama vulgauit, cùm apud nos nihil tale feceris,quibus conuenientius talia impendenda erant beneficia.

Sens. Myst. In Cap. IIII.

48. Glo.i.myſterium incarnationis in Prophetis obſcurum aperuit. 55. Int.Annus Domini quatuor habet tempora.i.quatuor Euangelia,duodecim menſes.i.duodecim Apoſtolos. 58. Beda ad cæleſtia reuerſurus his qui ab initio viderant,& miniſtri ſermonis fuerant,euangelizandi officium tradidit; plicatum verò librum reddit,non enim omnia omnibus dicenda, ſed pro captu audientium diſpenſandum eſt verbum à doctore:reddito libro,reſidet, id eſt, ſe ſupernæ quietis ſolio reſtituit: prædicator etiam ſurgat & legat,id eſt,operetur & prædicet,& reſideat,id eſt,præmia quietis expectet.

Addit. Avct. In Cap. IIII.

45. ſtans legit,ob authoritatem Scripturæ,eiq; debitam reuerentiam. 46. Græ.ἀναπτύξας.i.cùm explicuiſſet. o. pro,nam. p. pro,fracto animo præditus. q. i.dimiſſionem,liberationem. r. Græ.ἀνάβλεψιν, q reuidentiam. s. pro,per.q.d.dimittendo,vel abſoluendo illos. 55. i.tempus quo Deus homines in gratiam per Chriſtum recepit.ſic Iſa.49. In tempore placito exaudiui te.vide Pſal. 68. 2 Cor. 6. dicitur & dies retributionis,ſeu vltionis reſpectu hoſtium ſuperatorum. vide etiam Iſa. 35. t. expectabant. ſ. aliquam nouam doctrinam. v. pro,vobis audientibus. Heb. q.d.ego ſum de quo dicit. x. pro,plerique.
61. illum commendabant, laudabantq; bono teſtimonio. aa. i.gratioſis, ſeu plenis gratia. bb. Græ. πάντως οἶδα. cc. Græ. παραβολὴν, prouerbium.

fac

[69] fac & hîc in patria tua. Ait auté, Amen dico vobis,quia [70] nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua. [71] In veritate dico vobis,multæ viduæ erant in [72] dieb. Heliæ in Iſraël,quãdo clauſum eſt cælum annis tribus,& menſibus ſex,cùm facta eſſet [73] fames magna in omni terra; & ad nullam illarum [74] miſſus eſt Helias, niſi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierem [75] viduam. Et multi leproſi erant in Iſraël ſub Heliſæo Propheta, & nemo eorum mundatus eſt,niſi [76] Naamam Syrus. Et repleti ſunt omnes in ſynagoga ira,hæc audientes. Et ſurrexerunt,& [77] eiecerunt illum extra ciuitatem:& duxerunt illum vſque ad ſupercilium montis,ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata, vt [78] præcipitarent eum. Ipſe autem [79] tranſiens per medium [dd] illorum, [80] ibat. Et deſcendit in Capharnaum ciuitaté Galilææ: ibique docebat illos [81] Sabbathis, & ſtupebant in doctrina eius,quia in [82] poteſtate erat ſermo ipſius. Et in [83] ſynagoga erat [84] homo habens dæmonium [ee] immundum,

SENS. LIT. IN CAP. IIII.

69. Chry.abſtinuerat à miraculis,ne prouocaret ad maiorem inuidiam. 70. Iat.q.d.ideo non operor inter vos,quia vos increduli,non quia patriã oderim. Amb.aſpernator eſt Deus inuidorũ. 71. Cyril. familiaris,quia ſemper præſto eſt,debita reuerentia priuatur à notis. Glo.propemodum naturale eſt ciues ciuibus inuidere,nec virtutem conſiderant,ſed fragilem recordantur infantiam.Orig.omnium Prophetarum patria circuncisionis populus. 72. Amb.ſ.quibus Helias operatus eſt. 73. Baſil.per famem illis ieiunium attulit,quo culpa cohiberetur, facti autem ſunt iuſto corui miniſtri cibi, qui aliorum pabula vſurpare conſueuerunt. 74. Chry.fecit eum Deus per longum iter pergere , vt viſa mundi peſte, poſceret à Domino pluuiam. 77. Amb.Non mirum perdidiſſe ſalutem, qui eiecerunt Saluatorẽ.Gloſ. oſtendunt facto vera Chriſtum dixiſſe. 78. Beda.Peiores iſti diabolo,ille enim ait,Mitte te deorſum, iſti mittere conantur. 79. Beda.ſ.illorum mente mutata ſubitò,vel ſtupefacta.Ambr.quando vult,capitur;quando vult,elabitur.Beda.Nondum venerat hora Paſſionis , nec hoc mortis genus elegerat,nec hunc paſſioni locum. Glo.quod non tenetur,ſed tranſit, maieſtatis eſt; dicitur autem ad tactum veſtis Domini ſubterfugiſſe ſaxum,& inſtar ceræ æqualem locum dediſſe Chriſto, in quo vſque hodie apparent rugæ veſtis Domini expreſſæ. 80. Ambr. Immemor iniuriæ,memor clementiæ nunc docendo, nunc ſanando,corda demulcet.Cyril.Sicut bonus medicus,vltima laborantes ægritudine,ſanare tentat.

81. Chry.vacabant enim tunc. 82. Chry.Imperio ſanabat,nec dicebat, more Prophetarum , Hæc dicit Dominus, ſed tamquam legis Dominus loquebatur. Beda. Sermo Doctoris eſt in poteſtate cùm operatur quæ docet. 83. Cyril.dogmatibus plerumque admiſcet ardua opera , vt quos ratio non diſponit ad cognoſcendum,ſigna moueant.

SENS. MYST. IN CAP. IIII.

69. Orig erit cùm dicet populus Iſraël,quæ oſtendiſti vniuerſo orbi,oſtende & nobis. 75. Amb. vidua,typus Eccleſiæ.Beda.Sydonia,venatio inutilis,Sarepta,incendium,vel anguſtia panis. ſ.gentilitas negotiis ſeculi ſeruiens,& carnalium cupiditatum incendium,paniſque ſpiritualis anguſtias patiẽs. Helias,Propheticus ſermo,qui receptus,paſcit corda credentium. Baſil. viduata anima virtute & notitia diuina receptum verbum diuinum,nutrit virtutum panibus. Gloſ.filium pauperem vidua nutriebat.i.verbum ſecularis ſcientiæ. 76. Beda.Naaman.i.decorus,ſepties lauatur,baptiſma enim ſeptiformi ſpiritu regenerat. 81. Amb.ibi noua creatura incipit, vbi vetus deſierat, oſtendit ſe etiam Creatorem, proſequens opus quod cœperat. 84. Amb ſ.populus Iudæorum,qui Spiritum ſanctum amiſerat.Theoph.& nunc multi dæmonia habent,qui, ſcilicet, dæmoniorum deſideria implent, Dominus verò in Synagogam venit,cùm fuerit hominis mens congregata.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IIII.

dd. ſcilicet,quo voluit. 82. id eſt,auctoritate,ſic infr. ee. id eſt,qui immunditia delectatur.

[85] & exclamauit voce magna, dicens: Sine, [ff] [86] quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? [gg] veniſti perdere nos? [87] ſcio te qui ſis, [88] Sanctus [89] Dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens, Obmuteſce, & exi ab eo. [90] Et cùm proieciſſet illum dæmoniũ in medium, exiit ab illo : [91] nihilque illum nocuit. Et factus eſt pauor [hh] in omnibus, & colloquebantur ad inuicem, dicẽtes, Quod eſt hoc [93] verbum, quia in poteſtate [94] & virtute imperat immundis ſpiritibus, & exeunt. Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum regionis. Surgens autem Ieſus de Synagoga, introiuit in domum [ll] Simonis. [mm] Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & [95] rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illam imperauit febri, & dimiſit il-[96]lam. Et continuò [97] ſurgens miniſtrabat illis. Cùm autem [98] ſol occidiſſet, omnes qui habebant infirmos variis languoribus ducebant illos ad eum. At ille ſingulis [99] manus imponens curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis,

SENS. LIT. IN CAP. IIII.

85. Cyril. non ferebant dæmones congreſſum Deitatis. 86. Chry. quæ communicatio Chriſti ad Belial? Beda. q. d. paululum à me vexando quieſce, cui nulla eſt ſocietas cum noſtra fraude. 87. Int. i. vehementer opinor. Gloſ. Extorta confeſſio non habet meritum, ſed eſt veluti fugitiui ſerui, qui poſt multum tempus videns dominum, de verberibus deprecatur. 88. Athanaſ. cum articuli adiectione, eſt enim naturaliter ſanctus: non dicebat autem hoc quaſi veraciter noſſet, ſed ſe cognoſcere fingebat. Cyril. putabant dæmones huiuſmodi laude alliciendum, vt deſiſteret eis repugnare. Chryſ. voluit dæmon Apoſtolorum rapere dignitatem. 89. Athan. nephas eſt cùm adſit nobis Scriptura, à diabolo inſtrui.

90. Glo. occluditur ſerpentina lingua, ne virus vlera ſpargat. 91. Beda. Permiſſione diuina, vt Saluatoris virtus appareret, hoc eſt autem quod Marcus ait, diſcerpens eum. 92. Int. ſ. nullum membrum amputauit. Beda. 93. Int. i. res digna verbo. 94. Beda. ſ. propria, Sãcti enim in Dei verbo. ll. Chry. manebat Chriſtus apud diſcipulos, honorans ipſos, & ob hoc animoſiores reddens. Cyrill. manet apud pauperem virum Chriſtus. 95. Int. alij Euangeliſtæ non dicunt quod rogaſſent. 96. Chry. id ars medicinæ efficere non poteſt, poſt febris enim ſedationem multo opus eſt tempore vt quis reſtituatur priſtinæ ſanitati. Glo. Sanitas quæ Domini datur imperio, tota ſimul redit. 98. Theoph. magnum turbæ deſiderium quæ Solis occaſu non impeditur. Orig. circa Solis occaſum ducebant, quia verecundabãtur, vel timebant Phariſæos, vel quia de die intenti erant circa alia, vel quia putabant non licere ſanari in Sabbatho. 99. Cyril. poterat verbo ſanare, ſed tangit, oſtendens propriam carnem efficacem ad præſtanda remedia, erat enim Dei caro, ſic ignis vaſi æneo imprimit caliditatis effectum.

SENS. MYST. IN CAP. IIII.

85. Glo. omnis amaritudo, ira, & clamor immundi ſpiritus furor eſt. m m. Amb. poſt liberatũ virum, ſubſtituitur feminæ ſanitas, vtrumque enim ſexum Dominus curaturus aduenerat, ſed prior ſanari debuit, qui prior creatus eſt. Beda. Vir liberatus à dæmonio, anima eſt, ab immunda cogitatione purgata, femina verò à febribus, caro à concupiſcentiæ feruore per continentiæ præcepta frenata. Gloſ. domus Petri, circumciſio eius Apoſtolatui commiſſa, Socrus, Synagoga quodammodo mater Eccleſiæ Petro commiſſæ : febris inuidiæ æſtus. 95. Hieron. in Matth. modo rogatus, modò vltrò curat ægrotos, annuit enim ſemper contra peccatorum paſſiones fidelium precibus, & quæ ipſi non intelligunt, in ſe vel intelligenda dat, vel non intellecta dimittit. 97. Gloſ. membra quæ ſeruierant immunditiæ, ſeruiunt iuſtitiæ. 98. Gloſ. Solis occaſus, Chriſti paſſio, per quam plures ſanantur, quàm dum viueret Chriſtus. 99. Int. miſericordiæ.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IIII.

ff. id eſt, dimitte nos, vel ſine torquere. 86. pro, quid tibi nobiſcum eſt negotij? gg. q. d. an nos veniſti mittere in infernum? nondum tempus eſt. vide Matth. 8. 87. adulatur vt deſiſtat. 88. Gra. ὁ ἅγιος, ille Sanctus. ſ. de quo Propheta præcipuè Dan. 9. Neſciebat quidem certò, ſed ſuſpicabatur. hh. ſ. ſtuperis. q. d. expauerunt ſtupentes. Græc. θάμβος quod aliàs vertit, ſtupor, & Marci 1. ἐθαμβήθησαν, vertit, mirati ſunt. 93. id eſt, res, vel doctrina. vide Mar. 1. nn. flexo. ſcilicet, corpore ſic 2. Regum 1. Sta ſuper me, & interfice. Græc. ἐπιστὰς, aſtans.

clamant

clamantia & dicentia, Quia tu es Filius Dei,[100] & increpans[101] non ſinebat ea loqui,[aa] quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Facta autem die,[102] egreſſus[103] ibat in deſertum locum: & turbæ[104] requirebant eum, & venerunt[105] vſque ad ipſum: & detinebant illum ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait,[106] Quia & aliis[pp] ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo miſſus[107] ſum: Et erat prædicans in Synagogis[108] Galilææ.

Sens. Lit. In Cap. IIII.

100. Beda. dæmon cùm fatigatum ieiunio videret, hominem verum eſſe intellexit, cùm non præualeret tentando, an eſſet Dei Filius dubitauit. Per ſignorum verò potentiam intellexit, vel potius, ſuſpicatus eſt eſſe Filium Dei. Perſuaſit autem Iudæis crucifigere, quia ſe morte illius non præuidit damnandum hoc enim (vt ait Apoſtolus) ſi cognouiſſet, numquam crucifixiſſet. 101. Chry. non oportebat eos ſurripere officij Apoſtolici gloriam, nec decebat Ieſu myſterium lingua fœda publicari. Theoph. nolebat inuidiam accendere Iudæorum, ex hoc quod ab omnibus laudaretur. Glo. prohibet ne dum quis audit vera prædicantem, ſequatur errantem. 103. Chryſ. maiora putantur miracula poſt abſentiam operantis. 104. Chryſ. Phariſæi ſcandalizabantur, populi ſequebantur. 105. Græc. Apoſtolorum veſtigia ſequentes. 106. Græc. quaſi tempore ſuæ præſentiæ non multum duraturo, gaudebat quidem detentus, ſed volebat etiam alios ſuæ doctrinæ eſſe participes. 107. Græcus. Marcus, ad hoc veni, oſtendens diuinitatis celſitudinem, & voluntariam exinanitionem. Lucas, Ad hoc miſſus ſum, incarnationem oſtendens, & Patris beneplacitum miſſionem appellans.

Sens. Myst. In Cap. IIII.

102. Beda. Solis occaſus, mors Domini; dies rediens, reſurrectio, cuius manifeſtata luce, à credentiũ turbis requiritur, & in gentium deſerto inuentus, ne abeat retinetur, maximè cùm id contigerit prima Sabbathi, qua reſurrectio celebrata eſt. p p. Chryſoſt. Exemplum dat vt perambulemus, & requiramus ouem perditam: vna enim anima recuperata, poterit aliquis mille delicta abolere.

Addit. Avct. In Cap. IIII.

aa. pro, dicere ſe ſcire ipſum eſſe Chriſtum.

CAPVT V.

Factum eſt autem cùm turbæ irruerent[1] in eum, vt audirent verbum Dei, & ipſe[2] ſtabat[a] ſecus ſtagnum[3] Genezareth.[b] Et vidit duas[4] naues ſtantes

Sen. Lit. in Cap. V.

1. Chry. Diligebant, mirabantur, tenere cupiebant. 2. Int. qui magna fecit in terra, tranſit ad mare, vt & ibi faciat, & Dominus maris terræque appareat. 3. Beda. idem dicitur mare Galilææ, à prouincia adiacente, & mare Tyberiadis, à proxima ciuitate. eſt autem hauſtu dulcis & ad potandum habilis, vocant autem Hebræi omnem congregationem aquarum mare.

Sens. Myst. In Cap. V.

1. Int. Conuentus turbarum, fidem deſignat populorum. 3. Int. i. legem. Glo. præſens ſeculum. 4. Beda. ſ. circumciſionem & præputium; vidit autem, quia nouit in vtroque populo qui ſint eius piſcatores, doctores rectæ fidei, comprehendentes nos, & terræ viuentium aduehentes, retia modò laxantur in capturam, modò lota plicantur, non enim omne tempus doctrinæ habile, nunc exercenda eſt lingua doctori, nunc ſui cura gerenda. Petri nauis, Eccleſia primitiua, vna dicitur, quia credentium erat cor vnũ, & anima vna. Aug. 2. de con. Euang. Inde Chriſtus docet turbas, i. de anthoritate Eccleſiæ gentes Reducitur à terra puſillum, turbis enim nec terrena præcipienda, nec profunda ſacramentorũ committenda: vel primùm proximis regionibus prædicandum erat, deinde in altum, i. ad remotiores gentes eundum. Ambr. Fluctuat Petri nauis apud Matthæum, ſecundùm Lucam, repletur piſcibus, vt principia Eccleſiæ fluctuantis, & poſteriora exuberantis agnoſcas.

Addit. Avct. In Cap. V.

a. Praſtaret. b. Heb. Cinereth, vel Cinaroth, Num. 34. Deut. 3. Ioſ. 11. & 12. Chald. Ginoſar. itaque Geneſar, vel Genezareth, corruptum eſt.

ſecus

[5]ſecus [6]ſtagnum: piſcatores autem deſcenderant, [7]& lauabant [8]retia. Aſcenderis autem in vnam nauim quæ erat [9]Simonis, rogauit eum à terra reducere [10]puſillum. Et ſedens docebat de nauiculá turbas. Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem, [12]Duc in altum, & [13]laxate retia veſtra in capturam. Et reſpondens [14]Simon, dixit illi, [c]Præceptor, per totam [15]noctem laborantes nihil cœpimus: in verbo autem tuo laxabò rete. Et cùm hoc feciſſent, concluſerunt [16]piſcium multitudinem copioſam, [17]rumpebatur autē rete eorum. [18]Et annuerunt ſociis qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos. Et venerūt, & [19]impleuerunt ambas nauiculas; [20]ita vt pene mergerentur. Quod cùm videret Simon Petrus, procidit ad genua Ieſu, dicens, [e]Exi à me Domine, quia homo [21]peccator ſum. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant in captura piſcium quam cœperant. [22]Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant ſocij [23]Simonis. Et ait ad Simonem Ieſus, [24]Noli timere:

SENS. LIT. IN CAP. V.

6. Int. ſ. à naui in littus. 7. Chry. ſecundùm Matthæum reficiebant, adeò pauperes erant. 8. Chry. vt omnes facie ad faciem cernerent. 9. Theoph. vide Chriſti manſuetudinem. 10. Chry. exiſtens in mari piſcatur exiſtentes in terra. Greg. Naz. vult extrahere piſcem. i. hominem natantem in mobilibus rebus, & amaris huius vitæ procellis. 12. Chry. ſicut magos per ſidus vocauit, ſic piſcatores per piſcatoriam artem. 13. Theoph. non ſine mercede Dominum nauiculæ relinquit. primò enim dat multitudinem piſcium, tum diſcipulum facit. 17. Aug. 4. de conſ. Euang. ad hoc reſpexit Ioannes, cùm dixit, ad mare Tyberiadis poſt reſurrectionem non diſrupta retia. 18. Theoph. ex ſtupore loqui non poterant. 21. Cyril. reducebat ad conſcientiā patrata delicta. 22. Int. ſ. circumdederat ſtupor. 23. Aug. 2. de con. Euang. non nominat Andræam, ſed illic erat ſecundum Matthæum & Marcum.

SENS. MYST. IN CAP. V.

5. Int. ſ. legem. 10. Int. ſ. ab amore terrenorum. 12. Int. ſ. ad Chriſtum aſcendentē in altum. Amb. ſoli Petro dicitur, duc in altum. i. in profundum diſputationum. 13. Int. quia boni & gētiles parati erant accipere legem. Ambr. Apoſtolica inſtrumenta retia ſunt. non enim captos perimunt, ſed reſeruant, & fluctuantes de infimis ad ſuperna traducūt. Glo. retia dicta quaſi retinentia. 15. Int. q. d. per veterē legem laborantes, nullum duximus ad vitam. Amb. non eſt humanæ facundiæ opus, ſed ſupernæ vocationis munus. 16. piſces ſunt, qui hanc vitam enauigant Cyril. figura hoc futuri: Euangelicæ enim doctrinæ rete tendentes, greges gentium erant aggregaturi. Aug. 2 de q. Euang. tanta erat carnalium multitudo futura in Eccleſia, vt per hæreſes & chiſmata ſcinderentur. Beda. rumpitur rete, ſed non labitur piſcis, ſeruat enim Dominus ſuos inter ſcandala perſequentium; quando vero rumpitur rete, vocantur alij; aliis enim retrò abeuntibus, alij vocantur. 18. Cyril. multi ſequuntur Apoſtolorum labores. 19. Int. quia Eccleſiam & Synagogam conuertit. Amb. omnes in Ieſu nomine genu flectunt, ſiue Iudæus, ſiue Græcus. 20. Beda. non ſubmerguntur, ſed periclitantur, in nouiſſimis enim diebus erunt tempora periculoſa, &c. e. Aug. 2. de q. Euang. Eccleſia turbis carnalium impleta, & eorum moribus penè ſubmerſa, regnum ſpiritualium, in quibus maximè Chriſti perſona eminet, à ſe quodammodo repellit. 24. Beda. Confortat Dominus carnalium timorem, ne quis de ſua culpæ conſcientia tremens, vel aliorum innocentia ſtupens, ſanctitatis iter formidet aggredi. Aug. 2. de q. Euang. Spirituales turbatum peccatis commoti, vt ſecuriùs & tranquilliùs viuant, munus Eccleſiaſticum deſerere non debent.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

12. id eſt, profundiorem locum ſub nauim. c. Gra. ἐπιστάτα. q. d. præfecte. d. pro, tuo iuſſu. Heb. 18. ſcilicet, non valentes clamare, aut loqui præ admiratione.

ex [25]hoc iam eris homines [26]capiens. Et ſubductis ad [27]terram nauibus, [28]relictis omnibus,
ſecuti ſunt eum. Et factum eſt, cùm [29]eſſet in [30]vna ciuitatum & ecce vir [f]plenus lepra vi-
dens Ieſum, & [31]procidens in faciem ſuam, rogauit eum dicens, Domine, [32]ſi vis, [33]potes
me mundare. Et extendens manum, [34]tetigit [35]eum, dicens. [36]Volo, [37]Mundare. [38]Et confeſtim
[39]lepra diſceſſit ab illo, & ipſe præcepit illi vt [40]nemini diceret: Sed [41]vade, & oſtende te,
Sacerdoti, & [42]offer pro [43]emundatione tua ſicut præcepit Moyſes, in [44]teſtimonium [e]illis.
Perambulabat autem magis ſermo de [45]illo: & [46]conueniebant turbæ multę vt audirent,
& curarentur ab infirmitatibus ſuis. Ipſe autem [47]ſecedebat in deſertum, & [48]orabat. Et
factum eſt in vna dierum, & ipſe [49]ſedebat docens. Et erant Phariſæi ſedentes & legis

Sens. Lit. In Cap. V.

25. Int. nondum eligitur in Apoſtolatum, ſed prædicitur quod aliquando ſit eligendus. Aug. 2. de con. Euang. Matthæus & Marcus hoc narrant ambobus fratribus dictum; ſed potuit hoc prius Petro dici, poſtea ambobus; vel prius factum eſt quod Lucas commemorat, deinde quod Matthæus & Marcus cùm. ſ. non ſubductis nauibus ad terram, tanquam cura redeundi: ſed ita ſunt ſecuti, tanquam vocantem aut iubentem ſequi: remeauerant etiam ad propria Petrus & Andreas, cùm fuiſſent ſecuti Chriſtũ iuxta Iordanem, vt ait Ioannes. 26. Amb. Quàm bonus Deus qui hominibus viuificandi tribuit poteſtatem. 27. Int. quia adhuc habent voluntatem redeundi. 28. Cyril. talem obedientiam requirit à nobis Chriſtus, vt eam non prætermittamus, etiamſi aliquid neceſſarium valde vrgeat. 29. Int. aliâs veniſſet in vnam ciuitatem. 31. Ambr. humilitatis & pudoris ſignum. 32. Int. Beda. Ambr. voluntati poteſtatem tribuit, nec quaſi incredulus dubitat, ſed ſuæ colluuionis conſcius, non præſumit. 33. Cyrill. viderat ipſe alios curari. 34. Int. Beda non quod ſine tactu ſanare non poſſet, ſed vt indicet ſe non ſubiectum eſſe Legi. Amb. non timebat contagium, vt homines. 35. Int. in hoc humilitas. 36. Int. in hoc pietas. 37. Int. In hoc maieſtatis potẽtia. Amb. dicit volo, propter Photinũ, imperat propter Arriũ, tangit propter Manichæum. 38. Int. quia dixit, & facta ſunt. Theoph. Chriſti caro purgatiua, & vitã tribuens, vtpote verbi Dei caro. 39. Int. Amb. nihil medij inter pręceptum & opus. 40. Amb. meliores putabat qui fide magis ſpontanea, quàm ſperatis beneficiis credidiſſent. 41. Int. mittit ad ſacerdotes, propter humilitatem; & vt videntes, credant ei; vel non credentes, inexcuſabiles ſint. Amb. vt intelligeret ſacerdos gratia Dei ſupra Legem eſſe curatum. 42. Ambr. oſtendit ſe legem non ſoluere, ſed adimplere. 43. Int. pro emundatione offerebant tortam panis, turtures duos, & ſextarium olei.

44. Chryſ. ſ. quod maior eſſet Chriſtus Moyſe, qui ſororem lepra non potuit liberare, ſed orauit Dominum. Cyril ad reprehenſionem eorum, & probationem quod legem teneret. 45. Int. ſ. de ſanitate & doctrina. 46. Beda vnius perfecta ſaluatio, multas ad Dominum cogit turbas. 47. Greg. 6. mor. prædicatoribus innuens, ne contemplationis gaudia operationis nimietate contemnant, ſed contemplantes ſorbeant, quod loquentes profundant. Greg. Nazian. oſtendit licere parum quieſcere, vt mente ſincera cum Deo colloquamur. 49. Glo. in ciuitate ſua, ſecũdum Matth Marcus dicit in Capharnaum, quam non natiuitate, ſed miraculorum operatione ſuam fecerat virtutibus illuſtrando.

Sens. Myst. In Cap. V.

30. Ambro. non exprimitur certus locus, non enim vnus populus, ſed omnes ſanati. f. Beda. leproſus, humanum genus, omnes enim peccauerũt, & egent gratia Dei. extenſa manu, id eſt, verbo Dei humanam contingente naturam mundati offerunt corpora hoſtiam viuam. Theoph. vbi qui mundatus eſt, dignus eſt offerre corpus & ſanguinem Domini. 32. Titus. Diuino beneplacito totum committamus. 40 Amb. ne lepra tranſeat in medicum, vitanda iactantia eſt. 48. Glo. quando orat, theoricam vitam; quando ſanat, actiuam informat, ſanat vt Deus, orat vt homo, docet verò, nec pro cura proximi amorem Dei, nec pro amore Dei, curam proximi dimittendam.

Addit. Avct. In Cap. V.

30. vel iuxta vnam. Leproſi non poterant in ciuitatibus habitare. Leu. 13. ſed poterant tranſire.
37. paſſiuum eſt imperatiuum. 44. ſcilicet, quod verè mundatus ſis, & ego Legem ſeruo, & Lege maior ſim, qui talia poſſum. g. ſ. Sacerdotibus.

doctores qui venerant ex omni caſtello Galilææ,& Iudææ, & Hieruſalem,& virtus Domini [h] erat ad ſanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat pa- [t] ralyticus:& quærebant eum inferre, & ponere ante eum.Et non inueniẽtes qua parte illum inferrent præ turba, aſcenderunt ſupra tectum , & per [50] tegulas ſummiſerunt eum cum lecto in medium ante ipſum.[51] Quorum [m] fidem vt vidit, dixit, [52] Homo,remit- [53] tuntur tibi peccata tua.Et cœperunt [54] cogitare Scribæ & Phariſæi , dicentes , Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata,niſi [n] ſolus Deus? Vt co- [o] gnouit autem Ieſus cogitationes eorum,reſpondens,dixit ad illos, [p] Quid cogitatis in cordibus veſtris? [55] Quid eſt [56] facilius [57] dicere,[58] Dimittũtur tibi peccata tua, an dicere: [59] Surge,& ambula ? Vt autem ſciatis quia Filius hominis [60] habet poteſtatem [61] in terra [q] dimittendi peccata,ait paralytico, Tibi dico, ſurge, [62] tolle lectum tuum, & [63] vade in [64] domum tuam.Et [65] cõfeſtim cõſurgens coram illis,tulit lectũ in quo iacebat, & abiit in domum ſuam,magnificans Deum.Et ſtupor apprehendit omnes:& [66] magnificabant Deum. Et repleti ſunt timore,dicentes,Quia vidimus [r] mirabilia hodie.Et poſt hæc [s] exiit,

SENS. LITER. IN CAP. V.

51. Chry. & paralyticus credebat, alioqui non ſe permiſiſſet inferius ſubmitti. Ambr.aliorum merito ignoſcit aliis Dominus. 52. Aug.de conſ.Euan.eo ipſo quod homo, non poterat dicere, non peccaui. 53. Beda.primò peccatorum vincula abſoluit, oſtendens ob culpas ægrotare. 54. Chry.metu multitudinis ſuam intentionem aperire nõ audebant. n. Beda.verum dicunt, nam & per eos dimittit Deus, quibus dimittendi tribuit poteſtatem. o. Glo. videbat magnus Sacerdos lepram in cordibus Iudæorum. p. Amb.ex occultorum cognitione Deum ſe eſſe demonſtrat. 55. Ambr.ab ipſis teſtimonium accipit,validius enim eſt ad fidem quod confitentur inuiti. 56. Cyril.Facilius quidem eſt corpus conſolidare , ſed apertius & illud quod non credebant demonſtrans.Glo.non minoris potentiæ eſt ſignum hoc viſibile. 57. Int.i.dicto facere. 58. Int.quod ſolus noui,qui dimitto. 59. Int.quod vos etiam videre poteſtis. 60. Int.quia idem eſt Filius hominis , & Deus. 61. Theoph.dum ſumus in terra peccata delere poſſumus,poſtea clauditur ianua. q. Cyril.Sortiti ſumus & nos ab eo tam mirabilem gratiam,quorum,inquit, remiſeritis peccata, remittantur eis. 62. Int.vt quod fuit teſtimonium infirmitatis,ſit probatio ſanitatis.Cyril.ne reputetur apparenter , & non verè factum. 64. Cyril.tuam correcturus familiam. 65. Int. Beda.magna virtus vbi ſine mora ſalus imperium comitatur , vnde meritò qui aderant,relictis blaſphemiis , ſtupentes ad laudem conuertuntur tantæ maieſtatis. 66. Chry.paulatim ſerpunt Iudæi,non tamen putant eum Deum eſſe.Amb.ſi credidiſſent,non timuiſſent,ſed dilexiſſent,perfecta enim dilectio timorem excludit.

SENS. MYST. IN CAP. V.

I. Aug. de q. Euang. Paralyticus , anima diſſoluta membris,i.operationibus, Chriſtum quærit,i.voluntatem Dei,impeditur à turbis.ſ.cogitationum,per tecta,i.operta Scripturarum aperta ad Chriſti notitiam peruenit,ad eius humilitatem fidei pietate deſcendens.Ponitur à bonis Eccleſię doctoribus cum lecto,i.in carne iſta adhuc conſtitutus; iubetur tollere lectum, vt non in carnalibus gaudiis,tanquam in lecto requieſcat anima,ſed magis affectiones contineat, & tendat in domum ſuam,i.requiem ſecretorum cordis ſui.Amb.Sanat Dominus totum,plenam reſurrectionis ſpem oſtendens : domum repetere, eſt ad paradiſum redire,ea enim verè domus quæ hominem prima ſuſcepit, non iure amiſſa, ſed fraude:reſtituitur ergo per Chriſtum,qui venerat nexum fraudis abolere,& ius reformare. 50. Int.i.diuinitatem cognitam. 63. Int.i.ne Chriſtiana fide curatus,moreris in perfidia Iudæorum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

b. pro ſe, exhærebat. 51. .ſ.& portãtium,& ægroti. m. .ſ.coniunctam fiducia ſanitatis impetrandæ. 66. i.glorificabant,ἐδόξαζον. r. Gr.παράδοξα,incredibilia. s. .ſ. ad mare,vt patet ex Marco.

& vidit

& [67] vidit publicanum nomine [68] Leui,[69] ſedentem ad [70] telonium,& ait illi, [71] Sequere [72] me. Et [*] relictis [t] omnibus, ſurgens [73] ſecutus eſt eum. Et fecit ei [74] conuiuium [u] magnum Leui in domo ſua:& erat [75] turba multa [76] publicanorum, & aliorum qui cum illis erant [77] diſcumbentes. Et [78] murmurabant Phariſæi [79] & Scribæ eorũ,dicentes ad diſcipulos eius,[80] Quare cum publicanis & peccatoribus [81] manducatis & bibitis? Et reſpondens Ieſus dixit ad illos, Non [82] egent qui [83] ſani ſunt, [x] medico: ſed qui [84] male habent. Non veni vocare iu[85]ſtos,ſed [86] peccatores ad [87] pœnitentiam. At illi dixerunt ad eum, Quare [aa] diſcipuli Ioannis ieiunant frequẽter,& obſecrationes faciunt, ſimiliter & Phariſæorum:tui autem [88] edunt & bibunt? Quibus ipſe [89] ait, Numquid [bb] poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt [90] ſponſus,facere ieiunare? Venient autem dies, & cùm ablatus fuerit ab illis

Sens. Lit. In Cap. V.

67. Int.non tam corporeo, quàm miſerantis intuitu. 68. Beda. Lucas & Marcus propter nomen Euangeliſtæ nomen tacent vulgatum. Matthæus ſe etiam publicanum nominat, ne quis ſalutem deſperet. Cyril. fuerat vir auarus, alieni amator, hoc enim publicanorum officium. 69. Int. pertinaciter lucris inhiantẽ. 71. Amb.non greſſu corporis, ſed mentis affectu. 72. Int. amodo non lucra. * Amb. propria dereliquit,qui rapiebat aliena. 73. Int.non leuitate ductus, ſed virtute operum,& diuina potentia intus operante, ſequitur tam corpore quàm mente. Chry. nec in propriam domum ire voluit, vt ſuis intimaret. Baſil.etiam pericula contempſit quæ ſibi & ſuis accidere poterant, dum calculos telonij dimittit imperfectos. 74. Chry. vocatum Dominus honorauit,& hoc ei maiorẽ præſtabat fiduciam.

75. Int.Beda. viderant publicanum à peccatis ad meliora conuerſum, locum inueniſſe pœnitentiæ, & ob id etiam ipſi non deſperant ſalutem. Chry. ipſe glorians de præſentia Chriſti, conuocauit omnes.

76. Nec publicanos vitabat propter vtilitatem ſequentem, niſi enim tangeret ſaniem, non liberaret à morbo. 77. Chry. Chriſtus non ſolùm diſputando, ſanando, redarguendo, ſed etiam comedendo errantes corrigebat, inſtruens quodlibet opus & tempus poſſe vtilitatem afferre. Amb.cum peccatoribus manducando, etiam cum Gentibus non prohibet nos inire conuiuium. 78. Int. dupliciter errant qui & ſe iuſtos putant, cùm ſint ſuperbi,& illos reos,cùm iam pœniteant. 79. Int. ſcilicet, de ieiunio gloriantes. 80. Ambr. hanc primam vocẽ ſerpens emiſit, patris ergo ſui venena diffundũt. 81. Cyril. cùm lex iubeat immundo non communicare. Aug 2.de conſ.Euan. Matthæus & Marcus narrant obiectum diſcipulis de Chriſto,magis enim ei obijciebantur, quàm diſcipulis qui eum ſectãdo imitabãtur.

82. Int.q.d.ideo vos declino,quia putatis vos non egere. 83. Int.ſ.qui gratiam non quærunt. x. Gl. Chriſtus miro medicandi genere vulneratus eſt propter iniquitates noſtras. 84. Int.q.d.hos iuuo,qui pœnitendo dant locum gratiæ. 85. Int.ſ.qui iuſtitiæ ſuæ cõfidunt.Chry.Ironicè,ſicut illud,Ecce Adam ſicut vnus noſtrũ.Greg.Niſſ.Angelos. 86. Int.ſ.conuerti volentes.Greg.Nyſſ.homines. 87. Aug.2.de con.Euan.nõ diligit Chriſtus peccatores,hoc ipſo quod peccatores ſunt,ſed vult ab iniquitate conuerti. Amb.Si gratia eſt ex pœnitẽtia,qui faſtidit pœnitentiã,abdicat gratiam. aa. Aug. 2.de con. Euã Matt. ait acceſſiſſe diſcipulos Iohãnis ad Chriſtũ,aderant enim & ipſi,& omnes certatim, vt quiſq; poterat, hoc obiecerũt. 89. Aug.2.de con.Euan.duplex ieiuniũ,vnũ in tribulatione, aliud in gaudio; de vtroq; reſpondet Chriſtus,ſed de illo prius. bb. Aug 2.de con.Euang. indicatur illos facturos vt lugentes filij ſpõſi ieiunarent,erant enim ſpõſum occiſuri. 90. Chry.q.d præſens tempus lætitiæ eſt,nõ ſunt ergo admiſcenda triſtia. Cyril. Saluatoris in hoc ſeculo apparitio quædam fuit feſtiuitas copulãs illi naturam noſtram quaſi ſponſam:filij ergo ſponſi ſunt, qui ab eo ſunt vocati per Euangelicam diſciplinam. Glo. Sponſus,Chriſtus;Spõſa,Eccleſia,de hoc cõnubio Apoſtoli creati,vnde Marcus filios nuptiarũ appellat.

Sens. Myst. In Cap. V.

68. Int. Leui additus,vel aſſumptus,quia diuina eum electio aſſumpſit, & in numero Apoſtolorum addidit. Beda. Matthæi electio,fidea gentium,quæ prius mundanis inhiabant, Iudæorum autem inuidia de gentium ſalute torquetur. Amb.libenter Chriſtus in eius recumbit affectu,qui ſe recipit.

Addit. Auct. In Cap. V.

t. ſ.negotijs,poſtea verò etiam rebus. v. id eſt.ſplendidum.

ſponſus, tunc ieiunabunt[91] in illis diebus. Dicebant[92] autem & ſimilitudinem ad illos, Quia nemo commiſſuram[93] à nouo veſtimento[94] mittit in veſtimentum[95] vetus: alioquin & nouum[96] rumpit, & veteri non conuenit commiſſura à nouo[97]. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres[98], alioquin[99] rumpit vinum nouum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt. ſed vinum nouum[100] in vtres nouos mittendum eſt, & vtraque[101] conſeruantur. Et nemo bibens vetus, ſtatim[102] vult nouũ, dicit[103] enim, Vetus melius[cc] eſt.

Sens. Lit. In Cap. V.

91. Int. ſcilicet, ab amore mundi, & non ſolùm à cibis. Aug. 2. de conſ. Euang. q.d. tunc in mœrore & luctu erunt, donec eis per Spiritum ſanctum gaudia conſolatoria retribuantur. Glo. poſt Paſſionem & Reſurrectionem ieiunabunt deſiderantes Iudicis aduentum. 92. Int. ſcilicet, oſtendens quare nondum conueniat Apoſtolis ieiunium. 93. Int. id eſt, particulam. Amb. 94. Int. ſcilicet, ablatum. Amb. 95. Amb. q.d. non ſunt actus noui & veteris hominis miſcendi. 96. Int. ſcilicet, quia incipit diſplicere, etſi ante placuerit. Aug. de q. Euang. pannus nouus, particula doctrinæ, ad nouæ vitæ temperantiam pertinentis, & docentis generale ieiunium non à concupiſcentia ciborum tantùm, ſed ab omni lætitia temporalium delectationum, cuius particulam quæ ad cibos pertinet, dicit non oportere hominibus, adhuc veteri conſuetudini deditis, impartiri. 97. Int. ſ. ablata. ¶ vitæ nouæ myſteria non ſunt committenda mentibus nondum innouatis. 98. Aug. de q. Euan. veteribus vtribus comparantur Apoſtoli, qui nouo vino, quaſi ſpiritualibus præceptis, facilius dirumpuntur, quàm contineant. Erunt autem noui vtres, cùm poſt Aſcenſionem innouabuntur. Beda. veteres vtres, Scribæ & Phariſæi; nouus pannus, & nouum vinum, præcepta Euangelij. Greg. Niſſ. antiqui vtres, id eſt, ob incredulitatem inueterati, nouum teſtamentum non capiunt; imò ſcinduntur excellentia doctrinæ. 99. Int. q. d. nec rudes mentes hoc pati poſſent, & ipſa doctrina nihil prodeſt, & ipſæ mentes pondere peccatorum ſuffocantur, vel perimuntur. 100. Int. q.d. noua myſteria innouatis mentibus committantur. 101. Int. q. d. doctrina memoriæ traditur, & mens non eſt ſine fructu. 102. Int. vult tamen poſtea, ſi innouatus, quod etiam contigit Apoſtolis. 103. Beda. Iudæis vitæ veteris ſaliua imbutis, nouæ gratiæ præcepta ſordebant.

Sens. Myst. in Cap. V.

91. Beda. Quamdiu ſponſus nobiſcum eſt, in lætitia ſumus, nec ieiunare poſſumus, nec lugere: cùm autem per peccata recedit, tunc indicendum ieiunium, & recipiendus luctus. Amb. nemo tibi Chriſtum auferre poteſt, niſi te illi auferas. 98. Amb. Fragilitas humanæ conditionis aperitur, cùm corpora noſtra exuuiis defunctorum animalium comparantur. Glo. hos vtres ſi pleni ſunt, gratia ſeruat, ſi vacui, tinea & ærugo conſumit. 100. Beda. vino intus reficimur, veſte foris tegimur: veſtis ergo bona, opera quæ foris agimus; vinum, feruor fidei, ſpei & charitatis.

Addit. Avct. In Cap. V.

94. pro panno. &c. quaſi dicat, aſſueti veteri legi, non facilè eam poſtponunt noua, prius ergo aſſuefaciendi noua paulatim. melius autem, pro ſuauius, blandius. Græc. χρηστότερος, ſic Matth. 11. Iugum meum ſuaue. Græc. χρηστός.

CAPVT VI.

FACTVM eſt autem in Sabbatho ſecundo primo, cùm tranſiret per ſata, vellebant diſcipuli eius ſpicas, & manducabant confricantes manibus. Quidam autem Phariſæorum dicebant illis, Quid facitis quod non licet in Sabbathis? Et reſpõdens Ieſus ad eos, dixit, Nec hoc legiſtis quod fecit Dauid, cùm eſuriiſſet ipſe, & qui cum illo erant? quomodo intrauit in domũ Dei, & panes propoſitionis ſumpſit, & manducauit, & dedit his qui cum ipſo erant, quos non licet manducare, niſi tantùm Sacerdotibus? Et dicebat illis, Quia Dominus eſt Filius hominis etiam Sabbathi. Factum eſt autem in alio Sabbatho, vt intraret in ſynagogam & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. Obſeruabant autem Scribæ & Phariſæi ſi in Sabbato curaret: vt inuenirent vnde accuſarent eum. Ipſe verò ſciebat cogitationes eorum: & ait homini qui habebat manum aridam, Surge, & ſta in medium. Et ſurgens, ſtetit. Ait autem ad illos Ieſus, Interrogo vos, ſi licet Sabbathis

SENS. LIT. IN CAP. VI.

1. THeoph. Iudęi omnem feſtiuitatem Sabbathum nuncupabant, Sabbathum enim requies, cùm ergo in Paraſceue contingebat feſtiuitas, ſequens Sabbathum vocabant Sabbathum ſecundò primum. b. Gloſ. non habentes ſpatium manducandi, ob importunitatẽ turbarũ, eſuriebant. c. Beda. alij dicunt hæc fuiſſe obiecta Domino, ſed potuerunt à diuerſis obijci & Domino, & diſcipulis. 3. Int. ſ. ſecundum præceptum legis. Cyrill. Et vos in Sabbatho nonne frangitis panem? quid ergo reprehenditis? 4. Chryſoſt. cùm Chriſtus pro ſeruis loquitur. i. diſcipulis, ſeruos inducit. ſ. Dauid & Sacerdotes; quando autem pro ſe, Patrem. 6. Int. i. præeſt, non ſubeſt veteri obſeruantiæ. 7. Int. Beda. Sabbathis maximè curat & docet, non ſolùm propter inſinuandum ſpirituale Sabbathum, ſed etiam propter celebriorem populi conuentum. 8. Cyril. præcedente doctrina, diuinam oſtendebat virtutem. 9. Beda. vt arguerent vel tranſgreſſionis ſi faceret, vel ſi non faceret, crudelitatis, aut imbecillitatis. 10. Int. Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt. 11. Cyril. fortè vt excitaret ad pietatem crudelem Phariſæum, & mitigaret liuorem. 12. Beda. præueniens calumniam ſibi ab illis præparatam. Auguſt. 2 de con. Euang. Matthæus ait Chriſtum interrogatum ab illis, liceret ne Sabbatho curare, prius enim illi interrogauerunt, poſtea Chriſtus conſtituto in medio ægroto, eos interrogauit.

SENS. MYST. IN CAP. VI.

2. EPiph. Diſſolutũ eſt vinculum Sabbathi, vbi magnũ aduenit Sabbathum. ſ. Chriſtus. b. Amb. ager, mundus, ſeges humani generis, fœcunditas: ſpicæ, fructus Eccleſiæ, quibus Apoſtoli paſcuntur, noſtro ſe alentes profectu. e. Beda. mortificant veterem hominem à terrena intentione extrahendo, atque Eccleſiæ membris incorporant. 5. Amb. figurabatur ſacerdotalem cibum ad vſum tranſire populorum, omnes enim debemus vitam ſacerdotalem imitari, & Deo offerre ſacerdotales hoſtias. g. Bedã. ſ. humanum genus fœcunditate boni operis areſactum, manu primi parentis ad pomum extenſa, quam ſanauit extenſa Chriſti manus in Cruce. Et bene in Synagoga arida erat, vbi enim maior ſcientia, grauior tranſgreſſio.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

a. Hoc nomine ſignificatur in Scriptura & dies ſeptimus, & feſta aliqua celebria (quia & in ijs quieſcebatur ab operibus, Sabbathum enim, requies. vide Leuit. 23. quamquam die ſeptima nec cibum licebat parare, licebat autẽ in alijs feſtis. vide Exod. 12.) & interdum, tota hebdomada. Itaq; dicitur prima & ſecunda Sabbathi. vide Marci vltimo. 1. Cor. vlt. 1. ſignificatur feſtum ſuccedens Sabbatho, vel Sabbathum feſte, vel vltimus dies feſti, quod per multos dies durabat, pars enim eũ primo honore celebrabatur. Fortè dies ſeptimus azymorũ qui adeo venerabilis erat vt dies Paſcha, excepto eſu agni, vel Sabbathum concurrens cum alia ſolennitate, adeoq; veluti duplex Sabbathum. f. id eſt, atrium tabernaculi.

benefacere,an male:[13]animam[14] ſaluam[h] facere,an perdere?Et circumſpectis[15] omnibus,di-
xit[16] homini,Extende manum tuam.Et extendit:& reſtituta eſt manus eius.[18]Ipſi autem
repleti[19] ſunt inſipientia,& colloquebantur ad inuicem,quidnam[20] facerent de Ieſu.Fa-
ctum eſt autem in illis diebus exiit[l] in montem orare[21]: & erat pernoctans[m] in oratione
Dei[22]. Et cùm dies factus eſſet, vocauit diſcipulos ſuos, & elegit[23] duodecim[24] ex ipſis
quos & Apoſtolos[n] nominauit.Simonem[25] quem cognominauit Petrum[26], & Andream[o]
fratrem eius, Iacobum & Iohannem, Philippum[27] & Bartholomæum[28], Matthæum[29] &
Thomam, Iacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur[p] Zelotes, & Iudam Iacobi[30], &
Iudam Scarioth, qui fuit proditor[31]. Et deſcendens cum illis ſtetit in loco campeſtri;
& turba diſcipulorum eius, & multitudo copioſa plebis ab omni Iudæa & Hieru-

SENS. LIT. IN CAP. VI.

13. Int.expoſitio præcedentis. 14. Int.i.hominem curare.Aug.2.de q. Euang.Animam dicit corpus curaturus,vel quia miracula faciebat propter fidem,vbi eſt ſalus animæ,vel animã, pro homine poſuit.
h. Int.i.à perditione ſaluam non facere.Glo.quos Deus non ſaluat,perdere dicitur. Chry.q.d.Sabbathum ad opus pietatis introductum eſt,vt.ſ.famuli & iumenta quieſcerent, qui ergo pecorũ miſeretur, quomodo non hominis grauiter ægroti? 15. Int.quaſi iratus illis obmuteſcentibus. Titus,quaſi collectis omnium oculis,& incitata eorum mente ad conſiderationẽ negotij. 17. Int.quia ſtatim Dei imperium ſequitur miraculum. 18. Titus quos oportebat in miraculo ſtupere. 19. Int.i.inuidia. Gloſ. magna inſipientia de eius nece tractare, cuius beneficiis plurimum indigebant. 20. Int.i.quomodo eum perderent.Orig vt narrat Matthæus,exeũt,& conciliantur,vt occidant eum. 21. Int.Forma præſcribitur quam debeas æmulari.Amb. non orat quaſi infirmus, vt impetret, quod implorare non poſſit, ſed ad præcepta virtutis ſuo nos informat exemplo. Cyrill. docet nos orare ſemotos, nemine vidente.
m. Amb.quid te oportet facere pro ſalute tua,quando pro te Chriſtus in oratione pernoctat?quid te facere conuenit cùm vis aliquod officiũ pietatis adoriri,quando Chriſtus miſſurus Apoſtolos,prius orauit?Chry.purior eſt anima tempore noctis, ipſæque tenebræ & ſilentium poſſunt ad compunctionem perducere. 23. Amb.non ſapientes aliquos,non diuites,non nobiles,ne diuitiis aut potentiæ nobilitatiſque authoritate traxiſſe aliquos ad ſuam gratiam videretur, ſed piſcatores & publicanos, vt veritatis ratio præualeret. 25. Cyril.nominatim enumerat Euangeliſta,ne quiſquam audeat alios Apoſtolorum catalogo inſcribere. 26. Beda.Cùm ab Andrea adducto dixit,Tu vocaberis Cephas.Glo.nominis commutatione petræ Sacramentum audientibus cõmendatum. o. Int. ſ. vocauit. 27. Euſeb.hunc dicit Iohannes fuiſſe de Bethſaida ciuem Andreæ & Petri. 28. Euſeb. & hic vir ſimplex & expers ſcientiæ mundanæ. 29. Beda.Cæteri Euangeliſtæ Matthæũ præponunt Thomæ,ipſe humilitatis cauſa ſe poſtponit. 30. Aug.de conſ.Euang Matthęus Thadęum appellat,ſed quid prohibet vnũ duobus vel tribus nominibus vocari? 31. Amb.eligitur proditor,non per imprudentiã,ſed per prouidentiam,voluit Dominus ab Apoſtolo tradi,vt tu à ſocio proditus,moderatè feras,tuũ errasse iudiciũ,periiſſe beneficium.

SENS. MYST. IN CAP. VI.

16. Int.ſ.ad pauperem,vt proximum iuues,viduæ præſidiũ feras,extende ad Deum pro peccatis tuis orando.Amb & caue ne auaritia,vel ſacrilegio contrahatur.Glo.infructuoſa debilitas animę eleemoſynarum largitate curatur,fruſtra ad Deum manus extendit pro peccatis rogaturus, qui has ad pauperes propoſſe non extendit. l. Glo.ſic Moyſes legem ſpiritualiter intelligens,montis verticẽ, in quo Deus erat,aſcendit. Beda. mons,altitudo iuſtitiæ qua inſtituendi erant Apoſtoli,& eam prædicaturi,ſic & lex in monte data. 24. Int.vt quadratum orbem fide Trinitatis inſignirent.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

13. id eſt,vitam,vel hominem.Heb. 15. an ſ.aliquis vellet reſpondere. 19. Græ.ἀνοίας,dementia.
22. id eſt,qua Deum precabatur.q.d.totam noctem Deum precabatur. n. i.miſſos, ſeu nuncios, qui ore nunciant,vt legati & oratores. p. pro,vocabatur,vel qui nunc vocatur

ſalem,

ſalem, & [31] maritima [32] Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & ſanarentur à
[33] languoribus ſuis. Et qui vexabantur à ſpiritibus immundis, curabantur. Et omnis
turba quærebat eum [34] tangere: quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Et ipſe [35] ele-
uatis oculis in diſcipulos ſuos, [36] dicebat, Beati [37] pauperes: quia [38] veſtrum eſt regnum Dei.
Beati qui nunc [39] eſuritis: quia ſaturabimini. Beati qui nunc [40] fletis: quia [41] ridebitis. Beati
eritis cùm vos [42] oderint homines, & cùm [43] ſeparauerint vos, & [44] exprobrauerint, & [45] eie-
cerint nomen veſtrum tanquam malum [46] propter [47] Filium hominis. Gaudete in illa die
& exultate: ecce enim merces veſtra [48] multa eſt in [49] cœlo. ſecundùm hoc enim faciebant
[50] Prophetis patres eorum. [51] Verumtamen væ vobis [52] diuitibus, quia [53] habetis

SENS. LIT. IN CAP. VI.

q. Beda. à mari magno cognominatur, non à mari Galilææ. 32. Cyril. & Tyrus & Sidon idolis ſeruiebãt. Beda. tanta erat fama virtutis Chriſti, vt externę etiam ciuitates concurrerent ad ſanitatem, & doctrinam capeſſendam. 36. Aug. de conſ. Euang. hunc ſermonem exorſus eſt Lucas ſicut Matthæus, & in vtriuſque narratione multa ſimilia. & concluſio prorſus eadem. Poſſet ergo facilè credi idem eſſe, niſi Matthæus diceret in monte habitum ſedente Domino. Lucas autem in loco campeſtri, eo ſtante: quanquam dici poteſt in aliqua excelſa mõtis parte, fuiſſe Dominum primò cum diſcipulis, cùm ex eis duodecim elegit, deinde deſcendiſſe in aliquam montis partem, quæ multas turbas capere poſſet, ibiq; donec congregarentur ſtetiſſe; poſtea verò ſediſſe, propiusque accedentibus diſcipulis cæteriſque turbis, vnum, de quo Matthæus & Lucas, habuiſſe ſermonem. 37. Int. ſ. ſpiritu hi à peccato abſtinent, ſeculum calcant, illecebroſa non quærunt. Ambr. Matthæus octo beatitudines ponit, ſed illæ in iſtis quatuor ſunt. Eſt autem prima beatitudo paupertatis, & parens quædam virtutum, non enim poteſt quis meritum regni cæleſtis adipiſci, qui à mundi cupiditate non emerſerit. Cyrill. pauper ſpiritu, apud Matthæum, qui intellectum habet modeſtum hic non addito ſpiritu appellat pauperes diuitias contemnentes. 38. Euſeb. Fecerat eos paupertatis cultores, vnde in perſona eorum dicit, Quia veſtrum, &c.
Int. ſ. iuſtitiam. Cyril. i. qui caſtigatis corpus in fame & ſiti Beda. amandus eſt quotidianis iuſtitiæ profectus, ad cuius perfectam ſaturitatem nõ in hoc, ſed in futuro ſeculo poteſt perueniri, Satiabor cùm manifeſtabitur gloria tua. 40. Int. ſ. de præſenti miſeria de dilatione bonorum. Chry. Sæpius eſt reperire lugentem Dominum, ridentem nequaquam. 41. Beda. promittitur mera & impermixta triſtitiæ alacritas. 1. Amb. in prima temperantia. in 2. iuſtitia, in 3. prudentia, in hac fortitudo. habet temperantia cordis munditiam: iuſtitia, miſericordiam, pacem, prudentia; manſuetudinem, fortitudo: connexæ ſibi ſunt & concatenatæ virtutes, ſed quæ in ſanctis fuerit vberior, & merito copioſior, præmiũ habebit redundantius. 42. Int. ſ. corde. Beda. 43. Int. ſ. pellendo de ſynagogis. Beda. 44. Int. ſ. nomen crucifixi. Beda. 45. Int. quantum ad Iudæos & gentiles nomen Chriſtianum ſępe à memoria abraſum, & erectum eſt ab hominibus. Beda. 46. Int. nulla alia cauſa. Beda. 47. Int. cuius nomen veſtrum facitis cognomen. Beda. 48. Int. multa patientibus in terris. multa merces erit in cælis. Chryſ. Quantum erit quod Deus multum dicit? nempe intellectum quemlibet tranſcendit. Baſil. multa erit abſolute, non vt ea quæ ad parua comparata multa dicuntur. 49. Euſeb. munit ad pugnam quam erant toto orbe paſſuri.
50. Int. qui timore non deficiebant à veritate. 51. Int. nunc quidem poſſunt exprobrare & deiicere, ſed inde eis væ. Beda. in monte ſolùm beatitudines proborum deſcribit, in campo verò etiam væ reproborum, rudes enim neceſſe eſt terroribus ad bona cõpelli, perfecto ſatis eſt præmiis inuitari. 52. Chry. hæc dictio ſemper in Scripturis dicitur his qui non poſſunt euadere à futuro ſupplicio. Amb. in pecuniis multa ſunt lenocinia delictorum, non eſt autem cenſus, ſed affectus in crimine.

SENS. MYST. IN CAP. VI.

33. Ambr. vbi deſcendit, inuenit infirmos, in excelſis enim infirmi eſſe non poſſunt. Beda. rarò inuenies vel turbas Dominum ad altiora ſequi, vel quempiam debilem in monte curari, ſed extincta febre libidinum, accenſaque ſcientiæ luce, pedetentim quemque ad virtutum culmen ſubire. 34. Beda. tangere, eſt in eum fideliter credere. 35. Amb leuare oculos, eſt interius lumen aperire.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

36. Idem eſt ſermo cùm illo Matth. 5. ſimiliter enim incipit & definit. 43. vt ſit excommunicando.
44. id eſt, probra aff. cerint. 45. i. aboleuerint memoriam, vel poſteris abominabilem reddiderint.
48. id eſt, copioſum præmium. 53. Græc. ἀπέχετε, id eſt, accepiſtis, ſeu, receptam habetis.

consolatio

conſolationem[54] veſtram.[55] Væ vobis qui ſaturati[56] eſtis:quia eſurietis. Væ vobis qui ride[57]tis[s] nunc[t] : quia lugebitis & flebitis[u]. Væ cùm benedixerint[58] vobis omnes homines[x], ſecundùm hæc enim faciebant[59] pſeudopropheris patres[aa] eorum. Sed vobis dico qui auditis, Diligite[60] inimicos[61] veſtros, benefacite[62] his qui oderunt vos. Benedicite[63] maledicentibus vobis : & orate pro calumniantibus vos. Et qui te percutit in maxillam, præbe[64] illi & alteram. Et[65] ab eo qui aufert tibi veſtimentum[66], etiam tunicam[67] noli prohibere. Omni[68] autem te petenti, tribue[69] : & qui aufert quæ tua[70] ſunt, ne repetas[71]. Et prout vultis[72] vt faciant vobis homines, & vos facite illis ſimiliter. Et ſi diligitis eos qui[73] vos diligunt, quæ vobis eſt gratia[bb]?

Sens. Lit. In Cap. VI.

54. Int.ſcilicet,quam quæritis. 55. Int.quia nullam veri boni famem patimini. 56. Baſil.ſubiectio corporis per nihil aliud ſie obtinetur, ſicut per abſtinentiam. Eſt hæc amocio paſſionum, & vitæ ſpiritualis initium : non eſt autem poſſibile cunctis eundem modum & menſuram præſcribe e,ſit tamen communis intentio non expectare repletionem. 57. Baſil. cùm Dominus palam arguat ridẽtes,nunquam erit fideli tempus riſus,præſertim cùm tam multi in peccato moriantur, pro quibus lugere oportet. 58. Beda.nutrix peccati, adulatio, ei fomentum vt flammis oleum miniſtrans. Chry. perniciosum quid inanis gloria,ſi inde vis diuertere,dirige ſemper ad Deum aſpectum, & eſto contentus ea quæ eſt apud Deum gloria,& ſi à Deo gloriam cupis, vita laudem humanam, de nullo quidem magis cõſueuimus admirari,quàm de reſpuente gloriam. 59. Int.i.benedicebant pſeudoprophetis,qui ob captãdum vulgi fauorem,de corde ſuo prophetabant. 60. Int.hoc perfectum nõ impoſſibile.Amb.ordinat charitatem.Glo.non ſufficit non odiſſe,ſed præcipitur diligere, quod vltra naturam humanã eſt. 61. Int. homines nõ vitia.Baſil.omnis qui qualitercumque nocet alicui, dicitur inimicus. 62. Int.miniſtrando cibum mentis,vel etiam corporis. 63. Int.i.bona optate ; hinc Apoſtolus,maledicimur,& benedicimus; blaſphemamur,& obſecramus. Chri.qui percutiunt animas proprias,digni ſunt fletibus, nõ maledictionibus,eſt tibi datum os,non vt mordeas, ſed vt aliorum vulnera ſanes, homo es,non aſpis. Beda.inueniuntur tamen imprecationes in Prophetis contra inimicos, ſed illi futurum cecinerunt, non optantis voto, ſed ſpiritu præuidentis. 64. Chry.& medici cùm calce feriuntur ab inſanis, tunc maximè miſerentur, & ſe ad eorum remedia accingunt. Beda.omnes fere contra hoc mandatũ agimus.Glo. cum charitas patiens ſit,debet ſuſtinere;cùm ſit benigna,non debet reſpondere maledictis; nec reſiſtere rapienti, cùm non quærat quæ ſua ſunt ; nec odiſſe inimicum, cùm non æmuletur. 65. Cyril.vult Dominus nos eſſe rerum contemptores. 66. Int.ſ.exterius. 67. Int.ſ.interius veſtimentum. 68. Int. quia parum eſt non nocere,addit de beneficiis. Aug.in Serm. Dom. non dicit omnia petenti, dandum enim quæ iuſtè & honeſtè poſcis,aliquando melius tribuis,cùm iniuſta petentem corrigis. 69. Int. ſ. rem,vel correctionem.Chry.hic multum peccamus,non ſolum non dantes,ſed etiam increpantes.Cur, inquis,ille non laborat, cur otioſus alitur, &c. Abraham quia cunctos recipiebat, recepit & Angelos.

70. Int. ſcilicet,domum,fundum,& generaliter quamcunque pecuniam. Auguſt.in Serm.Dom.non oportet autem ſic ſeruum poſſidere, vt equum aut argentum : ſi enim honeſtius à te regitur, quàm ab illo qui cupit auferre,non debes contemnere. 71. ſcilicet,cum lite & contentione. Glo.ſi de neceſſariis hoc imperatur,multo magis ſuperflua contemnenda. 72. Chry. eſt nobis naturalis inſita lex,per quam dignoſcimus quid ſit virtus & vitium. 73. Int. id eſt,ideo quia.

Sens. Myst. In Cap. VI.

54. Ambr. poſſumus intelligere Iudæorum populum,vel hæreticos, vel philoſophos, qui vbertate verborum, & quodam ambitioſo facundiæ patrimonio delectati, veræ fidei ſimplicitatem ſupergreſſi, theſauros inutiles condiderunt.

Addit. Avct. In Cap. VI.

s. ſcilicet,cùm tempus flendi. t. ſcilicet,animo. v. ſcilicet,corpore. x. ſcilicet, mundani. a a. id eſt praceſſores eorum.ſ hominum. 63. id eſt,bene precamini. 66. Græ. ἱμάτιον, pallium, ſeu, ſummam veſtem. 72. ſ.voluntate rationabili. b b. ſ habendæ,aut quam gratiam facitis.

[74] nã & peccatores diligentes ſe diligunt.Et ſi benefeceritis his [75] qui vobis benefaciunt,
quæ vobis eſt gratia? ſiquidem [cc] & peccatores hoc faciunt.Et ſi mutuum dederitis his
à quibus ſperatis recipere,quæ gratia eſt vobis? nam & peccatores peccatoribus fœ-
[77] nerantur,vt recipiant æqualia.Veruntamen diligite inimicos veſtros: benefacite,&
mutuum date, [78] nihil inde ſperantes:& [79] erit [dd] merces veſtra multa, & [80] eritis [81] filij Altiſſi-
mi:quia [82] ipſe benignus eſt ſuper ingratos & malos.Eſtote ergo miſericordes, [ee] ſicut & [83]
Pater veſter miſericors eſt.Nolite [84] iudicare,& non [85] iudicabimini, * nolite condemnare,
& non [86] cõdemnabimini. [87] Dimittite,& [88] dimittemini. [89] Date,& [90] dabitur vobis,menſuram
[91] bonam,& [92] confertam, & [93] coagitatam, & [ff] ſupereffluentem [94] dabunt in ſinum veſtrum.
[gg] Eadem quippe menſura qua menſi fueritis, [95] remetietur [96] vobis.Dicebat autem & illis
ſimilitudinem:Nunquid poteſt [97] cæcus cæcum ducere?nonne ambo in [98] foueã cadent?
[99] Non eſt diſcipulus [100] ſuper magiſtrum:perfectus autem omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter
eius. Quid autem vides [101] feſtucam in oculo fratris tui: [102] trabem autẽ quæ in [103] oculo tuo
eſt,non [104] conſideras?Ant quomodo potes dicere fratri tuo:Frater

SENS. LIT. IN CAP. VI.

74. Int.ſ.ethnici, & publicani. 75. Int.pro,ideo quia. 76. Int. ex hoc ſolo quod ſperatis recipere, non pro Deo datis. 77. Int.i.commodant.Beda.mutuant. 78. Int.ſ.vltra ſortem. Greg. Nyſſen. Fœnorum excogitationem ſi quis appellet furtum & homicidium,non peccabit.Baſil.hic auaritiæ modus meritò dicitur τόκος,i.partus,ſtatim enim vt oritur,incipit procreare,cùm animalia non niſi temporis progreſſu pariant. 79. Int.ſ.in cælo. dd. Baſil.quod das pauperi charitatis intuitu, donum eſt; quia non ſperas retributionem,mutuum verò ob munificentiam Domini qui retribuit,Deum tu pro pauperibus perſolutorem repudies?Chry.pauper recipit, Deus obligat ſe. 80. Int.Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. 81. Int.& cohæredes Chriſti. 82. Beda. vel temporalia bona largiendo, vel cæleſtia dona inſpirando. 83. Cyril.magnum præconium pietatis, facit enim Deo conformes. 84. Int.non tãtùm in largitate beneficiorum ſitis miſericordes,ſed etiã in iudicando.Chry.non facilè reperies quemquam expertem huius erroris.non ſunt iudicanda incerta qui ſeuerè aliena diſcutit, nunquam propriorũ reatuum merebitur veniam.Glo.de apertis,quę bono animo fieri non poſſunt,permittitur vobis iudicare. 85. Greg. Nyſſ.iudicium vocat damnationem. 86. Int.ſ.à Deo. 87. Int.ſ.iniurias. 88. Int.i.dimittetur peccatum veſtrum. 89. Int.ſ.beneficia. 90. Int.ſ.vita æterna. 91. Int.i.vtilem. 92. Int.i.plenam. 93. Int.i.conquaſſatam. 94. Int.ſ.erunt cauſa vt Deus det, quia occaſio promerendi fuerunt. Aug.2. de q. Euan. per illorum merita quibus vel calicem aquæ frigidæ in nomine diſcipuli dederunt, mercedem cœleſtem recipere merebuntur. gg. Theop.non dicit tanta,ſupereffluentem enim menſuram recipiet. 95. Cyril.qui parcè ſeminat,parcè & metet; qui autem in benedictionibus, de benedictionibus & metet.Glo.Secũdùm opera ſingulorum reddet Deus 96. Cyril.erant enim diſcipuli futuri mundi doctores. 97. Int.i.ſtultus ſtultum docere. Beda.q.d.ſi te ira contra violentum, & contra petentem auaritia excæcauerit,nunquid mẽte viciata vitium eius curare poterit? 98. Int.i.perditionem. 99. ſ.Apoſtolus homo fragilis. 100. Int.ſ.Chriſtum Deum omnipotentem. Beda.ſi Chriſtus cùm poſſet vlciſci iniurias,maluit patiendo perſecutores reddere mitiores,idem neceſſe eſt faciant diſcipuli, qui ſunt puri homines. 101. Int.ſ.leuius crimen, vel quidquid turbat oculum mentis. 102. Int.ſ. grauius crimen. 103. Int.i.intentione. 104. Int.q.d.non potes minus,vt itam in fratre emendare,donec maius,vt odium vel inuidiam pepuleris de corde tuo.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

*cc. ſimile ſ.beneficium. 77. i.mutuum dant. 78. ſ.ſimilis beneficij. ee. i.benefici, miſericordia interdum pro beneficio ſumitur,vt Gen.20.21. 84. i.accuſare ſeu condemnare. * videtur explicatio præcedentium. 88. pro, dimittetur,vobis. 91. i.iuſtam. 92. Græ.πεπιεσμένον, preſſam. 93. i.bene concuſſam. ff. i.effuſiſſimam. 94. pro,dabitur.*

ſine ejiciam feſtucam de oculo tuo: ipſe in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo: & tunc perſpicies [105] vt educas feſtucam de oculo fratris tui. Non eſt enim [106] arbor bona quæ facit [107] fructus malos: neque [108] arbor mala faciens [109] fructum bonum. Vnaquæque enim arbor de [hh] fructu ſuo cognoſcitur. Neque enim de ſpinis colligunt ficus, neque de [110] rubo vindemiant vuam. [111] Bonus homo de bono [112] theſauro cordis ſui, profert [113] bonum: & malus homo de malo [114] theſauro profert malum. Ex [115] abundantia enim cordis [116] os [117] loquitur. [118] Quid autem vocatis me [119] Domine, Domine: & non facitis quæ dico? Omnis qui [120] venit ad me, & [121] audit ſermones meos, & facit eos: oſtendam vobis cui ſimilis ſit. Similis eſt [122] homini ædificanti [123] domum, qui fodit in altum, & poſuit fundamentum ſupra [124] petram inun[125]datione autem facta, illiſum [126] eſt flumen [127] domui illi, & non [128] potuit eam mouere: [129] fundata enim erat ſupra [130] petram. Qui autem [131] audit, & non [132] facit: ſimilis eſt [133] homini ædificanti [134] domum ſuam ſupra terram ſine fundamento: in quam illiſus eſt [135] fluuius: & continuò [mm] cecidit, & facta eſt [136] ruina domus illius [137] magna.

SENS. LIT. IN CAP. VI.

105. Int. non enim eſt doctor alij idoneus mederi, qui nõdum ſe ſanauerit. Glo. ſi ſimi[li]s es ei quem vis reprehendere, pariter ingemiſce, & pariter conari mone, ſi non es ſimilis, non ex odio, ſed ex miſe[ri]cordia argue. rarò, nec ſine magna neceſſitate ſunt obiurgationes adhibendæ, & non niſi reſpectu Dei, remotáque ab oculo trabe. 106. Int. i. voluntas. Beda. quaſi dicat, ſi veram, & non fictam vis habere iuſtitiam, quod verbis oſtentas, facto compenſa. 107. Int. i. opera. 108. Int. i. voluntas. 109. Int. i. opera. hh. non à veſte, ſed ab operibus. 110. Amb. nemo de peccatis fructum acquirit animæ. Beda. ſpina & rubus, ſeculi curæ, & punctiones vitiorum; ficus & vua, dulcedo nouæ conuerſationis, & feruor dilectionis. Suſtentat quidem palmitem ſepes, ſic aliquando mali proſunt bonis. Gloſſ. ſpina, & rubus, hæretici qui conſcindunt & cruentant approximantes, à quibus non poſſis ſanitatem vel virtutem inuenire. 111. Int. q. d. ſed bonus. 112. Int. ſ. intentione cogitationis. Beda. idem eſt theſaurus cordis, quod radix arboris. 113. Int. i. prouentum operis. 115. Int. quaſi ex theſauro. 116. Beda. per oris locutionem inſinuat quæ vel dicto, vel facto, vel cogitatu de corde proferimus, ſolet enim Scriptura verba pro rebus ponere. 117. Int. Deo, etſi non hominibus. 118. Beda. ne quis putaret verba ſolùm, & non magis opera à Chriſtiano requiri. 119. Cyrill. ſoli ſupremæ naturæ conuenit dominationis nomen & res. Athanaſ. non hoc verbum hominis, ſed Dei. 120. Int. ſ. per fidem. 121. Int. ſ. cum deuotione. 122. Int. ſ. ipſi Chriſto mediatori. 123. Int. ſ. Eccleſiam, in qua perpetuo manet. ll. Beda. ſ. præceptis humilitatis terrena de cordibus fidelium eruit. 124. Int. nõ in terrenis. ¶ petra erat Chriſtus, cuius fidei & dilectioni ſancta Eccleſia nihil præponit. Beda. Fundamentum domus, intentio bonæ conuerſationis. Amb. Fundamentum omnium virtutum obediẽtia cœleſtium præceptorum. 125. Int. i. perſecutione inſurgente. Beda. immundorum ſpirituum, vel improborum hominum, vel ipſa mentis aut carnis inquietudine. Glo. hanc inundationem alibi portas inferi appellat. 126. Int. vniuerſæ impulſiones. 127. Int. i. ædificationi virtutum. 128. Int. poteſt irruere, ſed non diruere. ¶ Deus in medio eius non commouebitur. 129. Int. quod ſtat, non ſibi, ſed Deo tribuitur. 130. Int. ſ. Chriſtum.

131. Int. ſ. exterius. 132. Int. ſi fœda eſt conuerſatio, nullam parit fides vtilitatem. 134. Cyril. ſine fundamento ædificat, qui ſuper arenam dubietatis ædificat. mm. Glo. omnes mali, vel fictè boni, in gruente qualibet tentatione, peiores fiunt. 137. Int. ſ. in ignem æternum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

112. id eſt, ex ijs quæ in corde ſuo concerunata habet, velut theſaurum.

CAPVT VII.

CVM autem impleſſet omnia verba ſua in aures plebis, intrauit Capharnaum. Centurionis autem cuiuſdam ſeruus malè habens, erat moriturus: qui illi erat pretioſus. Et cùm audiſſet de Ieſu, miſit ad eum ſeniores Iudæorum, rogans eum vt veniret & ſaluaret ſeruum eius. At illi cùm veniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſollicitè, dicentes ei, Quia dignus eſt vt hoc illi præſtes: diligit enim gentem noſtram: & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. Ieſus autem ibat cum illis. Et cùm iam non longè eſſet à domo, miſit ad eum Centurio amicos, dicens, Domine noli vexari, Non enim ſum dignus vt ſub tectum meum intres propter quod & meipſum non ſum dignum arbitratus vt venirem ad te: ſed dic verbo, & ſanabitur puer meus. nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alio, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit. Quo audito, Ieſus miratus eſt: & conuerſus, ſequentibus ſe turbis dixit, Amen dico

SENS. LIT. IN CAP. VII.

1. INT. ſ. ſtans in loco campeſtri. 2. Int. ad quam deſcenderat de cacumine montis. 3. Aug. de conſ. Euang. prius tamen leproſus mundatus eſt, de quo Matthæus. a. Euſeb. erat iſte militibus Romanis præfectus. 4. Ambr. ſ. niſi fuiſſet ſanatus à Chriſto. Int. niſi fide precantis Deũ, & miſerentis Chriſti pietate, fuiſſet vitæ redditus. 5. Aug. de conſ. Euang. Matthæus dicit eum acceſſiſſe, nempe per alios. Chry. credibile eſt illum voluiſſe ire ad Chriſtum, ſed retractum à Iudæis, promittentibus ſe Chriſtum ducturum. Glo. diuina prouidentia factum eſt, vt mitterentur, eiſq́; præſentibus ſanaretur ſeruus, vt inexcuſabiles ſint, ſi credere noluerint. 6. Beda. i. locũ quo conueniebant. 7. Euſeb. nõ, quia ſynagogam illi ædificauerat, ſed volens generare credulitatem in cunctis mortalibus. Ambr. poterat abſens curare, ſed formam humilitatis dare voluit. Ad reguli filium noluit ire, ne videretur diuitiis detuliſſe, venit ad Centurionis famulum, ne conditionem ſeruilem deſpexiſſe videretur. 8. Int. militari tumore depoſito, reuerentiam ſumit, ad fidem facilis, ad honorificentiam promptus. Amb. ¶ Amb. coniecit non hominis, ſed Dei poteſtate, dari à Chriſto hominibus ſanitatem. 9. Glo. propter vitæ gentilis conſcientiã, grauari ſe magis dignatione putauit, quàm iuuari, nec poſſe habere hoſpitem Chriſtum, cuius nondũ erat Sacramentis imbutus, ſed quod infirmitas humana non præſumit, diuina gratia dare nouit. 10. Int. magna fides quæ Dei dicere credit eſſe facere. Chry. non dicit ora, ſed iube. 11. Int. ita Angeli tibi ſeruiũt. 12. Int. ſ. quod ſuam intelligit maieſtatem. Beda. nobis mirandum eſſe ſignificat, omnes enim tales motus de Chriſto dicuntur, non perturbati animi ſigna ſunt, ſed docentis magiſtri.

SENS. MYST. IN CAP. VII.

b. AMB. Seruus hic myſticè populus nationum, qui mundanæ ſeruitutis vinculis tenebatur. Beda. Centurio, electi, ex gentibus qui Dominum in carne non viderunt, ſed ad Deum per fidem accedunt. Seniores Iudæorum, Summi Eccleſiæ viri, qui nos ad Dominum præceſſerunt, & pro noſtris peccatis intercedunt. Ambr. non vult Cẽturio Ieſum vexari, quem enim Iudæorũ populus crucifixit, inuiolatũ ab iniuria manere deſiderat populus nationum. Beda. ſerui Centurioni obedientes, virtutes naturales, quarum copiam multi ad Dominum venientes, deferunt ſecum. Theoph. Centurio, intellectus; ſeruus, infirmus, irrationabilis animæ pars, Iudæi, mediatores confeſſionis, cogitationes & verba.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VII.

c. Gra. ἤμελλε τελευτᾶν, quod aliàs vertit, incipiebat mori, ſcilicet, agebat animam, morti proximus. d. id eſt, in pretio habitus, ſeu charus. e. ſ. per Iudæos, qui ſic petierunt, ille enim ſolùm repræſentauerat ſerui neceſſitatem, vt ait Matth. f. Gra. σπουδαίως, ſtudioſè, ſedulò. g. pro, & tamen dico.

vobis,nec in Iſraël[13] tantam fidem inueni.[14] Et reuerſi qui miſſi fuerant, domum, inue-
nerunt ſeruum qui languerat, ſanum.[15] Et factum eſt deinceps ibat Ieſus in ciuitatem
quæ vocatur Naim:[16] & ibant cum eo diſcipuli[h] eius, & turba copioſa.[17] Cùm autem ap-
propinquaret portæ ciuitatis: ecce defunctus[18] efferebatur[i] filius vnicus[19] matris ſuæ:&
hæc vidua[20] erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cùm vidiſſet Dominus, mi-
ſericordia[21] motus ſuper eam,dixit illi, Noli flere.[22] Et acceſſit, & tetigit[23] loculum. Hi
autem qui portabant,ſteterunt: Et ait, Adoleſcens,tibi dico,ſurge. Et reſedit[24] qui erat
mortuus,& cœpit loqui.[25] Et dedit illum matri[26] ſuæ. Accepit autem omnes timor,[27] &
magnificabant[m] Deũ,dicentes,Quia Propheta magnus ſurrexit in nobis:& quia Deus
viſitauit plebem ſuam. Et exiit hic ſermo[n] in vniuerſam Iudæam de eo, & in omnem
circa regionem. Et nuntiauerunt[28] Iohanni diſcipuli eius de omnibus his.Et conuoca-
uit duos de diſcipulis ſuis Iohannes:& miſit ad Ieſum,dicens, Tu[29] es qui

SENS. LIT. IN CAP. VII.

13. Int.ſ.præſentis temporis,inuenit enim in antiquis. Beda. 14. Int. etſi ille à Prophetis edoctus. Beda. hic autem nemine docente,ſpontè credidit. 15. Amb. poteſt meritum Domini etiam famulis ſuffragari. Beda. dixerat Dominus (vt refert Matthæus) vade,& ſicut credidiſti,fiat tibi, ſed Lucas ſolet quæ pleniùs alij Euangeliſtæ expoſuerant,abbreuiare, vel etiam præterire. 16. Beda, Galileæ ciuitas eſt ſecundo miliario à monte Thabor.Glo.eſt ad Meridiem. 17. Beda. factum hoc diuino nutu, vt multi eſſent tanti miraculi teſtes. 18. Gre.Nyſſ.diceret aliquis de puero Centurionis, quod moriturus non erat, vt igitur temerariam linguam compeſceret, obuiam fit defuncto. 19. Greg. Nyſſ. ærumnæ molem breuiter explicuit. 21. Int.miſericordia mouetur, in quo imitandæ pietatis exemplum:poſtea ſuſcitat,in quo fides mirandæ poteſtatis aſtruitur.Beda. 22. Int.ſ.mortuum, quem mox reſurgere videbis.Beda. 23. Cyril.vt oſtendat efficax eſſe ſuum corpus,ad humanam ſalutem: vt enim ferrũ igni adiunctum, facit opus ignis; ſic caro verbo vnita, viuificat. 25. Tit.indicium hoc veræ reſurrectionis. 28. Beda.inuidia ſtimulante. 29. Int.ſub.hoc dicite.

SENS. MYST. IN CAP. VII.

18. Beda,defunctus, hic,homo lætali funere criminum ſoporatus; & animæ mortem quaſi per ciuitatis oſtia propalans; vidua mater,Eccleſia. loculus male ſecura conſcientia. qui ſepeliendum portãt, immunda deſideria vel blandimenta ſociorum quæ Domino tangente ſtant.i.coërcentur. Theoph.vidua,anima virum amittens.i.diuinum ſermonem; filius, intellectus; loculus,corpus Glo.defunctus,Iudaicus populus,quem mater Eccleſia multis populorum turbis circumſepta,pio affectu plorat, & ad vitam lachrymis reuocare laborat. quod interim in paucis, & tandem in plenitudine impetrat. 20. Int. vidua,eſt Eccleſia,quæ Sponſi morte redempta,ab ipſo peregrinatur tempore ſui incolatus. 22. Chry. monet præſentibus defunctis conſolationem recipere reſurrectionem ſperantes. 23. Amb.poſteaquam Chriſtus lignũ tetigit,proficere cœpit ad vitam;nempe ſalus eſt per Crucis patibulum refuſa. 24. Int. ſ.interna compunctione reuiuiſcens. Glo. ſuſcitauit Dominus filiam Archiſynagogi in domo.i.cogitatione,iſtum in porta i.verbo;Lazarum in monumento.i.opere. 26. Int. Sacerdotali iudicio ſociatus communioni Eccleſiæ. 27. Int.quanto deſperatior mors animæ ad vitam reuocatur; tanto plures eo exemplo corriguntur, & pietas Domini maior intelligitur. o. Amb. Ioannes lex Chriſti prænuncia, diſcipuli miſſi,duo populi.ex Iudæis.ſ.& Gentibus. Gloſſ. Lex pectoribus perfidorum quaſi carceribus luce euacuatis incluſa tenebatur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VII.

16. non longè à Capharnaum. h. Græ.additur ἱκανοὶ, ſufficientes.i. multi. V. ſcilicet extra ciuitatem ſepeliendus. 19. Græc. μονογενὴς,vnigenitus. 27. ſcilicet,ex ſtupore. m. Græc.ἐδόξαζον,glorificabant. n. id eſt,rumor,ſeu factum.

venturus

venturus es,an alium expectamus?Cùm autem veniſſent ad eum viri,dixerũt,Iohan-
nes Baptiſta miſit nos ad te,dicens, Tu es qui [30] venturus es, an alium expectamus? In
ipſa autem hora multos curauit à languoribus ſuis,& plagis,& ſpiritibus malis:& cę-
cis multis donauit viſum. Et reſpondens dixit illis, Euntes renunciate Iohanni quæ
audiſtis, & [31] vidiſtis: Quia [32] cæci vident, claudi ambulant,leproſi mundantur,ſurdi au-
diunt,mortui reſurgunt,[33] pauperes euangelizantur:& beatus eſt quicumque non fue-
rit [34] ſcandalizatus in me.Et cùm [q] diſceſſiſſent nuncij Iohannis, cœpit de Iohãne [35] dicere
ad [36] turbas,Quid exiſtis in deſertum videre,arundinem vento [37] agitatam? Sed quid exi-
ſtis videre?[38] hominem [39] mollibus veſtimentis indutum? Ecce,qui in veſte [40] pretioſa ſunt,
& delitiis,in [41] domibus regum [r] ſunt. Sed quid exiſtis videre? Prophetam? vtique dico
vobis,& [42] plus quàm Prophetam,hic eſt de quo [43] ſcriptũ eſt, Ecce ego mitto [44] Angelum
meum ante [45] faciem tuam,qui [46] præparabit viam tuam ante te. [47] Dico enim [s] vobis,maior
inter natos [48] mulierum Propheta Iohanne Baptiſta nemo eſt.Qui autem

Sens. Lit. In Cap. VII.

30. Cyr.q.d.tu-ne ille es qui prædictus à Prophetis venturus?nouerat quidem vt præcurſor,ſed voluit conſtare diſcipulis.Chriſtus itaque ſciens quo animo miſiſſet,fecit tunc vberiora miracula. 31. Cyril. q.d.perfici à me vidiſtis,quę per Prophetas audiſtis, 32. Amb.à Propheta dictum fuerat,Dominus erigit eliſos,ſoluit compeditos,illuminat cæcos. Theoph. Eſaias dicit,Tunc aperientur oculi cæcorũ, &c. 33. Int.ſ.ſpiritu,vel opibus,vt in prædicatione nulla ſit diſtantia inter pauperes & diuites. 34. Int.in hoc nuncios percutit.Cyril.oſtendit non latere ſe quid in eorum cordibus verſaretur. Scandalizabantur enim de ipſo.Amb.Crux etiam electis ſcandalum poſſet afferre, ſed nullum maius eſt diuinæ perſonæ teſtimonium,nihil enim magis vltra humana,quam toto vnum ſe obtuliſſe pro mundo. q. Græc.noluit eis præſentibus Iohannem laudare,ne blandientis verba putarentur. 35. Int. ne turbæ Iohannẽ liuore motum ſuſpicarentur,& vt ſciant eum quæſiſſe non ſibi, ſed diſcipulis. Cyril. cognoſcebat aliquos dicturos,Si Iohannes ignorat,quomodo eum oſtendit,dicens,Ecce Agnus Dei,&c. 36. Int.ſ.quæ neſciebant myſterium interrogationis eius. 37. Int.ſ.qui omni vento agitatur, vt leuitate mentis de me ambigat,quem prædicauit? 38. Int.qui vana gloria ductus,lucra quærat pro dapibus,vel veſtibus, qui locuſtis viuit,& pilis camelorum induitur. 39. Græc.ſignificat in delitiis viuentes.Chry.mollis veſtis diſſoluit rigidam animam.Gloſſ.nemo putet in luxu & ſtudio veſtium peccatum non eſſe,nam alioqui de aſperitate veſtium Ioannes non laudaretur. 41. Int.vbi aliquid venerentur. 42. Int.qui me venturum non tantùm prædixit,ſed etiam digito demonſtrauit.Cyril. ¶ Iſidor. Abbas , ab ipſo enim matris vtero prophetauit,& poſitus in tenebris,lumen quod iam venerat,agnouit. 43. Int.ſ.in Malachia.

44. Int.i.nuncium. 45. Int.i.manifeſtationẽ. Græc. propinquitas deſignatur,apparuit enim hominibus prope Chriſti aduentum. 46. Int.i.peruia reddet tibi corda auditorum,per pœnitentiam,prædicando & baptizando.Amb.viam parauit non ſolùm naſcendi ordine,& fidei nuncio,ſed etiam præcurſu quodam paſſionis. 47. Int.vt ſummam virtutem eius comprehendam. s. Glo.non præfertur in hoc Patriarchis,& cunctis hominibus, ſed æquales cæteris Sanctis oſtenditur. 48. Int.non virginis,nulla enim collatio cum Filio Dei.

Sens. Myst. In Cap. VII.

37. Gloſ.arundo, carnalis animus qui fauore vel detractione tactus in quamlibet partem inclinatur. 39. Amb.indumẽta mollia,delitioſi actus & mores,quod qui ſequitur ſub rectorib.mũdi,& tenebrarum ſunt. 40. Int.ſ.qui ponunt puluinaria ſub cubito,qui vitam peccantium palpant,non pungunt.

Addit. Avct. In Cap. VII.

p. id eſt,cruciatibus. 40. Græc.ἐνδόξῳ, ſplendida,glorioſa. 41. Græc. βασιλείοις,palatijs regum.
r. id eſt,verſari ſolent.

[49]minor eſt in regno Dei,[50]maior eſt illo. Et [t]omnis populus audiens,& publicani,iuſtifi-
[51]cauerunt Deum,baptizati baptiſmo Iohannis. Phariſæi autē & legiſperiti [52]conſilium
Dei ſpreuerunt [53]in ſemetipſos,non baptizati ab eo. Ait autē Dominus, Cui ergo ſimi-
les dicam [54]homines generationis [55]huius?&,cui ſimiles ſunt?Similes ſunt [56]pueris ſeden-
tibus in [57]foro,& loquentibus ad [58]inuicē,& dicentibus, [59]Cātauimus vobis tibiis, & non
ſaltaſtis:[60]lamentauimus, & non ploraſtis. Venit autem Iohannes [61]Baptiſta [62]neque man-
ducans panem,neque bibens vinum,& dicitis,dæmonium habet. Venit Filius homi-
nis [63]manducans & bibens: & dicitis,Ecce homo [64]deuorator,& bibens vinum,amicus
publicanorum & [65]peccatorum. [66]Et iuſtificata eſt [67]ſapientia ab omnibus

SENS. LIT. IN CAP. VII.

49. Int.ſ.tempore.Gloſ.ego quem multorum opinio minorem facit. 50. Int.ſ.dignitate.Beda.duplex ſenſus,alter,qui minor eſt in regno Dei,maior eſt illo,maior enim quilibet Angelus quouis iuſto portante corpus quod aggrauat animam,alter, qui minor eſt.ſ.naſcendi tēpore, maior eſt illo in regno Dei.i.Eccleſia,eſt enim Chriſtus Deus. Chryſ. nolebat ex laudibus Iohannis occaſio præberetur præferendi ipſum Chriſto.Glo.Omnis Sanctus qui eſt iam cum Deo, maior eſt eo qui adhuc eſt in mundo. t. Beda.verba ſunt Euangeliſtæ,vel Chriſti,vt quibuſdam placet. 51. Amb.qui peccat, & cōfitetur peccatum,iuſtificat Deum,credens ei,& ab eo gratiam ſperans.Euſeb.iuſtificauerūt.i. apparuit eis iuſtus in omnibus quæ fecit. 52. Int.quo mundum per paſſionem Chriſti ſaluare decreuit.Beda. ¶ Amb.Dei conſilium in Iohannis baptiſmate. 53. Int.i.contra ſe,quia qui gratiam Dei reſpuit,contra ſeipſum facit,vel ad ſeipſos miſſum Dei conſilium ſtulti & ingrati reſpuerunt. Beda. 54. Int. ſ. tot monita ſalutis reſpuentes. 55. Int.ſ.Iudaïcæ. 58. Chry.ſolebant ita ludere Iudæorū pueri,ridentes præſentis vitæ rerum mutationem repentinam;canebant.ſ.hinc quidam,inde alij mœrebant;& nec gaudentibus cōgaudebant mœrentes , nec ſe flentibus conformabant gaudentes deinde ſe inuicem arguebant. 59. Greg. Nyſſ.canticum & lamentatio,exceſſus ſunt gaudij,& mœroris. 61. Aug.2.de q.Euang. Illud lamentauimus,& non ploraſtis,ad Iohannē pertinet,cuius abſtinentia à cibis & potu luctum pœnitentiæ ſignificabat:illud autem,cantauimus,& non ſaltaſtis,ad Chriſtum,qui vtendo cum cæteris cibo & potu lętitiam regni ſignificabat. 62. Int.exemplo abſtinentiæ ſuæ pœnitentiā nobis indicens, & noluiſtis humiliari cum illo. 63. Int.cibo & potu lętitiā ſæculi præſignās,& noluiſtis cum illo gaudere,ſed calumniati eſtis. Titus.Noluit Chriſtus ab huiuſmodi cibis abſtinere,ne occaſionē daret hæreticis,qui dicunt creaturas malas,& vituperāt carnes & vinū. 64. Cyril.vbi hoc poſſunt oſtēdere?vbique enim reprimit immoderantiā,& ad modeſtiā inducit. 65. Cyril.Sol irradians ſuper immunda corpora,non inquinatur;nec Chriſtus læditur conuerſando cum prauis, quilibet tamen propriā fragilitatē conſiderans, vitet conſortia taliū,Corrūpunt enim bonos mores colloquia praua. 66. Amb.ſ.per baptiſma,dum non per contumaciā refutatur,ſed per iuſtitiā Dei munus agnoſcitur.Aug.2.de q.Euan.oſtēdit filios ſapiētiæ intelligere,nec in abſtinēdo,nec in mādūcando eſſe iuſtitiā,ſed in æquanimitate tolerandi inopiam, non enim vſus, ſed concupiſcentia reprehendenda eſt , dummodo congruas in generibus alimentorum his cum quibus tibi viuendum eſt.Glo.i.iuſtè facere intellecta eſt. 67. Amb.i.Dei Filius.

SENS. MYST. IN CAP. VII.

56. Int.i.monitoribus. Beda. habuerunt Iudæi doctores Prophetas,de quibus dicitur, Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem.Glo.i.doctoribus ſpiritu humilibus. 57. Gloſſ.id eſt,ſynagoga. 58. Int.ſ.ad illos quos monent. 59. Amb. cantauerunt Prophetæ ſpiritualibus modulis ſalutis oracula, ſleueruntque dura Iudæorum corda , idque in Hieruſalem , ipſa eſt enim Dominicum forum in quo præceptorum cæleſtium iura conduntur. 60. Int. vt conuertamini in toto corde veſtro,in ieiunio & fletu,&c.ſed ſtultus populus me non cognouit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VII.

51. id eſt,iuſtum declarauerunt,ſeu confeſſi ſunt.qui Iohannē miſerit. 52. ſ.quod erat in bonum ipſorum. 53. i.contra ſemetipſos.ſ.in ſuam perniciem,vel intra ſe,ſeu,in animo ſuo. 62. q.d.Ioannes cecinit vobis lugubria,& non ploraſtis.Chriſtus læta,& non ſaltaſtis,id eſt,lætati non eſtis.

filiis

[68] filiis ſuis; [69] Rogabat autem illum quidam de Phariſæis vt manducaret cum illo. Et in- [70] greſſus domum Phariſæi, diſcubuit. Et ecce [x] mulier quæ erat in ciuitate [71] peccatrix, vt [72] cognouit quod Ieſus accubuit in domo Phariſæi: [73] attulit [74] alabaſtrum vnguenti & [75] ſtans retrò ſecus pedes eius, [76] lachrymis cœpit [x] rigare pedes eius, & capillis [77] capitis ſui [78] tergebat, & [79] oſculabatur [*] pedes eius, & [80] vnguento vngebat. Videns autem [81] Phariſæus qui vocauerat eum, ait intra ſe, dicens,

SEN. LIT. IN CAP. VII.

68. Int.i.iuſtis, & poſt iniuſtitiam pœnitentibus. Chry.i.à ſapientibus conſueuit Scriptura bonos filios appellare informantis eos virtutis. 69. Beda. factis oſtendit Euangeliſta iuſtificatam ſapientiam à iuſtis & pœnitentibus. 70. Greg.Niſſ.vt impartiretur de propria iuſtitia. v. Græc. tres puto fuiſſe mulieres, ſcilicet, Mariam ſororem Lazari, de qua Ioannes, quæ vnxit pedes Ieſu in propria domo, alteram, quæ in Bethania in domo Simonis effudit vnguentum ſuper caput; tertiã, de qua hic Lucas. Chry. duæ ſunt, vna de qua Iohannes, altera, de qua tres reliqui Euangeliſtæ. Amb. poteſt eadem eſſe, poteſt & non eſſe eadem. Aug.2. de con.Euan. vna eſt quæ pedes vnxit (vt ait Lucas) & fecit poſtea quod narrant alij tres. 71. Int.ſed iam pœnitens. 73. Int.ſed iam pœnitens. 73. Int.prætendit præripere gratiam hoſpitis. 74. Int.genus eſt marmoris, in quo incorrupta ſeruantur vnguenta. Beda. eſt autẽ candidum, varijs coloribus interſtinctum. 75. Greg. Nyſſ.indignitatem ſuam oſtendens, ſtabat poſt tergum, deiectis luminibus, & effuſa coma, pedes amplectens, lachrymisq́; perfundens, rebus ipſis triſtem animum oſtendebat, veniam implorans. Greg.in hom.quia turpitudinis ſuæ maculas aſpexerat, lauanda ad miſericordiæ fontem cucurrit; & quia ſe grauiter erubeſcebat intus, nihil eſſe credidit, quod verecundaretur foris. quo dolore ardet, quæ flere etiam inter epulas non erubeſcit? 76. Int.oculos, quibus terrena concupierat, iam per pœnitentiam conterens, plorat. Greg.in hom. 77. Int.quos ad compoſitionem vultus exhibuerat. Greg.in hom. 78. Int.ſ.lachrymas. Greg.in hom. 79. Int. ore quo ſuperba dixerat. Greg.in hom. 80. Int.quod ſibi pro odore ſuæ carnis exhibuerat. Greg.in hom.quot ergo in ſe habuit oblectamenta, tot de ſe inuenit holocauſta. Chry.hæc quidem agebantur exterius, ſed quæ interius reuoluebat, multo erant his feruentiora. 81. Int.de falſa iuſtitia ſuperbus, nulla compaſſione naturæ motus, ſuæ fragilitatis oblitus.

SENS. MYST. IN CAP. VII.

72. Int.in domo Phariſæi peccatrix meretur veniam, quia cognitio peccati per legem, ſic lex mittit ad gratiam. 81. Greg in hom.Phariſæus, Iudaicus populus de falſa iuſtitia præſumens, mulier peccatrix, gentilitas. Amb. Princeps huius ſeculi quidam leproſus eſt, domus eius, terra in quam Dominus deſcendit, vt ſanaret mulierem, i. animam, ſeu Eccleſiam. Gregor. vnguentum, bonus odor opinionis, ex rectis operibus, quo Dei Eccleſia aſpergitur; retro, ſecus pedes Chriſti ſtat, qui Chriſti veſtigia ſequitur, quem impugnabat. Lachrymis pedes Domini rigamus, ſi eius vltimis membris cõpaſſionis affectu inclinemur. Capillis pedes tergimus, quando ex charitate compatimur, & ex his quæ nobis ſuperfluunt, miſeremur. Oſculamur, ſi ſtudiosè diligimus, vel cùm Incarnationis myſteriũ ex toto corde diligimus; vngimus, cùm humilitatis Chriſti potentiam, ſacri eloquij bona opinione prædicamus. Vident Iudæi & inuident, ſuaque apud ſe malitia tabeſcunt, qui nec oſculum Deo dederunt. i. ex charitate amare noluerunt, ſed ſeruierunt timore, nec aquam pedibus dederunt. i. ea quæ extra ſe erant, pro Domino non tribuerunt; cùm gentilitas pro Domino etiam ſanguinem fuderit: nec vnxerunt oleo caput, quia nec diuinitatem digna laude prædicarunt. Gentilitas autem etiam incarnationis myſterium prædicat. Ambr. in domo Phariſæi.i.Legis, & Prophetarum, non Phariſæus, ſed Eccleſia iuſtificatur. Duo debitores, populi duo, fœneratori illi theſauri cæleſtis obnoxij, qui. ſ. debent ei, non materialem pecuniam, ſed virtutes, quarum merita grauitatis pondere, iuſtitiæ ſpecie, ſono confeſſionis expẽduntur, non mediocris autem eſt denarius, in quo Regis imago formatur. Glo.Phariſæus Dominum ad conuiuium inuitat, quẽ enim venientem non credidit Iudaicus populus, venturum ſperare non deſiit. Domus, Phariſæi lex & Prophetæ, vbi ſe habitare gloriabatur, huc Dominus ingreditur, quia non venit ſoluere legẽ, ſed adimplere. Et diſcumbit, factus eſt enim viſibilis per formam ſerui, cognoſcit mulier. i. gentilitas miſiſſe Deum Filium ſuum, &c. Denarij quingenti, peccata gentium, quinque ſenſibus commiſſa, quinquaginta autem peccata Iudæorum, minus enim debet Iudæus, cui lex per ſeruum datur, quàm Chriſtianus, cui per Filium gratia vitæ committitur, neuter tamen poteſt ſuis viribus reddere quod debet.

[82] Hic ſi eſſet Propheta,ſciret vtique quę & qualis eſt [83] mulier quę tangit eum:quia pec-[84]catrix eſt.Et reſpondens Ieſus,[85] dixit ad illum,Simon,habeo tibi aliquid dicere, At ille ait, Magiſter dic, Duo [86] debitores erant cuidam [aa] fœneratori vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta non habentibus illis vnde redderent: donauit vtriſque. Quis ergo eum plus [bb] diligit? Reſpondens Simon dixit, Æſtimo quia is cui plus donauit, At ille dixit ei,Rectè iudicaſti.Et [87] conuerſus ad mulierem,dixit Simoni, [88] Vides hanc mulierem?[89] Intraui in domum tuam,aquam pedibus meis non dediſti:hæc autem lachrymis [90] rigauit pedes meos,& capillis ſuis terſit.Oſculum mihi non dediſti: hæc autem ex quo [cc] intraui,non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxiſti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi,[dd] Remittuntur ei peccata multa,* quoniam [91] dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam,Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt, qui ſimul accumbebant,dicere intra ſe, [92] Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? [93] Dixit autem ad mulierem,[94] Fides tua te ſaluam fecit,vade in [95] pace.

Sens. Lit. In Cap. VII.

82. Int.Medicum reprehendit,quia ſubuenit. Gre.in hom. 83. Int. q.d. vnguentũ eius vitare deberet. 84. Int.ægrũ reprehẽdit de ægritudine.Greg.in hom.oportet verò cùm peccatores conſpicimus, nos prius defleamus,quia in ſimilibus,aut lapſi ſumus,aut labi poſſumus, deſtructionẽ debemus vitiis,compaſſionem naturæ, ſi feriendus eſt peccator, nutriendus eſt proximus, cùm verò ipſe per pœnitentiam percutit quod fecit,iam peccator non eſt. 85. Int. conuincens ſuperbum, & ſub ſpecie mulieris commendans Eccleſiæ meritum. Greg.in hom.aderat Medicus inter duos ægros, ſed vnus in febre ſenſum tenebat, alter ſenſum perdiderat mentis. Titus. cogitationes eius dominus inſpiciebat. 86. Tit. q. d. nec tu abſque debito es. 88. Int.corporaliter quidem vides, ſed myſterium non vides. 90. Chry. vt poſt imbrem vehementẽ,fit ſerenitas; ita poſt lachrymas effuſas, tranquillitas; peritq; caligo reatuum. 91. Greg.tanto amplius peccati rubigo conſumitur,quãto peccatoris cor magno charitatis igne concrematur. 92. Int.quia intelligunt hoc opus eſſe ſolius Dei. 93. Int. confortans ſanatam per pietatis ſententiam. 94. Greg quia quod petiit, poſſe ſe accipere non dubitauit. 95. Int.quaſi dicat,ne à via veritatis in viam ſcandali vlterius labaris. Theop.in pace,i.in iuſtitia quæ eſt pax hominum ad Deum, ſicut peccatũ eſt inimicitia inter Deum & hominem.q.d.operare omnia quæ ad pacem Dei te ducunt.

Sens. Myst. In Cap. VII.

87. Int.ſcilicet,per miſericordiam. 89. Int.iam olim intrauit cùm legem dedit.

Addit. Avct. In Cap. VII.

v. Græc. mulier in ciuitate illa,quæ erat peccatrix putant autem quidam id in Galilæa contigiſſe.
71. ſcilicet carnali peccato,quo propriè fœminæ infamantur. 74. id eſt, vas ex lapide alabaſtrite.
45. apparet triclinium more veterum in edito fuiſſe, vt ſtans pedes poſſet attingere. ζ. i.ſic humectare,vt tergi opus eſſet. 78. puluerulentos.ſ. aa. Græ.δανειςῇ, creditori. bb. Græ.ἀγαπήσει, diliget.
*cc. apparet illam ſtatim,ingreſſo Domino,ad illius pedes acceſſiſſe. dd. quantum ad pœnã,vel etiam quantum ad culpam,charitas enim in iuſtificatione,eſt cauſa præcipua remiſſionis. * Nota,quod videbatur dicturus,& ideo dilexit multum.id enim videtur poſtulare conſequentia propoſiti exempli,itaque putarunt quidam poſitum eſſe quoniam,pro,ideoq́; ſed ſenſus potius eſt,Cui multum dimittitur, multum diligit,quod ſi ei remiſiſſem,deberet certè hæc me multum diligere,cùm verò tãtum oſtenderit amorem, etiam ante remiſſa (quod ſciat) peccata ſua,facere non poſſum quin ei prorſus omnia remittam. Vide Scholia noſtra in vniuerſam Scripturam. 95. i.bene eſto,ſeu tranquillo animo.*

CAPVT VIII.

ET factum eſt deinceps,& ipſe iter faciebat per ciuitates & caſtella,prædicãs, & euangelizans regnum Dei:& duodecim cum illo,& mulieres aliquæ quæ erant curatæ à ſpiritibus malignis,& infirmitatibus.Maria quæ vocatur Magdalené, de qua ſeptem dæmonia exierant, & Iohanna vxor Chuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna,& aliæ multæ quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis.Cùm autẽ turba plurima conueniret,& de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per ſimilitudinem:Exiit qui ſeminat,ſeminare ſemen ſuum.& dum ſeminat, aliud cecidit ſecus viam, & conculcatum eſt,& volucres cæli comederunt illud.Et aliud cecidit ſupra petram:& natum aruit,quia non habebat humorem.Et aliud cecidit inter ſpinas, & ſimul exortæ ſpinæ ſuffocauerunt illud.Et aliud cecidit in terram

SENS. LIT. IN CAP. VIII.

1. GREG. Naz. vadit de loco ad locum , non ſolum vt plures lucretur, ſed etiam vt multa dedicet loca,dormit,& laborat,vt ſomnum & laborem ſanctificet,plorat, vt det pretium lachrymis,&c. 2. Iſid.Abbas.Dei dicitur à regnante,cælorum verò, à ſubditis Angelis & Sanctis, qui cæli dicuntur. 3. Beda.more aquilæ,pullos ad volandũ prouocantis, diſcipulos ad ſublimia erigit,&c. 4. Theop. ne femineus ſexus prohiberetur ſequi Chriſtum. 5. Beda.de cuius pœnitentia proximè dictum eſt.
6. Int.i.vitia vniuerſa, quibus plena fuerat : in figura Eccleſiæ de gentibus ſordidæ Greg.in hom.Septem dæmonia,vniuerſa vitia,ſeptenario enim numero vniuerſitas figuratur, quia ſeptem diebus tempus omne comprehenditur. 8. Hier.cont.Vigilant.nõ ducebatur in culpam apud Iudæos , vt mulieres de ſubſtantia ſua victum & veſtitum præceptoribus darent ; ſed id quia gentibus ſcandalo eſſe poterat, Paulus abiecit:oſtendebat verò in eo Chriſtus magiſtros victu & veſtitu de diſcipulis debere eſſe contentos. b. Glo.quoties in Euangelio turba nominatur , vt diuerſitas hominum, ita & voluntatum ſignificatur.Chriſtum quidam bono,alij malo animo ſequebantur,ſed omnibus beneficia præſtabat,docendo,alendo,ſanando 9. Int.ſ.parabolam.Theoph.implet illud: Aperiam in parabolis os meum ; loquitur autem per ſimilitudinẽ Dominus,vt attentiores faceret,& ne indigni myſtica caperent. 10. Beda.de ſinu Patris egrediens,venit in mundum.Chry.per amictum carnis nobis appropinquauit, eramus excluſi à Deo,& eiecti,exiuit ergo,vt reconciliaret, & dignos factos aſpectu regio,introduceret. v. Int. cuius eſt declarare voluntatem Patris. 12. Theoph. ſæpe agricola ob aliam cauſam exit. Euſeb.exierunt Angeli,& ad homines deſcenderunt,non vt ſererent,ſed in miniſterium miſſi.Moyſes etiã & Prophetæ non inſeruerunt hominibus myſteria regni cælorum,ſed ab errore retrahendo, quaſi in noualia redigebant. 13. Tuus.non mutuatum,vt Paulus & Ioannes,profert enim doctrinam ex ſua natura vnde Iudæi,quomodo hic literas nouit quas non didicit? c. Theoph.non ſeminans proiecit : ſed ſermo diuerſimodè cadit in audientes. d. Cyril.in culiæ viæ ſunt frequentatæ immundis ſpiritibus. e. Glo. à peſſimis cogitationibus. 14. Int. vt nec in memoria mens teneat quod opere exercere neglexit.
15. Int.vbi non eſt altitudo terræ.i.ſtudium diſciplinæ , Beda.i.durum & indomitum cor. 16. Int.i. amorem,& perſeuerantiam virtutis. 17. Int.ſ.in corda ſollicitudinibus agitata Chry. non eſt poſſibile viam non eſſe viam,aut petram terram fieri,aut ſpinas nõ eſſe ſpinas:in rationabilibus autem ſecus eſt; poteſt enim petra conuerti in terram pinguem,& via non conculcari,& ſpinæ diſſipari.

SENS. MYST. IN CAP. VIII.

7. INT. i.lilium, propter odoriferum cæleſtis vitæ candorem.Beda. & propter aureum internæ dilectionis ardorem,interpretatur verò Maria amarum mare,propter pœnitentiam.Magdalena autem turris,vel turrita,à turre de qua factus eſt, Spes mea turris fortitudinis, Iohanna, Dominus gratia eius, vel Dominus miſericors. 10. Glo. ſecundùm alios Euangeliſtas hanc parabolam dicturus , de domo exiuſſe dicitur,ſitu corporis ſignificans verbi progreſſum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

a. à Magdalo (vt quidam putant) caſtello Galilææ quod ad eius virum iure pertinuiſſe. Nam Bethania ad illam ex paterna hæreditate, alij tamen vtrumque id negant, & quidem probabilius. e. vel vitia, vel ſpiritus.

bonam:& [18] ortum,fecit [19] fructum [20] centuplum.Hæc dicēs clamabat,Qui habet [21] aures audiendi, [22] audiat.[23] Interrogabant autem eum diſcipuli eius quæ [f] eſſet hæc par- [24] bola.Quibus ipſe dixit,[25] Vobis datum eſt noſſe [26] myſterium regni Dei, [27] cæteris autem in parabolis,vt [28] videntes non videant, & audientes nō [29] intelligant.[30] Eſt autem hæc parabola:Semen,eſt verbum Dei.Qui autem ſecus viam:hi ſunt qui [31] audiunt,deinde venit diabolus,& tollit verbum de corde eorum,ne credentes ſalui fiant.Nam qui ſupra petram, qui cùm audierint,cum gaudio [32] ſuſcipiunt verbum,[g] & hi radices non habent : quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in ſpinas cecidit: hi ſunt qui audierunt, & à ſollicitudinibus & [33] diuitiis , & voluptatibus vitæ, [h] euntes, ſuffocantur, & non referunt fructum.Quod autem in bonam terram : hi ſunt, qui in corde [i] bono & optimo audientes verbum retinent , & fructum afferunt in [34] patientia. [35] Nemo autem lucernam accendens operit eam vaſe,aut ſubtus lectum ponit : ſed ſupra candelabrum ponit,vt intrantes videant lumen.Non eſt enim [36] occultum

Sens. Lit. In Cap. VIII.

18. Int.mite cor & docile. Cyril. mentem mundam. 19. Int. bonorum operum. 20. Beda.i.perfectum,denarius enim numerus perfectionem ſignificat,in decem enim præceptis cuſtodia legis, & quia centenarius fit multiplicatione denarij,magnam perfectionem ſignificat. 21. Int.i.intelligentiā mentis. 22. Int.i.Spiritualiter hæc verba intelligat. Beda. quoties hæc admonitio in Euangelio ponitur, aut Apocalypſi, myſticum eſſe quod dicitur , & intentiùs quærendum oſtenditur. 23. Beda.cùm eſſet ſingularis,vt ait Marcus. 24. Orig.parabola eſt ſermo quaſi facti , poſſibiliſque fieri , ænigma autem quaſi facti,ſed non poſſibilis,ſicut quod dicitur in libro Iudicum , ligna iuiſſe, vt vngerent ſibi regem, &c. 25. Int.ſ.quia fideles eſtis ; ſed Phariſæis incredulis ſancta non ſunt danda. Greg.Nazianz. vobis, i.volētibus,& ſimiliter dignis. 26. Int.ſ.intelligētiam Scripturarum,de quo regno alibi dicitur,auferetur à vobis regnum Dei. 27. Int.ſ.qui foris ſunt (vt Mar.ait) qui nec intueri, nec cognoſcere curant veritatem. 28.Theoph.videre ſe putant, ſed non vident. 29. Theoph.ſ.ne grauius puniantur, ſi contemnant. 30. Greg.in hom.dignatus eſt exponere, vt ſciamus in aliis quæ per ſe non expoſuit, rerum ſignificationes quærere.Glo.hæc prima parabola,quæ cum ſua interpretatione poſita eſt. 31. Beda.ſed nulla fide,nullo intellectu. 32. Cyr. ſed egreſſi Eccleſiam obliuiſcuntur. 33. Greg.in hom. hæ ſpinæ ſunt,quia cogitationum ſuarum punctionibus mentem lacerant,& cùm ad peccatum pertrahunt, quaſi inflicto vulnere cruentant ; adiungit verò ſollicitudines & voluptates , quia per curam mentem opprimunt , & per affluentiam reſoluunt ; ſuffocant autem ſemen importunis cogitationibus guttur mentis ſtrangulantes, nec bonum deſiderium intrare ſinentes. Glo.ab alio Euangeliſta fallaces diuitiæ vocantur,quia mentis inopiam non implent , nec diu manent. 34. Greg.in hom.nulla enim ſunt bona quæ agimus;ſi non æquanimiter etiam proximorum mala toleramus. 35. Beda.oſtendit per eos aliquando etiam cæteris idem myſterium reuelandum.Aug.de q.Euang.docet his verbis fiduciam prædicandi, ne quis timore carnalium incommodorum,lucem ſcientiæ abſcondat : vas enim & lectus, caro ; lucerna, verbum,cuius manifeſtationi non eſt caro præponenda; ſed ſubjiciendum corpus,vt ſuperior ſit prædicatio veritatis.hoc enim eſt ponere lucernam ſuper candelabrum.Maximus. Dominus lucerna, domus mundus, candelabrum, Eccleſia vas aut lectus , corporalis cultus legis. 36. Euſeb.q.d. quamuis multi videntes non videant,&c.propter ſuam incredulitatem,totus tamen ſermo patebit.

Addit. Auct. In Cap. VIII.

21. pro,cui à Deo donatum audita intelligere.vide Deut.29. 26. i.obſcura,quæ ad regnum Dei pertinent. f. pro,quid ſignificaret. g. pro.at.Hebr. h. ſ.poſt diuitias,vel conuerſantes in mundo.vel Hebraiſ eſt pro temporis progreſſu. l. Græ.bono.& bono,ſeu honeſto & bono,i.optimo.Hebr. 34. i.per patientiam ſeu patientē expectationē mercedis. 36. Quidam ſubaudiunt ex Matthæi 10.Ne timeatis eos.

quod

quod non manifeſtetur: nec abſconditum quod non cognoſcatur,& in [m] palam veniat.
[37] Videte ergo [38] quid audiatis. Qui enim [39] habet, [40] dabitur illi: & quicunque non habet,
etiam quod [n] putat ſe habere, [41] auferetur ab illo. Venerunt autem ad illum mater &
[42] fratres eius: & non poterant adire eum præ [43] turba. Et [o] nunciatum eſt illi, [44] Mater tua,
& [45] fratres tui ſtant [46] foris, volentes te videre. Qui [47] reſpondens dixit ad eos, [48] Mater
mea & fratres mei hi ſunt, [49] qui verbum Dei audiunt & [50] faciunt. Factum eſt autem in
vna dierum, & ipſe aſcendit in [p] nauiculam,& [51] diſcipuli eius, & ait ad illos, Transfre-
temus trans ſtagnum. Et aſcen[q]derunt. Et nauigantibus illis, [52] obdormiuit:& deſcen-
dit procella venti in ſtagnum,& [r] complebantur,& [53] periclitabantur. Accedentes au-
tem ſuſcitauerunt eum, dicentes, [54] Præceptor, [55] perimus. At ille [s] ſurgens increpauit
ventum & tempeſtatem aquæ: & ceſſauit, & facta eſt

SENS. LIT. IN CAP. VIII.

37. Int.q.d.ſtudioſè audite. 38. Int. vt eſt in veſtro pectore continuo ruminetis, & alieno eructare ſufficiatis.Beda. 39. Beda.ſcilicet,amorem verbi. 40. Beda. ſcilicet, ſenſus intelligendi quod amat.
41. Glo.Iudæi ſolam litteram ſequentes, etiam quod videntur habere, perdunt.Beda.Sæpe deſidioſus ingenium accipit,vt de negligentia iuſtius puniatur; quia quæ ſine labore aſſequi potuit,ſcire contemnit: ſtudioſus verò tarditate intelligentiæ premitur, vt eò maiora præmia inueniat, quò magis laborat.
42. Int.id eſt,cognati.Titus. putabant fratres dimiſſurum populum reueritum maternum nomen.
o. Theoph.quidam putant iſtos inuidentes,& ſubſannãtes hoc dixiſſe,tanquam eum ignobilem demonſtrantes. 47. Chry.quaſi increpando,quale enim eſſet inchoata iam doctrina, & populo ab ore eius pendente,foras exire? 48. Amb.præſcripturus cæteris Dominis relinquendum patrem,matrẽ,&c. Sententiæ huic primum ſe ſubijcit; oſtendens ſe paternis myſteriis amplius debere,quàm maternis affectibus,religioſioreſq; eſſe copulas mentium,quam corporũ. 49. Int.ſ. qui dicto vel facto,vel exemplo in cordibus proximorum generant Deum.Beda. 50. Int.voluntatem Patris mei,qui in cælis eſt. Beda. 51. Cyril.vt & ipſi in ſe etiam Chriſti virtutem expectarent. 52. Cyril. dans locum timori: ſi enim vigilaſſet,non timuiſſent; vel non credidiſſent eum poſſe tale aliquid facere, ſi vigilante eo accidiſſet tempeſtas. 53. Cyril.ſic manifeſtior fieret diuinæ maieſtatis potentia. 54. Aug.2.de con.Euan. quod Marcus & Matthæus dicunt,eadem eſt ſententia,nec intereſt ad rem, quid eorum quæ commemorant,Chriſtus dixerit; quamquam fieri potuit vt pluribus excitantibus, omnia, aliud autem ab alio diceretur. 55. Cyril.non erat poſſibile perire,exiſtente cum eis Omnipotente.

SENS. MYST. IN CAP. VIII.

43. Int.ſcilicet,Gentium ad fidem Chriſti confluentium. 44. Int.ſcilicet,Synagoga. 45. Int. ſcilicet,populus Iudæorum. 46. Int.ſcilicet,quia non habent ſpiritualem intelligentiam.Amb.non debet foris ſtare qui Chriſtum quærit, foris ſtantes,nec ipſi agnoſcuntur parentes:ſignificatur etiam ſynagoga,ex qua Chriſtus ſecundum carnem, cui erat Eccleſia præferenda. Beda. docente intus Chriſto, non intrant Iudæi,qui ſpiritualiter dicta negligunt, ſed Chriſtum volunt ad carnalia docenda exire; intrat autem gentium turba. p. Beda. nauicula,arbor crucis,cuius beneficio adiuti, maris, id eſt, mundi fluctibus emerſi,obtinemus littus patriæ cæleſtis,aſcendunt & diſcipuli, ait enim, Si quis vult venire poſt me,tollat crucem ſuam,&c.obdormit Chriſtus tempore.ſ.paſſionis. exorta tempeſtas, id eſt,perſecutio dæmoniacis flatibus excitata; excitant Dominum diſcipuli, cuius mortem viderant, Reſurrectionem optantes,ſurgit celeri reſurrectione,ventum increpat, id eſt, ſuperbiam diaboli, ſedat tempeſtatem, id eſt,inſultantium Iudæorum rabiem labefactat,increpat diſcipulos, exprobrauit enim poſt reſurrectionem incredulitatem eorum. 53. Glo. meritò turbatur nauis .in qua proditor eſt; & qui ſuis meritis firmi fuerant,turbantur alienis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

m. i.apertum. n. [illegible], videtur habere. q. ſcilicet,in altum mare. nam Græc. [illegible], ſub ducti ſunt, ſcilicet, in altum. r. fluctibus,ſcilicet. s. Græ.ἐγερθεὶς,experrectus.

tranquillitas.[56] Dixit[57] autem illis,[58] Vbi eſt fides veſtra? Qui timentes,[59] mirati ſunt,ad inuicem dicentes,[60] Quis putas hic eſt,quia[61] & ventis &[62] mari imperat, &[63] obediunt ei? Et nauigauerunt ad regionem[64] Geraſenorum quæ eſt contra Galilæam. Et cùm de naui egreſſus eſſet ad terram, occurrit illi[65] vir quidam qui habebat dæmonium iam tẽporibus multis:& veſtimento non induebatur:neque in domo manebat, ſed in monumentis.[66] Is vt vidit Ieſum,procidit ante illum:& exclamans voce magna,dixit,[67] Quid mihi & tibi eſt Ieſu fili Dei Altiſſimi? obſecro te ne me torqueas.[t] Præcipiebat enim ſpiritui immũdo vt exiret ab homine,multis enim temporibus arripiebat illũ,& vinciebatur cathenis, & compedibus cuſtoditus:& ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerta.[68] Interrogauit[69] autem illum Ieſus,dicens,Quod eſt tibi nomen? At ille dixit,[70] Legio, quia intrauerunt dæmonia[v] multa in eum. Et rogauerunt illum ne

Sens. Lit. In Cap. VIII.

56. Cyril.oſtendit ſe eſſe eum cui dicitur, Tu dominaris poteſtati maris,&c.Beda.qui vt homo dormiebat,mare vt Deus coërcet. 57. Cyril.ſoluens tempeſtatem animorum ipſorum. 58. Aug.2.de con. Euã.Matthæus & Marcus alijs verbis, ſed totum dici potuit.ſ.Quid timidi eſtis,vbi eſt fides veſtra modicæ fidei? 59. Amb.non ignorantes, nouerant enim Deum eſſe; ſed mirantur tantæ poteſtatis abundantiam.Beda.mirantur non diſcipuli,ſed nautæ,& alij qui in naui erant. 60. Amb.1.qualis & quantus.
64. Tit.veriora exemplaria Gergeſinorum. eſt autem Gergeſa vrbs iuxta Tyberiacum ſtagnũ.Beda. Geraſa, vrbs Arabiæ trans Iordanem,non lõgè à ſtagno Tyberiadis,eã tenuit tribus Manaſſe. 65. Aug. 2.de conſ.Euan. Matthæus duos dicit fuiſſe dæmoniacos, ſed Marcus & Lucas clarioris & famoſioris meminerunt.Chry.hic ſæuior erat. 66. Chry.vt putarent homines mortuorum animas dæmones fieri. Cyril.permittit Deus quoſdam ſubeſſe dæmonibus,vt ædificentur, plures perpendentes, quales ſint dæmones erga nos,teneantq; illis ſubjici. 67. Cyril. attende timorem audaciæ, & deſperationi coniunctum. t. Glo.tormentum diaboli eſt,ab hominum læſione ceſſare; & quo diutius poſſidet, difficilius dimittit. 69. Int.non vt ignarus inquirit,ſed vt confeſſa peſte,quam furens tolerabat,virtus curantis gratior emineat.Chry. ¶ Beda.& Sacerdotes qui per exorciſmos dæmones ejiciunt, dicunt patientes non poſſe curari,niſi quæ à ſpiritibus pertulerint, confiteantur. 70. Int.ſcilicet, ſumus non vnus ſpiritus tantùm.Greg.Nyſſ.Imitantes legiones Angelicas,dicunt ſe legionem.

Sens. Myst. In Cap. VIII.

61. Int.ſ.dæmonibus. 62. Int.1,mundanæ motioni. 63. Int.velint,nolint. 64. Beda. Geraſa, gentium natio,quas Chriſtus poſt reſurrectionem per prædicatores viſitauit; vnde Geraſa, vel Gergeſi, vt quidam legunt.i.ejiciens colonum.ſ.diabolũ,vel aduena propinquans.Amb.dæmoniacus, populus gentilis,multo tempore.1.à diluuio vſque ad Chriſti aduentum vexabatur, nudus.ſ.virtute. Aug.2.de q.Eu. non habitabat in domo.1.in conſcientia ſua non requieſcebat,ſed in monumentis. i. mortuis operibus, peccatis ſ.delectabatur. Ferrei compedes,gentium leges duræ peccare prohibentes,ſed quibus diruptis. id eſt,tranſgreſſis, agebatur in deſertum.1.ſcelera,vulgarem conſuetudinem excedentia,legio,multitudo dæmonum cui ſeruiebat;porci, immundi & ſuperbi homines dæmonibus ſubiecti, præcipitatio in ſtagnum,cæca & profunda ſubmerſio; fugientes paſtores nunciant.1.impiorum primates quidam potentiam Chriſti,cuius legem fugiunt, ſtupendo & mirando prædicant. Geraſeni Chriſtum rogant vt diſcedat,nolunt enim multi vetuſtate delectati,Chriſti legem pati, quam dicunt ſe non poſſe implere. iubetur autem ſanatus redire in domum,&c. Redeundum enim in conſcientiam bonam poſt remiſſionem peccati,& ſeruiendum Euangelio propter aliorum ſalutem.Ambr.Geraſeni Iudæi,qui volũt Chriſtum diſcedere,diſceſſitq; ad Eccleſiam. 68 Int.ſcilicet, in loca ſpiritualium infœcunda virtutum, ſicut profuſus à lege,diſcretus à Prophetis,remotus à gratia. v. Glo.multa dæmonia,multi cultus idololatriæ in gentium populo.

Addit. Avct. In Cap. VIII.

57. priuſquam tempeſtatem ſedaret, vt patet ex Matthæo.

imperaret illis vt in abyſſum[71] irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum paſcentium in monte[72]: & rogabant[73] eum vt permitteret eis in illos ingredi. Et permiſit[74] illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & introierunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in ſtagnum, & ſuffocatus[75] eſt. Quod vt viderunt factum qui paſcebant, fugerunt[76]: & nunciauerunt in ciuitatem, & in villas. Exierunt autẽ videre quod factum eſt: & venerunt[77] ad Ieſum, & inuenerunt hominem ſedentem à quo dæmonia exierant, veſtitum, ac ſana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nuntiauerunt autem illis & qui viderant, quomodo ſanus factus eſſet à legione, & rogauerunt[78] illum omnis multitudo regionis Geraſenorum vt diſcederet ab ipſis: quia magno timore[79] tenebantur. Ipſe[80] autem aſcendens nauim, reuerſus[81] eſt. Et rogauit illum vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo eſſet. Dimiſit[82] autem eum Ieſus, dicens, Redi in domum tuam, & narra[83] quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuerſam ciuitatem, prædicans quanta illi feciſſet Ieſus[84]. Factum eſt autem cùm rediſſet Ieſus, excepit[x] illum turba.

SENS. LIT. IN CAP. VIII.

71. Int.i.gehennam. Chry.inſtant, ne citò pœnam ſuſtineant, putabant enim Chriſtũ non expectaturum tempus ſupplicij, propter exceſſum eorum quæ faciebant. Theoph.volebant adhuc cum hominibus conuerſari. Max.vnicuique peccato Deus conſonam pœnam ſtatuit; gehẽnam, ob carnis incẽdium; ſtridorem dentium, ob riſum laſciuum; ſitim, ob voracitatem & crapulam; vermem, ob malignum cor; caliginem, ob ignorantiam & fallaciam; abyſſum, ob ſuperbiam: itaque dæmonibus, vt ſuperbis abyſſus delegatur. Glo. Sciebant ex Prophetarũ dictis ſe per Chriſti aduentũ aliquando in abyſſum mergendos. 72. Aug.2.de conſ.Euang.pars gregis erat in monte, pars verò circa montem, vt Marcus ait, Erant enim duo millia porcorum. 74. Cyril.Immundi, immundum gregem petũt. Athanaſ.in vita Antonij, Si in porcos poteſtatem non habent, multo minus in homines; Deus ergo ſolus timendus, contemnẽdi illi. 75. Cyril.dæmones praui ſunt, & hoſtes. ſubditis ſibi, itaque permiſit Chriſtus, vt ex euentu appareret eorum crudelitas. 76. Titus.ſ.ne cum porcis perirent. 77. Tit.duxit eos damni neceſſitas, dum Deus homines punit, in rebus confert beneficium animabus. 78. Titus. Oportebat eos ſupplicare ne recederet, ſed cuſtodiret regionem, ne infeſtarentur à dęmonibus. Glo.conſcij fragilitatis pręſentia Domini ſe indignos iudicãt. 79. Theoph.Timebãt ne aliquod damnũ paterentur iterũ, vt paſſi fuerant in ſubmerſione porcorũ. 80. Chry.vide Chriſti humilitatẽ. Glo.nõ curat inuitos. 81. Theoph. Timẽs ne elongatus à Chriſto, inuaderetur à dæmonibus. 82. Int. vt iactantiæ cauſa vitetur, & infidelibus ſit exemplum. 83. Theoph.Formã præbet humilitatis, vt bona referamus in Deum Titus, iubet vulgari, quia regio illa Deũ ignorabat, dæmonum cultibus irretita: & aduerte, quod, cum in Patrem refert miraculum, dicit, narra; enim de ſe loquitur, prohibet dicere. 84. Titus, nouerat Deum eſſe Ieſum.

SENS. MYST. IN CAP. VIII.

75. Amb.niſi quis porci more vixiſſet, non in eum diabolus accepiſſet poteſtatem, aut non vt perderet, ſed probaret. 76. Amb.nec philoſophiæ profeſſores, nec Principes Synagogæ pereuntibus poterãt ferre medicinam. 80. Glo.Chriſtus qui relictis Iudæis, ad Gentes tranſierat, in patriam reuertitur, vbi enim plenitudo gentiũ intrauerit, omnis Iſraël ſaluus fiet. x. Amb.reliquerat Chriſtus ſynagogam, & quẽ ſui non receperãt, recipimus alieni. Beda. in fine ſeculi redibit Chriſtus ad Iudæos, & ab eis per fideĩ confeſſionem excipietur. Glo.expectant eum, ſicut ait Propheta, Dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris cum viro, Synagoga enim nunc nec Chriſto ſubdita, nec fornicatur cum idolis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

71. Græca vox, ſignificans aquarum profunditatem, ſumitur verò in Teſtamento nouo ferè pro inferno, vbi velut immerſi damnati. 82. id eſt, abs ſe ablegauit.

Erant autem omnes expectantes eum.[85] Et ecce[86] venit vir cui nomen Iayrus,[87] & ipſe
[88] Princeps ſynagogæ erat: & cecidit ad pedes Ieſu,[89] rogans eum vt intraret in domum
eius,[90] quia vnica[91] filia erat ei fere annorum duodecim,[92] & hæc moriebatur. Et contigit,
dum iret, à turbis comprimebatur.[aa] Et mulier[93] quædam erat in fluxu ſanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem ſubſtantiam ſuam, nec ab vllo potuit curari: acceſſit[94] retrò & tetigit fimbriam[bb] veſtimenti eius: & confeſtim[95]

Sens. Lit. In Cap. VIII.

85. Theoph. ſ. propter doctrinam & miracula. 86. Aug. 2. de con. Euang. non continuò, prius enim factum eſt conuiuium publicanorum (vt ait Matth.) 87. Tit. ponitur nomen Iudæorum cauſa, qui nouerunt quod accidit 88. Titus, accedit Princeps, vt magis obturentur Iudæorum ora: accedit verò neceſſitatis cauſa. In chamo & freno maxillas eorum conſtringe, quia non approximant ad te. 89. Chry. Ignorabat abſentẽ poſſe liberare: ſi enim ſciuiſſet, dixiſſet vt Cẽturio, Dic verbo, & curabitur filia mea. 90. Græc. domus fundamentũ, ſucceſſio generis. 92. Græc. in ipſo ætatis flore. a a. Cyril. cõculcabat Chriſtus ſuperbiã, non enim eum à longè ſequebantur. 93. Amb. Suſcitaturus mortuã, ad faciendum fidem, Hæmorrhoiſſam ante curauit. Gloſ. ſic Eliſabeth ſterilis paritura indicatur, vt conceptura virgo credatur. 94. Cyril. non licebat immundis tangere ſanctos, vel eis appropinquare. Chryſ. reputabatur hæc paſſio legis ritu immunditia magna. 95. Theop. vt qui oculum lucernæ lucenti adhibet, aut igni ſtipulam, ſtatim operationem experitur: ſic illa fidem afferens potenti curare, ſtatim conſequitur curationem. Chry. non ſola veſtimenta ſanauerunt, nam & milites ea ſortiti ſunt, ſed fidei intentio. Theoph. tetigerat prius Chriſtum mente.

Sens. Myst. In Cap. VIII.

87. Int. i. illuminans. Moyſes enim dicitur Iayrus, qui diuinis præceptis populũ inſtruxit. 88. Amb. Princeps Synagogæ, Lex, cuius contemplatione Dominus Synagogã non penitus dereliquit. Beda Princeps Synagogæ, Moyſes: vnde Iayrus. i. illuminans, vel illuminatus. Illuminatus enim à Spiritu ſancto, illuminauit cæteros: cecidit verò ad pedes Ieſu, nam cum tota patrum progenie ipſe Chriſtum ſibi præferendum cognouit: Caput Chriſti, Deus: pedes, incarnatio, qua terram noſtræ mortalitatis tetigit: rogauit vt intraret in domum ſuam, deſiderabat enim eius aduẽtum, filia vnica, Synagoga, duodecimo anno tempore pubertatis appropinquante, moriebatur, cùm ſcilicet ſpirituales fructus gignere debebat; & ſi Chriſtus non ſuccurreret, errorum languore conſternata, corruiſſet, comprimitur in via, præbens enim Iudææ ſalutaria monita, carnalium populorum eſt conſuetudine grauatus. Amb. accedit mulier in via. i. Eccleſia gentium, paratamque Iudæis fide præripuit ſanitatem. Beda. ſanguinis fluxus, idololatriæ proſtitutio, & carnis & ſanguinis oblectatione patrata crimina. Amb. hæc duodecim annis laborabat, vt illa duodecimo moriebatur, quandiu enim Synagoga viguit, Eccleſia laborauit. Beda. eadem pene ætate ſeculi nata Synagoga in Patriarchis, & Gentes idololatria fœdatæ. Amb erogauerat omnem ſubſtantiam in medicos, amiſerant enim gentes omnia dona naturæ. Beda. Medici, falſi Theologi, ſeu Philoſophi, legumque ſecularium doctores, multa de virtutibus & vitiis diſſerentes, vel immundi ſpiritus ſe pro Deo colendos ingerentes, quibus audiendis, quanto magis gentilitas naturalis induſtriæ vires expendit, tanto minus à ſordibus potuit curari. Amb. audiens ægrotare Iudæorum populum, ſperare cœpit ſalutis remedium, cognoſcens veniſſe tempus venturi de cælo medici, ſurgit vt occurrat, fide promptior, pudore cunctatior, infirmitatem agnoſcens, non deſperans veniam; peccatum erubeſcens vt deſerat, fidẽ deferẽs vt credat, deuotionẽ exhibens, vt roget, ſapientiã inducns, vt ſanitatem ſuã ſentiat, retro tangit, quia ſcriptum eſt, Poſt Dominum Deum tuum ambulabis. Beda. Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, vel quia præſentem in carne Dominum non videns, per fidem ſecuta eſt. Greg. 3. Mor. premente turba vna tãgit, premunt enim carnales, tangunt humiles. Beda. diuerſæ hæreſes inordinatè Chriſtum affligunt, cor Eccleſiæ Catholicæ fideliter quærit. Glo. quidam tangentes, non tangunt, ſicut videntes, non vidẽt, audientes non audiunt. Amb. Exiit de Chriſto virtus, Dei enim munus eſt ſalus gentium, tangitur fimbria, non ſuperiora veſtimenta, totus enim non poteſt comprehendi, ſed beatus qui vel extremam partem verbi tangit. Glo. fimbriam tangit, qui Incarnationis myſteria perfectè amat, & credit, donec ad maiora capienda perueniat. 91. Int. Synagoga Lege & Prophetis inſtructa.

Addit. Avct. In Cap. VIII.

93. Amb. lib. de Salomone c. 5. putat fuiſſe Martham, ſed aliter Euſeb. l. 7. c. 14. b b. geſtabant Iudæi omnes fimbrias in quatuor angulis veſtis inferioribus, vt à cæteris gentibus diſcernerentur. vide Nu. 15. Deut. 22. id ergo potius tetigit, quod eſſet velut inſignere religionis Iudaïca.

ſtetit

ſtetit fluxus ſanguinis eius. Et ait Ieſus, [96] Quis eſt qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cũ illo erant, Præceptor [97] turbæ te cóprimunt, & affligũt, & dicis, Quis me tetigit? Et dixit Ieſus, [98] Tetigit me aliquis. [99] nã & ego noui virtutẽ de me exiſſe. Videns autẽ mulier [dd] quia nõ latuit: tremẽs venit, & procidit ante pedes eius, & ob quam cauſam tetigerit eum, indicauit coram omni [cc] populo: & quemadmodum confeſtim ſanata ſit. At ipſe dixit ei, Filia, [100] fides [101] tua te [102] ſaluam [103] fecit. Vade in pace. [104] Adhuc illo loquente, venit [ee] quidam ad Principem Synagogæ, dicens ei, quia [105] mortua

SENS. LIT. IN CAP. VIII.

96. Cyril. qui cuncta cognoſcit, quaſi neſciret, interrogat. Glo. non quærit vt doceatur, ſed vt fides mulieris appareat. 97. Int. q. d. multi ſunt qui te tetigerunt. 98. Int. q. d. non quæro de tactu corporis, ſed de tactu fidei. Græ. ſic etiam dicebat, Qui habet aures audiendi audiat, quamuis omnes habeãt corporalem auditum, non verè tangit, qui infideliter tangit. 99. Cyril. propalat quod factum eſt, non ambitione gloriæ, qui ſæpe præceperat taceri ſua miracula, ſed quia ſpectabat ad vtilitatem eorum qui vocabantur per fidem ad gratiam. cc. Chry. vult mulierem prædicare quod factum eſt, vt ſuſpicione miraculum careat. 100. Int. ſ. per fidem. 101. Chry. primò ſoluit femineum metum, ne remorſum conſcientiæ pateretur, quaſi furata gratiam, correxit etiam eam, quia latere putauerat, denique fidẽ eius expreſſit, vt & alij imitentur, nec minus fuit miraculum retentione ſanguinis, dum oſtendit ſibi cuncta patere. Cyrill. Principi etiam ſynagogæ ſic perſuadebat credere liberatum iri filiam. 102. Int. in eo enim ſaluata es, quod credidiſti. 103. Orig. i. eſto ſana. Euſeb. in hiſt. lib. 7. cap. 14. mulier hæc in Cæſarea Philippi, vnde fuit oriunda, ſtatuit ad limina domus ſuę ſuper altam baſim ſimulacrum æneum, mulieris flexis genibus, iunctiſque manibus, quaſi precantis, aliudque inſtar viri amicti diploide, & manus verſus mulierem extendentis, ante cuius pedes planta quædam oriri ſolita, cùm ad veſtis oras pertingeret, omnium paſſionum medicina dicebatur. 104. Chry. Expectabat Dominus puellæ mortem, vt appareret reſurrectionis miraculũ, itaque tardiùs incedebat, & cũ muliere diutius loquebatur. 105. Aug. de conſ. Euan. Matthæus ſcribit Archiſynagogum dixiſſe Chriſto filiam mortuam, conſiderans quod Chriſtus fecit, itaque dixit rogatum Dominum, vt mortuam ſuſcitaret, quia hoc fecit Chriſtus: nempe attẽdit nõ patris de filia verba, ſed voluntatẽ, vnde nec is, veniẽtibus nunciis, & prohibẽtibus ne Chriſtus veniret, conſenſit, nec eum Chriſtus vt diffidentẽ reprehendit, ſed credentẽ robuſtius confirmauit.

SENS. MYST. IN CAP. VIII.

105. Beda. filia Principis mortua nunciatur, id eſt, Synagoga, perfidia ſcilicet & inuidia, ſanata mulier, id eſt, Eccleſia mundata, Principis ſerui nuncians, qui ſynagogæ ſtatum videntes à Deo deſtitutum, reſtaurari poſſe non credunt; itaque non putant ſupplicandum pro ſuſcitatione; pater puellæ, doctorum legis cœtus, qui, ſi credere voluerit, etiam ſubiecta ei Synagoga, ſalua erit. Ambroſius domum veniens, paucos reſurrectionis arbitros aſciuit, non enim à multis Iudæis continuò credita eſt reſurrectio; nam quod viduæ filius publicè ſuſcitatur, pietas Domini fuit, quod mater vidua non pateretur moras. Significabatur etiam citò eccleſiam credituram, dicit Chriſtus non eſſe mortuam, vbi enim reſurrectionis fides eſt, non eſt mortis ſpecies, ſed quietis. Beda. Synagoga, quia Sponſi lætitiam amiſit, qua viuere poſſet, quaſi inter plangentes mortua iacet, nec ipſum, cur plangatur intelligens. Amb. tenet Chriſtus manum puellæ: Beatus cuius ſapientia manum tenet, in penetralia ſua inducit, cæleſtem panem manducare iubet. Venite, (inquit Sapientia, quæ corporis & ſanguinis Dei alimentis altaria repleuit) edite panes meos, & bibite vinum, &c. Glo. tenet manũ, niſi enim manus Iudæorum, quæ ſanguine plenæ prius fuerint mundatæ, Synagoga non ſurgit. Beda. Surrexit puella, reſipiſcit enim homo Chriſto confortante. Significat verò Archiſynagogi filia, mortuos cogitatione peccati, filius viduæ, qui opere malum complent; Lazarus, peccati conſuetudine corruptos, quanto autem grauior mors, tanto acrior debet eſſe pœnitentia; iſta leui voce ſuſcitata eſt, iuuenis pluribus prius dictis, Lazarus, fremitu & lachrymis, vocéque magna, publica etiam noxa, publico eget remedio, leuia peccata ſecreta pœnitentia delentur, vnde hic pauci arbitri, in aliorum ſuſcitatione multi.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

d d. putauerat poſſe Chriſtum latere. e e. Græc. à Principe, id eſt, à domo Principis. Sic apud Comicum, exit à nobis, id eſt, domo noſtra.

eſt filia tua,noli vexare illum. Ieſus autem audito hoc verbo, reſpondit patri puellæ, Noli timere,crede tantùm,& ſalua erit.Et cum veniſſet domum, non permiſit intrare ſecum quemquam,niſi Petrum & Iacobum, & Iohannem: & patrem & matrem puellæ.Flebant autem omnes & plangebant illam. At ille dixit. Nolite flere,non eſt mortua puella,ſed dormit.Et deridebant eum ſcientes quia mortua eſſet. Ipſe autem tenens manum eius,clamauit,dicens,Puella ſurge.Et reuerſus eſt ſpiritus eius,& ſurrexit continuò. Et iuſſit illi dare manducare. Et ſtupuerunt parentes eius, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

SENS. LIT. IN CAP. VIII.

106. Athanaſ.fidem exigit,non quia indigeat adminiculo aliorum,ipſe enim fidei largitor eſt,ſed ne videatur ex acceptione perſonarū ſua dona conferre,credentibus fauet. 107. Theoph.nihil ad oſtentationem facit,docet etiam facturum miracula non decere eſſe in medio plurimorum, ſed ab aliis ſeparatum. 108. Theoph. Solos intromiſit diſcipulorum vertices, & qui poterant miraculum occultare. nolebat enim reuelari,fortè ob inuidiam Iudæorum. Chry. cæteros diſcipulos non aſſumpſit, prouocans ad appetitum maiorem; & quia nondum erant plenè diſpoſiti. 109. Chry. aſſumpſit & parentes in teſtes,ne quis diceret fallax eſſe reſurrectionis indicium. 111. Chry.excluſit etiam flentes, indignos oſtendens eiuſmodi viſione. 102. Chry. erat enim viuificaturus,quaſi à ſomno ſuſcitans. 113. Int.qui non credit,deridet.Amb. ¶ Chry.deriſio ipſa fuit mortis indicium. 114. Chry.vt ſic diſponeret videntes ad reſurrectionis fidem. 115. Chry.eadem anima quæ expirauerat, reſtituta eſt. 116. Int.ad teſtimonium vitæ,vt non phantaſma,ſed veritas crederetur.Chry. 117. Chry.non propinat ipſe, ſed aliis mandat,ſic & in Lazaro dixit,Soluite eum. 118. Græc.oſtendens ſe bonorum largitorem, non gloriæ cupidum,totúmque dare nihil recipientem.

SENS. MYST. IN CAP. VIII.

108. Int.Petrus,Iacobus & Iohannes, fides, ſpes, & charitas. 109. Int.pater,Epiſcopus. 110. Int. mater,Eccleſia.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

ff. abſentem animam vocans, ſimul vocis vim indicans.

CAPVT IX.

CONVOCATIS autem Ieſus duodecim Apoſtolis, dedit illis virtutem & poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent. Et miſit illos prædicare regnum Dei:& ſanare infirmos.Et ait ad illos,nihil

SENS. LITER. IN CAP. IX.

1 GLO. ſ.vt noua facerent, qui noua prædicarent. Cyril, decebat inſtitutos miniſtros ſacrarum doctrinarum poſſe miracula facere per quæ crederentur Dei miniſtri. dat verò Chriſtus virtutem ex promptuariis propriis. 2. Greg.Nazianz.multa iniungit,quorum ſumma eſt, tales eos debere eſſe, vt non minus propter modum viuendi eorum quàm propter verbum euangelica doctrina propagetur. Chry.Reddit eos inſuſpectos,& à quauis cura ſequeſtrat, vt totum ſtudium adhibeant verbo.Euſe.vult eos carere cupidine rerum,& ſollicitudinibus vitæ,nullus enim militans Deo,implicat ſe vitæ ſecularis negotiis.Amb. Euangelizanti verbum Dei non ſunt ſubſidij ſecularis adminicula requirenda, magis enim ſuppetent, quo minus requiret.Aug.2.de con.Euang.poſſidere hæc Dominus diſcipulos noluit,vt hæc eis deberi monſtraret,ab illis quibus Euangelium annunciarent, quam poteſtatem virgæ nomine ſignificauit,cùm diceret apud Marcum, nè quid tollerent in via,niſi virgam. Theoph.iubentur nō theſaurizare,quod pera ſignificat multa congregans,nec eſſe iracundi, quod ſignificat baculus; nec ficti,& duplici corde,quod ſignificat tunica duplex. Gl.ſimplex veſtimentum, quidquid eſt neceſſarium alicui ſecundùm qualitatem loci vel temporis;duplex,quod vltra neceſſitatem eſt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IX. *2. id eſt,nihil ad iter tollatis.*

tuleritis in viam; neque virgam,neque peram,neque panem,neque pecuniam,neque
duas[a] tunicas habeatis.Et in quamcunque domum intraueritis,ibi manete,[3] & inde ne
exeatis.Et quicunque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem
pedum veſtrorum excutite,[4] in teſtimonium[b] ſupra illos.Egreſſi autem circuibant per
caſtella euangelizantes,& curantes[5] vbique.[6] Audiuit autem Herodes[7] tetrarcha omnia
quæ fiebant ab eo:& hæſitabat[8] eò quod diceretur à quibuſdam,quia Iohannes ſurre-[9]
xit à mortuis:à quibuſdam verò,quia Helias apparuit: ab aliis autem,quia Propheta
vnus de antiquis ſurrexit.Et ait Herodes: Iohannem ego decollaui.[10] Quis eſt autem
iſte de quo ego talia audio?Et quærebat[c] videre[11] eum.[12] Et reuerſi Apoſtoli,narrauerunt
illi[d] quæcunque fecerunt:& aſſumptis illis[13] ſeceſſit ſeorſum in locum deſertum,[e]

SENS. LIT. IN CAP. IX.

3. Int.ſ.quamdiu in illa ciuitate prædicabitis.Cyril.iubet in vna domo manere, vt nec hoſpitem grauent dimittendo,nec guloſitatis, & leuitatis ſuſpicionem incurrant.Amb.alienum à prædicatore cenſi-tare per domos, inuiolabilis hoſpitij iura mutare.Glo.ſecundùm Matthæum domus eligenda prius eſt, vt mutandi hoſpitij neceſſitas auferatur. 4. Beda.in teſtimonium laboris veſtri quod ingreſſi ſitis ciuitatem, & prædicaueritis, vel quod ab eis nihil accipitis, qui Euangelium ſpernunt. 5. Euſeb.Euangelizant vt doctores,remedia præſtant vt medici.Glo.prædicabant (vt eſt apud Marcum) vt pœnitentiam agerent,& dæmonia multá ejiciebant,& vngebant oleo ægros,& ſanabant. 6 Int.dum hæc fierent à Domino in Galilæa,Herodes decollauit Iohannem. 7. Theoph.Filius Herodis Regis,qui pueros interemit. 8. Chry peccatores quemuis ſtrepitum pertimeſcunt, nempe reddit peccatum timidos. Aug 2.de con.Euang.poſt hæſitationem intelligendum eſt confirmaſſe in animo ſuo quæ ab aliis dicebantur,cùm ait,vt refert Matthæus,hic eſt Ioannes, ipſe ſurrexit à mortuis vel ita ſunt verba Matthæi pronuncianda,vt adhuc hæſitantem indicent. 9. Glo.Iohannem, cuius nullum ſignum viderant, reſurrexiſſe dicebant,quod de Chriſto ſumma malitia negabāt,cuius multa miracula viderāt. 10. Chry. verbum eſt conſolantis timorem animæ perturbatæ. 11. Int.vt fortè ſi ipſe ſit Iohannes,poſſit cognoſcere. 12. Aug.2. de conſ. Euang. Matthæus & Marcus ex præcedentium occaſione narrant Iohannis mortem:ſed Lucas,qui iam eius meminerat,alia ſubiungit. d. Beda.itemque quid Iohannes eis in docendo occupatis,paſſus ſit. 13. Int.non timore mortis,ſed vt parceret inimicis, ne homicidium homicidio iungerent.Beda. ſimul etiam opportunum paſſioni tempus expectans. c. Theoph. ne quis diceret facto miraculo,de proxima ciuitate fuiſſe panes allatos.

SENS. MYST. IN CAP. IX.

e. AM B. Gratiæ cœleſtis alimentum Chriſtus impartitur,non otioſis,aut in ſeculari dignitate reſidentibus; ſed ſe inter deſerta quærentibus Beda. petentem gentium deſerta Chriſtum fidelium turbæ ſequuntur,relictis priſcæ conuerſationis mœnibus. largitur verò pabula ipſe relicta Iudæa (quæ prophetiæ caput non credendo abſtulerat) in deſerto Eccleſiæ,quæ virum non habebat, die autem declinante,turbam reficit,i.in fine ſeculorum,vel cùm Sol iuſtitiæ pro nobis occubuit.Non erant Apoſtolis niſi quinque panes Moſaicæ legis,& duo piſces vtriuſque Teſtamenti,in abdito myſteriorum, quaſi in aquis latentes. Sequuntur quinque millia,i.qui exterioribus vti nouerunt, quinque enim exteriores ſenſus;diuerſi diſcubitus,diuerſi per orbem terrarum conuentus,qui vnicam Catholicam faciunt.Amb. nondum intellexerant Apoſtoli cibum non eſſe venalem, Chriſtus nouerat ſuas epulas eſſe gratuitas; eſt autem panis quem Chriſtus frangit, Dei verbum, quod cùm diuiditur, augetur.Beda.Chriſtus non noua creat cibaria,ſed acceptis quę habebant diſcipuli,benedixit,veniens enim in carnē,non alia,quàm quæ prædicta fuerant,prædicat,prophetiæ dicta myſteriis grauida demonſtrans; reſpicit in cælum,docens illuc dirigendam mentem,ibi lucem ſcientiæ quærendam; diſtribuit diſcipulis:Legis enim & Prophetiæ Sacramenta,vt per mundum prædicarent, eis patefecit.implentur duodecim cophini,duodecim enim Apoſtoli & ſequentes doctores, foris quidem deſpecti ſunt, ſed intus ſalutaris cibi reliquiis cumulati.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IX.

a. i.binas,ſeu mutatorias. b. i.contra. 8. i.perplexo erat animo. c. i.optabat.

qui [14] eſt [15] Bethſaidæ. Quod cùm cognouiſſent [16] turbæ, ſecutæ ſunt illum: & excepit [17] eos, & [18] loquebatur illis de [19] regno Dei, & [20] eos qui cura indigebant, ſanabat. Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerunt illi, Dimitte turbas, vt euntes in caſtella villáſque quæ circa ſunt, diuertant, & inueniant eſcas: quia hîc in loco deſerto ſumus. Ait autem ad illos. Vos [21] date illis manducare, At illi dixerunt, [22] Non ſunt nobis pluſquam quinque panes, & duo piſces: niſi fortè nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam eſcas. Erant autem ferè viri quinque [f] millia. Ait autem ad diſcipulos ſuos, Facite illos diſcumbere per [g] conuiuia [23] quinquagenos. Et ita fecerunt. Et diſcubuerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus, & duobus piſcibus: reſpexit in [24] cælum, & [h] benedixit illis: & [25] fregit, & diſtribuit diſcipulis ſuis, vt ponerent ante turbas. Et [i] manducauerunt omnes, & ſaturati ſunt. Et ſublatum eſt quod ſuperfuit illis [26] fragmentorum [27] cophini duodecim. Et factum eſt, cùm ſolus eſſet orans, erant cum illo & diſcipuli:

Sens. Lit. In Cap. IX.

14. Int.ſ.pertinens, & vicinus Bethſaidæ ciuitati Galilææ. 15. Beda. ciuitas Andreæ, Petri, & Philippi, prope ſtagnum Genezareth. 16. Cyrill. alij vt curarentur à dæmonibus, vel languoribus; alij eius doctrina oblectari. Glo. ſequuntur non iumentis, aut vehiculis, ſed proprio labore pedum, vt ardorem mentis oſtendant. 17. Int. fatigatos. Beda. 18. Int. docet inſcios. Beda. 19. Int. non de ſecularibus. Amb. 20. Int.ſ.ægros. Beda. 21. Théoph. hoc dicit volens eos inducere ad dicendum quot panes haberent, vt miraculum appareret. 22. Aug. 2. de conſ. Euang. coniunxit Lucas in vnam ſententiam reſponſionem Philippi & Andreæ, quanquam aliqua verborum varietate, in quo docemur nihil quærendum in verbis, niſi loquentium voluntatem. f. Cyrill. exceptis mulieribus, & pueris, vt alius Euangeliſta refert. 23. Aug. 2. de con. Euan. & centenos, vt ait Marcus. 24. Chry. vt crederetur à Patre veniſſe. Cyrill. docet in principio menſæ panē Deo offerre, & dicere ſuper ipſum benedictionē ſupernam. 25. Chry. ſ.honorando eos, & ne obliuiſcantur miraculi, non autem facit eſcas ex non entibus, vt obturet os Manichæi, aſſerentis alienam ab eo creaturam, ſeque oſtendat eſſe qui dixit, Germinet terra, &c. 1. Gre. Nyſſen. Panis paratur, factus in manibus miniſtrantium. Amb. Inter diuidentium manus, quā non fregerant, particulæ multiplicantur. 26. Chry. fecit ſuperabundare non panes, ſed fragmenta, vt oſtenderetur illorum panum eſſe reliquias. 27. Chry. ſ.quot erant diſcipuli.

Sens. Myst. In Cap. IX.

mulati. Ambroſius, Soluitur illud populi Iudaici, manus eius in cophino ſeruierunt, colligebat is populus ante lutum in cophinis, ſed iam per Chriſtum cœleſtis vitæ alimoniam operatur, 12. verò numerus omnium tribuum. Gloſſ. Bethſaida, domus fructuum interpretatur; excipit Chriſtus ad ſe venientes, & curat vt plena fides ſtatim præmium conſequatur. ſanati reficiuntur, poſt remiſſionem enim peccatorum, tribuitur alimonia cæleſtis, piſces duo, Legis Reges & Sacerdotes, in quibus non erat plena refectio, quinque panibus aluntur, quos neceſſe eſt legalibus adhuc præceptis inſtitui, & legali timore comprimi: nam qui quatuor millia ſunt propter Euangelicam doctrinam, ſeptem panibus, i. ſeptiformi Spiritus gratia reficiuntur; quinquageni, qui in pœnitentia peccatorum poſiti; nam quinquageſimus pœnitentiæ Pſalmus, centeni, qui æternæ vitæ deſiderio ſuſpirant, centenarius enim de læua tranſit ad dextram; quod ſupereſt tribus, diſcipuli tollunt, quod enim rudes non capiunt, perfecti inquirunt, frangendo multiplicat panes Chriſtus, i. legem exponendo, ſaturatur populus, fames enim in perpetuū ab electis repellenda; miniſtrant Apoſtoli, erāt enim diuiſuri corpus Dominicum & ſanguinem.

Addit. Avct. In Cap. IX.

g. Gra. κλισίας, accubitus. h. ſ. imprecans diuinam gratiam, qua multiplicarentur, vel, q. d. gratijs actis, multiplicauit illos. Hebr.

& inter

& [28] interrogauit illos, dicens, Quem me dicunt eſſe turbæ? [29] At illi reſponderunt, & dixerunt, Iohannem Baptiſtam: alij autem Heliam, alij verò quia vnus Propheta de prioribus ſurrexit. Dixit autem illis, [30] Vos autem quem me eſſe dicitis? [31] Reſpondens Simon Petrus, [32] dixit: [33] Chriſtum [34] Dei. At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent [35] hoc, dicens, [36] Quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus, & Principibus ſacerdotum & Scribis, & occidi; & tertia die reſurgere. Dicebat autem ad omnes, Si [37] quis [38] vult poſt [39] me venire, [o] abneget [40] ſemetipſum, & tollat [41] crucem ſuam [p] quotidie, & ſequatur [42] me. Qui enim [43] voluerit animam ſuam ſaluam facere, [44] perdet il-[45]lam: [46] nam qui perdiderit [47] animam ſuam propter me, ſaluam faciet illam. [48] Quid enim proficit homo ſi lucretur vniuerſum mundum: ſe autem ipſum perdat, & detrimentum ſui faciat? Nam qui me [49] erubuerit & meos ſermones: hunc Filius hominis eru-[50]beſcet cùm [51] venerit in [q] maieſtate ſua & Patris, & ſanctorum Angelorum.

SENS. LIT. IN CAP. IX.

28. Cyril. ſ. vt eos à plurium opinione auferret, & rectam eis fidem inſereret. 29. Beda. hoc prius interrogat, ne diſcipulorum confeſſio vulgi videatur opinione formata. Glo. meritò vocantur turbæ qui diuerſa de Chriſto ſentiunt. m. Glo. fortè Iohannem, qui in vtero matris Chriſti præſentiam ſenſit; Heliam, quia raptus in cælum, & venturus creditur. Hieremiam, quia ſanctificatus in vtero. 30. Cyril. qui cenſura mea vocati eſtis ad Apoſtolatum, teſtes miraculorum meorum. 31. Int. vnus, pro omnibus. 32. Int. non populi ſententiam, ſed ſuam promens. 33. Cyrill. eſt Græcè cum articulo, multi enim fuerunt Chriſti vocati. Amb. in vno hoc nomine diuinitatis & incarnationis expreſſio eſt, & fides paſſionis. 34. Cyril. vnum confeſſus eſt Chriſtum eſſe Filium hominis, & Filiũ Dei de Patris ſubſtantia procedentem. 35. Amb. iubet eos tacere, vt fallat principem mundi, declinet iactantiam, doceat humilitatẽ, ſimul ne imperfecti diſcipuli prædicationis tantæ mole opprimantur. Chry. voluit expectari tempus opportunum. Cyril. decebat prius crucem & reſurrectionem impleri, vnde ſubdit, Oportet Filium hominis multa pati, &c. 36. Ambr. fortè id addidit, quia ſciebat diſcipulos paſſionis & reſurrectionis myſterium difficilè credituros. 37. Cyril. duces ſtrenuos ad audaciam prouocat, oſtendens per certamina gradiendum eius gloriam obtinere cupienti. 38. Chry. nullum prius & benignus inuitum aut coactum vult habere famulum, ſed ſpontaneos, & gratias agentes pro famulatu, ideo perſuadendo & bene faciendo attrahit. 39. Baſil. ſ. conuerſationis imitatione. o. Beda. niſi quis à ſe deficiat, ad eum qui ſupra ipſum eſt, non appropinquat. Baſil. abnegatio ſui, eſt totalis receſſus à propriis voluntatibus. Orig. Abnegat ſe, qui vitam mutat. 40. Int. non tantùm ſua, ſed etiam ſeipſum, ſecundùm quod fuerat homo vetus. 41. Baſil. ſ. appetitu mortis pro Chriſto, mortificatione membrorum, vitæ præſentis contemptu, &c. Greg. in hom. tollitur crux, dum vel per abſtinentiam affligitur corpus, vel per cõpaſſionẽ animus. Græc. rectè coniungit hæc duo, abneget ſe, & tollat crucẽ, paratus enim crucem aſcendere, ſumit in mentem mortis intentionem, nec amplius vitam præſentem æſtimat. 42. Beda. propriam crucem baiulantem. 43. Int. i. qui tempore paſſionis vult præſentem vitam cuſtodire. Orig. qui vult præſentem vitam in ſenſibilibus ſeruare. 44 Int. ſcilicet, in futuro. 45. Int ſcilicet, vitam æternam. 46. Int. è contra. io. 47. Int. vitam præſentem Orig. qui negligit ſenſibilia pro veritate ſe morti exponens. 48. Greg. in ho. perſecutionis tempore ponenda eſt anima, quod proximè dictum eſt, pacis autem tempore frangenda terrena deſideria, quod nunc docetur. 45. Greg. in hom. plerumque laberia cuncta deſpicimus, ſed humana verecundia præpediti, rectitudinem quam ſeruamus in mente, nõ valemus voce exprimere. huic ergo vulneri medicamentum ſubiungit. Theoph. erubeſcit Chriſtum qui dicit, Numquid credam crucifixo? ſermones vero eius, qui Euang. ſimplicitatem contemnit. 50. Int. i. abjiciet. Theoph. vt paterfamilias ſeruum prauum nominare erubeſcit. 51. Cyril. incutit timorem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IX.

n. i. intercedens, ſeu interminatus. p. ſ. quacunque occaſione oblata. 47. i. vitã. q. Gr. δόξα, gloria.

Dico[52] autem vobis verè, ſunt aliqui hîc aſtantes[1], qui non guſtabunt mortem[53] donec videant[54] regnum Dei. Factum[55] eſt autem poſt hæc verba[*] ferè dies octo[56], & aſſumpſit[57] Petrum[58], & Iacobum[59], & Iohannem[60], & aſcendit[61] in montem vt oraret[62]. Et facta eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius,

Sens. Lit. In Cap. IX.

52. Amb. Semper Dominus infirmitatem mentis humanæ præſentium remuneratione ſuſtentat, arduum quippe eſt crucem tollere, animam periculis, morti corpus offerre, negare quod ſis, cùm velis eſſe quod non ſis: raróque quamuis excelſa virtus futuris commutat præſentia, ne quis ergo deſperatione frangatur, aut tædio, continuò ſe videndum fidelibus pollicetur. 53. Int. ſcilicet, temporaliter.
54. Int. ſ. glorificationem corporis in transfigurationem, ¶ repræſentationem futuræ beatitudinis. Theop. gloriam in qua erunt qui me confitentur. Glo. viſa æterna gloria, etſi in tranſitu, & ad breue momentum, fortiores tamen contra aduerſa facit. 55. Euſeb. ne ſolis verbis credere viderentur, procedit ad opera. Gloſ. dat Apoſtolis ſignum de cœlo, vt fides eorum augeatur. quod Scribis dare noluit vt indurarentur. 56. Damaſ. Matthæus & Marcus ſex dicunt, quia non numerant primum & vltimum, ſcilicet, quo pollicitus eſt, & quo præſtitit. 57. Int. vt tribus idoneis teſtibus totus mundus crederet. Damaſc. quare non vocauit omnes? ſolus Iudas indignus erat, ſed ſi ſolus fuiſſet dimiſſus, ad maiorem fuiſſet malitiam prouocatus, itaque alios etiam dimiſit, aſſumpſit verò tres, vt in duobus vel tribus ſtet omne verbum. Glo. Sciebat Chriſtus hos cæteris perfectiores. 58. Int. qui claues regni cælorum accepit. Ambr. ¶ Damaſce. vult teſtimonium eius per Patris teſtimonium confirmari, aſſumpſit etiam quaſi præſidem futurum totius Eccleſiæ. 59. Int. qui primus ſolium Sacerdotale conſcendit. Ambroſ. ¶ Damaſc. tanquam moriturum pro Chriſto ante omnes diſcipulos. 60. Int. cui mater committitur. Amb. ¶ Damaſc. tanquam theologiæ puriſſimum organum, vt viſa gloria Filij, quæ non ſubiacet tempori, reſonet illud, In principio erat verbum. Theoph. aſſumit hos tamquam rem hanc celare potentes.
61. Theoph. docet nos ſolitarios, & aſcendentes orare, ad nihil terrenorum declinantes. 62. Damaſ. aliter orabat, quàm ſerui qui per intellectus aſcenſum ad Deum orant, eius enim intellectus ſecundum hypoſtaſim Deo vnitus; docet verò ſe Deo aduerſarium non eſſe, & Genitorem veneratur, allicitq; tyrannum explorantem an Deus eſſet.

Sens. Myst. In Cap. IX.

1. Amb. Soli non queunt guſtare mortem, qui ſtare poſſunt cum Chriſto. 56. Amb. qui Chriſti verba audit, & credit, reſurrectionis gloriam videbit, quæ octaua die facta eſt. Beda. poſt ſex ætates ſeculi, & ſeptimam quietem animarũ, quæ interim in alia vita geritur, quaſi octaua ætate reſurgemus. Amb. Matth. & Marcus, poſt ſex dies. i. mundi temporibus impletis. ſex enim diebus creatus, reſurrectio erit, & qui mundum hunc tranſcenderit, futuræ reſurrectionis fructus exſpectabit. Beda. montem aſcendit oraturus, & ſe transfiguraturus, qui enim reſurrectionis fructum exſpectant, mente in excelſis inhabitare, & continuis precibus debent incumbere. Amb. tres eliguntur, nemo enim reſurrectionis gloriam videbit, niſi trinitatis myſterium fidei ſinceritate incorruptum ſeruauerit. Glo. Multi vocati, pauci electi, ſignificantur etiam qui habent fidem, ſpem, & charitatem: vel per Petrum præpoſiti ſeu coniugati, per Iacobum, pœnitentes, vel actuales, per Iohannem, virgines, vel theorici. Beda. veſtitus Domini, ſanctorum chorus, qui Domino in terris conſiſtente deſpectus videbatur, ſed cùm apparuerit, ſimiles ei erimus. Amb. veſtimenta, ſermones ſcripturarum, & quædam intellectus diuini indumenta. quæ in oculis mentis albeſcunt. Moyſes verò & Helias, Lex & Propheta Glo. per Moyſem infernales, per Heliã cæleſtes, per Apoſtolos terreſtres ad iudicium venturi ſignificantur, vel per Moyſem mortuum ſancti defuncti vſque ad diem iudicij, in ipſo iudicio reſuſcitandi, per Heliam viuentem qui viui inuenientur, videntur autem in maieſtate, quia cum Chriſto regnabunt glorioſi. exceſſum eius dicũt. laudabunt enim tunc Domini miſericordiam pro ipſis mortuis, vident Moyſem, & Heliam in maieſtate, videbunt enim in gloria ſancti melius quomodo Dominus Legem & Prophetas impleuerit, tria tabernacula, verba, cogitationes & opera errabat verò Petrus, lex enim, Prophetæ, & Euangelium, non tria, ſed vnum habẽt tabernaculum. i. Eccleſiam Dei. accepit autem nubis obumbraculum, in reſurrectione enim non domorum tegmine, ſed Spiritus ſancti gloria ſancti protegentur. timuerunt verò, quanto enim quis ampliora quæſierit, tanto magis ad inferiora collabitur, ſi menſuram ſuam ignorauerit; cernitur autem Ieſus ſolus, ablata nube, & euaneſcentibus Moyſe & Helia, Legis enim & Prophetarum vmbra diſcedente Euangelij gratia & lumen reperitur.

Addit. Avct. In Cap. IX. *1. non enim integri.*

altera:

altera[63]:& veſtitus eius albus[64] & refulgens.Et ecce duo[65] viri[66] loquebantur cum illo. Erãt autem Moyſes & Helias,viſi in maieſtate[67]:& dicebant exceſſum[68] eius, quem cõple turus erat in Hieruſalem.Petrus verò,& qui cum illo erant, grauati[69] erant ſomno. Et vigilantes[70],viderunt maieſtatem eius, & duos viros qui ſtabant cum illo. Et[t] factũ eſt cùm diſcederent[v] ab illo,ait Petrus[71] ad Ieſum,Præceptor, bonum[72] eſt nos hic eſſe:& faciamus[73] tria tabernacula,vnum tibi,& vnum Moyſi[x],& vnũ Heliæ,neſciens[74] quid diceret.Hæc autem illo loquente,facta eſt nubes[75],& obumbrauit[76] eos:& timuerũt[77] intrantibus illis[aa] in nubẽ Et vox facta eſt de nube,dicẽs,Hic[78] eſt Filius[79] meus[z] dilectus : ipſum audite.Et dum fieret[bb] vox,inuentus eſt Ieſus ſolus[80]. Et ipſi tacuerunt, & nemini[81] dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant. Factum eſt autem in ſequenti die,

Sens. Litar. In Cap. IX.

63. ſcilicet,ſicut Sol.Cyril.non mutata humana forma, ſed quadã ſplendida gloria ſuperueniẽte.Damaſc. videns di:bolus refulgentẽ, recordatus eſt Moyſi,cuius glorificata facies:ſed id extrinſecus adueniente gloria:Chriſtus autẽ innato diuinę glorię fulgore.Beda.qualis nũc apparuit Apoſtolis,poſt iudicium cunctis apparebit electis. 64. Damaſc.per diuinæ lucis participationem. 65. Damaſc. vt noui & veteris Teſtamenti,itemque viuorum & mortuorum Dominus oſtenderetur. 66. Dama.tamquam famuli domino aſſiſtentes.Chry.quia vulgus aſſerebat eſſe Heliam, vel Hieremiam,voluit vt appareret differentia,itemque ſe non eſſe aduerſarium Dei & Legis; denique vt horũ virtutes diſcipuli imitarentur,manſuetudinem.ſ.Moyſis,Heliæ zelum. 67. Damaſc. oportebat viderent conſeruorum gloriam, vt fortificarentur in laboribus. 68. Cyril.i.ſalutiferam paſſionem. 69. Theoph.infirmi erant. Chryſ. ſomnum vocat nimium ſtuporem,lucis enim excellentia grauabat oculorum debilitatem. v. Aug.2. de con.Euang.hoc Matthæus & Marcus tacuerunt. 71. Cyr.putabat fortè imminere tẽpus regni Dei. Chry.audierat oportere Chriſtum mori,& conſiderauit tutũ eſſe locum. 72. Int.vnde Apoſtolus , cupio diſſolui,& eſſe cum Chriſto.Damaſc.non eſt tibi bonum Petre quod Chriſtus ibi moretur,nõ enim obtineres claues regni,nec mors tyranni abolita eſſet,ne quæras ante tempus felicia,vt Adam Deificationem. 73. Amb.ſuum miniſterium pollicetur. Damaſc. non te Dominus tabernaculorũ,ſed vniuerſalis Eccleſiæ conſtructorem conſtituit. x. Gloſſ.quomodo noſcunt quem non viderant ? per lucẽ ſuper eos venientem,ſic in reſurrectione vnuſquiſque alterum cognoſcet. 74. Cyril.quomodo oportebat Chriſtum volentem pro mundo pati,deſiſtere? Titus,non oportebat tribus tria tabernacula facere, non enim connumerantur Domino famuli. Amb. quod ignorabat conditionis fuit , quod promittebat deuotionis.Glo.errabat in hac mortali carne cupiens regnum. 75. Theoph.vt ſe oſtenderet nõ minorem Patre,in veteri enim Teſtamento in nube Dominus habitare dicebatur.Baſil. erat nubes cauſata à luce. 76. Int.ſ.maiori luce ſuffudit. 78. Amb.ſ.quẽ ſolum videtis,non Helias,nõ Moyſes. 79. Cyr. verè & naturaliter,ad cuius exemplar alij adoptiui. 80. Theop.ne quis putaret de Moyſe vel Helia dictũ. Amb.receſſerãt illi vbi cœpit Dominus deſignari. 81. Orig.non vult Chriſt⁹ dici ante paſſionẽ quę ad ipſius gloriã ſpectãt,fuiſſent.n.offenſi præcipuè vulgus vidẽs crucifigi,qui ſic fuerat glorificatus. Damaſ.præcepit id Chriſt⁹ ſciẽs diſcipulos imperfectos,ne corda eorũ qui nõ viderãt,ſubuerterẽtur triſtitia, & proditor incitaretur ad inuidiæ rabiẽ.Gloſ.iuſſit Dñs taceri,ne eſſet pro rei magnitudine incredibile.

Sens. Myst. In Cap. IX.

70. Int.nemo niſi vigilans videt gloriam Dei.Amb. x. Theoph. vſque ad tempus aliquod lex & Prophetę poſt Euangelium. 75. Beda.vt in Iordane,ita hic Trinitatis myſterium declaratum,gloriam enim quam in baptiſmate confitemur,in reſurrectione videbimus:illic Spiritus ſanctus in columba,hic in nube lucida,qui enim fidem ſimplici corde ſeruat,clarè poſtea quod credidit,videbit. Baſil. oſtenditur nubis operimento quies futuræ manſionis:nebula enim tranquillitatis ſignum.

Addit. Avct. In Cap. IX.

68. Grac.ἔξοδον,exitum.i.mortem. 69. ſ.Chriſto orante,antequam viderent transfiguratum,& cum eo Moyſem & Heliam. v. nondum tamen diſceſſiſſent.,ſcilicet , diſcedere incipiebant. aa. ſcilicet, Moyſe & Helia. bb. pro, facta eſſet.

[cc] deſcendentib. illis de [cc] mōte: occurrit illis [82] turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit,
dicēs, Magiſter, obſecro te [83] reſpice in filiū meū, quia vnicus eſt mihi: & [84] ecce [dd] ſpiritus ap
prehendit eū, & ſubitò clamat, & elidit, & [ee] diſſipat eū cum ſpuma, & vix diſcedit dila-
nians eū: & [85] rogaui diſcipulos tuos vt eiicerēt illū, & nō potuerūt. Reſpondens autem
Ieſus, dixit, O [86] generatio infidelis & [87] peruerſa: vſquequo ero apud [88] vos, & patiar vos?
[89] Adduc huc filiū tuū. Et cùm accederet, [90] eliſit illū dęmoniū, & [ff] diſſipauit. Et increpauit
Ieſus ſpiritū immundū, & ſanauit puerū: & [91] reddidit illū patri eius. Stupebant autem
omnes in [gg] magnitudine Dei: omnibuſq; [92] mirantibus in omnibus quę faciebat, [93] dixit ad
diſcipulos ſuos, Ponite [94] vos in cordibus veſtris [hh] ſermones iſtos, Filius enim hominis
futurum eſt vt [95] tradatur in manus hominum. At illi [96] ignorabant [ll] verbum iſtud: & erat
velatum ante eos, vt non [mm] ſentirent illud: & [97] timebant eum interrogare de hoc verbo.

Sens. Lit. In Cap. IX.

82. Beda. loca rebus cōgruunt: in monte orat, transformatur, &c. deſcendens, turbæ occurſu excipitur. 83. Titus, ſapienter dictū, ſufficit. n. hoc ad ſalutē, ſic Propheta, Reſpice in me, & miſerere mei. 84. Titus, explicat paſſionē, vt ad pietatē moueat. 85. Titus. q. d. nō leuiter ad te veni, cogor enim, nā diſcipuli non potuerūt curare. Glo. latēter diſcipulos accuſat impoſſibilitatis cùm hæc aliquando non ad curatorem, ſed ad curandū referatur. 86. Titus, non ipſum increpat dæmoniaci patrē, ſed genus incredulum. Chry erat etiā hic infirmus in fide, vt patet ex Euāgelus. Cyr. puto dęmoniaci patrē incredulū reputatum quod Apoſtolos obiurgauit, dicēs, nō poſſe eos imperare dæmonibus, offenditur Chriſtus accuſatis ſanctis, increpat ergo eum. q. d. ob infidelitatē tuam gratia effectum, ſortita non eſt. Chry. non ad eum tantùm ſermonē dirigit, ſed ad omnes etiā Iudæos. 87. Theop. non naturaliter, ſed per malitiam. Cyril. ſ. neſciens procedere rectis inceſſibus. 88. Chry. non illi graue crucis patibulum, ſed magis illorū cōuerſatio. Beda. non tædio ſuperatus, ſed more medici, ægrotū videntis, contra ſua præcepta agētis, & dicētis, Vſquequo accedam ad domū tuam? 89. Titus, poterat ſolo viſu liberare, ſed propalat paſſionē, ſubiciēs infirmum præſentiū viſioni: vt prodita prius paſſione, remediū adhibeatur. 90. Titus. ſ. Dominum ſentiens, voluit Dominus patrē ad fidem futuri miraculi inducere, videntē dæmonium conturbari ob ſolam vocationem. 91. Cyril. ſ. antea non patris erat, ſed dæmonis occupantis. 92. Cyr. attadabat quiddam præcipuum, & diuinū in qualibet Chriſti operatione, iuxta illud, Gloriā & decorē impones ſuper eum. 93. Cyr. ne poſtea turbarentur, eum pati videntes. Glo. ne ſubita veniens paſſio terreat, ſed leuius feratur cogitatā. 94. Cyril. diſtinguit ab aliis, non enim oportebat vulgares ſcire illum paſſurū. Gloſ. vos, quibus arcana mea manifeſtius aperui. 95. Titus. cunctis admirantibus ſigna ipſe prænunciat paſſionem, non enim ſigna ſaluant, ſed crux beneficia præſtat. 96. Theop. infirmitati eorum condeſcēdens, intelligere non permiſit dictum de cruce. Beda. ignorantia hæc non tam de tarditate eſt, quàm de amore. ſ. carnalis adhuc, quem Deum verum crediderant, mortuum credere nequeunt, ſed figuratiuè, vt ſolebat, loqui putabant. 97. Theoph. vide reuerentiam, timor enim magnæ eſt reuerentiæ.

Sens. Myst. in Cap. IX.

cc. Beda. Dñs perfectos ſublimius extollēdo glorificatione æternis inſtruit, & iis quę à turbis audiri nō valēt, at deſcendēs ad terrenos & inſipiētes, cōfortat, docet, & caſtigat. dd. Beda. dæmoniacū hūc Matthæus Lunaticū, Marcus ſurdum & mutū deſcribit, ſignificantur ergo hi qui vt luna mutātur, nec fidei ſermonē audiūt, nec fidē confitentur, eliditur autē puer accedens ad Dominū, plerumque enim grauius à dæmonib. pulſantur ad Dominū conuerſi, vt odiū virtutis incutiant, vel ſuæ expulſionis iniuriam vindicent; increpat Dominus dæmonium, vitium enim arguendo & odiendo depellere debet, qui peccantem emendare deſiderat, hominem verò amando fouere donec emendatū Eccleſiæ precibus reddere poſſit.

Addit. Avct. In Cap. IX.

cc. Græc. κατελθόντων, ubi deſcendiſſent. ee. id eſt, lacerat 87 i. diſtorta. ff. i. concerpſit. gg. Græc. μεγαλειότητι, magnificentia, ſeu maieſtate quam. ſ. per Chriſtum oſtendebat. 94. pro. diligenter auſcultate. Heb. hh. id eſt, quæ iam dicam. ll. id eſt, rationē, ſ. eorum, myſterium, alioqui enim quæ dicebantur intelligebant. vide Matth. 17. mm. id eſt planè intelligerent. 97. ſ. ſilicet, ne reprehenderentur vt Petrus, aut ne audirent quæ nollent.

[98] Intrauit autẽ [nn] cogitatio in [99] eos,[100] quis eorũ maior eſſet. At Ieſus [101] videns cogitationes cordis illorũ,apprehẽdit [102] puerum,& ſtatuit illũ ſecus ſe,& ait illis, Quicunque ſuſceperit puerum [103] iſtum in [104] nomine meo, me recipit: & quicumque [105] me receperit, recipit [106] eum qui me miſit. Nam qui [107] minor eſt inter vos omnes, hic [oo] maior eſt. [108] Reſpondens autem Iohannes, dixit, Præceptor, vidimus quendã in nomine tuo ejicientẽ dæmonia,& prohibuimus eum:quia non [109] ſequitur nobiſcum. Et ait ad illum Ieſus, [110] Nolite prohibere: qui enim non eſt aduerſum nos, pro nobis [111] eſt. Factum eſt autem dum [112] complerentur dies [113] aſſumptionis eius, & [pp] ipſe faciem ſuam [114] firmauit vt [115] iret in Hieru[116]ſalem. Et miſit nuncios ante conſpectum ſuum: & euntes intrauerunt in [qq] ciuitatem

Sens. Lit. In Cap. IX.

98. Cyril.multis modis diabolus inſidiatur,& cupidinis laqueos effugientibus,gloriæ ſuſcitat paſſionem. 99. Cyril.nõ in omnes puta,ſed ne quemquã nominaret,indeterminatè loquitur. 100. Theophil.videtur ortum hoc quod dæmoniacum curare non valuerant,nempe altercantibus,& vno dicente, non propter ſuam impotentiam,ſed alterius,non potuiſſe curari,accenſa contentio quis eorum,&c.Beda.quia viderant tres illos ſeorſum ductos in montem,& Petro claues regni cælorum promiſſas.Gloſſ. vel quia in tributi ſolutione Petrum Domino parificatum viderant, exteris præferendum arbitrabãtur. Eſt autem quæſtio iſta,& ante tributum, & poſt tributum ſolutum facta. 101. Int. intelligens cauſas ...torum, vult deſiderium gloriæ humilitatis cõtentione ſanare.Cyril.amaritudinis radicem priuſquam creſcat radicitus euellit;eũm inchoatur paſſio, facilè vincitur, aucta difficilius; eſt autem ſolius Dei rimari corda & renes. 102. Cyril depaſcitur inanis gloria vtplurimum eos qui præeminẽt aliis;puer ſincera eſt mente,immaculata corde,ſimplici cogitatione,non ambit honores, &c.tales Dominus amplectatur & diligit. 103. Cyril.q d.eadem eſt merces,ſiue minimus ſit,ſiue præclarus, qui Chriſti nomine ſuſcipitur. 104. Beda ſe in puero ſuſcipi docet. 105. Int.non ſolùm ſecundùm quod homo extra videor, ſed etiam ſecundum Deitatem qua ſum Patri æqualis.Beda.talem ac tantum ſe credi vult, qualis & quantus Pater. 106. Int.quia idem ſum cum illo. 107. Cyr.nihil de ſe ſublime putans. 108. Theophyl. timebat Iohannes ne fortè male feciſſet prohibendo; qui enim prohibet, videtur aliquid maius ...pere. 109. Amb.excludendum putat beneficio, qui non vtatur obſequio.Cyrill.putabant ſolis ſibi licere. 110.Amb.docetur,vt nouerit infirmorum eſſe,firmorumque diſtãtiam.remuneratDominus fortiores,non excludit infimos. Ioſeph & Nicodemus occulti diſcipuli propter metum, in tempore Chriſto officium non negauerunt.Glo.docentur neminem à bono quod ex parte habent,eſſe arcendum,ſed potius ad id quod non habet prouocandum. 111. Chry.at alibi,qui non eſt mecum,contra me eſt,&c. ...lic de diabolo,& Iudæis ſibi contrariis loquebatur.Theoph.Chriſti gratia etiam per indignos,& non diſcipulos operatur; ſic per Sacerdotes, non ſanctos ſanctificantur homines. Beda. in hæreticis & malis non Sacramenta in quibus nobiſcum ſunt,ſed diuiſio paci & veritati contraria deteſtanda eſt,& prohibenda. 112. Int.id eſt,imminente tempore quo pati debuerat. 113. Int.id eſt,paſſionis Beda.tempus crucifixionis quaſi Deus præuidebat. 114. Titus.ſ.non huc & illuc ibat, ſed recta verſus Hieruſalem. 115. Int.obfirmata,& imperterrita mente,locum quo pati decreuerat,petiit.Beda. 116. Tit. oportebat verum agnum offerri,vbi figuralis immolabatur.

Sens. Myst. In Cap. IX.

x x. Amb.vulpes,hæretici fallaces,inſidiis intenti ac rapinis;vulpes etiam nunquam manſueſcit,vnde Apoſtolus,hæreticum poſt vnam correptionem deuita,volucres verò ſpirituales nequitiæ,quę nidos ...truunt in pectoribus improborum; itaque dominante verſutia, nulla eſt diuinitatis poſſeſſio, habitat ...aim mentem innoxiam.

Addit. Avct. In Cap. IX.

98. ſcilicet,occaſione eorum quæ dixerat de morte ſua & reſurrectione, ſic poſtea eadem occaſione de ...imatu cogitarunt,ſeu primo loco in Chriſti regno. n n. verti etiam poterat diſputatio. 100. pro,quis ...rum maior futurus eſſet. 103. i ſimilem puero iſti.vide Matth.& Mar. o o. Græc.magnus erit. 109. ſ te. 112. ſ incipiebat impleri,poſt ſex namque menſes paſſus. 113. ſ.ex mundo per mortem. p p. abundat;more Hebraico. 114. i.iter inſtituit imperterrita mente morti occurſurus,conſtantiam ...iam vultu præferens. q q. κώμην,caſtellum,vicum,oppidum.

Sama

Samaritanorum vt[117] paratent[118] illi. Et non receperunt[119] eum, quia facies eius erat euntis[120] in Hieruſalem. Cùm vidiſſent autem diſcipuli eius Iacobus[rr] & Ioannes, dixerunt, Domine, vis dicimus[ss] vt ignis deſcendat[121] de cælo, & conſumat illos? Et conuerſus increpauit[122] illos, dicens, Neſcitis cuius[123] ſpiritus eſtis[tt]. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare[124]. Et abierunt in aliud caſtellum. Factum eſt autem ambulantibus illis[uu] in via, dixit quidam ad illum, Sequar[125] te quocunque ieris. Dixit illi Ieſus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, Filius autem hominis non habet[126] vbi caput ſuum reclinet. Ait autem ad alterum[a], Sequere[*] me, ille autem dixit, Domine, permitte[127] mihi primum ire & ſepelire patrem meum. Dixítque[128] ei Ieſus, Sine vt

SEN. LIT. IN CAP. IX.

117. Int. ſ. hoſpitium. 118. Cyril. & comitantibus. 119. Int. Samaritani, quia conſpiciunt eum ire Hieruſalem, non receperunt; quia non coütuntur Iudæi Samaritanis. Beda. ¶ Amb. recipi noluit ab his quos ſciebat non ſimplici mente cõuerſos. nam ſi voluiſſet ex indeuotis deuotos feciſſet; ſed Deus, quos dignatur vocat, & quem vult religioſum facit. Cyr. ſciebat quidem non recepturos, ſed iuſſit præcedere ſuos, volens præmittere quaſi quoddam præludium paſſionis, Samaritanorum repulſam, docenſque patientiam. adde quod erant futuri diſcipuli doctores mundi, quos non eſſent alicui recepturi. docuit igitur plenos eſſe debere patientia, & manſuetudine, non hoſtiles & iracundos. 120. Theoph. q. d. nõ iuit in Samariam, quia Hieroſolymam volebat ire. 121. Ambr. ſciebant Phinees reputatum ad iuſtitiam quod ſacrilegos interemerat, & ad preces Heliæ ignem deſcendiſſe de cælo ad iniuriæ vindictam. Tit. cenſent iuſtius eſſe Samaritanos perire Dominum nõ admittentes, quàm quinquaginta Heliam excludere tentantes. Bed. Sancti quorundam peccata morte punierunt, vt aliis metus incuteretur; & ne in illis peccatum ſi viuerent, augeretur. 122. Tit. non habet vltionis ſtudium perfecta virtus, nec vlla iracundia vbi plenitudo eſt charitatis, non excludenda infirmitas, ſed iuuanda. 123. Beda. non amabant correptionem, ſed odio deſiderabãt vindictam. 124. Beda. vos ergo qui eius ſpiritu ſignati eſtis, acta eius imitamini. Amb. non ſemper in peccatores vindicandum, nonnunquam amplius prodeſt clementia, tibi ad patientiam, lapſo ad correptionem, denique Samaritani à quibus ignis arcetur, citius crediderunt.

125. Cyril. plenus oſtenditur impudentia, non enim ſimpliciter Chriſtum ſequi petebat, ſicut plures de populo, ſed inſiliebat ad Apoſtolicas dignitates. Athanaſ. Auſus eſt æquiparare ſe incomprehenſibili Saluatoris poteſtati, qui loco non circumſcribitur, dicit enim, ſequar te quocunque ieris. 126. Int. q. d. in tuo humili pectore, non habet diuinitas vbi familiari mãſione quieſcat. Cyrill. decebat eum accipere crucem ſuam ad ſequendum Chriſtum, & abrenunciare præſentis vitæ affectibus. Theoph. viderat Dominum multum populum adducentem, putauit ergo ſi Chriſtum ſequeretur, poſſe pecuniam congregare. Beda. q. d. quid me propter diuitias & lucra ſeculi cupis ſequi, cùm nec hoſpitiolum habeã. Glo. miraculis motus, ob inanem iactantiam ſequi voluit, quam ſignificant aues; & obſequium finxit, quæ fictio per vulpem ſignificatur. Chry. vide Domini paupertatem. Cyril. q. d. aſtutæ dæmonum poteſtates in te habitant, qualiter Chriſtus in te requieſcet? quid luci commune & tenebris? a. Amb. reſpicitur iſte, Dominus enim non obſequiorum ſpeciem, ſed puritatem quærit affectus, & qui repudiauit fraudulentum elegit innocentem. * Amb. Dominus quos miſeratur, etiam imprudentes aduocat.

127. Beda. expleta paterni funeris pietate, liberior ſequi deſiderat. Cyril. erat pater ſenectute grauatus, putauit ergo honeſtum obſeruare ei debitam pietatem, & decrepitum ſuſtentare vſque ad mortem. nec enim Dominus impediſſet defunctum patrem ſepelire volentem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IX.

*117. hoſpitium, ſcilicet. 129. Samaritani aſcendentes feſtiuitatis cauſa Hieroſolymam non recipiebant, indignè ferentes alibi adorari quam in templo ſuo, in monte Garizim. r r. fortè hi duo miſſi ad parandum. s s. εἴπωμεν, dicamus, id eſt, iubeamus. t t. pro, eſſe vos oporteat, ſeu ad quem ſpiritum delecti ſitis, ſcilicet manſuetudinis & tolerantiæ poteſt & interrogatiuè legi, quaſi dicat, an ignoratis debere vos eſſe manſueto ſpiritu? v v. non illa de qua proximè, ſed alia, vt patet ex Matth. 8. * non iubet ſtatim ire, ſed ſenſus eſt, aſſume officium prædicandi Dei regnum.*

mortui

mortui[129] ſepeliant[130] mortuos[131] ſuos:[132] tu autẽ vade, & annuncia[133] regnũ Dei. Et ait alter, Sequar te Domine, ſed permitte mihi primũ[134] renunciare his qui domi ſunt. Ait ad illum Ieſus, Nemo[135] mittens manus ſuas ad aratrum, & aſpiciens[b] retrò,[136] aptus eſt regno Dei.

SENS. LIT. IN CAP. IX.

129. Int.i.non credentes. Amb.docet humana poſthabenda diuinis.prius ſunt obeunda quæ maxima. Apoſtoli ne occuparẽtur ſtudio diſpenſandi, miniſtros pauperibus ordinarunt, qui diuidit curam, differt profectum; non prohibet Dominus ſepulturam paterni funeris, ſed diuinæ religionis pietatem neceſſitudini patris vult anteferri; adde quod nõ reuocatur ab officio patris filius, ſed fidelis à perfido communicatione ſecernitur. Chry.docet præferrẽ ſpiritualia cunctis admodum neceſſariis, inſiſtit diabolus volens aliquem aditum inuenire, & per modicam negligentiam plurimum obeſt. Cyril.docet pietatẽ quã Deo tenemur, præferendam amori parentum. 130. Int.hoc conſortibus relinquitur. Amb. 131. Int.i, qui de corpore ſine fide exierunt. Ambr.mors altera naturæ, altera culpæ, eſt & tertia qua peccato morimur, Deo viuimus. 132. Chry.oſtendit hunc non eſſe mortuum ipſum, puto enim fuiſſe infidelem.
133. Int. hoc mandatur electis. Amb. ¶ Glo.maius eſt animas mortuorum prædicando ſuſcitare, quàm corpus mortui terra abſcondere. 134. Auguſt.2. de conſ.Euang. ne fortè, vt fieri ſolet, quærant me.
135. Cyril.velle conſulere proximos non conſenſuros, erat vtcumque labẽtis, appoſuit manum aratro, qui habet affectum ſequendi, tamen reſpicit retro qui dilationem petit occaſione redeundi domum, & cum propinquis conferendi. Aug. de verb.Dom.q.d.vocat te Oriens, & tu attendis Occidentem? Beda. manum ad aratrum mittit, qui quaſi compunctionis inſtrumento ligno, & ferro Dominicæ paſſionis duritiam cordis atterit, & ad operum fructus aperit, ſed non eſt cum vxore Loth ad ea quæ reliquerit reſpiciendum, etſi ſecuturus Dominum; quia vel domi renunciare volt, arguitur quid fiet illis qui ſæpe nulla vtilitatis gratia eorum quos in mundo reliquerunt domos viſitant. Græc.crebri intuitus eorũ quæ deſeruimus propter conſuetudinem trahit. violentum enim quiddam vſus eſt ex quo habitus, ex habitu autẽ natura naſcitur, quam amouere vel alterare difficile, redit enim ad ſeipſum velociter.

SENS. MYST. IN CAP. IX.

136. Glo.arans ſi retrò reſpiciat, aut inutilem, aut tortuoſum faciet ſulcum, aut boum veſtigia vulnerabit, ita qui ſpirituali vomere vitia perſulcat, ſi ſe ad impia & vana conuertat, corpus & animam vulnerabit, & itineris periculoſum incurret errorem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IX.

134. i.vale dicere domus mandatis. vide Act.8. vbi idem verbum Græcum. b. i.vita melioris inſtitutum. 136. ſcilicet, cogitatione, ſolicitudine, &c.

CAPVT X.

POST hæc autem deſignauit Dominus & alios ſeptuaginta duos:[1] & miſit illos[2] binos ante faciem ſuam in

SENS. LIT. IN CAP. X.

1. BEDA. quia totidem mundi gentibus Euangelium prædicandum erat. ſic primũ duodecim propter 12. tribus Iſraël, vt autem in duodecim, forma Epiſcoporum, ſic in his presbyterorum, tametſi in principio Eccleſiæ vtrique & presbyteri, & Epiſcopi vocabantur, quorum altero ſapientiæ maturitas, altero verò paſtoralis induſtria ſignificatur.

SENS. MYST. IN CAP. X.

1. AVG. de q.Euang. 24. horis totus orbis luſtratur, ſic illuſtrandum orbem Euangelio Trinitatis in 72. diſcipulis intimatur, ter enim 24. 72. Cyril. huius figura fuit cùm iubente Deo, elegit Moyſes 70. & in Elim duodecim erant fontes aquarum, & 70. palmæ nempe ſignificabantur 12. Apoſtoli, & qui nunc à Chriſto 72. deſtinantur. 2. Greg.in hom.duo enim præcepta charitatis Dei.ſ.amor, & proximi, & minus quàm inter duos charitas haberi non poteſt. inſinuatur verò qui charitatem non habet ſuſcipere prædicationis officium non debere. Orig. binos famulari Dei verbo antiquum eſt, Eduxit Iſraël per manus Moyſi & Aaron, Ioſue & Caleph concordantes frater à fratre adiutus, vt ciuitas vallata. Glo.bina animalia miſſa in arcam, immunda prius in carnali generatione, ſed mundata Eccleſiæ Sacramento, per Spiritualem gratiam in diſcipulorum prædicatione.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

1. *Græ.Septuaginta, & ſic legit Hier.lib.de manſionibus. & Amb.*

omnem ciuitatem & locum quo erat ipſe venturus. Et dicebat illis, Meſſis quidem multa,[4] operarij autem pauci:[5] rogate[a] ergo Dominũ meſſis vt mittat[6] operarios in meſſem ſuam. Ite: ecce[7] ego mitto vos ſicut agnos[8] inter lupos.[9] Nolite[10] portare ſacculum,[b] neque peram,[c] neque calceamenta: & neminem per viam[11] ſalutaueritis. In quamcunque domum intraueritis, primùm dicite,[12] pax[13] huic domui.[14]

Sen. Lit. In Cap. X.

4. Theophil. ideo multos deſignauit. Chryſoſt. vocat Euangelium meſſem, quaſi dicat, mitto vos ad paratam collectionem fructuum; eodem die & ſerere poteſtis, & metere, ite ergo alacriter, &c. 5. Gregorius in homil. plenus eſt mundus ſacerdotibus, ſed in meſſe Dei rarus operator; officium ſacerdotale ſuſcipimus, opus officij non explemus. Beda. meſſis multa, turba credentium, operarij pauci, Apoſtoli, & eorum imitatores. Gloſſ. licet meſſis Dei verbo ſata ſit, tamen culturæ laborem requirit, & ſollicitũ operarij munus. a. Chryſoſtom. magnum donum, operarios mitti in meſſem, quando ſuper hoc Dominus rogandus eſt. Greg. debent ſubditi pro paſtoribus rogare, vt digna valeant operari, ſæpe pro ſua nequitia prædicantium lingua reſtringitur; ſæpe autem ex ſubiectorum culpa id contingit. 6. Cyril. ipſe Chriſtus poſtmodum hoc egit, ipſe ergo eſt Dominus meſſis. 7. Erat inter omnia pericula ſolatium, virtus mittentis, Ego, inquit, mitto vos. 8. Iſid. Abbas. denotat ſimplicitatem, & innocentiam. 9. Int. lupi, Scribæ & Phariſæi. Beda. ¶ Amb. lupi, hæretici, qui more luporum Chriſti ſtabula intrare non audent, & ideo non ſanantur, ſicut curatus eſt ille in ſtabulo, qui incidit in latrones, ſed circa caulas nocturno tempore fremunt; ſemper enim perfidis nox eſt, explorant ſomnum canum, paſtoris abſentiam, aut deſidiam, præſentibus enim paſtoribus oues Chriſti incurſare non poſſunt, ouium guttur inuadunt, vt citò ſtrangulent; feri, rapaces, natura rigidiores, non enim à ſuo errore deflectunt, ſi prius hominem vident, vocem eripiunt, verſuta, ſcilicet, diſputatione præuenientes, faciunt obmuteſcere, quod non accidit ſi prius deprehendũtur impietatis eorum commenta. Greg. in Paſtorali. multi cùm regiminis iura ſuſcipiunt, ad lacerandos ſubditos inardeſcunt, terrorem poteſtati exhibẽt, domini videri appetunt, diſcipuli vt agni inter lupos mittuntur, vt ſenſum ſeruantes innocentiæ, morſum malitiæ non habeant, prædicator mala inferre non debet, ſed tolerare. & qui ſubditum foris quaſi inſequendo caſtigat, intus paterna pietate diligat. Chry. manifeſtum indicium præclari triumphi, circumdatos eſſe diſcipulos Chriſti ab hoſtibus vt agnos inter lupos, eóſque conuertere. Amb. Bonus paſtor lupos gregi timere non nouit, efficitq; vt lupi in agnos audere nihil poſſint. 10. Greg. in Ezech. Prædicator Deo fidere debet, & ſcire ſibi non defuturos vitæ ſumptus, ne dum occupãtur mens eius ad temporalia, minus aliis prouideat æterna. 11. Int. q. d. in via non ſalutetis, ſed in domo. Cyril. diſtractionem ſtudij prohibet. q. d. recta ad opus procedite, nec ſalutationibus impediamini. Amb. non Chriſto diſplicet beneuolentiæ officium, ſed proſequendæ deuotionis intentio plus placet, nec ſalutationis officium aufertur, ſed deuotionis obſtaculum. Greg. Naz. vult eos eſſe ſollicitos, nec verbis detineri. Glo feſtinare iubet, & confabulationibus non detineri. quando diuina mandantur, pauliſper ſequeſtranda humana. 12. Int. offerte pacem, & ipſe ingreſſus pacis benedictione celebretur. Ambroſ. 13. Chryſo. bonorum omnium mater pax. 14. Tit. id eſt, domum habitantibus.

Sens. Myst. In Cap. X.

3. Int. vbi verba prædicationis præcurrunt, venit Dominus ad mentis habitaculum. Grego. in hom. vnde prædicatoribus dicitur, Parate viam Domini, rectas facite ſemitas Dei noſtri. 10. Greg. in ho. pecunia in ſacculo, ſapientia occulta, cum ſcilicet quis proximo erogare negligit. pera, onera ſeculi, calceamenta, mortuorum operum exempla quibus non ſe debet concionator munire, quaſi autem in itinere ſalutat, cùm non amore æternæ patriæ, ſed præmiorum ambitu ſalutem audientibus prædicat. Amb. nihil Dominus in nobis mortale vult; calceamentum iubetur Moyſes ſoluere, iubentur verò in Ægypto calceati agnum comedere, cauendi enim morſus ſerpentis ab eo qui eſt in Ægypto, & qui miniſter eſt veritatis, venena non trepidat.

Addit. Auct. In Cap. X.

b. id eſt, crumenam. c. ſ. ad reponendos cibos. 11. id eſt, inter eundum non prohibet officia humanitatis, ſed id quod poſſit remorari, aut præpedire, vide 4. Regum, 4.

& [15] ſi ibi fuerit filius pacis, [d] requieſcet ſuper illum pax veſtra: [16] ſin autẽ ad vos reuerte- [17]
tur. In eadem autẽ domo manete, [18] edentes & bibentes [e] quæ apud illos ſunt. dignus
eſt enim [19] operarius mercede ſua. [20] Nolite tranſire de domo in domũ. Et in quamcun-
que ciuitatẽ intraueritis, & ſuſceperint vos, [21] manducate quæ [17] apponũtur vobis: & cu-
[22] rate infirmos qui in illa ſunt, & dicite illis, Appropinquauit in vos [23] regnum Dei. In
quamcunque autẽ ciuitatem intraueritis, & non ſuſceperint vos, exeũntes in [g] plateas
eius, dicite, Etiam puluerem qui [h] adhæſit nobis de ciuitate veſtra, [24] extergimus in vos: [i]
tamen hoc ſcitote, quia [25] appropinquauit regnũ Dei. Dico vobis, quia [26] Sodomis in die
illa remiſſius erit, quàm illi ciuitati. Væ tibi [27] Corozaim, væ tibi [27] Bethſaida: quia ſi in
[28] Tyro & [28] Sidone factæ fuiſſent virtutes quæ factæ ſunt in vobis. [m] olim in [29] cilicio, & ci-
nere ſedentes [n] pœniterent. [30] Veruntamẽ Tyro & Sidoni remiſſius erit in iudicio, quàm
vobis. Et tu [31] Capharnaum vſque ad cœlum [32] exaltata: vſque ad [33] infernum demergeris.

SENS. LIT. IN CAP. X.

15. Int.ſ.prædeſtinatus ad vitam, ſequitur cæleſte verbum quod audit. Greg. 16. Int.i.ſi audire noluerit. Gre. 17. Int.i.laboris veſtri fructu non priuabimini. Greg. pro labore operis merces vobis recompenſabitur. 18. Greg. qui peram & ſaceulum portare prohibuit, ſumptus & alimenta ex prædicatione concedit. dignum eſt vt terrena ab eis ſtipendia conſequamur, quibus patriæ cæleſtis præmia offerimus. Chry. maiora illi ſuſcipiunt, quàm dent. 19. Int.i.cibo ſuo. Greg. vni operi noſtro duę merces debentur, vna in via quæ in labore ſuſtentet, alia in patria quæ remuneret. Prædicator non ideo debet prædicare, vt hic mercedem accipiat, ſed mercedem accipere, vt prædicare valeat. 20. Amb. ſed amore hoſpitali ſeruate conſtantiam. 21. Theoph. quamuis modica & vilia ſint, nihil amplius inquirentes. 22. Theoph. ſic enim credent per miracula attracti. 23. Chry. non bona terręna prædicant, qualia in Moyſe & Prophetis, ſed noua & mirabilia Maxi Regnum Dei potentia eſt in omnibus credentibus, actu verò in his qui dicere poſſunt, Viuo, non ego, ſed in me Chriſtus. 24. Beda. ad conteſtationem laboris pro illis ſuſcepti, vel vt nihil ab eis terrenum ſe quærere oſtendat. 25. Theoph. aduentus Regis, quibuſdam eſt ad pœnam, aliis ad honorem. 26. Euſeb. non enim illic defuit, qui Angelos ſuſciperet hoſpitio. Beda. Loth, iuſtus quidẽ, ſed non talia docuit, aut fecit qualia Apoſtoli. Gloſ. cui multum donatum eſt, multum ab eo quæretur. 27. Beda. hæ ciuitates ſunt Galilææ in littore lacus Genezareth, qui ab Euangeliſtis mare Galilææ, vel Tyberiadis appellatur. 28. Beda. hæ poſtea euangelizantibus, Chriſti diſcipulis credidere, cùm illæ præſente Domino, credere noluerint, itaque impletum eſt quod hic dixit Dominus. 29. Beda. cilicium, quod de pilis fit caprarum, aſperam peccati pungentis memoriam ſignificat, cinis, mortis conſiderationem, per quam in puluerem redigimur, ſeſſio humilitatem conſcientiæ. n. Glo. quare ſit prædicatum non credituris, & non prædicatum credituris, nouit ille qui omnia nouit. 30. Chry. hoc & ad nos dicitur, niſi receperimus prædicatores. 31. Chry. habitabat in ea Dominus, multáque ſigna faciebat. 32. Chry. reſpondet punitio exaltationi. 33. Bed. quia te in cęlum exaltaſti per ſuperbiam, vel quia meo hoſpitio & ſignis exaltata, credere noluiſti.

SENS. MYST. IN CAP. X.

g. Orig. Ciuitates quæ non recipiunt ſanam doctrinam, plateas habent iuxta illud, Lata eſt via quæ ducit ad perditionem. h. Beda. puluis terrenæ cogitationis leuitas, à qua & ſummi doctores immunes eſſe nequeunt, qui ergo ſpreuerit doctrinam, docentium labores & pericula ad ſuæ damnationis teſtimonium inflectunt. Orig. extergendo puluerem quodammodo dicunt, puluis peccatorum veſtrorum meritò veniet ſuper vos.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

15. pro dignus pace. Heb. vide Matt. 10. d. i. bonam veſtram precationem conſequetur. 16. pro, ſin minus. e. Gra. ab illis, ſcilicet, offeruntur. 33. id eſt, Meſſias, Rex à Deo promiſſus. ſ. regnum pro Rege, vel gratia, qua regnum cæleſte acquiritur & per quam Deus in ſuis regnat. i. q.d. vobis ipſis habete. m. id eſt, iampridem.

Qui vos [34] audit, me audit: & qui vos [35] ſpernit, me [36] ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit [37] eum qui miſit me. Reuerſi ſunt autem ſeptuaginta duo cum [38] gaudio dicentes, Domine, etiam dæmonia [39] ſubjiciuntur nobis in nomine tuo. Et [40] ait illis, [41] Videbam [42] ſathanam ſicut [43] fulgur de cœlo [44] cadentem. Ecce, dedi vobis poteſtatem calcandi ſupra [45] ſerpentes & [46] ſcorpiones, & ſuper [47] omnem virtutem inimici, & nihil vobis [48] nocebit. Veruntamen in hoc nolite [49] gaudere, quia [50] ſpiritus vobis ſubjiciuntur: [51] gaudete autem quia [52] nomina veſtra [53] ſcripta ſunt in cælis. In ipſa hora [54] exultauit in Spiritu [55] ſancto, & dixit: [56] Confiteor tibi Domine, [57] Pater [58] cæli & [59] terræ, quia abſcondiſti hæc à [60] ſapientibus & [61] prudentibus, & [62] reuelaſti ea paruulis.

SENS. LIT. IN CAP. X.

34. Beda extenditur increpatio ad eos qui Euangelium deſpiciunt. 35. Cyril. ineuitabilis imminet hæreticis pœna, qui Apoſtolorum verba ſpernunt. 36. Int. ſ. nolens credere in Filiũ Dei. Beda. 37. Int. quia ego & pater vnũ ſumus. Beda. 38. Cyril. ſ. magis quod miraculorum eſſent authores, quàm quod prædicationis miniſtri. 39. Int. quod in lege non fuit. 40. Gre. 24 Mor. ſ. elationẽ eorũ comprimens exemplo magiſtri elationis. 41. Int. ſ. tunc quando corruit, præſens eram. 42. Baſil. ita dicitur, quia aduerſatur bono, diabolus verò, quia cooperatur in malo, & accuſat, eſt autẽ natura eius incorporea, locus aëreus. 43. Int. ſ. ita præcipitem de ſupernis ad ima lapſum. ¶ vel ſicut fulgur, quia deiectus adhuc transformat ſe in Angelum lucis. Beda ¶ Titus. natura fulgidus erat vt fulgur, ſed factus eſt tenebroſus. Baſil. non cecidiſſet ſi natura fuiſſet inſuſceptibilis mali. 44. Cyril. ſ. à ſuperna potentia, in extremam fragilitatẽ; ante Chriſti enim aduentũ ab omnibus colebatur, poſt à fidelibus cõculcatur; vnde ſequitur, Ecce dedi vobis, &c. 45. Int. qui dente apertè lædunt. Beda. 46. Int. qui cauda clam inſidiantur. Beda. intelliguntur verò per ſerpentes qui inchoãdis virtutibus, venena prauę perſuaſionis objiciunt, per ſcorpiones, qui cõſumatas virtutes, ad finẽ vitiare cõtendunt. Theoph. ſerpẽtes qui viſibiliter nocent, vt fornicationis & homicidij dæmõ, ſcorpiones qui inuiſibiliter, & in vitiis ſpiritualibus. Greg. Nyſſ. ſerpens, voluptas, cui caput. i. principiũ amputandũ. Athanaſ. deludunt nũc per Chriſti virtutẽ pueri voluptatem, quæ quondam ſeducebat grandæuos: & virgines perſeuerãt, & quidam ſcorpionis. i. diaboli aculeũ conculcantes, mortẽ non timuerunt, vt martyres plerique poſtpoſitis terrenis, cõuerſantur in cælis, principem aëris non timentes. 47. Chry. id ſubiũgit ne putares dictum de beſtiis. 48. Beda. Paulus à vipera nihil mali patitur, nec Iohannes hauſto veneno. 49. Titus. gaudebãt quaſi ſublimes effecti, eorumq; lætitia inanẽ gloriam ſapiebat. 50. Beda. ſpiritus ejicere, & alias virtutes facere, interdũ non eſt meriti eius qui operatur. 51. Cyril. ad maius gaudiũ erigit. Beda. q. d. non de dæmonũ humiliatione, ſed de veſtra ſublimatione gaudere. 52. Int. quæ mundo vileſcunt. 53. Baſil. quod dicitur, deleantur de libro viuentium, intelligitur de his qui digni putabantur in libro Dei conſcribi. Theoph. nomina Sanctorũ ſcripta in libro vitæ, nempe Dei memoria & gratia. 54. Int. ſ. de ſalute humilium, quibus loquebatur. Theop. exultat, quia Apoſtoli tãtis bonis facti ſunt digni. 55. Cyril. ſ. in effectibus Spiritus ſancti, quaſi amator hominum gaudet de horum conuerſione, videns plurimos per Apoſtolos conuertendos. 56. Beda. confeſſio aliquando gratiarum actionem ſignificat. Tit. Confiteor. i. glorifico te, ſolus Filius, cùm Deus ſit perfectè ſimilis Genitori; perfectè glorificat Patrem. 57. Int. ſ. meus conſubſtantialis. 58. Int. nõ Pater, ſed Creator. 59. Epiph. Euangelium à Marcione editum tacet hoc, itemq; omittit, Pater: habens ſolum; Gratias ago tibi Domine cæli, ne intelligatur Chriſti Pater Creator cæli & terræ. 60. Theop. ſ. Phariſæis & Scribis. 61. Theoph. ſ. his qui à Scribis fuerunt docti. 62. Int. ſ. qui ſe exaltare nõ norũt. Amb. ¶ Theoph. paruulos vocat ſuos diſcipulos. Beda. Apoſtolis aperta ſacramẽta quæ ignorarũt Scribę & Phariſæi, qui ſibi ſapientes videbãtur & prudẽtes, oppoſuit autẽ ſapiẽtibus & prudẽtib⁹ Chriſtus, non inſipiẽtes, & hebetes, ſed paruulos. i. humiles. nõ enim acumen damnat, ſed tumorẽ. Chry. nõ lætatur, & gratias agit quod myſteria illos lateãt, ſed quod hi nouerũt; agit verò gratias oſtẽdẽs dilectionẽ in nos.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

34. ſ. credẽs, & obtẽperans. o. pro, ope & auxilio tuo. Heb. 43. ſub. extinctáq; eius fulgorẽ ſubitè. p. poteſt intelligi ſignificare poteſtatẽ à qua deiectus per Chriſtũ & Apoſtolos. q. d. videbã cùm vos miſi ad prædicandũ, ruituras vires ſathanæ. q. Græ. didωμι. de. 45. i. animalia venenata. r. i. poteſtatem. 49. ſ. vobis complacendi, vt facitis, vel nolite præcipuè gaudere. 53. ſcilicet, in libro vitæ, vbi ſcripti electi. 55. id eſt, per Spiritum ſanctum, ſcilicet, ad id mouentem. Græc. exultauit ſpiritu. ſ. ſuo, non. pe animo.

[t] Etiam pater quoniam ſic [63] placuit ante te. [64] Omnia mihi [65] tradita ſunt à Patre meo, & [66] nemo [67] ſcit quis ſit Filius, niſi Pater, & quis ſit Pater, niſi [68] Filius, & cui voluerit Filius [69] reuelare. Et [70] conuerſus ad diſcipulos ſuos, dixit, Beati [71] oculi qui [72] vident quæ [73] vos videtis. Dico enim vobis, quod multi [74] Prophetæ & [75] Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & [76] non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Et ecce [u] quidam [77] Legiſperitus ſurrexit [78] tentans illum, & dicens, [79] Magiſter, quid faciendo vitam [80] æternam poſſidebo? At ille dixit ad eum, In [81] lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Ille reſpondens, dixit, [x] Diliges Dominum Deum tuum ex toto [82] corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus [83] viribus tuis, & ex omni mente tua: & [84] proximum tuum [85] ſicut teipſum. Dixitque illi, [86] Rectè reſpondiſti, hoc fac, & [87] viues.

SENS. LIT. IN CAP. X.

63. Int. iniuſtum eſſe non poteſt quod iuſto placuit. Chryſ. oſtendit huius rei primam cauſam Dei voluntatem. Greg. Exemplum humilitatis accipimus, ne temerè diſcutiamus de aliorum vocatione, aliorum repulſione, iniuſtum enim eſſe non poteſt quod placuit iuſto. 64. Chryſ. id ſubiungit, ne putares Chriſtum illud non poſſe facere quod præceſſit. 65. Athanaſ. hoc non intelligentes Arriani, aiunt fuiſſe tempus, cùm non habuit dominium creaturæ; ſed delirant, Omnia enim per ipſum facta ſunt, & in ipſo conſiſtunt, nec hic ſignificatur creatoræ dominium, ſed diſpenſatio in carnes Factum eſt enim verbum caro, vt omnia reſtauraret, data ergo ei ſunt omnia, non quia poteſtate careret, ſed vt reſtauraret. Beda. data ei non elementa, ſed hi quibus Sacramenta reuelata, de quorum ſalute exultauit. 66. Amb. oſtendit ſe in nullo à Patre ſuperari. 67. Amb. i. comprehendit, quid Deus ſit incomprehenſibile eſt.

68. Athanaſ. contradicunt Arriani, negantes videri à Filio Patrem. 69. Titus. ſ. iuxta proportionem naturæ cuiuſque. Orig. intelligitur hoc etiam ad tempus præteritum, nefariū enim eſt dogma illorum qui dicunt Patrem Ieſu ignotum fuiſſe Patribus antiquis. Ambr. reuelat & Pater quibus vult Filiū, vnde, Beatus es Simon Bariona, &c. 70. Cyril. Iudæos repellens ſurdos, nec videre volentes. 71. Int. ſ. interiores, non exteriores Phariſæorum qui corpus meum viderunt. 72. Int. i. agnoſcunt illa Sacramenta quæ reuelantur paruulis. 73. Int. quibus me & Patrē reuelaui. 74. Int. ventura prædicando. 75. Int. ſe, & alios regendo. 76. Chry. nouerunt quidem vêrum, & diſpenſatiuum quæ diſpenſauit, ſed non viderunt cum hominibus conuerſantem, vnde Chriſtus dicit, quæ vos videtis. Beda. illi à longè viderunt per ſpeculum, & in ænigmate, Apoſtoli verò in præſentia. 77. Int. verba Legis tenēs, vim Legis ignorās. Amb. 78. Beda. occaſionem ſumpſit, quia Chriſtus dixit nomina diſcipulorum ſcripta in cælis. Cyril. volebat vt aliquid diceret contra Moyſem. Glo. oſtendit in ſua tentatione quàm illud verum ſit, Abſcondiſti hæc à ſapientibus, &c. 79. Cyril. Magiſtrum vocat, & doceri non vult. 80. Cyril quia Dominus ſolebat de vita æterna loqui, vſus eſt iſte hoc principio. 81. Int. Interrogat quod ſcriptum eſt, vt ex ſuis reſponſis iuſtificetur, vel damnetur. x. Baſil. ſeminalis quædam ratio nobis inſita eſt, quam ſi quis doctrina diligenter colat, & foueat, ad perfectionem perducetur; naturaliter enim bonum amamus & benefactores, quorum autem Deus nobis tradidit ſemen, eorum fructus requirit. 82. Greg. Nyſſen. cordis nomine nutritiua, animæ ſenſitiua, mentis intellectiua potentia ſignificatur. 83. Theoph. non remiſsè diligendus eſt Deus. 84. Baſil. proprium noſtræ naturæ, inuicem diligere, & communicare.

85. Greg. 29. Mor. quomodo alteri miſerando pius eſt, qui adhuc iniuſtè viuendo fit impius ſibi?

86. Int. laudat reſponſionem, non laudat factum. Gloſſ. iſte non impleuerat quod ſcriptum erat.

87. Gloſſ. per ſolam dilectionem venitur ad vitam æternam.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

t. Gra. ναὶ aduerbium confirmantis, quod aliàs vertit vtique. q. d. Sar.è id feciſti, quoniā, &c. v. non ſtatim poſt præcedentia, ſed alio tempore. x. pro, dilige. Heb. 83. i. quantū potes. No. quod ex toto corde comprehendit reliqua, ſed adduntur ad maiorē explicationem. Cor quidem animam includit, i. mentem & affectum; toto autem dicitur. i. integro & perfecto, non diuiſo. vide 4. Reg 10. 85. ſ. volendo bonum, nolendo malum, benefaciendo, non malefaciendo. 87. ſ. vita æterna, de qua quæſiſti.

Illc autem volens [88] iuſtificare ſeipſum,dixit ad Ieſum, Et [89] quis eſt meus proximus?Suſ-[a a]cipiens autem Ieſus, [90] dixit: [91] Homo quidam [92] deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho, & incidit in [93] latrones, qui etiam [94] deſpoliauerunt eum: & [95] plagis impoſitis, [96] abierunt, [97] ſemiuiuo [98] relicto. Accidit autem vt [99] Sacerdos quidam deſcenderet eadem via: & viſo illo,præteriuit. Similiter & [100] Leuita,cùm eſſet ſecus locum, & videret eum, per-[101]tranſiit. [102] Samaritanus autem quidam [103] iter faciens, venit [104] ſecus eum: & videns eum, [105] miſericordia motus eſt. Et [106] appropians [107] alligauit vulnera eius, infundens

SENS. LIT. IN CAP. X.

88. Cyrill.laudatus iſte à Chriſto prorupit in ſuperbiam,nullum ſibi proximum putans eſſe,& in iuſtitia comparandum. 89. Glo proximum non habebat,qui nunquam forſitan miſericordiam fecerat. Cyril.vacuus à dilectione proximi oſtéditur,qui non æſtimat aliquem ſibi proximum eſſe, & per conſequens à dilectione diuina;qui enim non diligit fratrem,quem videt, Deum, quem non videt,nó poteſt diligere. 90. Theoph.docet omnes qui eadem natura communicant,proximos eſſe. 91. Aug.de q.Euang Homo iſte Adam,ab Hieruſalem ciuitate pacis.i.à beatitudine lapſus,Hiericho.i.luna nempe mortalitas noſtra. Idem contra Pelag.Hieruſalem paradiſus vbi pax erat,& lætitia ante peccatum,Hiericho mundus in quo omnia orta occidunt,ſicut luna. 92. Baſil.Hieruſalem in loco editiori eſt, Hiericho in conuallibus. 93. Amb.i.Angelos noctis & tenebrarum, in quos non incidiſſet, niſi eis mandati cæleſtis deuius,ſe feciſſet obnoxium. Aug.contra Pelagium.i.diabolū, & angelos eius,qui per inobedientiam primi hominis,humanum genus ſpoliauerunt morum ornamentis,& vulnerauerunt dono poſſibilitatis,liberi arbitrij perdito. Idem de q.Euang.Spoliauerunt immortalitate,reliquerunt ſemiuiuum;ex qua enim parte poteſt Deum cognoſcere viuit,ex qua veró peccatis premitur mortuus eſt,impoſuerunt autem plagas peccata ſuadendo. Idem contra Pelagium. In primo homine plaga, in nobis plagæ,cùm per vnum peccatum quod contrahimus, ſuperaddimus multa. 94. Amb.ſ.indumētis gratiæ.Baſil.prius plagas impoſuerant,præcedit enim vulnus.i.peccatum,nuditatem.i gratiæ carentiam.

95. Bed.peccata,plagæ,quia his naturæ integritas violatur. 96. Beda.non ab inſidiis ceſſando,ſed inſidiatum fraudes occultando. 97. Theop.anima enim immortalis,corpus veró mortale;vel quia ſperabat per Chriſtum ſalutem conſequi. 98. Aug.contra Pelag.vires ei propriæ ad ſurgendum non ſufficiebant. 99. Chry.non profuit ſacrificium. 100. nec lex potuit ſubuenire.Aug.cont.Pelag.in Sacerdote lex per quam ſacerdotium & ſacrificia inſtituta, in Leuita vaticinium Prophetarum. 101. Theop. Lex ſtetit vſque ad tempus præfixum,& non valens curare,abiit. nec ad hoc data eſt,vt curaret,ideò dicitur,accidit quod ſolemus dicere in his quæ non præmeditatè fiunt. 102. Aug. de verb.Dom.ſe Chriſtus voluit intelligi,Samaritanus enim cuſtos interpretatur,& cùm ei dictum eſſet, Samaritanus es, & dæmonium habes,non ſe negauit Samaritanum. Ambr. Chriſtus Samaritanus deſcendens, quis enim deſcendit de cælo,niſi qui aſcendit Filius hominis, &c. 103. Theoph.ſ.ex propoſito vt nos curaret.

104. Aug.con.Pelag.ſ.in ſimilitudine carnis peccati. 105. Aug.cont.Pelag quia nullum meritū inuenit,quo curari dignus eſſet.Gloſſ.hoc de Sacerdote & Leuita non eſt dictum;quia Lex non habet miſericordiam,ſed iudicium & vindictam. 106. Aug.de verb. Dom. quid tam remotum quàm Deus ab hominibus?cùm haberet Deus in ſe duo bona,iuſtitiam & immortalitatem,& nos duo mala, iniquitatem & mortalitatem,factus eſt mortalis,& ita propè nos, non id quod nos.i.peccator, ſuſcipiendoque pœnam,& nō culpam,culpam deleuit & pœnam. 107. Int.ſ.in baptiſmo. Aug.2.de q.Euang.alligatio vulnerum,cohibitio peccatorum;oleum,conſolatio ſpei propter indulgentiam datam ad reconciliationem pacis; vinum,exhortatio ad operandum. Amb.conſtringit vulnera auſteriore præcepto; fouet, vt oleo remiſſione peccati; compungit, vt vino denunciatione iudicij.Greg.20.Mor.in vino morſus diſtrictionis,in oleo mollities pietatis, miſcēda ergo lenitas eſt cū ſeueritate. Theoph.oleū,cōuerſatio ſecundùm hominem,vinum autem ea quæ ſecundùm Deum, quædam eſt operatus humanè, quædā diuinitus, noſq; humanitate & diuinitate ſaluauit.Chry.vinum ſanguis paſſionis,oleū chriſmatis vnctio.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

88. i.oſtendere ſe iuſtum,vt qui eſſet ſollicitus de Legis intelligentia.vide Luc.16. a a. Gr.ὑπολαβὼν, q.d.ſuccedens in vicem reſpondendi.ſic Virgil.Excipit Aſcanius. 92. Hieruſalem enim editiori loco.

oleum

[108] oleum & [109] vinum:& imponens illam in [110] iumentum ſuum,duxit in [111] ſtabulum, & [112] curam eius [113] egit.Et altera [114] die protulit duos [115] denarios:& dedit [bb] ſtabulario, & ait,Curam illius habe, & quodcunque [116] ſupererogaueris, ego cùm [117] rediero, [118] reddam tibi.Quis horum trium videtur tibi [cc] proximus fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit miſericordiam in illum:Et ait illi Ieſus,[dd] Vade,& tu [119] fac ſimiliter. [120] Factum eſt autem dum irent, & ipſe intrauit in quoddam [121] caſtellum : & mulier quædam Martha nomine, [122] excepit illum in domum ſuam, & huic erat ſoror nomine Maria. quæ [ee] etiam ſedens [123] ſecus pedes Domini,audiebat verbum illius.

Sens. Lit. In Cap. X.

108. Int.ſ.Chriſma ſancti Spiritus. 109. Int.ſ.calicem ſuæ paſſionis. 110. Aug.de q. Euang.iumentum Chriſti caro,imponi iumento,eſt in ipſam incarnationem credere. Amb.iumento imponit dum peccata noſtra portat. Theoph.membra ſua nos fecit, & participes corporis ſui. 111. Chry.Eccleſiam quæ in itinere mundi laſſatos, & ſarcinis delictorum defeſſos ſuſcipit; &, depoſito onere peccatorum, reficit.Beda.iumento impoſitum,induxit in ſtabulum; nemo enim niſi per baptiſmum Chriſti corpore adunatus,Eccleſiam intrat. 112. Int.ſ.ſpiritualem. 113. Amb.quia redeundum ei erat vnde deſcenderat. 114. Amb.ſ.Dominicæ reſurrectionis. 115. Amb.ſ.duo teſtamenta,quæ in ſe imaginem tenent æterni Regis expreſſam.Glo.poſt reſurrectionem Apoſtolis ſenſum aperuit, vt intelligerent Scripturas ad regendum populum.Aug.de q.Euang.id eſt,duo præcepta charitatis, quam acceperunt Apoſtoli ad euangelizandum,vel promiſſionem vitæ præſentis,& futuræ. 116. Aug. de q. Euang. ſtabularius fuit Apoſtolus, qui ſupererogauit conſilium de virginibus dans, manibus operans, &c. multum etiam ſupererogauerunt qui Scripturam expoſuerunt. 117. Amb.ſ.die iudicij. 118. Amb.reddes Domine quod debes,beati quibus es debitor. 119. Cyril.inutilis eſt ſacerdotis dignitas,& Legis ſcientia, niſi per opera bona confirmetur. Chryſ.q.d.quem vides oppreſſum,adiuua,quicunque is ſit.Aug.id eſt,de doctrina Chriſtiana,cap.30.hinc intelligimus illum eſſe proximum,cui exhibendum eſt officium miſericordię, ſi indigeat,à quo nemo excipitur,dicente Domino; Benefacite his qui vos oderunt. continentur ergo etiam Angeli hoc præcepto quo iubemur diligere proximum, impendunt enim nobis miſericordiæ officia,& Dominus ſe proximum noſtrum dici voluit,opitulatus eſt enim ſemiuiuo iacenti. Amb. non cognatio facit proximum,ſed miſericordia quæ eſt maximè ſecundùm naturam. 120. Beda. Dilectio Dei & proximi rebus ipſis deſignatur. 121. Orig.ſ.Bethaniam. 122. Aug.de verb.Dom. ne quis putet beatos ſolos,qui Chriſtum in ſua perſona ſuſcipere meruerunt. Dictum enim eſt ab ipſo, quod vni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis. 123. Aug.de verb.Do.Martha paſcere Dominum,iſta paſci magis elegit, & quanto humilius ad pedes ſedebat,tanto amplius capiebat,confluit gratiæ aqua ad humilitatis conuallem. Chry. ſignificatur Mariæ diligentia & ſolertia in auditione; & multa ad Dominum reuerentia,docet verò Dominus diſcipulos ſuſceptos, debere ſuſcipientes replere ſacris doctrinis, eos verò qui ſuſcipiunt,hilariter id facere & feruenter,Martha inquit ſatagebat,&c.

Sens. Myst. In Cap. X.

122. Aug.de q.Euang.Excipit nunc Eccleſia Chriſti in cor ſuum, Maria eandem Eccleſiam ſignificat,ſed in futuro ſæculo,vbi ſola ſapientia perfruetur,& quo per miniſterij merita peruenitur.Gr.6.Moral.c.28.Maria vita contẽplatiua,Martha actiua,magna ſunt actiuæ merita, ſed contemplatiuæ potiora; actiuę opera corpore tranſeunt,contemplatiuæ gaudia melius ex fine conualeſcunt. Glo.intrante Chriſto in domum,vita iniqua,ſi aliquando fuerat,fugit:remanent duæ vitæ innocentes, laborioſa,& otioſa,inter quas medius eſt fons vitæ; ſedet Maria,id eſt,mentis quiete fruitur, pacatis vitiorum tumultibus;Martha ſtat,deſudat enim in certamine,illud vero non eſt tibi curæ, &c. ex illorum perſona dicitur,qui diuinæ contemplationis ignari, ſolùm fraternæ dilectionis opus Deo placitum, omneſque huic mancipandos putant, non aufertur Mariæ pars, ſed magis perficitur,at actiuæ cum corpore deficit, in æterna enim patria non erunt neceſſaria pietatis opera, tranſit labor multitudinis, remanet charitas vnitatis;meritò igitur contemplationi omnia virtutum ſtudia poſtponuntur.

Addit. Avct. In Cap. X.

108. ſ.ad leniendum. 109. ſ.ad corrodendum humorem,lauandumq; vulnus. 111. i.diuerſorium. 114. i.poſtridie. bb. i.hoſpiti. cc. i.proximi officio functus. dd. pro agedum.Heb. 121. i.pagum, ſcilicet,Bethaniam,quæ in latere montis Oliueti diſtans ab Hieruſalem duobus milliaribus. ee. ſ.cum alijs feminis,vel q.d.totam ſe etiam compoſuerat ad attentionem quieto etiam corpore.

[124] Martha autem ſatagebat [ff] circa [gg] frequens miniſterium. quæ ſtetit [125] & ait, Domine, non eſt tibi curæ quod ſoror mea [126] reliquit me ſolã miniſtrare? Dic [hh] ergo illi vt me adiuuet. Et reſpondens dixit illi Dominus, [127] Martha, Martha, ſollicita es, & [128] turbaris erga plurima. Porrò [129] vnũ eſt neceſſariũ, [130] Maria [131] optimam partẽ elegit, quæ non [132] auferetur ab ea.

Sens. Lit. In Cap. X.

124. Int.ſ.miniſtrans neceſſaria mortali carni qua indutus erat Dei Filius. 125. Int.ſ.conquerens de ſorore. Aug.de ver.Dom. 126. Aug de verb.Dom.erat enim intenta dulcedini verbi Domini, laborabat illa, vacabat iſta, miráque ſuauitate tenebatur, quæ maior eſt mentis quàm ventris, cauſamque ſuam iudici maluit committere, ne ſi reſponderet, audiendi intentionem remitteret. 127. Aug.de ver. Dom. repetitio nominis indicium dilectionis, aut repetit vt attentius audiat. 128. Aug. de verb. Dom. vult qui miniſtrat, quod aliquando non poteſt, & queritur quando deeſt, diſtenditur animus quia temporalia multa ſunt, & diuerſa ſunt, non reprehendit autem Dominus Marthæ miniſterium, & hoſpitalitatis curã, alioqui dimittẽda eſſet, & vacãdum verbo, & vni inſtandum ſcientię omiſſis operibus miſericordiæ, ſed munera diſtinxit. Theoph. non prohibet Dominus hoſpitalitatem, ſed plurimorũ turbationem & tumultum. 129. Int.ſ.Deo iugiter inhærere. Aug.de verb.Dom. vnum ſunt Pater, Filius & Spiritus ſanctus, ad hoc vnum nos non perducit, niſi multi habeamus cor vnũ. Baſil. vniformis eſt vita Chriſtiani, & ad vnũ intẽdens. ſ.Dei gloriã. Gl. præponitur vnũ multis, ſed multa tamẽ neceſſaria ſunt tẽdentib' ad vnũ. 130. Int. Mariæ factus eſt aduocatus qui iudex fuerat interpellatus. 131. Aug.de ver.Dom. nõ tu malã, ſed illa meliorẽ. Amb. ſapientię deſideriũ maius & perfectius opus, ne ergo miniſterij cura cognitionẽ verbi cæleſtis auertat, nec otioſos iudices quos videas ſapiẽtię ſtudere. 132. Aug.de ver.Do. auferetur à te labor, vt requies detur, dulcedo veritatis in hac vita augetur, in illa pficietur, nũquã auferetur.

Addit. Avct. In Cap. X.

ff. id eſt, anxiè torquebatur, diſtrahebatur, ſeu diſtendebatur. gg. Gra. multum. hh. alioqui enim non auelletur. 127. repetitio ad attentionem, vel ex beneuolentia. 128. id eſt, tumultuaris. 129. id eſt, vno opus eſt ſ.ſtudio rerum diuinarum. 131. Gr. bonam illam, nempe optimam.

CAPVT XI.

ET factum [1] eſt, cùm eſſet in quodam loco orans, [3] vt ceſſauit, [4] dixit vnus ex diſcipulis [a] eius ad eum: Domine, doce nos [5] orare, ſicut docuit Iohannes diſcipulos ſuos. Et ait illis, Cùm oratis, [6] dicite, Pater,

Sens. Lit. In Cap. XI.

2. CYRIL. vt comedit & bibit. quia homo, ita oratione vtitur, docet verò nos attentè orationibus inſiſtere. Gloſſ. ideo ſæpe Chriſtus inducitur orans, vt diſcipulos ad orationis ſtudium inducat. 3. Int.ſ.orare. 4. Titus. nouam conuerſationem videntes, nouam orationis formam poſtulant. 5. Titus.ſ.vt ea petamus, atque eo modo quo decet. 6. Baſil. Duo ſunt orandi modi. Vnus laudis cum humilitate. Secundus, petitionis: ab illo autem primo exordium ſumendum eſt. Aug. de verb. Dom. ex malo ſeruo factus es bonus filius: non eſt arrogantia, ſed fides, & deuotio prædicare quod acceperis, dic ergo Pater, quaſi filius, ſed noli tibi aliquid ſpecialiter vindicare, ſolius Chriſti ſpecialis eſt Pater, quia genuit, nobis autem communis, quia creauit; ideo ſecundùm Matthæum dicitur Pater noſter. Gregor. Nyſſ. non oportet eſſe corruptæ vitæ qui Deum Patrem vocat.

Sens. Myst. In Cap. XI.

1. BEDA. Poſt hiſtoriam ſororum quibus duæ Eccleſiæ vitæ ſignificantur, orat, & orare docet: oratio enim quam docuit, vtriuſque vitæ myſterium continet, & vtriuſque vitæ perfectio non noſtris viribus, ſed precibus obtinenda eſt.

Addit. Avct. In Cap. XI.

a. ſcilicet, ex Septuaginta. Apparet Chriſtum bis docuiſſe orandi modum, ſemel in monte, & iterum iſto interrogante.

[7] ſanctificetur nomen tuum. [8] Adueniat regnum tuum, [9] Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie, [10] Et dimitte nobis peccata noſtra, [11] ſiquidem & nos dimittimus debitoribus noſtris: [12] Et ne nos inducas in tentationem. [13] Et ait ad illos, [14] Quis veſtrum habebit [15] amicum & ibit ad illum [16] media nocte, & dicet illi, Amice, commoda mihi [17] tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam

SENS. LIT. IN CAP. XI.

7. Greg.Nyſſ.omnium bonorũ caput eſt, glorificare nomen Dei in vita noſtra; glorificatur verò per vitam puram. Chry.vt qui videt pulchritudinem cæli, Deum laudat, ita qui videt alicuius virtutẽ. Aug. de verb.Dom.Sanctificetur,i.ad nos eius ſanctificatio perueniat. Titus.Sanctificetur,i.nota ſit toti mundo ſanctitas tua,& te laudet, rectos autem decet collaudatio: iubet ergo orare pro emendatione totius mundi. Orig.Sanctificetur,i.tibi ſoli Dei nomen tribuatur,nõ creatoris,vt ab errantibus ſolet. 8. Orig. vt euacuetur regnũ mundi & peccati. Greg.Nyſſen.petimus liberari à corruptione,vel, ſecundùm quoſdam,vt veniat ſuper nos Spiritus ſanctus, & purificet nos. Aug.de verb.Dom. Tunc venit regnum Dei, quando ſumus Dei gratiam conſecuti: ait enim, Regnum Dei intra vos eſt. Cyrill.qui hoc dicũt, videntur optare Christi aduentum ad iudicium, quo coronãdi ſunt qui bene vixerunt, vnde apud Matthæum additur, Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Chry.quaſi dicat, da nobis imitari cæleſtem conuerſationem. Greg.Nyſſen.in carne non carnaliter viuendum eſt, ſed diſponenda vita ad eam quæ ſperatur. Aug.in Ench.cap.115.apud Matthæum. Septem petitiones ſunt in oratione Dominica. Apud Lucam verò quinque. 9. Aug.de verb.Dom.in Græco ἐπιούσιον epiuſion,i.ſuperſubſtantialem,qui ſcilicet animę noſtræ ſubſtantiam fulcit. Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum ſumes? accipe quotidie quod quotidie tibi proſit, ſic viue, vt quotidie merearis accipere, qui vulnus habet, medicinam quærit, medicina eſt cæleſte & venerabile Sacramentum, ſi quotidie accipis, quotidie tibi eſt hodie. Cyril.Ex eo quod iubet panẽ petere,i.quotidianum alimentum, videtur velle eos colere paupertatem, petunt enim panem non qui habent, ſed qui penuria opprimũtur. Baſil.Exponenda eſt Deo neceſſitas naturæ, & petendus panis. Chry.Petenda ſunt vitæ neceſſaria, nõ quæ delectant, ſed quæ ſubſtantiã corporis ſuſtentant. 10. Tit.ſ.ne impediamur à ſacra cõmunione propter humana peccata, additũ eſt antẽ hoc, quia nullus ſine peccato reperitur. 11. Titus.fit iuſtè à Deo dimiſſio, quando nos relaxamus his qui nobis nocuerunt. Cyrill.vult, vt ita dicam, patientię noſtræ imitatorem fieri Deum, vt talis in nos ſit, quales fuerimus in conſeruos. gratiæ verò ſunt agendæ debitoribus noſtris, vt qui nobis fiant (ſi ſapimus) cauſa indulgentiæ maximæ. 12. Aug.de verb. Dom. quam ſcilicet ferre non poſſumus. Titus. petimus non derelinqui à Deo, nam non tentari eſt impoſſibile, dicitur verò Deus aliquando facere quod permittit. 13. Chry.ſ. oſtendens patienter orandum eſſe. 14. Int.pro, ſi quis.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

15. Theoph.Amicus eſt Deus, qui omnes amat, & ſaluos vult fieri. Amb.quis nobis amicior, quàm qui pro nobis corpus ſuum tradidit? 16. Amb.Docemur etiam noctibus orare. Media nocte, inquit Dauid, ſurgebam ad confitendum tibi, nõ timuit excitare dormientẽ, quem ſcit ſemper vigilantem. 17. Aug. de verb. Dom. tres panes myſterij cæleſtis alimentum. venit amicus de via,i.vita huius ſeculi, in qua omnes peregrinamur, vel de vita mala, venit, inquam, vt interroget quod tu fortè neſcis, & compelleris quærere, vbi obſcurè ſcriptum eſt fortè in Paulo, aut Petro, &c. quos non potes interrogare, requieſcunt enim cum Domino, nox media eſt huius ſeculi valida ignorãtia, adis ergo ad Dominum oratione pulſans. Aug.de q.Euang. Amicus ad quem venitur, Deus; media nox, tribulationis tempus, tres panes, intelligentia Trinitatis, amicus veniens de via, appetitus ſeruiens conſuetudini temporali, à qua reuocatur conuerſus ad Dominum, quærensque gaudium de doctrina ſpirituali. Aug.de verb.Dom. Cùm perueneris ad intelligentiam Trinitatis, habes vnde viuas, vnde paſcas, ne timeas, non enim panis ille finitur. Theophyl.Media nox, finis vitæ, in quo multi ad Deum veniunt, vel profundum tentationum, tres panes, neceſſitas corporis, animæ, & ſpiritus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

7. pro, celebretur. Hebr. 9. Græc. ἐπιούσιον, i. ſuperſubſtãtialem, ſeu craſtinum. vide apud Matthæum. d.Græ. quædam καθ' ἡμέραν, i. quotidie. 14. Parabola hæc ſumpta à diſſimili, vt illa de villico, & de iudice iniquo. Dedit iſte importuno tempore rogatus, quanto magis Deus, cui nullũ tempus importunum?

ante illum:& ille deintus reſpōdens dicat,[18] Noli mihi moleſtus eſſe, iam [19] oſtium clauſum eſt,& [20] pueri mei mecum ſunt in cubili:non poſſum ſurgere & dare tibi. Et ille ſi perſeuerauerit [21] pulſans:dico vobis,etſi non dabit illi ſurgens,eo quod amicus eius ſit, propter [22] improbitatem tamen eius ſurget, & [23] dabit illi [24] quotquot habet neceſſarios. Et ego [25] dico vobis,[26] Petite,& dabitur vobis:[27] quærite,& inuenietis:[28] pulſate & aperietur vobis.[29] Omnis enim qui petit, [30] accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti [c] aperietur. [d] Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid [31] lapidem dabit illi? Aut [32] piſcem: nunquid pro piſce [33] ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit [34] ouum, nunquid porriget illi [35] ſcorpionem?Si ergo vos cùm ſitis [36] mali,noſtis bona [37] data dare filiis veſtris:

Sens. Lit. In Cap. XI.

21. Int.non pudore perterritus,ſed neceſſitate coactus. 22. Aug.de q.Euang.quaſi dicat,quāto magis Deus,qui ſine tædio largiſſimè donat quod petitur? 25. Cyrill.hoc vim habet iuramenti 26. Int. orando. 27. Int.ſ.rectè viuendo.Chry.petitio orationem oſtendit;inquiſitio ſtudium,& diligentiam; ſollicitè quærendus eſt Deus,vt aurum perditum quæri ſolet. 28.Int.ſ.perſeuerando.Chry ſi immoraberis,recipies.ob hoc clauſum eſt oſtium,vt pulſes.Græc.pulſatur manu,i.bonis operibus. 29. Aug.de verb.Dom.non hortaretur nos tantopere vt peteremus, niſi dare vellet. 30. Orig.ſ.nihil omiſerit eorum quæ conferunt ad petitorum obtentum,alioquin, vt ait Iacobus, petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis Baſil.non impetrat,ſed magis Deum irritat,qui remiſsè, & vagante mēte diuinum implorat auxilium;oportet coram Deo attentum,& tremebundum aſſiſtere; cùm autem quis non ex negligentia,ſed ex fragilitate vagatur,ſeque,quantum poteſt,cohibet,Deus ignoſcit.Petunt quidam, & non accipiunt,quia infideliter petunt,vel leuiter,vel non conferentia, vel non perſeuerantes,&c.Gloſſ.ſi petenti datur,& quærenti,& pulſanti, & cet.cui non datur,non bene petiit, quæſiuit & pulſauit, prope eſt Dominus inuocantibus eum in veritate:& volūtatem timentium ſe facit. d. Int.pro,ſi quis. 32. Cyrill.ſ.ſi petierit. 36. Beda.Etiam Apoſtoli ſupernæ bonitatis reſpectu mali, ſolus enim Deus per ſe bonus.Glo.Apoſtoli nondum immunes à delictis, quæ quotidianis orationibus iubentur curari. 37. Int. ſ.veſtra datis.

Sens. Myst. In Cap. XI.

18. Aug.de ver.Do.Qui differt dare, vult amplius deſideres dilatum, ne viloſcat citò datum.Baſil.differt vt agnoſcas Dei eſſe donum,& in timore cuſtodias.Quod multo labore acquirimus, cuſtodimus, ne,ſi perdiderimus,laborē amittamus.Glo.Non aufert ſpem impetrandi, ſed vehementius accendit deſiderium orandi, oſtenſa difficultate conſequendi. 19. Bed.Hoc eſt oſtium quod ſibi Paulus expoſcit aperiri populi orationibus, ad loquendum myſterium Chriſti:& fortè illud eſt quod apertum vidit Iohannes,cui dictum,Aſcende huc, &c.Aug.de q.Euang ſignificatur tempus famis verbi, cùm intelligentia clauditur. 20. Aug.de q.Euang. ſignificantur iam eſſe in quiete cum Domino prædicatores verbi, & tamen orando efficitur,vt accipiat deſiderans intellectum à Domino, etiamſi homo deſit,per quem ſapientia prædicetur.Greg.Nyſſen.cubile,ſaluatorum requies. 23. Int.ſpem ſe inſpirando,vel doctorem mittendo. 24. Int.etſi non quantum ille voluerit. 31. Aug.de q.Euang.panis,charitas,ſine qua cætera nihil ſunt,vt ſine pane menſa inops,lapis,cordis duritia;piſcis, fides inuiſibilium, quæ mundi fluctibus circumiactata non frangitur,& de inuiſibilibus locis capitur:ouum ſpes,ouum enim nondum perfectus fœtus,ſed ſperatur.Glo.Fides inuiſibiliter in corde gignitur, vt piſcis ſub aquis naſcitur,& inuiſibili gratia per baptiſmum conſecratur; inuiſibili auxilio Dei nutritur; & inuiſibilium præmiorum intuitu operatur. 33. Int. id eſt, infidelitatem quam ſerpens primo homini inſpirauit. 34. Int. id eſt, ſpem. 35. Int.id eſt, deſperationem. Aug.de q. Euang. Scorpionis aculeus venenatus retrò timendus eſt,contrarium ſpei retrò reſpicere; ſpes enim in illa quæ ante ſunt ſe extendit.

Addit. Avct. In Cap. XI.

22. Gra ἀναίδειαν,*impudentiam, quaſi dicat, inuerecundam, & vrgentem perſeuerantiam. c. pro, aperiri ſolet. 35. Græc.* δόματα, *i.dationes.*

quanto magis Pater veſter cæleſtis de cælo dabit ſpiritum [38] bonum petentibus ſe? Et
[e] erat ejiciens dæmonium, & illud erat [39] mutum. Et cùm eieciſſet dæmonium, locutus
eſt mutus: & admiratæ ſunt [40] turbæ. [41] Quidam autem ex eis dixerunt, In [42] Belzebub
principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Et [43] alij tentantes, [44] ſignum de cælo quærebãt
ab eo. Ipſe autem vt vidit [45] cogitationes eorum, dixit eis, [46] Omne regnum in ſe diuiſum
deſolabitur, & domus [g] ſupra domum cadet. [47] Si autem & ſathanas [h] in ſeipſum diuiſus
eſt, quomodo ſtabit regnum eius? quia dicitis in Belzebub me ejicere dæmonia. Si
autem ego [l] in Belzebub ejicio dæmonia; [48] filij veſtri in [m] quo ejiciunt? Ideo ipſi [49] iudices
veſtri erunt. Porrò ſi in [50] digito Dei ejicio dæmonia, profectò peruenit in [51] vos re-
[52] gnum Dei. [n] Cùm [53] fortis armatus cuſtodit [54] atrium ſuum: in [55] pace ſunt ea quæ poſſidet.

SENS. LIT. IN CAP. XI.

38. Beda. ex quo bona omnia. Athanaſ. non ſic diceretur, niſi eſſet de ſubſtantia Dei, qui ſolus bonus, quandoquidem & Dominus renuit dici bonus in eo quod homo factus eſt. e. Glo. miracula operatur, vt qui prædicanti non credunt, viſis miraculis credant. 39. Int. i. mutum faciens. Theoph. Græcè κωφὸς, id eſt, qui nec audit, nec loquitur, & quidem qui à natiuitate non audiuit, neceſſariò non loquitur, iſte ſanè & mutus erat & ſurdus. Beda. iſte apud Matthæum cæcus fuiſſe dicitur, itaque tria ſigna ſimul facta ſunt in vno homine, cæcus videt, mutus loquitur, poſſeſſus à dæmone liberatur, ſic quotidie in conuerſione expulſo dæmone illuminatur homo, & Deum laudat. 40. Beda. quæ minus eruditæ videbantur. 41. Int. ſ. Scribæ & Phariſæi, non ſimplex turba. Beda. 42. Beda. is Deus erat Acharon. Glo. Ninus Belo patri ſtatuam conſecrauit, Caldæi Bel vocabant, Paleſtini Baal, Moabitæ Beelſegor, Iudæi Beelzebub. Bal enim vir, Zebub muſca, quaſi vir muſcarum, ſeu muſcas habens, ob ſordes, ſcilicet cruoris, qui in eius templo immolabatur. 43. Cyril. Pari liuore ſtimulati. 44. Glo. vt ignem ſicut Eliæ tempore, aut manna, vt ſub Moyſe, aut tonitrua & imbres, vt ſub Samuele; non exhibuit verò Chriſtus, nam & illa etiam fuiſſent calumniati. proprium Iudæorum, quærere ſigna, vnde Paulus, Iudæi ſigna petunt. 45. Chry. metu multitudinis non audebant diuulgare quod ſentiebant. Beda. ad cogitata reſpondit, vt vel ſic credant eius potentiam, qui corda nouit. 46. Oſtendit regnum ſuum indiuiſum, & perpetuum. Beda. vnum regnum Patris, Filij, & Spiritus ſancti, & vna maieſtas. 47. Chry. ſecunda ſolutio. 48. Chry. non dicit, diſcipuli mei, ſed filij veſtri, volens eorum permulcere furorem. Beda. ſignificat exorciſtas Iudæorum, qui ad inuocationem Dei ejiciebant dæmones. 49. Chry. i. condemnabunt non credentes, ex vobis enim orti mihi obediunt. Glo. Iudices non poteſtate, ſed comparatione, dum expulſionem non diabolo, ſed Deo aſſignant. 50. Aug. 2. de conſ. Euang. Matthæus ſpiritum dicit. Aug. 2. de q. Euan. Spiritus ſanctus, digitus Dei, ob partitionem donorum, quæ in eo cuique dantur; in nullis enim mẽbris magis apparet partitio, quàm in digitis. Cyril. Spiritus ſanctus digitus; manus & brachium Filius; per eum enim Pater cuncta operatur, & Filius per Spiritum ſanctum ſibi conſubſtantialẽ. Gloſſ. hoc digito ſcripta lex in tabulis; hunc digitum Magi confeſſi ſunt in Ægypto. Amb. ad formam vnitatis, non ad diſtinctionem poteſtatis referenda digiti nuncupatio. Athana. gratia humanitatis ſe dicit minorem Spiritu ſancto, & in eius virtute dæmonia ejicere. 51. Chry. q. d. cur veſtra bona faſtiditis?

52. Amb. oſtendit imperialem eſſe Spiritus ſancti poteſtatem, in quo regnum eſt Dei, eóſque in quibus habitat Spiritus ſanctus eſſe regalem domum. Glo. Regnum Dei, id eſt, iudiciaria poteſtas, qua bonos à malis ſecernet in die iudicij; vel peruenit reguum Dei, id eſt, patefactus eſt aditus regni cæleſtis. n. Glo. oſtendit ſe non conſentire cum diabolo, ſed ſuperare & ejicere à fidelibus. 53. Chry. fortis diabolus, non naturaliter, ſed noſtra puſillanimitate. 54. Beda. ſ. mundum. 55. Beda. vſque ad Chriſti aduentum in infidelium cordibus, diabolus ſine contradictioue quieſcebat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

39. i. faciens hominem mutum. f. i. periculum eius potentia facere cupientes. g. pro contra. ſ. diuiſa, domus autem pro familia. h. i. contra ſe, pro, ſecũ ipſe diſſidet. l. pro, Beelzebub præſidio. m. pro, cuius præſidio, & ope. 50. i. virtute, vel Spiritu ſancto, vt patet ex Matt. 12. 52. A Ichanne, & à me prædicatum. ſ. cùm ſic dæmones expelluntur nouo miroq; modo. 55. pro ſalua ſunt. Hebr.

Si autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa [56] arma eius auferet in quibus
confidebat: & [57] ſpolia [58] eius diſtribuet. [59] Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non
colligit mecum, [60] diſpergit. [61] Cùm immundus ſpiritus exierit de homine, ambulat per
[o] loca inaquoſa, quærens requiem. Et non inueniens dicit, Reuertar in domum meam
vnde exiui. Et cùm venerit [p] inuenit eam ſcopis [62] mundatam. Tunc vadit, & [q] aſſumit
[63] ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima
hominis illius [64] peiora prioribus. Factum eſt autem cùm hoc diceret: [65] extollēs vocem
quædam mulier de turba, [66] dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & [67] vbera quæ ſuxi-
ſti. At ille dixit, [68] Quinimò beati qui [69] audiunt verbum Dei, & [70] cuſtodiunt illud. Turbis
autem [71] concurrentibus cœpit dicere, Generatio [72] hæc, generatio [73] nequam eſt:

Sens. Lit. In Cap. XI.

56 Theoph. id eſt, ſpecies peccatorũ. Beda. i. aſtutias, & dolos. 57. Beda. ſ. homines ab eo deceptos. 58. Baſil. ſ. exhibens fideles cuſtodias Angelorum. Beda. quoſdam dedit Apoſtolos, alios Euangeliſtas, &c. 59. Chry. quarta ſolutio. 60. Cyrill. Sathanas tentat diſpergere à Chriſto congregata. Chry. videtur Iudæos tangere, connumerans eos cum diabolo. nam & ipſi agebant contra eum, & diſpergebant quos congregabat. Gloſſ. Poſſunt hæc de omnibus hæreticis & ſchiſmaticis intelligi, qui omnes excluduntur à regno Dei. 61. Chry. oſtendit vnde Iudæis contingat ad huiuſmodi de Chriſto opiniones labi: itaque apud Matthæum additur, ſic erit & generationi huic peſſimæ. quamdiu erant Iudæi in Ægypto, viuentes ritu Ægyptiorum, habitabat in eis diabolus, qui eſt expulſus mactato agno in figura Chriſti, &c. Ambr. A Iudæis per legem ſpiritus immundus exierat, ſed quia in gentibus prius quidem aridis, ſed poſt per baptiſma humeſcentibus, requiem non potuit inuenire, regreſſus eſt ad Iudæos.
62. Amb. ſcilicet, forenſi & perfunctoria ſpecie comptam. Glo. ſuperfluis obſeruationibus & ceremoniis legis, quæ nihil valent poſt Chriſti aduentum. q. Glo. ſ. vt firmiùs poſſideat. 63. Ambr. vt nobis multiplicatur ſeptiformis Spiritus gratia; ita illis immundorum ſpirituum omnis cumulatur iniuria, vniuerſitas enim hoc numero ſignificatur. 64. Chry. Maior nũc penuria virtutis in Iudæis: & ærumna vehementior; & dæmonum poteſtas ſæuior. Glo. deteriores nunc Iudæi blaſphemantes Chriſtũ, quàm olim in Ægypto; maior enim infidelitas venientem non ſuſcipere, quàm venturum non credere. Cyril. Fiunt nouiſſima peiora, iuxta illud, Melius erat viam veritatis non agnoſcere, quàm poſt agnitam retroire. Beda. Accidit hoc malis à quibus exierat diabolus tempore baptiſmatis; exploratis enim fidelium cordibus quæ ſunt inaquoſa, id eſt, à fluxis cogitationibus expurgata, redit ad vacantes, & bonis operibus non ſtudentes; ſecumq́; affert vniuerſa vitia. Chry. Grauior eſt pœna ſequentiũ peccatorum.
65. Int. Magna fiducia inter blaſphemos confiteri Dei Filium. Beda. 67. Beda. cuius lacte nutritus eſt, eius & ſemine conceptus; ex eodem enim fonte, ſecundùm Phyſicos, vtrumque manat. 68. Chry. non eſt reſponſum repudiantis matrem, ſed oſtẽdentis quod nihil ei partus profuiſſet, niſi fidelis fuiſſet. Beda. Dei genitrix inde quidem beata, quia verbi incarnandi miniſtra temporalis; ſed inde multo beatior, quia eiuſdem ſemper amandi cuſtos æterna. 69. Int. id eſt, anteriori aure percipiunt. 70. Int. ſcilicet, opere. Beda. Iudæos percutit, qui verbum Dei non audire, & cuſtodire, ſed negare & blaſphemare quærebant. 71. Int. quaſi ad videnda miracula quæ ab eo audiebant fieri. 72. Int. ſ. Iudæorum. 73. ſcilicet, adultera.

Sens. Myst. In Cap. XI.

66. Int. figura Eccleſiæ quæ in medio gentium confitetur Creatorem.

Addit. Avct. In Cap. XI.

58. ſ. cõmittens oues Apoſtolis, & ſucceſſoribus. 61. Senſus parabolæ eſt, cùm dæmõ ab homine pellitur, quieſcere non poteſt, vt qui pulſus domo, nõ poteſt quieſcere in locis deſertis, ſed redit, reperiensq́; paratum ad ſe recipiendũ, vt eſt parata domus purgata, & ornata, ingreditur, idq́; multis comitatus dæmonibus, vt tutius poſſideat, ſic Iudæis accidet. o. ſ. ſolitudines. p. præſens tẽpus. 68. Græ. μενοῦνγε, veris poteſt certè. 70. Indicatur neceſſaria perſeuerantia. 71. Græ. ἐπαθροιζομένων, i. condenſantibus ſe.

ſignum

[74] ſignum quærit, & ſignum [75] non dabitur ei niſi ſignum [76] Ionæ Prophetæ. [r] Nam ſicut fuit Ionas [s] ſignum Niniuitis: ita erit & filius hominis generationi iſti. [77] Regina auſtri ſurget in iudicio cum [t] viris generationis huius, & [78] condemnabit illos, quia venit à finibus terræ audire Sapientiam Salomonis. & ecce pluſquam Salomon [79] hic. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam: quia [80] pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce [81] pluſquam Ionas hic. [82] Nemo [83] lucernam accendit, & in abſcondito ponit, neque ſub modio: [v] ſed ſupra candelabrum, [u] vt qui ingrediuntur lumen videant. [x] Lucerna [84] corporis tui, [85] eſt oculus tuus. Si [86] oculus tuus fuerit [87] ſimplex, [88] totum corpus tuum [89] lucidum erit: ſi autem

SENS. LIT. IN CAP. XI.

74. Int. quaſi illa quæ viderant ſigna non fuerint. Baſil. Signum eſt res manifeſta, occulti continens declarationem, ſicut Ionæ ſignum, deſcenſum Chriſti ad Inferos, & aſcenſum à mortuis repræſentat.
75. Int. ſ. de cælo quo indigni ſunt. Beda. ſed de profundo inferni. ſ. paſſionis, non glorificationis. Glo. Diſcipulis dedit ſignum diuinitatis, transfiguratus in monte, & ſubleuatus in cælum. 76. Ambr. quod ſignum eſt Dominicæ paſſionis, & ſceleris Iudæorum, qui exemplo Niniuitarum, non deberent deſperare indulgentiam, ſi vellent agere pœnitentiam. 77. Int. Electa fuiſſe non dubitatur. Beda. s. Beda. Vna erit reſurrectio omnium; bonorum ſcilicet & malorum, idque in ipſo iudicio. 78 Beda. non poteſtate iudicij, ſed comparatione facti melioris. 79. Int. i. in hoc loco. Beda. in præſentiarũ inter vos conuerſatur. Chry. q. d. Feſtinauit mulier barbara per longum iter auditurа ſcientiam animantium, vires herbarum; vos cùm audiatis ipſam ſapientiam de cæleſtibus inſtruentem, & verba ſignis comprobantem, alienamini, &c. 80. Int. quod Iudæi non fecerunt ad prædicationem Chriſti. Chry. Niniuitæ, barbari, qui nunquam acceperant auditum diuinum, conuerſi ad vocem ſerui, non cælorum regnum annunciantis, ſed euerſionem vrbis. 81. Ionas paucis diebus prædicauit, & peregrinis; & ſignum non fecit; Chriſtus diu, & ciuibus, & multa ſigna fecit. 82. Int. de ſeipſo hoc dicit. Beda. Oſtendens nõ eſſe occultãdam fidelibus lucis ſuæ claritatem. Cyril. Dicebant Iudæi Chriſtum facere miracula ob applauſus audientium, hanc igitur calumniam reprobat. v. Glo. condẽnantur Iudæi qui ſigna exterius quærendo, apertam lucis ianuam nolunt ingredi credendo. x. q. d. ego lucernam fidei in veſtris ſenſibus accendo, & in Eccleſia pono; vos, quantum in vobis eſt; lucernas veſtras accendite, id eſt, intentiones cordis mundate. 84. Int. id eſt, totius tuæ operationis. 85. Int. id eſt, mentis intentio. Theoph. Iudæi Chriſti miracula accuſabant, cùm deberent agnoſcere, ad hoc enim lucernam à Deo, id eſt, intellectum acceperant, vt intelligerent. Orig. oculus dicitur intellectus, qui corpus, id eſt, totam animam illuſtrat.
86. Int. id eſt, intentio. Greg. Naz. Eccleſiæ lucerna, & oculus, prælatus. 87. Int. ſcilicet, pura, & recta.
88. Int. etſi coram hominibus aliquid imperfectionis habere videaris. 89. Greg. 28. mor. cap. 28. Bona intentio opus illuſtrat, peruerſa obſcurat.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

77. Ambr. Exprimit Eccleſiæ myſterium, quæ de orbis finibus congregatur, vt pacifici Salomonis verba cognoſcat; regina plane cuius regnum eſt indiuiſum, de diuerſis & diſtantibus populis in vnum corpus aſſurgens. Greg. Nyſſ. vt illa regina Æthiopum, & longè diſtans: ſic Eccleſia nigra in principio, & diſtans à Dei notitia; ſed Chriſto offert poſtea pietatis aromata, aurum diuinæ notitiæ, & gemmas. i. obedientiam præceptorum. 80. Ambroſ. ſignificatur Eccleſia quæ ex duobus conſtat, vt aut peccare neſcias, quod pertinet ad Auſtri regionem, aut deſinas quod ad Niniuitas; pœnitentia delictum abolet, ſapientia cauet. 83. Int. id eſt, fidem. Beda. Flamma diuinitatis ſuæ Dominus humanæ naturæ teſtam impleuit, quæ non eſt credentibus abſcõdenda, nec modio. i. legis menſura includenda, aut intra vnius gentis Iudææ terminos; ſed ſupra candelabrum, id eſt, Eccleſiam ponenda, noſtriſque frontibus fides incarnationis affigenda. Amb. Lucerna, fides; qua reperitur drachma quæ perierat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

r. ſ. quod à Deo miſſus eſſet. t. ideſt, vaſe.

Apoſtolos,&[oo] ex illis[130] occident & [131]perſequentur : vt inquiratur [pp]ſanguis omnium Prophetarum, qui effuſus eſt à conſtitutione mundi à generatione [132]iſta, à ſanguine Abel, vſque ad ſanguinem [133]Zachariæ, qui periit inter [qq]altare & ædem. [rr]Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. [134]Væ vobis Legiſperitis, quia [135]tuliſtis [136]clauẽ ſcientiæ, ipſi non introiſtis; & eos qui introibant, [s]prohibuiſtis. Cùm autem hæc ad illos diceret, cœperunt Phariſæi & Legiſperiti grauiter [137]inſiſtere, & os eius [138]opprimere de multis inſidiantes ei: & quærentes aliquid [139]capere de ore eius, vt accuſarent eum.

SENS. LIT. IN CAP. XI.

130. Int. vt Iacobum. 131. Int. vt nec recepti ab eis, inſtè ad gentes migrent. 132. Int. ſ. malorum. Glo. omnes mali vna generatio ſunt, vna ciuitas, vnum corpus diaboli: ſicut omnes boni vna generatio. Cyril. exprimit non ſolùm aſtantes, & audientes, ſed quemlibet homicidam. 133. Theoph. hunc quidã dicunt eſſe filium Ioiadæ Sacerdotis. Beda. ſignificantur vtriuſque gradus martyres. ſ. laici, & altaris officio mancipati. Abel enim paſtor ouium, Zacharias ſacerdos. Greg. Nyſſ. quidam dicunt Zachariam patrem Iohannis, ſpiritu prophetiæ Mariæ virginitatem intelligentem, non eam ſeparaſſe à loco templi virginibus deputato, eáque cauſa fuiſſe occiſum, præſertim cùm diceret Regem mũdi naſciturum. metuebant enim ſubiectionem. Græ. quidam dicunt, cùm à cæde infantium Elizabeth eripuiſſet Ioannem in eremum abiens, Herodis ſatellites ob id indignatos, Zachariam in templo miniſtrantem, occidiſſe.
134. Baſil. Conuenit hæc vox detrudendis paulo pòſt in graue ſuppliciũ. 135. Int. i. abſtuliſtis. Cyril.
136. Cyr. i. Legem quæ erat figura iuſtitiæ Chriſti; eſt etiam fides clauis ſcientiæ: per eam enim fit veritatis cognitio, iuxta illud, niſi credideritis, non intelligetis. iſti ergo nec legem ad Chriſtum ducẽtem, vt oportebat, interpretabãtur; nec homines in Chriſtũ credere permittebãt. Aug. 2. de q. Euã. Clauis ſciẽtiæ humilitas, quã nec ipſi intelligere, nec ab aliis intelligi volebãt. Idẽ 2. de cõſ. Euan. Notandum verò Matt. narraſſe hæc dicta poſtquã Dominus veniſſet in Hieruſalẽ. Lucas verò dũ eò iter haberet: videntur ergo ſimiles eſſe ſermones quorum ille alterũ, iſte alterum narrauit. 137. Cyr. i. inſtare, vel ſæuire.
138 Theoph. cũ pluribus interrogantibus diuerſa, vnus non poſſit ſemel reſpõdere de omnib⁹, videtur inſipiẽtibus quod dubitet. 139. Theop. quod dixit opprimere, nũc capere; interrogabant autem nunc de Lege, vt arguerent quaſi blaſphemum; nunc de Cæſare, vt accuſarẽt tanquã hoſtẽ Cæſareæ maieſtatis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

126. ſ. Ego, vide Matth. 127. ſ. per Prophetas, vel decreuit. oo. aliquot ſ. pp. i. vltio de ſanguine effuſo. Nota quòd Deus ſolet punire eos in quibus completur iniquitas. vide apud Matth. Et vos implete menſuram patrum veſtrorum. 132. coniungendũ cum exquiratur. 133. de quo 2. Par. 24. qq. ſcilicet, holocauſtorum quod erat in atrio. rr. Græc. ναὶ, aduerb. vehementer affirmantis. 135. à tollo. q. d. recepiſtis in vos, ſeu vobis vendicaſtis. ss. ſ. auocando à fide in me. 137. id eſt, vrgere variis quæſtionibus. 138. id eſt, obruere quærendo multa. ſ. id agebant, vt videretur indoctus.

CAPVT XII.

MVltis autẽ [a]turbis [b]concurrentibus, ita vt ſe inuicẽ conculcarẽt, cœpit dicere ad diſcipulos ſuos, [c]Attendite [1]à fermento Phariſæorũ, quod eſt [2]hypocriſis.

SENS. LIT. IN CAP. XII.

1. INt. i. ſimulatione. Cyril. cauillatores erant. Greg. Nazian. Fermentũ ſignificat vetuſtã & acidam malitiam. 2. Theoph. hypocriſis fermentum dicitur, quia intentiones hominũ corrumpit & mores.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XII.

a. Græc. innumera turba multitudine. b. ἐπισυναχθεισῶν, id eſt, ſimul aggregatis. c. id eſt, cauete. Græc. additur vobis ἑαυτοῖς. 1. ne ſcilicet, inficiamini, aut decipiamini. 2. quæ more fermenti vitiat omnia opera.

Nihil

[d] Nihil enim opertum eſt, quod non [3] reueletur: neque abſconditum, quod non ſciatur: Quoniam quæ in [4] tenebris dixiſtis, in [5] lumine dicentur: & quod in aure [6] locuti eſtis in [e] cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis [8] amicis meis, Ne [9] terreamini ab his qui occidunt corpus, & [10] poſt hoc nō habent amplius quod faciant. Oſtendam autem vobis quem [11] timeatis: timete eum qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem [12] mittere in gehennam. [f] Ita dico vobis, [13] hunc timete. Nonne quinque [g] paſſeres veneunt [14] dipondio: & [15] vnus ex illis non eſt in [16] obliuione coram Deo? [17] Sed & [h] capilli capitis veſtri omnes [18] numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus [19] pluris eſtis vos. [20] Dico autem vobis, Omnis quicunque [21] confeſſus fuerit [22]

Sen. Lit. In Cap. XII.

3. Int.q. d. nequitia diſcooperietur; & veſtra intentio ſoli Deo modò cognita, ab omnibus ſcietur. Orig. aut loquitur de tempore, cùm iudicabit Deus occulta hominum: aut ſignificat non poſſe occultari bonum aliorum calumniis. Chryſ. q. d. etſi vocent nos ſeductores, omnia tempus deteget, veſtramque virtutem declarabit, & aliorum calumniam arguet. ¶ Int. ſ. myſterio. Beda. quod Apoſtoli inter tenebras preſſurarum, & carcerum vmbras locuti, vel paſſi ſunt; nunc per orbem in Eccleſia prædicatur. 5. Int. i. apertè. 6. Int. i. priuatim. 7. Int. i. publicè. Beda. loquitur iuxta morem Paleſtinæ, vbi ſolent in tectis reſidere. ſunt enim plana in tectis ergo. i. palam. Theoph. vel intelligitur de Phariſæis. q. d. O Phariſæi. quod in opacis cordibus veſtris intentare conamini, in me luce notum fiet; & quidquid mutuis ſuſurris veſtris auribus inſtillaſtis, mihi notum erit, ac ſi eſſet in tectis prædicatum. 8. Int. ſ. qui nihil terrenum cupitis. Cyrill. conuenit hic ſermo his qui Deum ex tota mente diligunt, qui dicere poſſunt, Quis ſeparabit nos à charitate Chriſti? 9. Int. ſ. propter multitudinem, vel ferocitatem eorum. Amb. docet mortem non eſſe terribilem quam ſit locupletiori fœnore immortalitas redemptura. Glo. Notandum duo eſſe perſecutorum genera. ſ. apertè perſequentium, de quibus nunc; & fraudulenter blandientium, de quibus ſuprà. 10. Int. q. d. non poſſunt efficere, quin animam Deus reddat corpori, & ipſum corpus reſuſcitet. Beda. 11. Int. i. ei ſeruite in timore. 12. Theoph. non dicit qui mittit, ſed qui poteſt mittere, non enim quicunque moriuntur peccatores mittuntur in gehennam, proſunt quidē oblationes & eleemoſynæ quæ fiunt pro defunctis, etiam iis qui in grauibus peccatis mortui ſunt. Auctor. intellige mortuos in peccatis, i. cùm remiſſa à Deo culpa, nondum pro pœna ſatisfecerint. 13. Int. q. d. nolite timere mortem corporis, qui mori non poteſtis ſine nutu Dei. 14. Beda. i. duobus aſſibus. 16. Int. ſed ſunt omnia ſub prouidentia Dei; quanto magis vos ad imaginem Dei facti? Orig. diuina prouidentia vſque ad minima procedit. 17. Int. q. d. etiam minimæ veſtium particulę Dei prouidentia conſeruantur. 18. Cyril. ſignificatur diligentia curæ adhibitæ. Ambr. quæ volumus ſeruare, numeramus. 19. Int. id eſt, maioris pretij, quia rationales, quia æterni. 20. Beda. oſtendit vbi ſit facienda reuelatio operum, & verborum, de qua ſuprà, nempe in conſpectu æterni Iudicis. 21. Int. ore fit confeſſio ad ſalutem. Chryſ. non eſt Deus contentus intrinſeca fide, ſed exteriorem confeſſionem poſtulat. Gloſſ. non ſufficit tempore perſecutionis fides cordis, eſt autem confitendum fide quæ per dilectionem operatur.

Sens. Myst. In Cap. XII.

7. THEOPH. Lux eſt Euangelium, tecta verò, altæ Apoſtolorum animæ, præco Spiritus ſanctus. g. Orig. quinque paſſeres, ſpirituales ſenſus; Deum intuentes; vocem diuinam audientes, guſtantes panem vitæ, olfacientes odorem vnguentorum Chriſti palpantes viuum verbum, dipondio veneunt, i. vilipenduntur ab his qui ea quę ſunt ſpiritus, ſtultitiā iudicant, ſed non ſunt in obliuione coram Deo. Theoph. quorum ſenſus traduntur verbo vitæ, horum Deus ſemper eſt memor, duo aſſes, nouum & vetus teſtamentum. h. Cyrill. Caput, hominis intellectus, capilli, cogitationes, quæ Deo patent. Theoph. caput, apta Chriſto conuerſatio; capilli, mortificatiua corporis opera, quæ numerantur à Deo.

Addit. Avct. In Cap. XII.

d. vel redditur ratio, vel noua eſt doctrina qua diſcipulos prædicaturos inſtruit, & tunc, enim, pro autem. 3. ſ. hic, aut in futuro. 5. i. palàm. e. i. penetralibus, ſeu intimis adium. Gr. ταμείοις. 7. hac in paleſtina plana. 8. i. dilectis. f. Gr ναὶ, ſanè. 14. conſtat duobus aſſibus.

Ille autem volens [88] iuſtificare ſeipſum,dixit ad Ieſum, Et quis eſt meus [89] proximus? Suſ-
[a a] cipiens autem Ieſus, dixit: [90] Homo quidam [91] deſcendebat ab [92] Hieruſalem in Hiericho,
& incidit in [93] latrones, qui etiam [94] deſpoliauerunt eum: & [95] plagis impoſitis, [96] abierunt,
[97] ſemiuiuo [98] relicto. Accidit autem vt [99] Sacerdos quidam deſcenderet eadem via: &
viſo illo,prꝏteriuit. Similiter & [100] Leuita,cùm eſſet ſecus locum, & videret eum, per-
[101] tranſiit. [102] Samaritanus autem quidam [103] iter faciens, venit [104] ſecus eum: & videns eum,
[105] miſericordia motus eſt. Et [106] appropians [107] alligauit vulnera eius, infundens

Sens. Lit. In Cap. X.

88. Cyrill.laudatus iſte à Chriſto prorupit in ſuperbiam,nullum ſibi proximum putans eſſe,& in iuſtitia comparandum. 89. Glo.proximum non habebat,qui nunquam forſitan miſericordiam fecerat. Cyril.vacuus à dilectione proximi oſtēditur,qui non æſtimat aliquem ſibi proximum eſſe, & per conſequens à dilectione diuina;qui enim non diligit fratrem,quem videt, Deum, quem non videt,nō poteſt diligere. 90. Theoph.docet omnes qui eadem natura communicant,proximos eſſe. 91. Aug.de q.Euang Homo iſte Adam,ab Hieruſalem ciuitate pacis.i.à beatitudine lapſus,Hiericho.i.luna nempe mortalitas noſtra. Idem contra Pelag.Hieruſalem paradiſus vbi pax erat,& lætitia ante peccatum,Hiericho mundus in quo omnia orta occidunt,ſicut luna. 92. Baſil.Hieruſalem in loco editiori eſt, Hiericho in conuallibus. 93. Amb.i.Angelos noctis & tenebrarum, in quos non incidiſſet, niſi eis mandati cæleſtis deuius,ſe feciſſet obnoxium. Aug.contra Pelagium.i.diabolū, & angelos eius,qui per inobedientiam primi hominis,humanum genus ſpoliauerunt morum ornamentis,& vulnerauerunt dono poſſibilitatis,liberi arbitrij perdito. Idem de q.Euang.Spoliauerunt immortalitate,reliquerunt ſemiuiuum;ex qua enim parte poteſt Deum cognoſcere viuit,ex qua verò peccatis premitur mortuus eſt,impoſuerunt autem plagas peccata ſuadendo. Idem contra Pelagium. In primo homine plaga, in nobis plagæ,cùm per vnum peccatum quod contrahimus, ſuperaddimus multa. 94. Amb.ſ.indumētis gratiæ.Baſil.prius plagas impoſuerant,præcedit enim vulnus.i.peccatum,nuditatem.i.gratiæ carentiam.

95. Bed.peccata,plagæ,quia his naturæ integritas violatur. 96. Beda.non ab inſidijs ceſſando,ſed inſidiarum fraudes occultando. 97. Theop.anima enim immortalis,corpus verò mortale;vel quia ſperabat per Chriſtum ſalutem conſequi. 98. Aug.contra Pelag.vires ei propriæ ad ſurgendum non ſufficiebant. 99. Chry.non profuit ſacrificium. 100. nec lex potuit ſubuenire.Aug.cont.Pelag.in Sacerdote lex per quam ſacerdotium & ſacrificia inſtituta, in Leuita vaticinium Prophetarum. 101. Theop. Lex ſtetit vſque ad tempus præfixum,& non valens curare,abiit. nec ad hoc data eſt,vt curaret;ideò dicitur,accidit quod ſolemus dicere in his quæ non præmeditatè fiunt. 102. Aug. de verb.Dom.ſe Chriſtus voluit intelligi,Samaritanus enim cuſtos interpretatur,& cùm ei dictum eſſet, Samaritanus es, & dæmonium habes,non ſe negauit Samaritanum. Ambr. Chriſtus Samaritanus deſcendens, quis enim deſcendit de cælo,niſi qui aſcendit Filius hominis, &c. 103. Theoph.ſ.ex propoſito vt nos curaret.

104. Aug.con.Pelag.ſ.in ſimilitudine carnis peccati. 105. Aug.cont.Pelag quia nullum meritū inuenit,quo curari dignus eſſet.Gloſſ.hoc de Sacerdote & Leuita non eſt dictum;quia Lex non habet miſericordiam,ſed iudicium & vindictam. 106. Aug.de verb. Dom. quid tam remotum quàm Deus ab hominibus?cùm haberet Deus in ſe duo bona,iuſtitiam & immortalitatem,& nos duo mala, iniquitatem & mortalitatem,factus eſt mortalis,& ita propè nos, non id quod nos. i.peccator, ſuſcipiendoque pœnam,& nō culpam,culpam deleuit & pœnam. 107. Int.ſ.in baptiſmo. Aug.2.de q.Euang.alligatio vulnerum,cohibitio peccatorum;oleum,conſolatio ſpei propter indulgentiam datam ad reconciliationem pacis; vinum,exhortatio ad operandum. Amb.conſtringit vulnera auſteriore præcepto; fouet, vt oleo remiſſione peccati; compungit, vt vino denunciatione iudicij. Greg.20.Mor.in vino morſus diſtrictionis,in oleo mollities pietatis, miſcēda ergo lenitas eſt cū ſeueritate. Theoph.oleū,cōuerſatio ſecundùm hominem,vinum autem ea quæ ſecundùm Deum, quædam eſt operatus humanè, quædā diuinitus, noſq; humanitate & diuinitate ſaluauit.Chry.vinum ſanguis paſſionis,oleū chriſmatis vnctio.

Addit. Avct. In Cap. X.

88. i.oſtendere ſe iuſtum,vt qui eſſet ſollicitus de Legis intelligentia.vide Luc.16. a a. Gr.ὑπολαβὼν, q.d.ſuccedens in vicem reſpondendi.ſic Virgil.Excipit Aſcanius. 92. Hieruſalem enim editiori loco.

oleum

oleum[108] & vinum[109]:& imponens illam in iumentum[110] ſuum,duxit in ſtabulum[111], & curam[112] eius egit[113].Et altera die[114] protulit duos denarios[115]:& dedit ſtabulario[bb], & ait,Curam illius habe, & quodcunque ſupererogaueris[116] , ego cùm rediero[117] , reddam[118] tibi.Quis horum trium videtur tibi proximus[cc] fuiſſe illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit miſericordiam in illum.Et ait illi Ieſus,Vade[dd],& tu fac[119] ſimiliter. Factum[120] eſt autem dum irent, & ipſe intrauit in quoddam caſtellum[121] : & mulier quædam Martha nomine , excepit[122] illum in domum ſuam , & huic erat ſoror nomine Maria. quæ etiam[ee] ſedens ſecus[123] pedes Domini,audiebat verbum illius.

SENS. LIT. IN CAP. X.

108. Int.ſ.Chriſma ſancti Spiritus. 109. Int.ſ.calicem ſuæ paſſionis. 110. Aug.de q. Euang.iumentum Chriſti caro,imponi iumento,eſt in ipſam incarnationem credere. Amb. iumento imponit dum peccata noſtra portat. Theoph.membra ſua nos fecit, & participes corporis ſui. 111. Chry.Eccleſiam quæ in itinere mundi laſſatos, & ſarcinis delictorum defeſſos ſuſcipit ; &, depoſito onere peccatorum, reficit.Beda.iumento impoſitum,induxit in ſtabulum; nemo enim niſi per baptiſmum Chriſti corpore adunatus,Eccleſiam intrat. 112. Int.ſ.ſpiritualem. 113. Amb.quia redeundum ei erat vnde deſcenderat. 114. Amb.ſ.Dominicæ reſurrectionis. 115. Amb.ſ.duo teſtamenta,quæ in ſe imaginem tenent æterni Regis expreſſam.Glo.poſt reſurrectionem Apoſtolis ſenſum aperuit, vt intelligerent Scripturas ad regendum populum.Aug.de q.Euang.id eſt,duo præcepta charitatis, quam acceperunt Apoſtoli ad euangelizandum,vel promiſſionem vitæ præſentis,& futuræ. 116. Aug. de q. Euang. ſtabularius fuit Apoſtolus, qui ſupererogauit conſilium de virginibus dans , manibus operans, &c. multum etiam ſupererogauerunt qui Scripturam expoſuerunt. 117. Amb.ſ.die iudicij. 118. Amb.reddes Domine quod debes,beati quibus es debitor. 119. Cyril.inutilis eſt ſacerdotis dignitas,& Legis ſcientia, niſi per opera bona confirmetur. Chry.ſ.q.d.quem vides oppreſſum,adiuua,quicunque is ſit.Aug.id eſt,de doctrina Chriſtiana,cap.30.hinc intelligimus illum eſſe proximum,cui exhibendum eſt officium miſericordiæ, ſi indigeat,à quo nemo excipitur,dicente Domino; Benefacite his qui vos oderunt. continentur ergo etiam Angeli hoc præcepto quo iubemur diligere proximum , impendunt enim nobis miſericordiæ officia,& Dominus ſe proximum noſtrum dici voluit,opitulatus eſt enim ſemiuiuo iacenti. Amb. non cognatio facit proximum,ſed miſericordia quæ eſt maximè ſecundùm naturam. 120. Beda. Dilectio Dei & proximi rebus ipſis deſignatur. 121. Orig.ſ.Bethaniam. 122. Aug.de verb.Dom. ne quis putet beatos ſolos,qui Chriſtum in ſua perſona ſuſcipere meruerunt. Dictum enim eſt ab ipſo , quod vni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis. 123. Aug.de verb.Do.Martha paſcere Dominum,iſta paſci magis elegit, & quanto humilius ad pedes ſedebat,tanto amplius capiebat,confluit gratiæ aqua ad humilitatis conuallem. Chry. ſignificatur Mariæ diligentia & ſolertia in auditione ; & multa ad Dominum reuerentia,docet verò Dominus diſcipulos ſuſceptos , debere ſuſcipientes replere ſacris doctrinis , eos verò qui ſuſcipiunt,hilariter id facere & feruenter,Martha inquit ſatagebat,&c.

SENS. MYST. IN CAP. X.

122. Aug.de q.Euang Excipit nunc Eccleſia Chriſti in cor ſuum , Maria eandem Eccleſiam ſignificat,ſed in futuro ſæculo,vbi ſola ſapientia perfruetur,& quo per miniſterij merita peruenitur.Gr.6.Moral.c.28.Maria vita contẽplatiua,Martha actiua,magna ſunt actiuæ merita, ſed contemplatiuæ potiora; actiuę opera corpore tranſeunt,contemplatiuæ gaudia melius ex fine conualeſcunt. Glo.intrante Chriſto in domum,vita iniqua,ſi aliquando fuerat,fugit:remanent duæ vitæ innocentes, laborioſa,& otioſa,inter quas medius eſt fons vitæ; ſedet Maria,id eſt,mentis quiete fruitur , pacatis vitiorum tumultibus;Martha ſtat,deſudat enim in certamine,illud verò non eſt tibi curæ , &c. ex illorum perſona dicitur,qui diuinæ contemplationis ignari, ſolùm fraternæ dilectionis opus Deo placitum, omneſque huic mancipandos putant, non aufertur Mariæ pars, ſed magis perficitur,at actiuæ cum corpore deficit, in æterna enim patria non erunt neceſſaria pietatis opera , tranſit labor multitudinis , remanet charitas vnitatis;meritò igitur contemplationi omnia virtutum ſtudia poſtponuntur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

108. ſ.ad leniendum. 109. ſ.ad corrodendum humorem,lauandumq́; vulnus. 111. i.diuerſorium. 114. i.poſtridie. bb. i.hoſpiti. cc. i.proximi officio functus. dd. progredum.Heb. 121. i.pagum, ſcilicet,Bethaniam,qua in latere montis Oliueti diſtans ab Hieruſalem duobus milliaribus. ee. ſ.cum alijs feminis,vel q.d.totam ſe etiam compoſuerat ad attentionem quieto etiam corpore.

Martha[124] autem ſatagebat[ff] circa frequens[gg] miniſterium quæ ſtetit &[125] ait, Domine, non eſt tibi curæ quod ſoror mea reliquit[126] me ſolã miniſtrare? Dic ergo[hh] illi vt me adiuuet. Et reſpondens dixit illi Dominus, Martha,[127] Martha, ſollicita es, & turbaris[128] erga plurima. Porrò vnũ[129] eſt neceſſariũ, Maria[130] optimam[131] partẽ elegit, quæ non auferetur[132] ab ea.

Sens. Lit. In Cap. X.

124. Int.ſ.miniſtrans neceſſaria mortali carni qua indutus erat Dei Filius. 125. Int.ſ.conquerens de ſorore. Aug.de ver.Dom. 126. Aug de verb.Dom.erat enim intenta dulcedini verbi Domini, laborabat illa, vacabat iſta, miráque ſuauitate tenebatur, quæ maior eſt mentis quàm ventris, cauſamque ſuam iudici maluit committere, ne ſi reſponderet, audiendi intentionem remitteret. 127. Aug.de ver. Dom. repetitio nominis indicium dilectionis, aut repetit vt attentius audiat. 128. Aug. de verb. Dom. vult qui miniſtrat, quod aliquando non poteſt, & quæritur quando deeſt, diſtenditur animus quia temporalia multa ſunt, & diuerſa ſunt, non reprehendit autem Dominus Marthæ miniſterium, & hoſpitalitatis curã, alioqui dimittẽda eſſet, & vacãdum verbo, & vni inſtandum ſcientię omiſſis operibus miſericordiæ, ſed munera diſtinxit. Theoph. non prohibet Dominus hoſpitalitatem, ſed plurimorũ turbationem & tumultum. 129. Int.ſ.Deo iugiter inhærere. Aug.de verb.Dom. vnum ſunt Pater, Filius & Spiritus ſanctus, ad hoc vnum nos non perducit, niſi multi habeamus cor vnũ. Baſil. vniformis eſt vita Chriſtiani, & ad vnũ intẽdens.ſ.Dei gloriã. Gl. præponitur vnũ multis, ſed multa tamẽ neceſſaria ſunt tẽdentib' ad vnũ. 130. Int. Mariæ factus eſt aduocatus qui iudex fuerat interpellatus. 131. Aug.de ver. Dom. nõ tu malã, ſed illã meliorẽ. Amb. ſapientię deſideriũ maius & perfectius opus, ne ergo miniſterij cura cognitionẽ verbi cæleſtis auertat; nec otioſos iudices quos videas ſapiẽtię ſtudere. 132. Aug.de ver.Do. auferetur à te labor, vt requies detur, dulcedo veritatis in hac vita augetur, in illa pficietur, nũquã auferetur.

Addit. Avct. In Cap. X.

ff. id eſt, anxiè torquebatur, diſtrahebatur, ſeu diſtendebatur. gg. Gr. multum. hh. alioqui enim non auelletur. 127. repetitio ad attentionem, vel ex beneuolentia. 128. id eſt, tumultuaris. 129. id eſt, vno opus eſt ſ. ſtudio rerum diuinarum. 131. Gr. bonam illam, nempe optimam.

CAPVT XI.

ET factum[1] eſt, cùm eſſet in quodam loco orans,[2] vt ceſſauit,[3] dixit[4] vnus ex diſcipulis[a] eius ad eum: Domine, doce nos orare,[5] ſicut docuit Iohannes diſcipulos ſuos. Et ait illis, Cùm oratis, dicite,[6] Pater,

Sens. Lit. In Cap. XI.

2. CYRIL. vt comedit & bibit, quia homo, ita oratione vtitur, docet verò nos attentè orationibus inſiſtere. Gloſſ. ideo ſæpe Chriſtus inducitur orans, vt diſcipulos ad orationis ſtudium inducat. 3. Int.ſ.orare. 4. Titus. nouam conuerſationem videntes, nouam orationis formam poſtulant. 5. Titus.ſ.vt ea petamus, atque eo modo quo decet. 6. Baſil. Duo ſunt orandi modi. Vnus laudis cum humilitate. Secundus, petitionis: ab illo autem priori exordium ſumendum eſt. Aug. de verb. Dom. ex malo ſeruo factus es bonus filius; non eſt arrogantia, ſed fides, & deuotio prædicare quod acceperis. dic ergo Pater, quaſi filius, ſed noli tibi aliquid ſpecialiter vindicare; ſolius Chriſti ſpecialis eſt Pater, quia genuit, nobis autem communis, quia creauit; ideo ſecundùm Matthæum dicitur Pater noſter. Gregor. Nyſſ. non oportet eſſe corruptæ vitæ qui Deum Patrem vocat.

Sens. Myst. In Cap. XI.

1. BEDA. Poſt hiſtoriam ſororum quibus duæ Eccleſiæ vitæ ſignificantur, orat, & orare docet; oratio enim quam docuit, vtriuſque vitæ myſterium continet, & vtriuſque vitæ perfectio non noſtris viribus, ſed precibus obtinenda eſt.

Addit. Avct. In Cap. XI.

a. ſcilicet, ex Septuaginta. Apparet Chriſtum bis docuiſſe orandi modum, ſemel in monte, & iterum iſto interrogante.

[7] ſanctificetur nomen tuum. [8] Adueniat regnum tuum, Panem noſtrum [9] quotidianum
da nobis [d] hodie, Et dimitte nobis [10] peccata noſtra, [11] ſiquidem & nos dimittimus debito-
ribus noſtris: Et ne nos inducas in [12] tentationem. Et [13] ait ad illos, [14] Quis veſtrum habebit
[15] amicum & ibit ad illum [16] media nocte, & dicet illi, Amice, commoda mihi [17] tres panes,
quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam

SENS. LIT. IN CAP. XI.

7. Greg. Nyſſ. omnium bonorũ caput eſt, glorificare nomen Dei in vita noſtra; glorificatur verò per vitam puram. Chry. vt qui videt pulchritudinem cæli, Deum laudat, ita qui videt alicuius virtutẽ. Aug. de verb. Dom. Sanctificetur, i. ad nos eius ſanctificatio perueniat. Titus. Sanctificetur, i. nota ſit toti mundo ſanctitas tua, & te laudet. rectos autem decet collaudatio: iubet ergo orare pro emendatione totius mundi. Orig. Sanctificetur, i. tibi ſoli Dei nomen tribuatur, nõ creaturis, vt ab errantibus ſolet. 8. Orig. vt euacuetur regnũ mundi & peccati. Greg. Nyſſen. petimus liberari à corruptione, vel, ſecundùm quoſdam, vt veniat ſuper nos Spiritus ſanctus, & purificet nos. Aug. de verb. Dom. Tunc venit regnum Dei, quando ſumus Dei gratiam conſecuti: ait enim, Regnum Dei intra vos eſt. Cyrill. qui hoc dicũt, videntur optare Chriſti aduentum ad iudicium, quo coronãdi ſunt qui bene vixerunt, vnde apud Matthæum additur, Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Chry. quaſi dicat, da nobis imitari cæleſtem conuerſationem. Greg. Nyſſen. in carne non carnaliter viuendum eſt, ſed diſponenda vita ad eam quæ ſperatur. Aug. in Enchi. cap. 115. apud Matthęum. Septem petitiones ſunt in oratione Dominica. Apud Lucam verò quinque. 9. Aug. de verb. Dom. in Græco ἐπιούσιον epiuſion, i. ſuperſubſtantialem, qui ſcilicet animę noſtræ ſubſtantiam fulcit. Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum ſumes? accipe quotidie quod quotidie tibi proſit, ſic viue, vt quotidie merearis accipere, qui vulnus habet, medicinam quærit, medicina eſt cæleſte & venerabile Sacramentum, ſi quotidie accipis, quotidie tibi eſt hodie. Cyril. Ex eo quod iubet panẽ petere, i. quotidianum alimentum, videtur velle eos colere paupertatem, petunt enim panem non qui habent, ſed qui penuria opprimũtur. Baſil. Exponenda eſt Deo neceſſitas naturæ, & petendus panis. Chry. Petenda ſunt vitæ neceſſaria, nõ quæ delectant, ſed quæ ſubſtantiã corporis ſuſtentant. 10. Tit. ſ. nc impediamur à ſacra cõmunione propter humana peccata, additũ eſt antẽ hoc, quia nullus ſine peccato reperitur. 11. Titus. ſit iuſtè à Deo dimiſſio, quando nos relaxamus his qui nobis nocuerunt. Cyrill. vult, vt ita dicam, patientię noſtræ imitatorem fieri Deum, vt talis in nos ſit, quales fuerimus in conſeruos. gratiæ verò ſunt agendæ debitoribus noſtris, vt qui nobis fiant (ſi ſapimus) cauſa indulgentiæ maximæ. 12. Aug. de verb. Dom. quam ſcilicet ferre non poſſumus Titus. petimus non derelinqui à Deo, nam non tentari eſt impoſſibile, dicitur verò Deus aliquando facere quod permittit. 13. Chry. ſ. oſtendens patienter orandum eſſe. 14. Int. pro, ſi quis.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

15. Theoph. Amicus eſt Deus, qui omnes amat, & ſaluos vult fieri. Amb. quis nobis amicior, quàm qui pro nobis corpus ſuum tradidit? 16. Amb. Docemur etiam noctibus orare. Media nocte, inquit Dauid, ſurgebam ad confitendum tibi, nõ timuit excitare dormientẽ, quem ſcit ſemper vigilantem. 17. Aug. de verb. Dom. tres panes myſterij cæleſtis alimentum. venit amicus de via, i. vita huius ſeculi, in qua omnes peregrinamur, vel de vita mala, venit, inquam, vt interroget quod tu fortè neſcis, & compelleris quærere, vbi obſcurè ſcriptum eſt fortè in Paulo, aut Petro, &c. quos non potes interrogare, requieſcunt enim cum Domino, nox media eſt huius ſeculi valida ignorãtia, adis ergo ad Dominum oratione pulſans. Aug. de q. Euang. Amicus ad quem venitur, Deus; media nox, tribulationis tempus, tres panes, intelligentia Trinitatis, amicus veniens de via, appetitus ſeruiens conſuetudini temporali, à qua reuocatur conuerſus ad Dominum, quærensque gaudium de doctrina ſpirituali. Aug. de verb. Dom. Cùm perueneris ad intelligentiam Trinitatis, habes vnde viuas, vnde paſcas, ne timeas, non enim panis ille finitur. Theophyl. Media nox, finis vitæ, in quo multi ad Deum veniunt, vel profundum tentationum, tres panes, neceſſitas corporis, animæ, & ſpiritus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

7. pro, celebretur. Hebr. 9. Græc. ἐπιούσιον, i. ſuperſubſtãtialem, ſeu craſtinum. vide apud Matthæum. d. Græ. quadam καθ' ἡμέραν, i. quotidie. 14. Parabola hæc ſumpta à diſſimili, vt illa de villico, & de iudice iniquo. Dedit iſte importuno tempore rogatus, quanto magis Deus, cui nullũ tempus importunum?

ante illum:& ille deintus reſpôdens dicat,[18] Noli mihi moleſtus eſſe, iam [19] oſtium clau-
ſum eſt,& [20] pueri mei mecum ſunt in cubili:non poſſum ſurgere & dare tibi. Et ille ſi
[21] perſeuerauerit pulſans:dico vobis,etſi non dabit illi ſurgens,eo quod amicus eius ſit,
propter [22] improbitatem tamen eius ſurget, & [23] dabit illi [24] quotquot habet neceſſarios.
Et ego [25] dico vobis,[26] Petite,& dabitur vobis:[27] quærite,& inuenietis:[28] pulſate & aperietur
vobis.[29] Omnis enim qui petit, [30] accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti [c] aperietur.
[d] Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid [31] lapidem dabit illi? Aut [32] piſcem:
nunquid pro piſce [33] ſerpentem dabit illi? Aut ſi petierit [34] ouum, nunquid porriget illi
[35] ſcorpionem?Si ergo vos cùm ſitis [36] mali,noſtis bona [37] data date filiis veſtris:

SENS. LIT. IN CAP. XI.

21. Int.non pudore perterritus,ſed neceſſitate coactus. 22. Aug.de q.Euang.quaſi dicat,quãto magis Deus,qui ſine tædio largiſſimè donat quod petitur? 25. Cyrill.hoc vim habet iuramenti 26. Int. orando. 27. Int.ſ.rectè viuendo.Chry.petitio orationem oſtendit;inquiſitio ſtudium,& diligentiam; ſollicitè quærendus eſt Deus,vt aurum perditum quæri ſolet. 28.Int.ſ.perſeuerando.Chry ſi immorabetis,recipies.ob hoc clauſum eſt oſtium,vt pulſes.Græc.pulſatur manu,i.bonis operibus. 29. Aug.de verb.Dom.non hortaretur nos tantopere vt peteremus, niſi dare vellet. 30. Orig.ſ.nihil omiſerit eorum quæ conferunt ad petitorum obtentum,alioquin, vt ait Iacobus, petitis, & non accipitis. eo quòd malè petatis Baſil.non impetrat,ſed magis Deum irritat,qui remiſsè, & vagante mẽte diuinum implorat auxilium;oportet coram Deo attentum,& tremebundum aſſiſtere; cùm autem quis non ex negligentia,ſed ex fragilitate vagatur,ſeque,quantum poteſt,cohibet,Deus ignoſcit.Petunt quidam, & non accipiunt,quia infideliter petunt,vel leuiter,vel non conferentia, vel non perſeuranter,&c.Gloſſ.ſi petenti datur,& quærenti,& pulſanti, & cet.cui non datur,non bene petit, quæſiuit & pulſauit, prope eſt Dominus inuocantibus eum in veritate:& volũtatem timentium ſe faciet. d. Int.pro,ſi quis. 32. Cyrill.ſ.ſi petierit. 36. Beda.Etiam Apoſtoli ſupernæ bonitatis reſpectu mali, ſolus enim Deus per ſe bonus.Glo.Apoſtoli nondum immunes à delictis, quæ quotidianis orationibus iubentur curari. 37. Int. ſ.veſtra datis.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

18. Aug.de ver.Do.Qui differt dare, vult amplius deſideres dilatum, ne vileſcat citò datum.Baſil.differt vt agnoſcas Dei eſſe donum,& in timore cuſtodias.Quod multo labore acquirimus, cuſtodimus, ne,ſi perdiderimus,laborẽ amittamus.Glo.Non aufert ſpem impetrandi, ſed vehementius accendit deſiderium orandi, oſtenſa difficultate conſequendi. 19. Bed.Hoc eſt oſtium quod ſibi Paulus expoſcit aperiri populi orationibus, ad loquendum myſterium Chriſti:& fortè illud eſt quod apertum vidit Iohannes,cui dictum,Aſcende huc, &c.Aug.de q.Euang ſignificatur tempus famis verbi, cùm intelligentia clauditur. 20. Aug.de q.Euang. ſignificantur iam eſſe in quiete cum Domino prædicatores verbi, & tamen orando efficitur,vt accipiat deſiderans intellectum à Domino, etiamſi homo deſit,per quem ſapientia prædicetur.Greg.Nyſſen.cubile,ſaluatorum requies. 23. Int.ſpem ſe inſpirando,vel doctorem mittendo. 24. Int.etſi non quantum ille voluerit. 31. Aug.de q.Euang.panis,charitas,ſine qua cætera nihil ſunt,vt ſine pane menſa inops,lapis,cordis duritia;piſcis, fides inuiſibilium, quæ mundi fluctibus circumiactata non frangitur;& de inuiſibilibus locis capitur:ouum ſpes,ouum enim nondum perfectus fœtus,ſed ſperatur.Glo.Fides inuiſibiliter in corde gignitur, vt piſcis ſub aquis naſcitur,& inuiſibili gratia per baptiſmum conſecratur; inuiſibili auxilio Dei nutritur; & inuiſibilium præmiorum intuitu operatur. 33. Int. id eſt, infidelitatem quam ſerpens primo homini inſpirauit. 34. Int. id eſt, ſpem. 35. Int.id eſt, deſperationem. Aug.de q. Euang. Scorpionis aculeus venenatus retrò timendus eſt,contrarium ſpei retrò reſpicere; ſpes enim in illa quæ ante ſunt ſe extendit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

22. Græ. ἀναίδειαν, impudentiam, quaſi dicat, inuerecundam, & vrgentem perſeuerantiam. c. pro, aperiri ſolet. 35. Græc. δόματα, i. dationes.

quanto magis Pater veſter cæleſtis de cælo dabit ſpiritum [38] bonum petentibus ſe? Et [e] erat ejiciens dæmonium, & illud erat [39] mutum. Et cùm eieciſſet dæmonium, locutus eſt mutus: & admiratæ ſunt [40] turbæ. [41] Quidam autem ex eis dixerunt, In [42] Belzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Et [43] alij tentantes, [44] ſignum de cælo quærebãt ab eo. Ipſe autem vt vidit [45] cogitationes eorum, dixit eis, [46] Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & domus [g] ſupra domum cadet. [47] Si autem & ſathanas [h] in ſeipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius? quia dicitis in Belzebub me ejicere dæmonia. Si autem ego [l] in Belzebub ejicio dæmonia; [48] filij veſtri in [m] quo ejiciunt? Ideo ipſi [49] iudices veſtri erunt. Porrò ſi in [50] digito Dei ejicio dæmonia, profectò peruenit in [51] vos re-[52]gnum Dei. [n] Cùm [53] fortis armatus cuſtodit [54] atrium ſuum: in [55] pace ſunt ea quæ poſſidet.

SENS. LIT. IN CAP. XI.

38. Beda. ex quo bona omnia. Athanaſ. non ſic diceretur, niſi eſſet de ſubſtantia Dei, qui ſolus bonus, quandoquidem & Dominus tenuit dici bonus in eo quod homo factus eſt. e. Glo. miracula operatur, vt qui prædicanti non credunt, viſis miraculis credant. 39. Int. i. mutum faciens. Theoph. Græcè κωφὸς, id eſt, qui nec audit, nec loquitur, & quidem qui à natiuitate non audiuit, neceſſariò non loquitur, iſte ſanè & mutus erat & ſurdus. Beda. iſte apud Matthæum cæcus fuiſſe dicitur, itaque tria ſigna ſimul facta ſunt in vno homine, cæcus videt, mutus loquitur, poſſeſſus à dæmone liberatur, ſic quotidie in conuerſione expulſo dæmone illuminatur homo, & Deum laudat. 40. Beda. quæ minus eruditæ videbantur. 41. Int. ſ. Scribæ & Phariſæi, non ſimplex turba. Beda. 42. Beda. is Deus erat Acbaron. Glo. Ninus Belo patri ſtatuam conſecrauit, Caldæi Bel vocabant, Paleſtini Baal, Moabitæ Beelfegor, Iudæi Beelzebub. Bal enim vir, Zebub muſca, quaſi vir muſcarum, ſeu muſcas habens, ob ſordes, ſcilicet cruoris, qui in eius templo immolabatur. 43. Cyril. Pari liuore ſtimulati. 44. Glo. vt ignem ſicut Eliæ tempore, aut manna, vt ſub Moyſe, aut tonitrua & imbres, vt ſub Samuele; non exhibuit verò Chriſtus, nam & illa etiam fuiſſent calumniati. proprium Iudæorum, quærere ſigna, vnde Paulus, Iudæi ſigna petunt. 45. Chry. metu multitudinis non audebant diuulgare quod ſentiebant. Beda. ad cogitata reſpondit, vt vel ſic credant eius potentiam, qui corda nouit. 46. Oſtendit regnum ſuum indiuiſum, & perpetuum. Beda. vnum regnum Patris, Filij, & Spiritus ſancti, & vna maieſtas. 47. Chry. ſecunda ſolutio. 48. Chry. non dicit, diſcipuli mei, ſed filij veſtri, volens eorum permulcere furorem. Beda. ſignificat exorciſtas Iudæorum, qui ad inuocationem Dei ejiciebant dæmones. 49. Chry. i. condemnabunt non credentes, ex vobis enim orti mihi obediunt. Glo. Iudices non poteſtate, ſed comparatione, dum expulſionem non diabolo, ſed Deo aſſignant. 50. Aug. 2. de conſ. Euang. Matthæus ſpiritum dicit. Aug. 2. de q. Euan. Spiritus ſanctus, digitus Dei, ob partitionem donorum, quæ in eo cuique dantur; in nullis enim mēbris magis apparet partitio, quàm in digitis. Cyril. Spiritus ſanctus digitus; manus & brachium Filius; per eum enim Pater cuncta operatur, & Filius per Spiritum ſanctum ſibi conſubſtantialē. Gloſſ. hoc digito ſcripta lex in tabulis; hunc digitum Magi confeſſi ſunt in Ægypto. Amb. ad formam vnitatis, non ad diſtinctionem poteſtatis referenda digiti nuncupatio. Athana. gratia humanitatis ſe dicit minorem Spiritu ſancto, & in eius virtute dæmonia ejicere. 51. Chry. q. d. cur veſtra bona faſtiditis?

52. Amb. oſtendit imperialem eſſe Spiritus ſancti poteſtatem, in quo regnum eſt Dei, eóſque in quibus habitat Spiritus ſanctus eſſe regalem domum. Glo. Regnum Dei, id eſt, iudiciaria poteſtas, qua bonos à malis ſecernet in die iudicij; vel peruenit regnum Dei, id eſt, patefactus eſt aditus regni cæleſtis.

n. Glo. oſtendit ſe non conſentire cum diabolo, ſed ſuperare & ejicere à fidelibus. 53. Chry. fortis diabolus, non naturaliter, ſed noſtra puſillanimitate. 54. Beda. ſ. mundum. 55. Beda. vſque ad Chriſti aduentum in infidelium cordibus, diabolus ſine contradictione quieſcebat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

39. i. faciens hominem mutum. f. i. periculum eius potentia facere cupientes. g. pro contra. ſ. diuiſa, domus autem pro familia. h. i. contra ſe, pro, ſecū ipſo diſſidet. l. pro, Beelzebub præſidio. m. pro, cuius præſidio, & ope. 50. i. virtute, vel Spiritu ſancto, vt patet ex Matt. 12. 52. A Iohanne, & à me prædicatum. ſ. cùm ſic dæmones expelluntur nouo miroq; modo. 55. pro ſalua ſunt. Hebr.

Si autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa [56]arma eius auferet in quibus confidebat:& [57]ſpolia eius [58]diſtribuet. [59]Qui non eſt mecum, contra me eſt: & qui non colligit mecum, [60]diſpergit. [61]Cùm immundus ſpiritus exierit de homine,ambulat per loca [o]inaquoſa, quærens requiem. Et non inueniens dicit,Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cùm venerit [p]inuenit eam ſcopis [62]mundatam. Tunc vadit, & [q]aſſumit [63]ſeptem alios ſpiritus ſecum, nequiores ſe,& ingreſſi habitant ibi. Et fiunt nouiſſima hominis illius [64]peiora prioribus. Factum eſt autem cùm hoc diceret:[65]extollẽs vocem quædam mulier de turba,[66]dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & [67]vbera quæ ſuxiſti. At ille dixit,[68]Quinimò beati qui [69]audiunt verbum Dei,& [70]cuſtodiunt illud. Turbis autem [71]concurrentibus cœpit dicere,Generatio [72]hæc,generatio [73]nequam eſt:

SENS. LIT. IN CAP. XI.

56 Theoph.id eſt,ſpecies peccatorũ.Beda.i.aſtutias.& dolos. 57. Beda.ſ.homines ab eo deceptos. 58. Baſil.ſ.exhibens fideles cuſtodias Angelorum. Beda. quoſuam dedit Apoſtolos, alios Euangeliſtas,&c. 59. Chry.quarta ſolutio. 60. Cyrill.Sathanas tentat diſpergere à Chriſto congregata.Chry. videtur Iudæos tangere,connumerans eos cum diabolo. nam & ipſi agebant contra eum, & diſpergebant quos congregabat. Gloſſ. Poſſunt hæc de omnibus hæreticis & ſchiſmaticis intelligi, qui omnes excluduntur à regno Dei. 61. Chry.oſtendit vnde Iudæis contingat ad huiuſmodi de Chriſto opiniones labi: itaque apud Matthæum additur, ſic erit & generationi huic peſſimæ. quamdiu erant Iudæi in Ægypto,viuentes ritu Ægyptiorum, habitabat in eis diabolus, qui eſt expulſus mactato agno in figura Chriſti,&c. Ambr. A Iudæis per legem ſpiritus immundus exierat.ſed quia in gentibus prius quidem aridis, ſed poſt per baptiſma humeſcentibus, requiem non potuit inuenire, regreſſus eſt ad Iudæos.
62. Amb. ſcilicet,forenſi & perfunctoria ſpecie comptam.Glo.ſuperfluis obſeruationibus & ceremoniis legis,quæ nihil valent poſt Chriſti aduentum. q. Glo.ſ. vt firmiùs poſſideat. 63. Ambr. vt nobis multiplicatur ſeptiformis Spiritus gratia;ita illis immundorum ſpirituum omnis cumulatur iniuria, vniuerſitas enim hoc numero ſignificatur. 64. Chry.Maior nũc penuria virtutis in Iudæis:& ærumna vehementior, & dæmonum poteſtas ſæuior.Glo.deteriores nunc Iudæi blaſphemantes Chriſtũ, quàm olim in Ægypto; maior enim infidelitas venientem non ſuſcipere,quàm venturum non credere.Cyril. Fiunt nouiſſima peiora,iuxta illud,Melius erat viam veritatis non agnoſcere, quàm poſt agnitam retroire. Beda. Accidit hoc malis à quibus exierat diabolus tempore baptiſmatis; exploratis enim fidelium cordibus quæ ſunt inaquoſa,id eſt,à fluxis cogitationibus expurgata, redit ad vacantes, & bonis operibus non ſtudentes;ſecumq; affert vniuerſa vitia. Chry. Grauior eſt pœna ſequentiũ peccatorum.
65. Int.Magna fiducia inter blaſphemos confiteri Dei Filium. Beda. 67. Beda. cuius lacte nutritus eſt,eius & ſemine conceptus;ex eodem enim fonte,ſecundùm Phyſicos, vtrumque manat. 68. Chry. non eſt reſponſum repudiantis matrem, ſed oſtẽdentis quod nihil ei partus profuiſſet, niſi fidelis fuiſſet. Beda. Dei genitrix inde quidem beata,quia verbi Incarnandi miniſtra temporalis; ſed inde multo beatior,quia eiuſdem ſemper amandi cuſtos æterna. 69. Int.id eſt, anteriori aure percipiunt. 70. Int. ſcilicet,opere. Beda.Iudæos perſtringit,qui verbum Dei non audire, & cuſtodire, ſed negare & blaſphemare quærebant. 71. Int.quaſi ad videnda miracula quæ ab eo audiebant fieri. 72. Int.ſ.Iudæorum.
73. ſcilicet,adultera.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

66. Int.figura Eccleſiæ quæ in medio gentium confitetur Creatorem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

58. ſ.cõmittens oues Apoſtolis,& ſucceſſoribus. 61. Senſus parabola eſt, cùm dæmõ ab homine pellitur, quieſcere non poteſt,vt qui pulſus domo,nõ poteſt quieſcere in locis deſertis.ſed redit,reperienſq; paratum ad ſe recipiendũ,vt eſt parata domus purgata,& ornata,ingreditur;idq; multo comitatus dæmonibus,vt tutius poſſideat,ſic Iudæis accidet. o. ſ. ſolitudines. p. præſens tẽpus. 68. Gra. μενοῦνγε, verti poteſt certè. 70. Indicatur neceſſaria perſeuerantia. 71. Gra.ἐπαθροιζομένων.i.condenſantibus ſe.

[74] ſignum quærit,& [75] ſignum non dabitur ei niſi [76] ſignum Ionæ Prophetæ. Nam ſicut fuit Ionas ſignum Niniuitis : ita erit & filius hominis generationi iſti. [77] Regina auſtri ſurget in iudicio cum viris generationis huius, & [78] condemnabit illos, quia venit à finibus terræ audire Sapientiam Salomonis. & ecce pluſquam Salomon [79] hic. Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione hac,& condemnabunt illam : quia pœnitentiam [80] egerunt in prædicatione Ionæ,& ecce [81] pluſquam Ionas hic. [82] Nemo [83] lucernam accendit,& in abſcondito ponit,neque ſub modio:ſed ſupra candelabrum, vt qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna [84] corporis tui,eſt [85] oculus tuus. Si [86] oculus tuus fuerit [87] ſimplex, [88] totum corpus tuum [89] lucidum erit:ſi autem

SENS. LIT. IN CAP. XI.

74. Int.quaſi illa quæ viderant ſigna non fuerint. Baſil. Signum eſt res manifeſta,occulti contineos declarationem,ſicut Ionæ ſignum,deſcenſum Chriſti ad Infernos & aſcenſum à mortuis repræſentat.

75. Int.ſ.de cælo quo indigni ſunt.Beda.ſed de profundo inferni.ſ.paſſionis,non glorificationis.Glo. Diſcipulis dedit ſignum diuinitatis,transfiguratus in monte,& ſubleuatus in cælum. 76. Ambr. quod ſignum eſt Dominicæ paſſionis,& ſceleris Iudæorum, qui exemplo Niniuitarum , non deberent deſperare indulgentiam,ſi vellent agere pœnitentiam. 77. Int.Electa fuiſſe non dubitatur. Beda. s. Beda. Vna erit reſurrectio omnium; bonorum ſcilicet & malorum, idque in ipſo iudicio. 78 Beda.non poteſtate iudicij,ſed comparatione facti melioris. 79. Int.i.in hoc loco. Beda. in præſentiarũ inter vos conuerſatur. Chry q.d Feſtinauit mulier barbara per longum iter auditura ſcientiam animantium , vires herbarum; vos cùm audiatis ipſam ſapientiam de cæleſtibus inſtruentem , & verba ſignis comprobantem,alienamini,&c. 80. Int.quod Iudæi non fecerunt ad prædicationem Chriſti.Chry.Niniuitæ, barbari, qui numquam acceperant auditum diuinum,conuerſi ad vocem ſerui , non cælorum regnum annunciantis, ſed euerſionem vrbis. 81. Ionas paucis diebus prædicauit,& peregrinis; & ſignum non fecit;Chriſtus diu,& ciuibus, & multa ſigna fecit. 82. Int.de ſeipſo hoc dicit.Beda. Oſtendens nõ eſſe occultãdam fidelibus locis ſuæ claritatem. Cyril. Dicebant Iudæi Chriſtum facere miracula ob applauſus audientium, hanc igitur calumniam reprobat. v. Glo.condẽnantur Iudæi qui ſigna exterius quærendo, apertam lucis ianuam nolunt ingredi credendo. x. q. d. ego lucernam fidei in veſtris ſenſibus accendo,& in Eccleſia pono ; vos, quantum in vobis eſt ; lucernas veſtras accendite, id eſt,intentiones cordis mundare. 84. Int.id eſt.totius tuæ operationis. 85. Int.id eſt,mentis intentio. Theoph Iudæi Chriſti miracula accuſabant,cùm deberent agnoſcere, ad hoc enim lucernam à Deo,id eſt,intellectum acceperant,vt intelligerent.Orig.oculus dicitur intellectus,qui corpus,id eſt,totam animam illuſtrat.

86. Int.id eſt,intentio.Greg Naz.Eccleſiæ lucerna,& oculus,prælatus. 87. Int.ſcilicet,pura,& recta. 88. Int.etſi coram hominibus aliquid imperfectionis habere videaris. 89. Greg.28.mor.cap.28.Bona intentio opus illuſtrat,peruerſa obſcurat.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

77. Ambr.Exprimit Eccleſiæ myſterium , quæ de orbis finibus congregatur , vt pacifici Salomonis verba cognoſcat; regina planè cuius regnum eſt indiuiſum , de diuerſis & diſtantibus populis in vnum corpus aſſurgens.Greg.Nyſſ.vt illa regina Æthiopum,& longè diſtans : ſic Eccleſia nigra in principio, & diſtans à Dei notitia; ſed Chriſto offert poſtea pietatis aromata,aurum diuinæ notitiæ,& gemmas.i. obedientiam præceptorum. 80. Ambroſ. ſignificatur Eccleſia quæ ex duobus conſtat , vt aut peccare neſcias,quod pertinet ad Auſtri reginam, aut deſinas quod ad Niniuitas ; pœnitentia delictum abolet, ſapientia cauet. 83. Int.id eſt,fidem.Beda.Flamma diuinitatis ſuæ Dominus humanæ naturæ teſtam impleuit,quæ non eſt credentibus abſcõdenda, nec modio. i. legis menſura includenda, aut intra vnius gentis Iudææ terminos;ſed ſupra candelabrum,id eſt,Eccleſiam ponenda,noſtriſque frontibus fides incarnationis affigenda.Amb.Lucerna,fides;qua reperitur drachma quæ perierat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

v. ſ.quod à Deo miſſus eſſet. x. id eſt, vaſe.

nequam[90] fuerit, etiam corpus tuum tenebroſum erit. Vide ergo ne lumen[91] quod in te eſt,tenebræ ſint. Si ergo corpus[92] tuum totum[93] lucidum fuerit, non habens aliquã partem tenebrarum,erit[aa] lucidum totum;& ſicut lucerna fulgoris illuminabit[94] te. Et cùm loqueretur[95],rogauit illum quidã Phariſæus vt pranderet apud ſe. Ieſus autẽ ingreſſus[96], recubuit. Phariſæus autem cœpit intra ſe reputans dicere,quare non baptizatus[97] eſſet ante prandium. Et ait Dominus ad illum, Nunc[98] vos Phariſæi quod deforis eſt calicis[bb] & catini[cc] mundatis[99]: quod autem intus eſt veſtrum, plenum[100] eſt rapina, & iniquitate. Stulti[101],nonne[102] qui fecit quod deforis eſt,etiam id quod deintus eſt fecit? Veruntamen quod ſupereſt[dd], date[ee] eleemoſynam: & ecce omnia[103] munda ſunt vobis. Sed væ vobis Phariſæis,qui decimatis[104] mentam[105] & rutam & omne[ff] olus:& præteritis

SENS. LITER. IN CAP. XI.

90. Int.ſi peruerſa intentio præceſſerit,prauum opus ſequetur, etſi iuſtũ aliquãdo videatur. 91. Int. i.ipſa intentio,quæ animi lumen eſt,vitiorum tenebris fuſcetur. 92. Int. i. ſi bonum bona intentione facis,non habens in tua conſcientia aliquam partem malæ cogitationis.Beda. 93. Beda.i.omnia opera. 94. ſ.hic,& in futuro gratia lucis donaberis Beda.Hęc autem dicta ſpecialiter contra hypocriſin Phariſæorum ſub dolo ſigna quærentium. 95. Beda.non ait,cùm hæc loqueretur, non enim ſtatim finitis illis,ſed aliquot interpoſitis inuitatus eſt;nempe poſtquam nunciatum eſſet foris matrem & fratres eſſe; & reſpondiſſet,qui fecerit voluntatem,&c. 96. Cyril.vt more optimorum medicorum, grauius infirmitatibus remedium afferret. 97. i.lauatus more Iudæorum.Aug.de verb.Dom.quotidie Phariſęi antequam prandetent,abluebant ſe aqua. 98. Cyril.ex his quæ erant præ manibus contexit documẽtum. Aug.de verb.Dom.Apud ſe Phariſæus cogitauerat,ſed audiuit qui interiora cernebat. b b. Glo.calix, vas vitreum,catinus fictile de terra. 99. Int.i. munditiam carnis exterius obſeruatis. 100. Int.i.animæ turpitudinem retineatis.Aug.de verb.Dom.quomodo non pepercit ei,à quo fuerat inuitatus? magis obiurgando pepercit,vt correcto in iudicio parceret. 101. Glo.Latius explicatur quod ſupra dictum eſt de mundando cordis oculo. 102. Int.q.d.qui fecit vtranque naturam,vtranque mundari voluit. Beda. eſt autem hoc contra Manichæos, qui animam tantum à Deo, carnem autem à diabolo putant creatam,& contra eos etiam qui peccata corporalia deteſtãtur,ſpiritualia vt leuia cõtemnunt. d d. Beda.ſ. neceſſario victu & veſtimento:nec enim ita præcipitur eleemoſyna,vt te conſumas inopia, ſed vt corporis tui cura expleta,inopẽ,quantũ vales,ſuſtentes;vel quod ſupereſt.i.quod tam multo ſcelere præoccupatis remedium reſtat,eſt vt detis eleemoſynã,&c. 103. Amb.mundat nos miſericordia,mũdat Dei ſermo,iuxta illud,Iã vos mũdi eſtis propter ſermonẽ quẽ locutus ſum vobis. Cyr.facit eleemoſyna omnia mũda,& ieiunio eſt præſtãtior,nõ paruũ eleemoſynæ cataplaſma cùm valeat omnib.apponi vulneribus.Beda.Eleemoſyna eſt,quicquid vtili miſeratione fit,vt parcendo,orando,corripiendo,&c. Aug.de ver.Dom.Facere eleemoſynam,eſt facere miſericordiam:quomodo autẽ es miſericors alteri, ſi crudelis es tibi? Miſerere,inquit animæ tuæ placens Deo. 105. Int.non triticum ſolummodo & vinum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

a a. pro,vt quod ſit lucidum totum,ſicut lucerna te illuminabit. 94. Græc.vt cùm lucerna fulgore illuminat te:poteſt ſenſus eſſe,ſic erit lucidum corpus tuũ,vt eſt lucida demum accenſa lucerna. 95. i.cùm aliquando diceret,non enim id factum poſt dicta proximè,ſed alio tempore. 97. i.lotus. b b. Parabolicus ſermo,ſignificans munditiam exteriorem. c c. catinus,ſeu catinum,vas eſt eſcarium. d d. Græc.τὰ ἐνόντα,quæ ſuppetunt,ſeu adſunt.q.d. de ijs quæ habetis. e e. Quidam ironicè dictum putant, at veteres præceptum eſſe,ſeu conſilium. 103. ſ.ſi eleemoſyna rectè fiat, & adſint reliqua ad ſalutem neceſſaria, vt pœnitentia: ſic enim intelligendæ ſimiles ſententiæ quæcumque ſalutem promittunt,quidam tamen dicunt per eleemoſynam intelligi omnia opera bona.q.d.date operam bonis operibus. 104. i. decimas datis, vel exigitis,vtrumque enim ſignificant verbum Latinum,& Græcum ἀποδεκατοῦν,& Heb.עשר videtur autem hic pro dare accipi,nam exigere potius ſacerdotum,& Leuitarum.vide Leu.18. f f. pro,quoduis.

iudicium

iudicium[106] & charitatem[gg] Dei.[107] Hæc autem[108] oportuit[109] facere, &[110] illa nō omittere. Væ vobis **Phariſæis**,[111] qui[hh] diligitis primas cathedras in Synagogis, & ſalutationes in foro.[112] Væ **vobis** Scribæ & Phariſæi hypocritæ,[113] quia eſtis vt monumenta quæ[114] nō parent,[115] & homines ambulantes ſupra,[*] neſciunt.[116] Reſpondens autem quidam ex Legiſperitis, ait illi, Magiſter hęc dicens etiam[117] contumeliam nobis facis. At ille ait, Et vobis Legiſperitis[118] væ:[ll] qui oneratis homines oneribus[119] quæ portari[120] nō poſſunt, & ipſi[121] vno digito[122] veſtro[mm] non tangitis[123] ſarcinas. Væ vobis qui[124] ædificatis monumenta Prophetarum: patres autem veſtri occiderunt illos. Profectò[nn] teſtificamini & conſentitis operibus patrum veſtrorum: quoniam quidem ipſi eos occiderunt, vos autem[125] ædificatis eorum ſepulchra. Propterea & [126] ſapientia Dei[127] dixit,[128] Mittam ad illos[129] prophetas &

Sens. Lit. In Cap. XI.

106. Aug. de ver. Dom. quid eſt iudicium? diſplicere tibi. Quid eſt charitas? diligere Deum & proximum. hanc eleemoſynam ſi prætermittis, nihil facis, quando tuum non facis. Theoph. Per iudicium dilectionem proximi innuit: quod enim aliquis iuſtè iudicet proximo, ex eius dilectione prouenit. Gloſſ. q. d. deberetis de veſtra miſeria iudicare, & Dei charitatem quam vobis donauit, diligere, vt piè viuatis, iuſtum Dei iudicium confitentes, quia miſeri facti eſtis; & gratias referentes charitati qua liberati eſtis. Breuiter autem perſtrinxit multa eorum vitia: futuri enim iudicij metum non habebant, nec Dei charitatem, &c. 107. Int. ſcilicet, iudicium, & charitatem. Amb. perfectionem fidelis viri breuiter concludit vt & fide, & operibus approbetur. 108. Int. vel oportet. 109. Int. ſ. primo loco. 110. Int. ſ. eleemoſynas fructuum. Chry. nondum erat tempus expreſsè abolendi legalia. 111. Int. arrogantiam redarguit qua primatus appetunt. 112. Arguit de hypocriſi. 113. Cyril. Iulianus Apoſtata ait vitanda eſſe ſepulchra quæ Chriſtus immunda eſſe ait; ſed ignorauit vim verborum, non enim iubet Chriſtus à monumentis diſcedere, ſed eis comparat Phariſæos. 115. Int. legendum parent, vel parent. 116. Cyrill. Redargutio manſuetos transfert in melius, ſuperbis eſt intolerabilis. 117. Beda. quàm miſera conſcientia, quæ, audito Dei verbo, ſibi contumeliam fieri putat. 118. Int. ſ. ſicut Phariſæis. Theoph. Phariſæi diuiſi ab aliis quaſi religioſi, Legiſperiti Scribæ erant & doctores, Legis quæſtiones ſoluentes.

119. Int. ſ. Legis. 120. Int. ſ. ſecundùm quod intelligitis, & imponitis. 121. Theoph. quando doctor facit quæ docet, faſcem alleuiat, ſe tradens ad exemplum; quando verò non facit, graues videntur faſces auditoribus, vt quæ neque à doctore poſſunt portari. 122. Int. id eſt, neque in minimis perficitis, quia gratiam meā non quæritis, & iugū leue repellitis; ſed lex ſine gratia nequit impleri. Beda. mm. Greg. tales modo plures ſunt, intolerabiles Legiſlatores, & debiles portatores. 123. Int. ſ. Legis. 124. Int. i. ambitioſè ornando. Beda. Simulabant ſe patrum ſuorum horrere perfidiam, memorias Prophetarum ab illis occiſorum magnificè ornando, ſed oſtendunt ſe paternæ nequitiæ conſentire, dum ſunt iniurij in Chriſtum à Prophetis prænunciatum. Gloſſ. perſequendo Chriſtum & Apoſtolos, imitabantur ſcelera patrum, & ſententiam damnationis quam in patres proferebant, in ſeipſos retorquebant. 125. Int. ſ. ambitioſè ornando. 126. Amb. ſ. Chriſtus, vnde apud Matth. Ecce ego mitto ad vos Prophetas & ſapientes. 127. Int. ab æterno diſpoſuit. 128. Int. Matthæus, Ecce ego mitto ad vos. 129. Int. qui prius Prophetas, poſt Apoſtolos miſit. Beda. Ceſſent ergo hæretici Chriſto ex virgine principium dare; & alium Legis & Prophetarum, alium noui Teſtamenti Deum prædicare. Intelliguntur quidem aliquando in Scriptura Prophetæ non ſolum qui Chriſtum prædixerunt, ſed etiam qui futura cæli gaudia; ſed hos non crediderim Apoſtolis in catalogi ordine præferendos.

Addit. Avct. In Cap. XI.

*106. i. iuſtitiam. ſ. ad proximum. gg. i. in Deum. 107. ſ. iudicium & charitatem. 110. ſ. decimationes, eas quidem quæ ex Lege neceſſario, alias ex abundanti. hh. i. optatis, ambitis. * Quid. ſ. contineant intus: vel loquitur de monumentis quæ ſub terra latent. ll. ſ. & rigidè legem interpretantes, & addentes grauia præcepta, exactamq; obſeruationem requirentes. nn. ſ. per opera quibus eſtis ſimiles patribus: Itaque perinde agitis vt ſi in gloriam patrum, & non Prophetarum ædificaretis.*

Apoſtolos,&[oo] ex illis[130] occident & perſequentur[131] : vt inquiratur ſanguis[pp] omnium Prophetarum, qui effuſus eſt à conſtitutione mundi à generatione iſta,[132] à ſanguine Abel, vſque ad ſanguinem Zachariæ,[133] qui periit inter altare[qq] & ædem.[rr] Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Væ[134] vobis Legiſperitis, quia tuliſtis[135] clauē[136] ſciētiæ, ipſi non introiſtis; & eos qui introibant, prohibuiſtis.[s] Cùm autem hæc ad illos diceret, cœperunt Phariſæi & Legiſperiti grauiter inſiſtere,[137] & os eius opprimere[138] de multis inſidiantes ei: & quærentes aliquid capere[139] de ore eius, vt accuſarent eum.

SENS. LIT. IN CAP. XI.

130. Int. vt Iacobum. 131. Int. vt nec recepti ab eis, iuſtè ad gentes migrent. 132. Int. ſ. malorum. Glo. omnes mali vna generatio ſunt, vna ciuitas, vnum corpus diaboli: ſicut omnes boni vna generatio. Cyril. exprimit non ſolùm aſtantes, & audientes, ſed quemlibet homicidam. 133. Theoph. hunc quidā dicunt eſſe filium Ioiadæ Sacerdotis. Beda. ſignificantur vtriuſque gradus martyres. ſ. laici, & altaris officio mancipati. Abel enim paſtor ouium, Zacharias ſacerdos. Greg. Nyſſ. quidam dicunt Zachariam patrem Iohannis, ſpiritu prophetiæ Mariæ virginitatem intelligentem, non eam ſeparaſſe à loco templi virginibus deputato, eàque cauſa fuiſſe occiſum, præſertim cùm diceret Regem mūdi naſciturum. metuebant enim ſubiectionem. Græ. quidam dicunt, cùm à cæde infantium Elizabeth eripuiſſet Ioannem in eremum abiens, Herodis ſatellites ob id indignatos, Zachariam in templo miniſtrantem, occidiſſe. 134. Baſil. Conuenit hæc vox detrudendis paulo pòſt in graue ſuppliciū. 135. Int. i. abſtuliſtis. Cyril. 136. Cyr. i. Legem quæ erat figura iuſtitiæ Chriſti: eſt etiam fides clauis ſcientiæ: per eam enim fit veritatis cognitio, iuxta illud, niſi credideritis, non intelligetis. iſti ergo nec legem ad Chriſtum ducētem, vt oportebat, interpretabātur: nec homines in Chriſtū credere permittebāt. Aug. 2. de q. Euā. Clauis ſciētiæ humilitas, quā nec ipſi intelligere, nec ab aliis intelligi volebāt. Idē 2. de cōſ. Euan. Notandum verò Matt. narraſſe hæc dicta poſtquā Dominus veniſſet in Hieruſalē. Lucas verò dū eò iter haberet: videntur ergo ſimiles eſſe ſermones quorum ille alterū, iſte alterum narrauit. 137. Cyr. i. inſtare, vel ſæuire. 138. Theoph. cū pluribus interrogantibus diuerſa, vnus non poſſit ſemel reſpōdere de omnib⁹, videtur inſipientibus quod dubitet. 139. Theop. quod dixit opprimere, nūc capere: interrogabant autem nunc de Lege, vt arguerent quaſi blaſphemum: nunc de Cæſare, vt accuſarēt tanquā hoſtē Cæſareæ maieſtatis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

126. ſ. Ego, vide Matth. 127. ſ. per Prophetas, vel decreuit. oo. aliquos ſ. pp. i. vltio de ſanguine effuſo. Nota quòd Deus ſolet punire eos in quibus completur iniquitas. vide apud Matth. Et vos implete menſuram patrum veſtrorum. 132. coniungendū cum exquiratur. 133. de quo 2. Par. 24. qq. ſcilicet, holocauſtorum quod erat in atrio. rr. Græc. ναὶ, aduerb. vehementer affirmantis. 135. à tollo. q. d. recepiſtis in vos, ſeu vobis vendicaſtis. ss. ſ. auocando à fide in me. 137. id eſt, vrgere varijs quæſtionibus. 138. id eſt, obruere quærendo multa. ſed agebant, vt videretur indoctus.

CAPVT XII.

MVltis autē[a] turbis concurrentibus,[b] ita vt ſe inuicē conculcarēt, cœpit dicere ad diſcipulos ſuos, Attendite[c] à fermento[1] Phariſæorū, quod eſt hypocriſis.[2]

SENS. LIT. IN CAP. XII.

1. INt. i. ſimulatione. Cyril. cauillatores erant: Greg. Nazian. Fermentū ſignificat vetuſtā & acidam malitiam. 2. Theoph. hypocriſis fermentum dicitur, quia intentiones hominū corrumpit & mores.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XII.

a. Græc. innumera turba multitudine. b. ἐπισυναχθεισῶν, id eſt ſimul aggregatis. c. id eſt, cauete. Græc. additur vobis πρῶτον ἑαυτοῖς. 1. ne ſcilicet, inficiamini, aut decipiamini. 2. quæ more fermenti vitiat omnia opera.

Nihil enim opertum eſt, quod non reueletur: neque abſconditum, quod non ſciatur. Quoniam quæ in tenebris dixiſtis, in lumine dicentur: & quod in aure locuti eſtis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & poſt hoc nõ habent amplius quod faciant. Oſtendam autem vobis quem timeatis: timete eum qui poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timete. Nonne quinque paſſeres veneunt dipondio: & vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis veſtri omnes numerati ſunt. Nolite ergo timere: multis paſſeribus pluris eſtis vos. Dico autem vobis, Omnis quicunque confeſſus fuerit

SEN. LIT. IN CAP. XII.

3. Int.q. d. nequitia diſcooperietur; & veſtra intentio ſoli Deo modò cognita, ab omnibus ſcietur. Orig. aut loquitur de tempore, cùm iudicabit Deus occulta hominum; aut ſignificat non poſſe occultari bonum aliorum calumniis. Chryſ.q.d. etſi vocent nos ſeductores, omnia tempus deteget, veſtramque virtutem declarabit, & aliorum calumniam arguet. ¶ Int.ſ.myſterio. Beda. quod Apoſtoli inter tenebras preſſurarum, & carcerum vmbras locuti, vel paſſi ſunt; nunc per orbem in Eccleſia prædicatur. 5. Int. i.apertè. 6. Int.i.priuatim. 7. Int.i.publicè. Beda. loquitur iuxta morem Paleſtinæ, vbi ſolent in tectis reſidere. ſunt enim plana in tectis ergo.i.palam. Theoph. vel intelligitur de Phariſæis.q.d. O Phariſæi. quod in opacis cordibus veſtris intentare conamini, in me luce notum fiet; & quidquid mutuis ſuſurris veſtris auribus inſtillaſtis, mihi notum erit, ac ſi eſſet in tectis prædicatum. 8. Int.ſ.qui nihil terrenum cupitis. Cyrill. conuenit hic ſermo his qui Deum ex tota mente diligunt, qui dicere poſſunt, Quis ſeparabit nos à charitate Chriſti? 9. Int.ſ.propter multitudinem, vel ferocitatem eorum. Amb. docet mortem non eſſe terribilem quam ſit locupletiori fœnore immortalitas redemptura. Glo. Notandum duo eſſe perſecutorum genera.ſ.apertè perſequentium, de quibus nunc; & fraudulenter blandientium, de quibus ſuprà. 10. Int.q.d. non poſſunt efficere, quin animam Deus reddat corpori, & ipſum corpus reſuſcitet. Beda. 11. Int.i.ei ſeruite in timore. 12. Theoph. non dicit qui mittit, ſed qui poteſt mittere, non enim quicunque moriuntur peccatores mittuntur in gehennam, proſunt quidẽ oblationes & eleemoſynæ quæ fiunt pro defunctis, etiam iis qui in grauibus peccatis mortui ſunt. Auctor. intellige mortuos in peccatis, i.cùm remiſſa à Deo culpa, nondum pro pœna ſatisfecerint. 13. Int.q.d. nolite timere mortem corporis, qui mori non poteſtis ſine nutu Dei. 14. Beda.i.duobus aſſibus. 16. Int.ſed ſunt omnia ſub prouidentia Dei; quanto magis vos ad imaginem Dei facti? Orig. diuina prouidentia vſque ad minima procedit. 17. Int.q.d. etiam minimæ veſtium particulę Dei prouidentia conſeruantur. 18. Cyril. ſignificatur diligentia curæ adhibitæ. Ambr. quæ volumus ſeruare, numeramus. 19. Int. id eſt, maioris pretij, quia rationales, quia æterni. 20. Beda. oſtendit vbi ſit facienda reuelatio operum, & verborum, de qua ſuprà, nempe in conſpectu æterni Iudicis. 21. Int. ore fit confeſſio ad ſalutem. Chryſ. non eſt Deus contentus intrinſeca fide, ſed exteriorem confeſſionem poſtulat. Gloſſ. non ſufficit tempore perſecutionis fides cordis, eſt autem confitendum fide quæ per dilectionem operatur.

SENS. MYST. IN CAP. XII.

7. THEOPH. Lux eſt Euangelium, tecta verò, altæ Apoſtolorum animæ, præco Spiritus ſanctus. g. Orig. quinque paſſeres.ſpirituales ſenſus; Deum intuentes; vocem diuinam audientes, guſtantes panem vitæ, olfacientes odorem vnguentorum Chriſti palpantes viuum verbum, dipondio veneunt, i. vilipenduntur ab his qui ea quę ſunt ſpiritus, ſtultitiã iudicant, ſed non ſunt in obliuione coram Deo. Theoph. quorum ſenſus traduntur verbo vitæ, horum Deus ſemper eſt memor, duo aſſes, nouum & vetus teſtamentum. h. Cyrill. Caput, hominis intellectus, capilli, cogitationes, quæ Deo patent. Theoph. caput, apta Chriſto conuerſatio; capilli, mortificatiua corporis opera, quæ numerantur à Deo.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XII.

d. vel redditur ratio, vel noua eſt doctrina qua diſcipulos prædicaturos inſtruit, & tunc, enim, pro autem. 3. ſ.hic, aut in futuro. 5. i.palàm. 6. i.penetralibus, ſeu intimis ædium. Gr. [illegible]*. 7. hæc in paleſtina plana. 8. i.dilectis. f. Gr.* [illegible]*, ſanè. 14. conſtat duobus aſſibus.*

[22] me coram hominibus, & Filius hominis [23] confitebitur illum coram Angelis Dei. Qui autem [24] negauerit [25] me [26] coram hominibus, negabitur [27] coram Angelis Dei. [28] Et omnis qui dicit verbum in [29] Filium hominis, [30] remittetur illi: ei autem qui in Spiritum ſanctũ blaſphemauerit, [31] nõ [32] remittetur. [33] Cùm auté [34] inducent vos in [35] ſynagogas, & ad [36] magiſtratus, & [37] poteſtates: nolite [38] ſolliciti eſſe qualiter, aut [m] quid [39] reſpondeatis, aut [40] quid [41] dicatis. [42] Spiritus enim ſanctus docebit vos in ipſa hora quid oporteat vos dicere. [43] Ait autem ei quidam de turba, Magiſter, [n] dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem.

Sen. Lit. In Cap. XII.

22. Chry. vt Deum, & Dominum. 23. ſ. dicendo, Venite benedicti Patris mei. Euſeb. quid erit glorioſius hac Chriſti atteſtatione? reddet verò teſtimonium intra ſuos manes, & implens eos lumine ſuo. 24. Cyrill. negant hæretici. Chry. negant etiam quidam factis, vt ait Paulus, & qui ſuorum curam nõ habent: tot vero ſunt cõfeſſionis modi, quot negationis. 25. Int. ſ. Deum, vel hominem eſſe. 26. Int. ſ. vbi prodeſſe debet mei nominis confeſſio. 27. Int. non perducetur ad viſionem Patris, qua perfruuntur ſancti. Chry. & in damnatione maius ſupplicium; & in bonis maior recompenſatio ponitur: hic enim homo confitetur aut negat, illic verò Chriſtus. 28. Beda. hoc ſubjicit ne putetur eadem eſſe conditio eorum qui infirmitate, vel ignorantia, & qui ſtudio negant. 29. Amb. i. Chriſtum, cuius parens in terris ſola virgo. 30. Cyril. ſ. ſi pœniteat. 31. Athan. lib. de peccatis in Spiritum ſanctum. Quidam Antiquorum vt Orig. & Theognoſtus blaſphemare dicunt Spiritum ſanctum, qui poſt baptiſmum regrediuntur ad peccandum, & ob hanc, veniam nõ obtinere, iuxta illud Pauli, Impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt, &c. prolapſos reuocari ad pœnitentiam; ſed apertè hoc loco Chriſtus de illis loquebatur, qui nondum erant baptizati, deinde poſt baptiſmum qui peccant, in ſanctam Trinitatem peccant, in cuius nomine baptizati ſunt; & non ſolùm in Spiritum ſanctum. præterea ſi peccantibus poſt baptiſma non remittitur peccatum, quomodo Paulus condonat Corinthio pœnitenti; & Galatas parturit donec formetur in eis Chriſtus? Et cur Nouatum arguimus negantem pœnitẽtiam poſt baptiſmum? Nam Paulus ad Hebræos non negat pœnitentiam peccatorum, ſed vnicam dicit ſolam renouationem eſſe per baptiſma, & non ſecundùm ritum legis multa baptiſmata, peccant ergo in Filium hominis qui tanquam in hominem obloquuntur, & per pœnitentiam veniam accipiunt, quod fragilitas corporis eis occaſio fuerit, ſed qui diuinitatis opera tribuunt diabolo, meritò irreuocabilem ferunt ſententiam, atque hæc erat Phariſæorum perfidia, vnde Chriſtus non amplius eos ſuſtinet, cùm tamen ſuſtinuerit dicentes, Nonne hic eſt fabri filius? & quomodo literas ſcit quas non didicit? tanquam enim in Filium hominis peccabant. ſic eorum patres ſuſtinuit quandiu murmurabant, cauſa panis & aquæ, vbi verò vitulum adorauerunt, ei tribuentes quæ ſunt Dei, puniuit. 32. Beda. non quod non poſſit dimitti à Deo ſi agat pœnitentiam, ſed quia exigentibus meritis, nunquam perueniet ad dignæ pœnitentiæ fructus, iuxta illud, Excæcauit oculos eorum ne conuertantur. Cyril. ſi creatura eſſet Spiritus ſanctus, quomodo in eum contumelia tantam pœnam ferret? Beda. nõ tenentur hac irremiſſibili blaſphemia, qui ex ignorantia humana, non autem diabolica inuidentia (vt principes Iudæorum) negant Spiritum ſanctum Deum eſſe, aut Patri aut Filio æqualem. Aug. de verb. Dom. non de omni blaſphemia intelligitur: non enim dicitur, qui blaſphemauerit quamcumque blaſphemiam, ſed qui blaſphemauerit, quodam ſcilicet modo, ſicut Deus dicitur neminem tentare, quodam ſcilicet tentationis modo. eſt autem hæc blaſphemia impœnitentia, loquitur enim impœnitens cor contra donum Spiritus ſancti, quæ eſt remiſſio peccatorum. Gloſſ. blaſphemia Spiritus eſt, cùm quis opera Dei intelligit, & ex inuidia calumniator, attribuens ea Belzebub. 33. Int. contra terrores conſolatio. Theoph. metum pœnarum ſupra excluſit, nunc verò timorem ignorantiæ. 34. Int. ſ. vt me negetis. 35. Int. i. publicos conuentus. 36. Int. i. Principes ſynagogæ. 37. Int. i. Regiam poteſtatem. Gloſſ. q. d. volũtatem veſtram pro Chriſto offerte, Chriſtus verò pro ſe loquetur. 39. Int. ſ. interrogantibus. 41. Int. ſ. diſcedere volentibus. 42. Int. q. d. non ex ingenio vel arte veſtra verba procedunt, ſed ex Spiritus ſancti gratia. 43. Amb. auaritiæ abolendæ præceptum ſubjicitur, & exemplum.

Addit. Avct. In Cap. XII.

22. Græc in me, prò me Hebr ſic Pſalm 43. In nomine tuo confitebimur. pro, nomen tuum confitebimur. Pſal. 16. In nomine ſancto tuo inuocabimus. pro, nomen ſanctum tuum. l. ſ. modum. m. ſ. rem. 39. pro, reſponſuri ſitis, ſcilicet, accuſantibus. id enim ſignificat verbum Græcum. n. pro, præcipe. Hebr.

At ille

At ille [44] dixit ei, [o] Homo quis me conſtituit iudicem [45] aut [46] diuiſorem ſupra [p] vos? Dixitq; ad [47] illos, [48] Videte, & cauete ab [49] omni auaritia: quia [50] non in [q] abundantia cuiuſquam [r] vita eius [51] eſt, ex his quæ poſſidet. Dixit autem ſimilitudinem ad illos dicens, Hominis cuiuſdam diuitis vberes [52] fructus ager attulit. & cogitabat intra ſe dicens: [53] Quid faciam, quia non [s] habeo quo congregem fructus meos? Et dixit, hoc [54] faciam: [55] Deſtruam horrea mea, & [56] maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata ſunt [57] mihi; & [t] bona [58] mea: & dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona poſita in annos [59] plurimos: [60] requieſce, [61] comede, [62] bibe, [63] epulare. Dixit autẽ illi Deus, [u] Stulte, hac [64] nocte animã tuam [65] repetunt à te: quæ autem [66] paraſti, cuius [67] erunt? Sic eſt qui ſibi theſaurizat, & non eſt in [68] Deum

SENS. LIT. IN CAP. XII.

44. Theop. docẽs nos nõ oportere à terrena flecti. o. Beda, cùm ſit inter vos zelus & cõtentio, nónne homines eſtis? 45. Int. ſ. litium. 46. Int. ſ. facultatum, &c. Amb. bene terrena declinat, qui propter diuina deſcenderat; maioribus intento non eſt minoribus obſtrependum. Gloſſ. q. d. non ſum diſſenſionis Deus, ſed pacis & vnitatis. 47. Int. ſ. tam ad turbas, quàm ad diſcipulos. 48. Int. q. d. ratione prouidete, contra quam ſi caro ſuggerit, cauete. 49. Cyril. ſ. magna & parua. 50. Theoph. refellit auarorum intentiones, qui coacernant diuitias quaſi diu victuri. r. Glo. non in ſolo pane viuit homo, nec temporalis vita multitudine diuitiarum protenditur. 51. Int. pro his. ſ. 52. Int. ſ. plus ſolito. Baſil. Extendit Deus bonitatem ſuam etiam vſque ad malos; & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. 53. Int. Ecce nimia ſollicitudo ex auaritia. Baſil. plena erant horrea, ſed animus non implebatur. Greg. 15. Mor. cap. 13. O anguſtia ex abundantia nata. 54. Int. ex ſollicitudine deliberatio. Baſil. non cogitauit oportere diſpenſare ſuperflua egentibus, veteribus non vult cedere ob auaritiam; noua verò non poteſt ſuſcipere ob multitudinem, in promptu erat dicere, aperiam horrea, conuocabo egenos, ſed hoc non cogitat.

55. Baſil. digna erant deſtructione nequitiæ promptuaria. 56. Baſil. & ſi impleueris hæc, numquid iterum deſtrues? quid ſtultius quàm laborare in infinitum; horrea tibi ſunt ſi vis, domus pauperum.

57. Int. i. meo labore, vel propter me ſolum. Cyril. non cogitat ſe diuinitus obtinere, ſed fructus eſſe laborum ſuorum. s. Chry. & in hoc errat, bona putans quæ ſunt indifferentia, & media dicuntur.

58. Baſil. diuites communia præoccupantes ſua æſtimant, vt ſi quis veniens ad ſpectacula, alios prohiberet. Si ſolùm quis neceſſaria ſumeret, & indigentibus ſuperflua relinqueret, non eſſent diuites nec pauperes. ſpoliator eſt qui cùm diſpenſanda ſuſceperit, propria reputat, panis eſt famelici quem tenes, nudi tunica quam ſeruas, indigentis argentum quod poſſides, quare tot indigentibus iniuriam facis quot dare poſſes. 59. Cyril. habes quidem in horreis fructus, ô diues, ſed annos plurimos vnde habes? Athan. qui ſic viuit quaſi quotidie moriturus, non peccabit iſte qui ſibi longam vitam promittebat, ad voluptates aſpirabat, vnde ait, requieſce. 60. Int. ſ. à labore. Glo. cum peſte auaritiæ iungitur peſtis deſidiæ. 61. Int. i. eſuriem & ſitim pelle. 62. Int. ſ. magno apparatu. Baſil. totus iſte carnalis erat. Chry. non ſolùm animæ, ſed & corpori nocens delitiæ, faciunt enim debile, ægrum, graue, & deforme.

63. Baſil. examinata ſunt huius propoſita in cælo. Gloſſ. dicere Dei ad hominem, eſt eius prauas machinationes ſubita animaduerſione compeſcere. t. Gloſſ. quia longa tibi tempora diuitiarum promittebas. 64. Greg. 22. mor. cap. 12. qui ſibi longa tempora promittebat, diem ſequentem non vidit. Idem 15. mor. In nocte ablata eſt anima quæ conſiderationis lucem habere noluit. 65. Int. ſ. exactores. Chry. ſcilicet, terribiles virtutes ad hoc miſſæ. 66. Int. ſcilicet, ſtultus, & in nocte rapiendus. Beda. 67. Bed. qui vult eſſe in Deum diues, non ſibi theſaurizet, ſed pauperibus poſſeſſa diſtribuat. Ambr. non noſtra ſunt quæ non poſſumus auferre nobiſcum, ſola virtus comes eſt defunctorum, ſola nos ſequitur. miſericordia, quæ tabernacula defunctis acquirit æterna. 68. Glo. In Deum diues eſt, cuius expectatio eſt Dominus, cuiúſque ſubſtantia eſt apud Deum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XII.

p. ſub diſſidentes de re terrena. 49. Gr. non eſt omni. Fortè legit Interpres, aut addidit, quia auaritia non in ſola pecunia intelligitur. 50. Senſus eſt, non eo quis viuit diutius quòd amplas habeat facultates. q. id eſt, alicuius hominis. 62. Gra. εὐφραίνου, latare, gaude.

diues. Dixítque ad diſcipulos ſuos,[69] Ideo[70] dico vobis : Nolite ſoliciti[71] eſſe animæ[72] veſtræ quid manducetis : neque corpori veſtro quid induamini. Anima plus[73] eſt quàm eſca,& corpus plus quàm veſtimentum. Conſiderate coruos,[74] quia non ſeminant neque metunt,[75] [u] quibus non eſt cellarium neque horreum[76] : & Deus paſcit illos. Quanto magis vos[77] pluris[x] eſtis illis? Quis[78] autem veſtrum cogitando[79] poteſt adjicere[80] ad ſtaturam ſuam cubitum vnum?[81] Si ergo neque quod minimum[82] eſt,poteſtis:quid de cæteris ſolliciti eſtis? Conſiderate[83] lilia[z] quomodo creſcunt : non laborant,[84] neque nent.[85] Dico autem vobis,nec Salomon[aa] in omni gloria[bb] ſua veſtiebatur, ſicut vnum ex iſtis. Si[cc] autem fœnum[86] quod hodie eſt in agro, & cras[dd] in clibanum mittitur[87], Deus ſic[88] veſtit:[89] quanto magis vos[90] puſillæ fidei?Et vos,[91] nolite[92] quærere quid manducetis,[93] aut quid bibatis:[94] & nolite in ſublime[ee] tolli.[95] Hæc autem omnia gentes[96] mundi quærunt.[ff]

Sens. Lit. In Cap. XII.

69. Iot.quos ſpecialiter ad contemptum mundi inuitat. 70. Int.Ideo temporalium ſollicitudinem veto,ne cum diuitibus ſeculi vobis theſaurizare conuincamini. 71. Chry. i. nolite rebus mundanis mente affigi. Glo.non prohibet prouidentiam, ſed vetat ſolicitudinem quæ mentem perturbat ; & ab æternis reuocat. 72. Iot.i.vita quæ cibo ſuſtentatur. Theoph. nutritiuæ parti animæ. 73. Cyril. q.d. Deus qui dedit quod maius eſt,dabit quod minus. 74. Int. quorum anima mortalis. ¶ hoc ad eſcam. ¶ Matthæus volatilia, hic ergo eſt ſpecies pro genere. Theodoret.in Pſal.146.Ideo coruorum mentionem fecit,quia ſpeciali prouidentia Deus coruorum pullos nutrit, corui enim negligunt pullos quibus miro modo pabulum aura delatum ad os peruenit, quod hiantes ſuſcipiunt, & ſic nutriũtur.Euſeb.aliis volatilibus colligentibus legumina promptius eſt alimentum , at iis quæ veſcuntur carnibus, vt coruis, difficilius;non tamen deeſt propter Dei prouidentiam. 75. Cyril.ſ.ad acquirendum cibum. 76. Cyril. ſ.ad conſeruandum. 77. Int.ſ.propter rationem,propter immortalitatem quæ vobis promittitur, plus valetis.Beda. ¶ Amb.cauſa inopiæ noſtræ auaritia.volatilibus ſine labore pabula exuberant , quia fructus ad eſcam communem datos,non ſibi ſpeciali vendicant dominatu, nos communia amiſimus,dum propria vindicamus. 78. Int.hoc de veſtimento. 79. Iot. i.ſua ſollicitudine & ſagacitate. 80. Int. illi ergo curam tegendi corpus relinquite, qui illud ad hanc menſuram fecit peruenire.Beda. 81. Int. q.d.nullus. 82. Aug.de q.Eu.ſ.Deo.Glo.eſt hæc operatio minima Deo ad comparationem ſpiritualis creaturæ. 83. Iot.vt de minoribus perſuadeantur maiora.Chry.ſupra de alimentis,nunc de veſtitu.
84. Iot.ſ.coloribus ſe ornando. 85. Iot.ſ.vt faciant ſibi indumenta. Chry. non reprobat Dominus opus,ſed ſuperfluam curam. b b. Glo.quæ purpura regum,quæ pictura textricum poteſt floribus comparari ? c c. Si iſta quæ ad vſum corporis tantùm ſunt,& cito decidua,igne cremabuntur,Deus tam venuſtè adornat,quanto magis,&c. 86. Chry.declaratio ab infirmitate rerum; vnde non vocat lilia , vt ſupra,ſed fœnum ;.nec dicit,cras non futura,ſed in clibanum mittetur. d d. Glo. cras in Scriptura pro futuro ponitur. 88. Chry.magnam hoc habet emphaſim. 89. Int.ſ.veſtiet. 90. Iot.qui ad imaginem Dei facti eſtis,& ad æterna vocati. 91. Iot.pro,ergo vos. 92. Iot.ſi enim de his diffiditis , quomodo æterna ſperetis? 93. Beda.arguuntur hic qui ſpreto victu communi , lautiora præ his cum quibus vitam ducunt,alimenta acquirunt. 94. Iot.q.d.etſi hæc abundauerint , ne inde ſuperbiatis. Aug 2.de q. Euang.tale eſt ſuperbire,cùm quis abundat alimẽtis,vt ſi vulneratus ſe iactet quod multa domi habeat emplaſtra;cui bonũ eſſet ne vno quidem indigere. 95. Baſil.ſ. voluptatem , diuitias, & huiuſmodi.
96. Iot.quibus nulla cura eſt de futuris;ſed filiorum eſt quærere regnum Dei.Greg.Nyſſ.adhibere ſollicitudinem rebus temporalibus,eſt eorum qui non habent ſpem futuri ſeculi,neque metum iudicij.

Addit. Auct. In Cap. XII.

72.pro vita veſtra. v. Gr.διαφέρετε.i.præcellitis. 79. Gr.μεριμνῶν.i.ſollicitè cogitans. x. pro, flores ſpecies pro genere. bb.i.magnificentia. 86. i.gramen,ſeu herbam. 90. ſ.veſtiet. e e. Gr.μὴ μετεωρίζεσθε,ne curioſè cæleſtes curſus ſcrutemini, & obſeruetis,indeq; euentus præſagiatis , vel anxiè oculos in cælum tollatis præ ſollicitudine,aut dubitantes de diuina prouidentia. ff. pro,curant.

Pater[97] autem veſter [98]ſcit quoniam his indigetis. [99]Veruntamen quęrite [100]primum [101]regnum
Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia [102]adiicientur [103]vobis. Nolite timere [104]puſillus grex:
quia complacuit [105]Patri veſtro dare vobis [106]regnũ. Vendite quæ poſſidetis, & date elee-
moſynam. [107]Facite vobis [108]ſacculos qui non [gg]veteraſcunt: theſaurum non deficientem in
[109]cælis, quo [110]fur non appropiat: neque tinea [111]corrumpit. Vbi enim [112]theſaurus veſter eſt,
ibi & cor veſtrum erit. Sint lumbi veſtri [113]præcincti, & [114]lucernæ [hh]ardentes in manibus
veſtris, & vos [115]ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum quando reuertatur
à [116]nuptiis, vt cùm [117]venerit & [118]pulſauerit, confeſtim [119]aperiant ei.

Sens. Lit. In Cap. XII.

97. Int. ne dubites de voluntate Patris. Chry. non dixit Deus, ſed Pater, vt ad maiorem permoueret fiduciam, quis enim pater negat filio neceſſaria? 98. Int. i. videt hæc omnia in via vobis eſſe neceſſaria. Amb. nouit quemadmodum familiam ſuam paſcat, alat, & veſtiat. 99. Int. q. d. tamen non eſt in his finis ponendus; ſed in regno, propter quod & iſta. 100. Int. i. omnibus præponite, hoc ſit finis, propter hoc omnia agite. 101. Int. i. bona æterna. Amb. indecorum eſt homines curare de cibo, qui militant de regno. 102. Int. non dabuntur quaſi propter ſe, ſed ſuperaddentur quaſi neceſſaria ad aliud. Beda. debet eſſe in intentione æternitas, in vſu temporalitas. 103. Gloſ. ſ. etiam non quærentibus; ſubtrahuntur: hæc tamen aliquando ad probationem. 104. Theoph. in hoc ſeculo ſancti parui videntur. Beda. puſillus grex ob humilitatem; vel ad comparationem maioris numeri reproborum. 105. Int. qui etiam propter regnum adiecit temporalia. 106. Cyril. q. d. qui tam pretioſa largitur, quomodo non erit clemens erga vos? Beda. q. d. nolite timere defutura neceſſaria vitæ, quin etiam poſſeſſa vendite ob eleemoſynam: hoc tunc dignè fit, quando omnibus ſpretis, ex labore manuum quis viuit, & eleemoſynam dat.
107. Int. ſ. operando eleemoſynas. Chryſ. Eleemoſyna abolet omne peccatum, & impoſſibile eſt ſine eleemoſyna videre regnum. Greg. Nazian. terrent me hœdi ad ſiniſtram ſtatuti, non quia rapuerunt, ſed quia egentibus non tribuerunt. 108. Int. i. repoſitiones quarum merces durat in æternum. Beda. non præcipitur vt nihil pecuniæ reſeruetur propriis aut pauperum vſibus, cùm & Dominus ipſe loculos habuerit ad conſeruanda oblata à fidelibus, ſed ne ob iſta ſeruiatur Deo, & inopiæ timore iuſtitia deſeratur. 109. Int. i. in ſpiritualibus, & æternis. 110. Int. quia ibi aduerſus electos Dei nulla fraus diaboli præualebit. 111. Int. quia diuitiæ ſanctorum futuræ incorruptibiles ſunt. 112. Beda. hoc non ſolùm de pecunia, ſed de cunctis animæ paſſionibus ſentiendum eſt. 113. Theoph. i. ſemper procliues ad exequenda opera Domini. Cyrill. prompti ſitis ad ſuſtinenda mala. Greg. in hom. i. carnis luxuriam per continentiam coarctate; viris enim luxuria in lumbis, feminis in vmbilico: à principali ergo ſenſu lumborum nomine luxuria deſignatur. 114. Int. contra noctem huius vitæ. Theoph. adſit vobis lux rationis, & diſcretionis donum, vt dignoſcatis quid & quomodo agendum ſit. Maxi. Lucernæ accenſæ, oratio, & contemplatio, & ſpiritualis dilectio. Cyril. ne patiamini aliquos in tenebris ignorantiæ viuere. Greg. in hom. per bona opera proximis lucis exempla monſtrate. Aug. 2. de q. Euang. Lumbi præcincti, continentia rerum ſecularium, lucernæ ardentes, id vero fine, & recta intentione facere. Gloſ. non placet Deo vel bona agere non refrenata luxuria, vel caſtè viuere non exercendo bona opera. 115. Int. ſ. ſitis.
116. Greg. in hom. Aſcendens Dominus in cælum, Angelos ſibi nouus homo copulauit. Theoph. quotidie in cælum deſponſat Sanctorum animas, veniet verò à nuptiis vniuerſaliter in fine mundi, & forſan venit ſingulis horis in cuiuſque fine. 117. Int. ſ. ad iudicium. Greg. in hom. 118. Int. ſ. per ægritudines mortem propinquam deſignando. Greg. in ho. 119. Int. ſ. læti eum ſuſcipiendo. Greg. in hom. aperire Iudici pulſanti non vult, qui eum videre formidat, & exire de corpore trepidat, confeſtim verò aperit, qui de ſua ſpe & operatione ſecurus eſt, de gloria enim retributionis hilareſcit.

Addit. Avct. In Cap. XII.

104. ſ. ob paucitatem, & imbecillitatem. gg. ſed retinent pecuniam repoſitam. q. d. In tuto loco reponite theſauros. 113. ſ. ad iter, ne veſtium prolixitas ſit impedimento. 114. ſ. ob tenebras, ne in via impingatis. hh. pro lucentes, vel intelligitur non ſolùm ſplendor fidei, ſed etiam charitatis ardor.
115. Hac alia parabola eſt. 116. id eſt, nuptials conuiuio.

Beati ſerui illi, quos cùm venerit Dominus, inuenerit [120] vigilantes. [121] Amen dico vobis, quod [122] præcinget ſe,& faciet illos [123] diſcumbere,& [ll] tranſiens [124] miniſtrabit illis. Et ſi venerit in [125] ſecũda vigilia,& ſi in [126] tertia venerit,& ita [127] inuenerit, beati ſunt ſerui illi. Hoc autem [128] ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamilias qua hora [129] fur [mm] veniret, [nn] vigilaret vtique, & non ſineret perfodi [130] domum ſuam. [131] Et vos eſtote [132] parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis [oo] veniet. Ait autem ei [133] Petrus, Domine, ad [pp] nos dicis hanc [134] parabolam: an & ad [135] omnes? Dixit autem Dominus, [136] Quis, putas, eſt [137] fidelis diſpenſator & [138] prudens,

Sens. Lit. In Cap. XII.

120. Greg. in hom. vigilat, qui ad aſpectum veri luminis mentis oculos apertos tenet, & qui ſeruat operando quod credit. Greg. Nyſſ. ideo ſuprà monuit vt eſſent lumbi præcincti, reddit enim vigilantem caſtitas, & pura conſcientia,& vt lucernas haberent ardentes, lumen enim oppoſitum oculis ſomnolentiam pellit. 121. Int. verè beati, quia. 122. Int. ſ. præparans ſe ad retributionem. Greg. ¶ Orig. erit præcinctus iuſtitia, ſecundum Eſaiam. Theoph. non totam bonorum vbertatem largitur, ſed hanc cohibet ſecundum certã menſurã. 123. Int. i. in æterna beatitudine refoueri, ſeu in regno quieſcere. Theop. vt diſcumbentis corpus totum quieſcit, ita Sancti totaliter quieſcunt anima & corpore. Cyrill. quaſi feſſos refocillabit, apponens ſpirituales delicias. Dionyſ. ad Titum Epiſt. 9. diſcubitus, quies à laboribus, vita ſine læſione, conuerſatio diuina,& copioſa donatio omnium donorum, ſecundum quam lætitia beati implentur. ll. Greg. in hom. i. de iudicio ad regnum rediens, vel ab humanitatis forma in diuinitatis contemplationem eleuans. 124. Theop. quaſi vicem reddens his qui ipſi miniſtrarunt. 125. Int. adoleſcentia. Cyril. diuidunt excubantes in mœniis ciuitatis noctem in tres aut quatuor vigilias: non facit verò mentionem de prima vigilia, quia pueritia non punitur à Deo, ſed veniã meretur. Græc. prima vigilia eſt diligentius viuentium, qui ſunt quaſi primum gradum ſortiti. Theoph. vigiliæ ſunt horæ noctis prouocantes ſoporem, ita in vita ſunt horæ, quibus ſi vigilemus, beati erimus, vt cùm aliquis rapit facultates, accuſat, &c. vigilas, ſi non facis quicquam contra Dei mandata. Greg. in hom. prima vigilia pueritia, in qua qui noluit vigilare, cuſtodiat ſecundam. i. adoleſcentiam, in qua qui euigilare noluit, vel tertiam. i. ſenectutis remedia non amittat. 126. Int. ſ. ſenectute. ¶ in quacunque ætate poſſumus promereri. 127. Int. ſaltem tunc Gloſſ. in nocte huius mundi ſemper debemus eſſe contra hoſtem ſolliciti,& expectare lucẽ. i. Iudicis aduentũ. 128. Int. per ſimile probat quod debẽt vigilare. 129. Theop. non intelligitur diabolus, vt quidam aiunt, comparatur enim Domini aduentus tanquam ex inopinato proueniens furi. Dies Domini (inquit Paulus) ſicut fur. Greg. in hom. Dum ad ſui cuſtodiã ſpiritus dormit, improuiſa mors irrumpit: voluit Dominus horam vltimam eſſe incognitam, vt ad eam ſine intermiſſione præparemur. nn. Int. ſ. illa hora quæ ſibi ſuſpecta eſſet. 130. Int. pro, ergo &. 131. Int. poſt ſimilitudinem apponit exhortationem. 132. Int. ſine macula & ruga. 133. Theop. Petrus, cui iam commiſſa Eccleſia fuerat, quaſi curam omnium gerens, inquirit. pp. Beda. ſ. Apoſtolos,& noſtri ſimiles. 134. Int. ſ. vendite, facite ſacculos qui non veteraſcunt, Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes, vigilate. Beda. 135. Cyril. oſtendens mandatum præmiſſum conuenire admiſſis in gradu diſcipulorum. Validam mentem habentibus conueniente ardua mandatorum. 136. Int. difficultatem notat, non impoſſibilitatẽ virtutis. Amb. ſuperioris præcepti in omnes forma eſt generalis, quę ſequitur, ſacerdotib. videtur propoſita. Theop. q. d. prędicta parabola, omnes fideles attingit, ſed quid vobis Apoſtolis & doctorib. cõueniat, audiatis. Chry. indicat raritatẽ rei,& Præſulatus magnitudinẽ. Gloſ. q. d. vobis qui diſpẽſatores eſtis inſtituti, cõuenit ſpecialius, vt vos & alios pręparetis in aduentũ iudicis. 137. Int. ſ. pecuniã domini ſui bene erogãdo. Glo. ratus eſt qui Dño propter dominũ ſeruiat, ouéſque Chriſti amore paſcat. 138. Int. ſ. diſcernens capacitatem ſingulorũ. Theoph. opus eſt in rebus diuinis fidelitate & prudentia, noui multos fideles, ſed per imprudentiam Eccleſiæ poſſeſſiones & animas deſtruentes.

Addit. Avct. In Cap. XII.

ll. i. præteriens miniſtrantium more,& videns ne quid accumbentibus deſit. 126. q. d. Beati qui ſemper vigilant, vt quocunq; tempore venerit Dominus, parati inueniantur, videtur autem hic noctem in tres tantùm vigilias diſtribuiſſe. 129. vide 1. Theſſ. 3. & 2. Pet. 3. Apoc. 3. & 16. mm. pro, venturus eſſet. oo. ſ. ad iudicium vniuerſale, vel particulare, in cuiuſq; morte, creditur enim tunc adeſſe ſaltem quibuſdam vt fidelibus, cum Angelis iudicaturus, certè per imperium, adeſt, iubens animam à corpore diſcedere. 136. Significatur raritas.

quem [139]conſtituit Dominus [140]ſuper familiam ſuam,[141]vt det illis in [142]tempore tritici [143]menſu-
ram?Beatus ille ſeruus,quem cùm venerit Dominus,[144]inuenerit ita facientem.Verè di-
co vobis,[145]quoniam ſupra omnia quę poſſidet conſtituet illum.Quod [146]ſi dixerit ſeruus
ille in corde ſuo,Moram facit Dominus meus venire : & [147]cœperit percutere [148]ſeruos &
ancillas,& edere,& bibere,& [149]inebriari:veniet [150]dominus ſerui illius [151]in die qua nõ ſpe-
rat,& hora qua [152]neſcit,& diuidet eum,[153]partemque eius cum [154]infidelibus ponet.Ille au-
tem ſeruus qui cognouit voluntatem domini ſui : & non ſe præparauit : & non fecit
ſecundùm voluntatem eius : vapulabit [155]multis.Qui autem non [156]cognouit, & fecit di-
gna plagis:[157]vapulabit [158]paucis.[159]Omni autem cui multum datum eſt, [160]multum quæretur
ab eo:& cui [161]commendauerunt [*]multum plus petent ab eo.[162]Ignem [qq]veni

Sen. Lit. in Cap. XII.

139. Int.ſ.Chriſtus. 140. Int.i.Eccleſiam. 141. Int.ſ.pro qualitate auditorum menſuratum cibum diuini verbi,vel exempli. 142. Iſid.Beneficium non ſuo tempore datum, redditur caſſum; panis eſurienti appetibilis,non autem ſatiato. 143. Aug.2. de q. Euang. ſ. pro cuiuſque capacitate. 144. Baſil. ſ.vt habet in mandatis. 145. Int.ſ.cæleſtis regni gaudia. Beda.quanta inter bonos auditores & doctores eſt meritorum diſtantia,tanta præmiorum;illos faciet diſcumbere; hos abundantiùs æterna poſſeſſione frui.Theoph.Faciet ei terrena & cæleſtia obedire,vt Ioſue, & Heliæ.Ierem. vt omnia per ſpecularium intellectum intueatur. 146. Int.i.eſt econtra ſi diſſimulauerit iudiciũ in proximo venturum, ſecuritatem ſibi faciens.Beda.inter vitia ſerui numeratur, tardum putare Domini aduentum; non autem inter virtutes boni ſerui citum ſperare; ſed tantum fideliter miniſtrare. Theoph. ſi cogitaremus præſto eſſe terminum vitæ, minus peccaremus. 147. Int.i.ad vitia incitare,vel conſcientias infirmorum prauo verbo vel exemplo laniare.Beda.vel iniuriis ſtimulare. 148. Int. quorum ætas vel ſexus quanto infirmior,tanto eſt ad ruinam facilior. 149. Beda. i. facinoribus, & ſeculi illecebris,quæ hominem dementant,occupari. 150. Int.in quo omnes mali præpoſiti intelliguntur. 151. Int. ſ.iudicij, vel mortis.Beda. 152. Int.à conſortio fidelium ſegregando; & eis qui nec fidem habuerant ſociando, quia qui nõ habet curam ſuorum,negat fidem,& eſt infideli deterior. Beda. 153. Theop.quia perfecta caruit fide. 154. Theoph.maius aliquid,& terribilius oſtendit. 155. Chry. maior cognitio maioris fit pœnæ materia.Cyril.inexcuſabile peccatum eius qui ob malitiam peccat. 156. Int.non cognoſcere dicendus eſt, qui apprehendere vult,ſed non valet. Gloſſ. qui ſe auertunt ne audiant veritatem,non neſcientes,ſed contemptores iudicantur. 157. Theop.quia cùm ſeire potuiſſet,noluit. 158. Baſil.differentiam pœnarum ſignificat,torquebuntur enim aliqui mitius,aliqui fortius,ſed ſine fine.Bed.mitiſſima erit eorum pœna,qui cum ſolo originali diſceſſerunt. 159. Theoph.oſtendit quare ſcientibus grauior pœna debeatur. 160. Theop.oportet doctores multiplicare verbi talentũ. 161. Int.ſ.diuina iudicia. * Beda.gregis paſcendi curã. 162. Int.i.feruorẽ Spiritus ſancti,qui corda illuminãs ad ſuperiora prouocat,vitia conſumit,vaſa domus probat, qui etiã accendit lucernas quas ſuperius ardere monebat.Gloſſ. oſtendit gratiã virtutum,quam mundo attulerat à ſingulis quantum poteſt eſſe ſectandã.Amb.hic ignis bonæ voluntatis.Author,vaſa aurea meliorat,fœnum & ſtipulam conſumit.Cyril. Ignis, diuini ſermones quibus abſtergitur intellectus,& incaleſcunt homines ad pietatis vitam. qq. Int.ſ.de cælo.

Addit. Avct. In Cap. XII.

140. Grac.famulitium. 143. coniungendum,cum tritici. 146. pro,cogitauerit.Heb. 152. Gra.διχοτομήσει.i diſſecabit.ſ medium occidens illum:vel,pro ſeparabit.ſ à familia. 153. eum infidis ſeruis in piſtrinum,aut carcerem conijciens,aut aliter puniens,vel cum infidelibus,vt ſit applicatio parabolæ ad inſtitutum ſuum:ſic enim ſolet Chriſtus à parabolis digredi ad ſuum propoſitum. 156. ſ.cui non ſic datum cognoſcere vt alteri. 159. Solet Chriſtus ſæpe vti vulgaribus ſententijs ad id quod vult demonſtrãdum.

161. ſ.alijs diſpenſandum.vide 1.Pet.4 Vnuſquiſque ſicut accepit gratiam,&c. 162. i.charitatem vel Euangelicam prædicationem, Ignitum eloquium tuum vehementer.

mittere in terram[163]:& quid volo[164] niſi vt accendatur[165]? Baptiſma[rr] autem habeo baptizari[166],
& quomodo[167] coarctor[168] vſque dum perficiatur[169]? Putatis quia pacem[170] veni mittere in ter-
ram? non, dico vobis, ſed ſeparationem. Erunt enim ex hoc quinque[171] in domo[172] vna di-
uiſi, tres in duos[173], & duo[174] in tres[175]: diuidentur pater in filiũ, & filius in patrem ſuum: ma-
ter in filiam, & filia in matrem: ſocrus[ss] in[tt] nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuam. Di-
cebat autem ad turbas[uu], Cùm[176] videritis nubem orientem ab occaſu: ſtatim dicitis[xx], nim-[a]
bus venit: & ita fit[b]. & cùm Auſtrum flantem, dicitis, Quia æſtus erit, & fit. Hypocri-
tæ, faciem cæli & terræ noſtis probare: hoc autem tempus[177] quomodo non probatis[178]?
Quid autem & à vobis[179] ipſis non iudicatis[180] quod

Sens. Lit. In Cap. XII.

163. Glo.i.in omnes credentes.Chry.i.hominem ad conſumptionem peccatorum & innouationem animarum.Greg.in Ezech.hom.2.id eſt,in terrenam mentem.ſ.vt eius deſideria carnalia concremet. 164. Int.ſ.aliud. 165. Int.ſ.in cordibus fidelium. Glo.ita igneſcat, ne aliquo impetu ventorum extinguatur. Cyril. credebant iam quidam ex Iſraël; ignisq; in Iudæa accenſus, totum orbem occupare debebat conſummata paſſionis diſpenſatione, vnde ſequitur, Baptiſma habeo baptizari. 166. Beda.i. ſanguinis proprij tinctione perfundi. 167. Int.q.d.multum. 168. Int. i.angor.Amb. Qui corpus ſuſcepit, omnia debuit ſubire quæ corporis ſunt, vt eſuriret, ſitiret, angeretur, & contriſtaretur. 169. Int. ſ.ipſa paſſio. 170. Chry.quandoque pax damnoſa eſt; & ſeparans ab amore diuino, per quam.ſ.conſentitur diſſidentibus à Deo. 171. Amb.ſex videntur eſſe perſonæ, ſed quinque ſunt. Nam eadem mater quæ ſocrus, quæ enim mater filij, ſocrus vxoris eius eſt. 172. Gloſſ. vnaquæque domus habuit fideles & infideles, his contra fidem, illis pro fide pugnantibus. 173. Int.aliàs duo. 174. Int. pro, & è contra. 175. Glo.i.pater & mater in filium, filiam, & nurum. v v. Gloſſ. in quibus erant Phariſæi, vt Matthæus indicat. x x. Baſil.neceſſaria ſunt vitæ humanæ ſyderum coniecturæ, modò ne vltra menſuram eorum indicia perquirantur; intereſt nautæ præuidere procellarum pericula; viatori mutationem aëris, colono fructuum copiam. 177. Int.ſ.mei aduentus. 178. Int.ſ.certis argumentis Scripturarum, & operum. 179. Int.i.ex naturali ratione. Beda. naturali ingenio poterant dignoſcere Chriſtum eſſe ſupra hominem; & Deum eſſe qui talia operaretur; & iuſtum eſſe Creatoris iudicium venturum, poſt huius ſeculi iniuſtitias.addit verò hoc, ne aliqui cauſarentur ſe non poſſe prophetias intelligere, quod litteras neſcirent. 180. Int.ſcilicet, me eſſe Deum, & ad iudicium venturum.

Sens. Myst. In Cap. XII.

172. Amb.domus vna, homo vnus; duo, corpus & anima; tres, animæ affectiones, rationalis, concupiſcibilis, & iraſcibilis; per Chriſti autem aduentum qui erat irrationabilis, factus eſt rationabilis; & qui carnalis, ſpiritualis; ſunt & quinque in hac domo. ſ.ſenſus, acciditque vt per ea quæ audimus aut legimus, excludamus guſtus, tactus, & odoris voluptates. Beda.tres qui fidem Trinitatis habent; duo infideles, qui à fidei vnitate diſſentiunt; pater olim noſter, diabolus; mater, ſynagoga; cuius filia Eccleſia primitiua, ſocrus, ſynagoga, nurus, Eccleſia degentibus, eius enim ſponſus Chriſtus, filius ſynagogæ ſecũdum carnem. 178. Cyril.Si prudentes eſſent, poſſent ſcire tempeſtates futuras poſt vitam præſentem; erit enim ventus, & pluuia, & ſupplicium per ignem, quod ſignificatur, cùm dicitur, nimbus venit; agnoſcerent etiam ſalutis tempus, ſcilicet Saluatoris aduentum, quod ſignificatur, cùm dicitur, æſtus erit. Gloſſ. nubes ab Occaſu oriens, Chriſti caro à morte reſurgens, ex quo tempore imber prædicationis Euangelicæ omnibus terris eſt infuſus: auſter flans ante æſtum, leuiores tribulationes ante iudicium.

Addit. Avct. In Cap. XII.

r r. quaſi dicat, tum verò accendetur, cùm mortuus fuero, id quod vehementer opto, vt breui contingat, vocat paſſionem Baptiſma. Aqua enim tribulationem ſignificant, adeoq; immerſio in aqua ſummam preſſuram. vide Pſal.68. 168. ſ.deſiderio, ſolent contrahi, & quaſi comprimi corda anxiorum.
s s. quæ eadem mater, adeoq; quinque perſonæ. t t. pro, aduerſus, ſic ſuprà. a. Græc.ὄμβρος, imber. b. ſ.vt plurimum. 179. id eſt, ab iis quæ facere ſoletis.

iuſtum

[181] iuſtum eſt? Cùm [182] autem vadis cum [183] aduerſario tuo ad [184] principem, in via da operā liberari ab illo: ne fortè [185] trahat te ad [186] iudicem, & iudex tradat te [187] exactori, & exactor mittat [188] te in carcerem. Dico [189] tibi, non exies [190] inde, donec etiam [c] nouiſſimum [191] minutum reddas.

SENS. LIT. IN CAP. XII.

181. Orig. nunquā hoc diceret, niſi nobis naturâ inſitū eſſet iudicare quod iuſtum eſt. 182. Theophyl. oſtendit laudabilem diſcordiam, nunc docet laudabilem pacem. Chryſ. videtur mihi loqui de præſentibus iudicibus, & carcere huius mundi, &c. Solet enim ex præſentibus commouere ob rudiores auditores. 183. Ambr. aduerſarius noſter diabolus; & omnis vitiorum vſus, & mala conſcientia, quæ & hic afficit, & in futuro accuſabit, magiſtratus ad quem imus, eſt, penes quem omnis poteſtas eſt, iudex, Chriſtus, exactores, Angeli, qui ſeparabunt malos de medio iuſtorum, &c. Orig. apud Matth. Omiſſa eſt perſona principis, & pro exactore poſitus miniſter, pro minuto quadrans. adſunt autem cunctis hominibus duo Angeli, malus qui ad malum hortatur, & aduerſarius eſt, & bonus qui optimè perſuadet. Beda. aduerſarius noſter ſermo Dei, qui contrariatur carnalibus deſideriis, in præſenti vita, à quo liberatur qui eius præceptis ſubditur, quod ſi contemnit, reus tenebitur in examine iudicis, traderturque exactori, i. maligno ſpiritui ad vltionem. 184. Orig. ſ. ſeculi huius, qui aduerſarium miſit. 185. Orig. compelluntur nolentes ad condemnationem. 186. Int. ſ. Deum. Orig. ſ. Chriſtum. 187. Int. ſ. diabolo, qui pœnam exhibet pro reatu quem ſuggeſſit. 188. Int. ſ. inferni. 189. Orig. non habet exactor poteſtatem, vel quadrantē concedendi, ſed eſt à Domino prępoſitus ad exigenda debita. 190. Int. i. nunquam. Beda. pœnas ſemper ſoluet, nunquam perſoluet; itaque nunquam exibit. c. Orig. & inter peccata tenuia diuerſitas eſt. 191. Int. i. pro minimis peccatis puniaris.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XII.

181. ſcilicet, vos facere. 183. vel diabolo, vel Deo, qui peccatoribus aduerſatur.

CAPVT XIII.

ADERANT autem quidam ipſo in [a] tempore, [1] nunciātes illi de Galilæis: quorum [b] ſanguinem Pilatus miſcuit cum [c] ſacrificiis eorum. Et reſpondens dixit illis, Putatis quòd [2] hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſſi [3] ſunt? Non, dico vobis: [4] ſed niſi pœnitentiam [5] habueritis, omnes ſimiliter

SENS. LIT. IN CAP. XIII.

1. CYRIL. Hi puniti ſunt à Pilato, quòd Cæſarem dominum non faterentur, prohibebant etiam victimas pro ſalute Imperatoris, & populi Romani offerri, credebat autem vulgus iſtos meritò punitos, quaſi ſcandala ſeminantes, itaque volebant à Chriſto intelligere quid ipſi de re hac videretur, ideo ei factum nunciarunt. c. Cyrill. Iuſſit Pilatus illos occidi inter ipſas victimas, quas ritu legis offerebant. 2. Int. ſ. qui non ita ſunt puniti. 3. Int. hic apertè notat illos eſſe peccatores. 5. Chryſoſt. oſtendit ſe permiſiſſe illos talia pati ad aliorum exemplum, & terrorem, punitur quidem quiſque ob propria crimina, ſed fit ex hoc aliis ſalutis materia. Glo. puniti ſunt Galilæi iſti ad correctionem viuentium, vt flagellato peſtilente, ſtultus ſapientior fiat, vel ad exemplum corrigi nolentium, ideóque peſſimè perituorum.

SENS. MYST. IN CAP. XIII.

b. Beda. Pilatus, i. os malleatoris, nempe diabolus ſemper cædere paratus, ſanguis, peccatum, ſacrificia, bonæ actiones, quas diabolus vel carnis delectatione, vel humanæ laudis ambitione, vel alia peſte commaculat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIII.

a. ſcilicet, vt audirent quid de ea re ſentiret. c. id eſt, quos Pilatus inter ſacrificandum occiderat.
5. ſ. oppreſſi diuina vltione, vel inter ſacrificia à Romanis occiſi, & inter ciuitatis ruinas, quod accidit ſub Tito & Veſpaſiano.

peribitis.Sicut illi decem & octo ſupra quos [6]cecidit [d]turris in Siloë,& occidit eos:pu-
tatis quia & ipſi [7]debitores fuerint [8]præter omnes homines habitātes in Hieruſalem?
Non,dico vobis:[9]ſed ſi non pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis.Dice-
bat autem hanc ſimilitudinem, [10]Arborem fici habebat quidam [11]plantatā in vinea ſua:
& [12]venit [13]quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ,
Ecce anni [14]tres ſunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio:
[15]ſuccide ergo illam:vt [16]quid etiam terram [e]occupat?At ille reſpondens [17]dixit illi,Domi-
ne,dimitte illam & [f]hoc anno,vſque dum [18]fodiam circa illam,& mittam [19]ſtercora.Et ſi
quidem fecerit [g]fructum:ſin autem,in [h]futurum [20]ſuccides eam.

Sens. Lit. In Cap. XIII.

6. Beda.quia pœnitentiam non egerunt Iudæi,Romani à Galilæa vnde cœperat Domini prędicatio incipientes,eos radicitus deleuerunt,templique interiora humano ſanguine fœdarunt. 7. Int.i.peccatores. 8. Chry.non omnes Deus hîc punit, ſed dat inducias pœnitendi, non tamen cunctis futuræ punitioni reſeruat,ne multi prouidentiam negent. 9. Int.ſ.vos etiam. 10. Amb.arbor iſta redundat foliis,ita ſynagoga tantum verbis redundans,& legis vmbra, quidam tamen ficum iſtam non ſynagogæ, ſed malitiæ,& improbitatis figuram putant. 11. Beda.Synagogam Dominus per Moyſem inſtituit.

12. Int.ſ.incarnatus.Beda. 13. Int.ſ.operum, non vmbram verborum.Amb.ſciebat quidem ficulneæ fructum deeſſe, ſed quærebat, oſtendens ſynagogam iam debere fructum habere. 14. Ambr.venit ad Abraham,venit ad Moyſem,venit ad Mariam,i.venit in ſignaculo,in Lege,in corpore,Circuncifio purificauit,Lex ſanctificauit,Gratia iuſtificauit,Iudæi nec purificari potuerunt,quia non circunciſi animo, nec ſanctificari,quia legis virtutem ignorabant,nec iuſtificari,quia pœnitentiam non agentes, gratiam neſciebant.Itaque nullus in ſynagoga fructus inuentus eſt.Greg in hom.naturam humani generis Dominus ante legem,ſub lege,ſub gratia expectando, admonendo, viſitando requiſiuit, ſed quidam nec naturali lege corriguntur,nec præceptis erudiuntur,nec miraculis conuertuntur.Theoph.trienn.ſ.,ætas puerilis,virilis, & ſenilis. 15. Int.i.annuncia quod perdituri ſint locum, & gentem, pro quo ſeruando Chriſtum occiderunt, & ſuos.Baſil. præmittit Deus minas, reuocando ad pœnitentiam. 16. Int.i.cur etiam temporali copia vtitur?Greg.in hom.Qui non facit fructum,alterius locum occupat. 17. Amb. Bonus cultor,& fortè ille in quo Eccleſiæ fundamentum eſt,præſagiens alterum ad gentes,ſe autem ad Iudæos mittendum,religioſè,ne excidatur,interuenit,fretus vocatione ſua,etiam Iudæos per Eccleſiam poſſe ſaluari.Greg.in hom.cultor vineæ,præpoſitorum ordo.Theop.Pater familias, Deus Pater, cultor, Chriſtus,qui eos vult irrigare paſſionibus ſuis,& doctrinis,qui per Legem,& Prophetas fructum pœnitentiæ non dederunt. Aug.de verb. Dom.colonus qui intercedit, eſt omnis ſanctus qui intra Eccleſiam orat pro his qui ſunt extra.Glo.Intelligentes Apoſtoli, aliquos ex Iudæis poſſe ſaluari.orant vt differatur vltio Dominicæ Crucis. f. Auguſtin.de verb. Dom.id eſt tempore iſto ſub gratia. 18. Ambroſ. ſcilicet dura eorum corda Apoſtolicis ligonibus,ne radicem ſapientiæ terrarum aceruus obruat, & abſcondat. Augu. de verb. Dom.circumfodere eſt humilitatem & patientientiam docere. 19 Ambroſ.i. humilitatis affectum. Aug.de verb.Dom.ſtercus ſordes ſunt.ſed fructum dant, ſordes cultoris, dolor eſt peccatoris.Greg.in hom.ſtercora,peccata carnis, ex quorum conſideratione ſuſcitatur animus ad bona opera.Glo.mittam ſtercora,i.malorum quæ fecit,abominationem ad animum reducam. g. Glo.videbatur addendum,reſeruabitur,vel aliquid ſimile, nihil tamen addit, vt infrà, ſed ſuſpendit ſententiam, quia procliuiores ad negandum,quàm ad credendū videbat. h. Aug.de verb.Dom.quando ad iudic.ū veneris. 20. Beda.hoc per Romanos factum,à quibus Iudæi,ſucciſi, & à terra promiſſionis expulſi.

Sens. Myst. In Cap. XIII.

d. Beda.turris, Chriſtus, Siloë, i.miſſus, nempe qui miſſus à Patre venit in mundum, omnes, ſuper quos ceciderit,conteret.

Addit. Avct. In Cap. XIII.

e. Gra.onerat.ſ.inutili onere. g. ſub.bene quidem,vel,ſinemus eam.

Erat

Erat autem docens in ſynagoga eorum [21]ſabbathis. Et ecce mulier quæ habebat ſpi-
[22]ritum infirmitatis [k]annis decem & octo:& erat [23]inclinata,nec omnino [l]poterat ſurſum
[24]reſpicere. Quam cùm [25]viderat Ieſus,[26]vocauit eam ad ſe, & ait illi,Mulier [i]dimiſſa es ab
infirmitate tua. Et [27]impoſuit illi manus,& confeſtim [28]erecta eſt, & glorificabat Deum.
[m]Reſpondens autem archiſynagogus,[29]indignans quia ſabbatho curaſſet Ieſus, dicebat
turbæ:Sex dies ſunt in quibus oportet operari. in [30]his ergo venite, & curamini:&
non in die [31]ſabbathi.Reſpondens autem ad illum Dominus, dixit, [32]Hypocritæ, vnuſ-
quiſque veſtrum ſabbatho non ſoluit [n]bouem ſuum aut aſinum à præſepio, &
ducit adaquare? Hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit ſathanas,ecce decem &
octo annis: non oportuit ſolui à vinculo [o]iſto die ſabbathi? Et hæc cùm diceret,eru-
[p]beſcebant omnes aduerſarij eius: & [q]omnis populus gaudebat in vniuerſis quæ glo-
[33]rioſè fiebant ab eo. [34]Dicebat ergo,

Sens. Lit. In Cap. XIII.

21. Cyril. quia tunc Iudæi legi vacabant. 22. Cyril. patiebatur propter crimina propria, vel Adæ tranſgreſſionem,dat Deus diabolo hanc poteſtatem vt homines aduerſitate preſſi, velint ad meliora tranſire. 27. Cyrill.erat in carne virtus diuina. 29. Int.vt æmulator literæ legis. Cyrill.inuidebat. 30. Cyril.at erant tunc diſperſi,& operibus propriis vacantes. 31. Cyril. an in die ſabbathi non licebat comedere,& potare? loqui, & pſallere? cur non ergo feminam verbo erigere? Glo.Lex in ſabbatho non hominē curare,ſed ſeruilia opera facere prohibuit. 32. Beda.hypocrita eſt qui in theatro alienam ſumit perſonam; ſic quidam aliud gerunt in corde, aliud oſtendunt opere. Chry. Iſte faciem habebat legis cultoris,mens verò eius erat verſuti,& inuidi;non enim turbatur,quia ſabbathū violatur,ſed quia Chriſtus glorificatur.aduertendum autem,Chriſtum cùm iuſſit fieri opus,vt cùm paralitico iuſſit grabbatum tollere,tranſtuliſſe ſermonē ad maius,Pater meus,inquit,vſque modo operatur, & ego operor: hic verò vbi totum facit verbo,calumniam aliter ſoluit ex his.ſ.quæ ipſi faciebant.Glo.iſti,cùm magiſtri plebium videri appeterent,ſanationem hominis non verebantur poſtponere curæ pecoris. p. Glo. nec apertè veritati contradicere poſſunt,nec propter inuidiam credere volunt. 33. Cyril. claritas operū Chriſti omnem quæſtionē ſoluebat apud eos qui non erant mentibus peruerſis. 34. Glo.ſ.ad commendationē,& inſtructionem illorum qui erant per humilitatem, & fidei feruorē exaltandi in Eccleſia.

Sens. Myst. In Cap. XIII.

22. Int.i.amorem terrenorum.Greg.in hom. hoc ſignificat mulier iſta, quod ficulnea infructuoſa quia enim humana natura fructū obedientiæ ferre noluit,ſtatum rectitudinis amiſit. decē & octo anni ſignificant hominis qui ſexto die factus eſt infirmitatē,ante legē,ſub lege,& in exordio gratiæ:ter enim ſex decem & octo. Amb.mulier iſta Eccleſiæ figura quæ curari non potuit, niſi legem implens, & gratiam,in decem verbis legis perfectio eſt,in octauo numero reſurrectionis plenitudo. 23. Int. ſ.à rectitudine mentis. 25. Int.ſ.prædeſtinando per gratiam. 26. Int. ſ. illuſtrando per doctrinam. Greg. In hom.aliquando vocat Dominus, & non erigit,quia plerunque videmus quæ agenda ſunt, ſed opere non implemus. 27. Int.ſ.Spiritualibus donis adiuuando. 28. Int.ſcilicet,ad glorificandum Deum vſque in finem, perſeuerando in bonis operibus. n. Gloſſ.bos qui cognouit poſſeſſorem ſuum,& aſinus qui præſepe Domini,Iudaicus,& Gentilis populus; qui peccati vinculis abſoluti,mundi ſitim & æſtum, per hauſtum diuini fontis depoſuerunt. q. Gloſſ.ſunt iſti figura gentium, quæ excæcatis Iudæis,congregandæ erant ad fidem per humilitatem.

Addit. Avct. In Cap. XIII.

21. quibus Iudai ſolebant conuenire in ſynagogam ad Dei legem audiendam. 22. ſcilicet, eam dæmon alligauerat ea infirmitate. 23. id eſt,incurua. l. pro,liberata es,id eſt,iamiam liberaberis, videtur enim dictum inter tangendum. m. pro,locutus.Heb. o. ſcilicet,tam miſero.

Cui ſimile eſt [35] regnum Dei, & cui ſimile æſtimabo illud? Simile eſt [36] grano ſinapis, quod [37] acceptum [38] homo miſit in [39] hortum ſuum: & [r] creuit, & factum eſt in [40] arborem [41] magnam, & [42] volucres cæli quieuerunt in ramis eius. Et iterum dixit, Cui ſimile æſtimabo [43] regnum Dei? Simile eſt fermento quod [44] acceptum [45] mulier [46] abſcondit in farinæ [47] ſata [48] tria: donec fermentaretur totum. Et ibat per ciuitates & [49] caſtella docens, & [50] iter faciens in Hieruſalem. Ait autem illi quidam, Domine, ſi pauci ſunt qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad [51] illos, [52] Contendite [53] intrare per

SENS. LIT. IN CAP. XIII.

35. Int.i.fidem per quam venitur ad regnum. Amb. Fides eſt regnum cælorum quod intra nos eſt. Cyril.Regnum Dei, Euangelium, per quod adquirimus poſſe regnare cum Chriſto. 36. Int. ſ. ob feruorem fidei, vel quia venena dicitur expellere.i.omnia dogmata prauitatis. Ambr. Granum ſinapis, res vilis & ſimplex, ſi teri cœperit, vim ſuam funditſic fides ſi atteratur aduerſis, gratiam ſuæ virtutis effundit; martyres hab bant odorem fidei, ſed latebant, contriti gratiam ſparſere martyrij. & Chriſtum granum ſinapis, qui captus & ſepultus, reſurrexit, & factus eſt arbor, mundum obumbrans, cuius rami Petrus & Paulus, in quorum ſinus, & diſputationum receſſus, qui eramus longè aſſumptis virtutum remigijs aduolamus. Gloſſ Rami expaſſi prædicatores per totum mundum miſſi, in quorum dictis & conſolationibus fideles à fatigatione mundi reſpirant. 37. Int.ſ.acceptabile habens. 38. Int.i.iuſtus vir, qui in corde ſuo granum prædicationis fouet. Beda.Homo, Chriſtus; hortus, Eccleſia. 39. Int.vbi creſcunt germina virtutum. Theoph.hortus, cuiuſque anima. [t]. Beda.nemo repente fit perfectus. Glo.creuit prædicatio, quia mentibus hominum quantæ virtutis eſſent, innotuit. 40. Int. vbi folia cum fructo, & in cuius diuerſis ſententijs ſpirituales quieſcunt, qui pennis virtutũ in alta conſcendunt. Beda.non herbarum quæ velociter areſcunt, ſed arborum inſtar Euangelij prædicatio exurgit, rami, dogmatum diuerſitates, aues, animæ caſtæ. Theoph.aues qui terrenis ſupereminent, & in ram s.i.expanſis conſiderationibus requieſcunt. 41. Cyril Doctrina Chriſti in principio penes paucos erat, ſed poſtea recepit augmentum. 42. Int.vt pro varietate morborum varia ſit medicina. 43. Int.vt fer[illegible] charitas ob feruorem, vel ſancta doctrina. Ambr. Plerique fermentũ Chriſtum putant, quia fermentũ ex farina, vi, non ſpecie generi ſuo præſtat. ſic & Chriſtus Patribus æqualis corpore, ſed diuinitate incomparabilis præeminet; me ſequi iuuat quod Dominus docuit, fermentum eſſe Eccleſiæ ſpiritualem doctrinam. 44. Int.à gratia Dei, vel ſapientia. 45. Int.ſ.Sancta mater Eccleſia. Amb.¶ Gloſſ.nos mulieris.i. Eccleſiæ farina ſumus, qui timoris & ſpei exercitio, quaſi mola ſuperiore, & inferiore conterimur, vt vnus panis multi ſimus in Chriſto. 46. Int.i.cõmendat hominibus de tribus Noë filijs originẽ ducentibus, quos Eccleſia ad fidei vnitatem colligit. Amb. in interioribus noſtræ mentis Chriſtum abſcondit, donec noſtra penetralia ſapientiæ cæleſtis color obducat. 47. Beda.Satum genus menſuræ, vnũ & dimidiũ modiũ capiens. 48. Amb.Renatũ hominem Eccleſia in corpore, & anima, & ſpiritu, fermento ſpirituali ſanctificat. Theophyl.Femina, anima, tria ſata, pars eius trina, rationabilis, iraſcibilis, & concupiſcibilis, vbi ſi condatur verbũ Dei, facit totũ hoc ſpirituale. Aug.de ver.Dom mulier, Dei ſapiẽtia, tria ſata, genus humanum de tribus Noë filijs reparatũ. Euſeb. Fermentũ, Spiritus ſanctus, quaſi virtus procedens ex ſemine.i.verbo Dei, tria ſata, notitia Patris, Filij, & ſpiritus ſancti, mulier, diuina ſapiẽtia Bed. Fermentũ, dilectio quæ feruore facit, & excitat mentẽ, mulier, Eccleſia, ſata tria, iubemur enim diligere Deum ex toto corde, tota anima, tota virtute. & hoc donec fermentetur totũ. i.charitas mentem totã in ſui perfectionẽ commutet, quod hîc inchoatur, in futuro perficitur. 49. Theop.nõ ſola parua loca viſitabat, vt faciunt qui ſimplices fallere volũt, nec ſolas ciuitates, vt qui gloriã quærũt; ſed ſicut cõmunis Dominus, & Pater omnibus prouidẽs, omnia circuibat. 50. Theop.vbi plures erãt ægroti, ibi ſe medicus magis ingerebat. 51. Int.quia ille vnus pro omnibus quæſierat. 52. Glo.q.d.vere pauci, & illi cum magnis laboribus. Cyril.nõ videtur Dominus reſpõdere quæſtioni. ſic autẽ ſolet, quãdo aliquid inutile quæritur: quid.n.refert ſcire an multi ſint qui ſaluẽtur? illud potius reſpõdet quod erat magis neceſſariũ ſcire.ſ.quomodo perueniatur ad ſalutẽ. Aug.de ver.Do indicat paucos ſaluari, pauci enim intrãt per anguſtam portam. vnde alibi, Arcta eſt via, & pauci ſunt qui ingrediuntur per illam. 53. Int.ſ.ad vitam.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIII.

r. ſ. qui 70. diſcipulos præmiſerat. c. 10. 52. i. omnibus viribus conamini. 53. ſ. in regnum cælorum.

anguſtam

[54] anguſtá portá: quia [55] multi dico vobis [t] quærét intrare, & non [56] poterūt. [57] Cùm auté [u] intra-
uerit [58] paterfamilias, & clauſerit oſtiū: incipietis foris ſtare & pulſare ad oſtiū, dicentes:
Domine, aperi nobis, & reſpődens dicet vobis: [59] Neſcio vos vnde ſitis. [x] Tunc incipietis
dicere, [60] Māducauimus corā te & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis,
[61] Neſcio vos vnde ſitis. Diſcedite à me omnes [aa] operarij iniquitatis. [bb] Ibi erit [62] fletus & [63] ſtri-
dor dentiū. Cùm videritis Abrahā, & Iſaac, & Iacob, & omnes [64] Prophetas in [65] regno
Dei, vos autē expelli foras. Et veniēt ab Oriēte, & Occidēte, & Aquilone, & Auſtro:
& accumbent in regno Dei. Et ecce [cc] ſunt [66] nouiſſimi, qui erant [67] primi: & ſunt primi, qui
erant [68] nouiſſimi. In ipſa die [69] acceſſerunt quidam Phariſæorum, [dd] dicentes illi, [70] Exi, &
vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite [71] vulpi

SENS. LITER. IN CAP. XIII.

54. Int. ſ. labores, & ieiunia; tamen amantibus iugum ſuaue eſt. Baſil. Rectum iter anguſtum, & quælibet declinatio periculoſa; vt ſi à ponte diuertas, flumine immergeris. Cyrill. Anguſta porta ærumnam & patientiam ſanctorum ſignificat. Chry. quomodo Dominus dicit iugum meum ſuaue, & onus meum leue? his ſ. qui affectu amplectuntur, alioqui anguſta via propter tentationum naturam, eſt etiam via ſalutis anguſta in introitu, ſed per eam venitur ad latitudinem. 55. Int. ſ. ſalutis amore, & præmiorum prouocati. 56. Int. ſ. itineris aſperitate perterriti. Beda. ¶ Aug. de verb. Dom. alibi dicit multos vēturos ab Oriente & Occidente, &c. multi quidem erunt in ſocietate Angelorum, ſed pauci ſunt in comparatione perditorum. 57. Cyril. oſtendit quàm ſint deteſtabiles qui intrare nō poſſunt. 58. Beda. ſ. Chriſtus, qui intus eſt illis quos ſua viſione lætificat, quaſi foris verò peregrinantibus: intrabit autē, cùm Eccleſiam totam ad ſui contemplationem perducet; claudet oſtium, cùm reprobis locum pœnitentiæ tollet, qui fruſtrà pulſabunt, i. miſericordiam quam contempſerunt, implorabunt. 59. Int. i. apud vos fidei, & dilectionis meæ characterem non approbo. Greg. 11. mor. neſcire Dei improbare eſt, ſicut vir verax dicitur neſcire mentiri. 60. Cyril. hoc Iudæis conuenit, qui victimas edebant, & gaudebant, & Moyſi libros in ſynagogis audiebant. Theop. Iudæi cum Chriſto comedebant, & bibebant, & eum prædicantem audiebant, congruūt & hæc Chriſtianis: comedimus enim Chriſti corpus, & bibimus ſanguinem quotidie ad menſam myſticam accedentes, docétque in plateis animarum noſtrarum. Beda. Scriptura in obſcurioribus cibus eſt, qui quaſi exponendo frangitur, & manducando glutitur: in apertioribus potus, vbi ita ſorbetur ſicut inuenitur. Gloſſ. occulta & aperta ſe intellexiſſe teſtantur. 61. Int. q. d. hoc non ſufficit. Beda. ſcientia Scripturarum non facit Deo notum quem operum iniquitas indignū oſtendit. Baſil. ſi charitatem, inquit Paulus, non habuero, nihil mihi prodeſt. 62. Beda. ſ. de ardore. 63. Beda. ſ. de frigore, vel ſtridor prodit indignantis affectum. Gloſſ. flebunt oculi qui per concupiſcentias vagabantur, ſtridebunt dentes qui de edacitate gaudebant. Nota hîc per fletum, & ſtridorem veram impiorum reſurrectionem. 64. Int. à quibus ſucceſſionem carnis non fidei trahitis. 65. Int. ſ. quieſcentes. 66. Cyril. Iudæis, qui primum locum tenebant, prælatæ ſunt gentes. 67. Int. vt Iudas. Theoph. nos primi, qui ab ipſis incunabulis rudimenta accepimus, & fortè erimus nouiſſimi reſpectu gentilium, qui circa finem vitæ crediderunt. 68. Int. vt latro. Beda. multi prius feruentes, poſtea tepent, multi prius frigidi, ſubitò inardeſcunt, & multi in ſeculo deſpecti, in futuro ſunt glorificandi. Glo. Gentiles, qui diu ſine fide vixerunt, ad fidem vocandi, Iudæi execrandi. 69. Chry. ſ. ſimulantes ſe diligere, cùm tamen eſſent ad iram prouocati, quia populus Chriſto adhærebat. 70. Int. ſ. de Galilæa, vbi dominatur Herodes, & tranſi in locum vbi non habet poteſtatem. 71. Beda. Vulpes, animal fraudulentum, in fouea propter inſidias latens, odore fœtens, nunquam rectus itineribus incedens, tales hæretici, quorum figura Herodes, qui Chriſtum in credentibus conantur extinguere. Cyril. videtur ſermo non pertinere ad Herodem, ſed ad Phariſaicas fictiones, vnde Græcè, Dicite vulpi huic.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIII.

t. ſ. poſt hanc vitam. v. videtur legiſſe εἰσέρχῃ, vel εἰσέλθῃ nunc enim ἐγερθῇ, ſurrexerit. x. ſenſus eſt, Tunc nihil proderit cognouiſſe, aut fuiſſe familiares, &c. Non enim neceſſe intelligere iſta tunc dicenda, ſed ſic euenturū, ac ſi dicerentur. 61. q. d. perinde accidet vobis, ac prorſus ignotis. a a. pro, addicti iniquitati. b b. i. ſum, vel eo loco quo cogemini ire. 62. ſcilicet, dolor. 63. ſcilicet, horror. c c. pro. erunt, vel. q. d. accidet vt ſint, &c. Loquitur verò de Iudæis & Gentilibus. d d. ſcilicet, fictè, vt videtur.

illi,[ee] Ecce eiicio[72] dæmonia,& ſanitates perficio hodie,[ff] & cras,[74] & tertia die conſummor.
Verùmtamen[75] oportet me hodie[76] & cras,& ſequẽti[77] die ambulare:[78] quia nõ capit Prophe-[gg]
tam perire extra[79] Hieruſalẽ.[80] Hieruſalẽ,[81] Hieruſalẽ quę occidis[82] Prophetas,& lapidas[83] eos
qui mittũtur[84] ad te.[*] Quoties volui cõgregare[85] filios tuos[86] quemadmodũ auis[hh] nidũ[ii] ſuũ
ſub pennis,[87] & noluiſti?[mm] Ecce[88] relinquetur domus[89] veſtra deſerta.[oo] Dico autẽ vobis,quia
nõ videbitis[90] me,donec[91] veniat cùm[oo] dicetis, Benedictus[92] qui venit in nomine Domini.

SENS. LIT. IN CAP. XIII.

72. Int.ſ.vt homines ſua peccata,& errores damnent in quibus vixerunt.Aug.2.de conſ. Euãg. c.75. ¶ Gloſ.q.d.nec Herodes,nec hæretici,quorum ipſe figura eſt,poterunt turbare quod intendo facere.

73. Int.ſ.vt viuant ſecundum præcepta mea,quæ ſunt vera ſanitas.Aug. 74. Int.q.d.& ſic præparatos in reſurrectione mea glorificabo.Aug.¶ Cyril.indicat imminere tempus crucis Theop.q.d.de morte mea cogitatis?ecce fiet poſt modicum. 75. Cyril.non oſtendit neceſſitatem ſibi ingruentem,ſed arbitriũ voluntatis pergendi quo vellet. 76. Theop hodie,& cras, multos dies ſignificat. 77. Int.hæc ambulatio ad literam intelligitur qua ibat in Hieruſalem.Theop.coniungẽdum hoc non,cum, hodie, & cras,ſed cum ſequenti die. 78. Int.i.non conuenit,vel non capit Herodes.Theoph.i. non decet,ibi oportebat perire Dominũ Prophetarũ,vbi morabantur qui ſolebant Prophetas occidere. 79. Theop. Illi dicebant vt exiret ex Galilæa,ne occideretur,ipſe ſibi dicit in Hieruſalem patiendum.Gloſ.vbi non Herodes,ſed Pilatus dominatur. 80. Int.homines,non ſaxa plangit affectu Patris.Beda. ¶ Aug.2. de conſ.Euang.c.75.præoccupat Lucas,ant talia reſpondit Dominus Hieruſalem appropinquans, monentibus vt caueret Herodem,qualia Matthæus dicit Chriſtum locutum cùm peruenisſet Hieruſalem.

81. Chryſ.geminatio verbi, miſerantis eſt,aut nimium diligentis. Græc. nominis geminatio vehementem reprehenſionem oſtendit. 82. Int.Dominum Prophetarũ nunciantes. 83. Int.i.duritia cordis à te repellis,vel corporaliter,vt Stephanum. 84. Int.i.hactenus ad te miſſi ſunt. 85. Int.ſ.in vnitate fidei.Cyril.manu duxit eos per Moyſen,monuit per Prophetas. 86. Int.Patriarcharũ hæredes.Gloſſ. oſtẽdit omnes retrò Prophetas eſſe à ſe miſſos. 87. Cyril.ſub tegmine virtutis. 88 Int.ſ.in proximo.

89. Beda.i.ciuitas quã Romani diripuerũt.Theoph.Templum,vel tota gens Iudæorum,iuxta illud, Domus Iacob benedicite Domino. 90. Int.ſ.poſt paſſionem.Theop.q.d.poſtquam crucifixeritis me, non me amplius videbitis,donec iterum veniam.Beda.q.d.niſi pœnitentiam egeritis, & confeſſi fueritis me Filium omnipotentis Patris,in ſecundo aduentu faciem meam non videbitis. 91. Int.ſ.hora qua confiteamini Filium Omnipotentis, quem benedictum. i. à peccato immunem miſit Pater ad glorificandum ſuum nomen.Aug.de conſ.Euang.Loquitur de aduentu ſuo quo in claritate venturus eſt.

92. Theop.tunc confitebuntur Saluatorem eum,& Dominum.ſ. quãdo nullus erit inde profectus. Cyril.Hoc,redeunti Hieroſolymam,turba occurrens dixit.

SENS. MYST. IN CAP. XIII.

76. Gloſ.Prima dies,abrenunciare vanitatibus,ſecunda,concordare veritati,moribus, & vita; tertia, vltima glorificatio.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIII.

71. vel Herodi,vel ei qui mendacium illud finxerat. ee. Græ.ταύτῃ, huic, 72. preſ.pro futuro.q.d. paucos adhuc dies victurus ſum,& miracula perpetraturus,poſtea interficiar. ff. pro,breui quodam tempore.Heb. 74. i.non multo poſt moriar. 76. Idem ſignificatur quod proximè.ſ.breue tempus.

*78. Græc.οὐκ ἐνδέχεται non conuenit,non decet,non eſt poſſibile. gg. vel ſe intelligit,vel quemuis Prophetam,q.d.Non decet Prophetam alibi occidi,quàm vbi vſitatiſſimum occidi Prophetas. In quo illorum crudelitatem notat,& impietatem. 81. Repetitio amantis eſt,& miſerantis. * Sermo eſt de voluntate non beneplaciti,ſed ſigni,vt dicunt Theologi. hh. ὄρνις. etiam gallinam ſignificat, vt vertit in Matth. ii. i.pullos. mm. ſimile quiddam.Ezech.24. 89. i.ciuitas,vel regio. nn. ſ.habitatore,vel Deo qui ſolebat protegere.Itaque dicitur,vobis relinquetur. oo. ſ.in die iudicij quo me agnoſcere cogemini eum eſſe de quo prædictum eſt, Benedictus qui venit, &c. Sic Matth. 26. dixit ſe ab illis videndum die iudicij,vel intelligit,illud tunc ex animo dicturos, qui ex Iudæis credituri erant. 92. id eſt, celebrandus, ſeu felix.*

CAPVT XIIII.

ET factum eſt, cùm introiſſet Ieſus in domum cuiuſdam Principis Phariſæorum ſabbatho manducare pancm, & ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reſpõdens Ieſus dixit ad Legiſperitos, & Phariſæos, dicens: Si licet ſabbatho curare? At illi tacuerunt. Ipſe verò apprehenſum ſanauit eum, ac dimiſit. Et reſpondens ad illos dixit, Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die ſabbathi? Et non poterant ad hæc reſpondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos. Cùm inuitatus fueris ad nuptias, nõ diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum

SENS. LIT. IN CAP. XIIII.

1. CYRIL. Cognoſcebat quidem malitiam Phariſæorum, ſed fiebat eorum conuiua, vt prodeſſet præſentibus per verba, & miracula. 2. Int.ſ. Phariſæi. 3. Int.ſ. ſi ſabbathum ſolueret. Cyrill. an quicquam prohibitorum faceret in die ſabbathi. 4. Int.ſ. inſidioſis obſeruatoribus. Beda. nouerat eorum cogitationes. 5. Int. à Legiſperitis legis iudicium quærit. 6. Int.i. opera charitatis facere, vt non ſoluatur ſabbathum. 7. Beda. ſi enim dicant licere, cur obſeruant Chriſtum? ſi non licet, cur ipſi pecora curant ſabbatho? 8. Cyrill. metu Phariſæorum remedium non petebat propter ſabbathum, ſed ſtabat, vt Chriſtus miſertus ſanaret. 9. Theoph. non curans ſcandalum Phariſæorum, vbi enim magna reſultat vtilitas, non eſt curandum ſi ſtulti ſcandalizentur. 10. Int. q. d. omnes in hac auaritia ſimiles eſtis. 11. Int. non animali, ſed ſuæ auaritiæ conſulens. Beda. violabant illi ſabbathum in opere cupiditatis, qui Chriſtum violare arguebant in opere charitatis. 12. Int. non intelligens in hoc violationem ſabbathi. 13. Amb. docet humilitatem. 14. Int.ſ. ab ipſo principe. 15. Int. aliud myſticè ſignificantem. 16. Int. id eſt, intelligens quomodo illi de primis accubitibus laborarent, vnde reprimuntur. Glo. intendit quomodo debeant accubitus in Eccleſia eligi. 18. Int. id eſt, quia poteſt contingere. 19. Int. id eſt, gratioſior inuitatori, etſi aliis occultus.

SENS. MYST. IN CAP. XIIII.

b. BEda. Hydropicus eſt quem fluxus carnalium voluptatum exuberãs aggrauat, eſt enim morbus ab aquoſo humore nominatus. Gloſ. Hydor aqua, vnde hydropis morbus aquoſus ſubcutaneus de vitio cutis natus, cum inflatione & anhelitu fœtido. Aug. 2. de q. Euang. hydropicus diues auarus, qui, quo magis abundat, magis ſitit. 9. Greg. 14. mor. Sanatur hydropicus ante Phariſæũ, per ægritudinem enim corporis illius, huius cordis ægritudo exprimitur. c. Beda. per bouem & aſinum ſignificantur ſapientes & hebetes; vel Iudæi iugo legis preſſi, & gẽtes nulla ratione domitæ; omnes enim à puteo concupiſcentiæ demerſos, Dominus extrahit. Aug. 2. de q. Euang. congruenter hydropicum animali cadenti in puteum comparauit, humore enim laborabat, ſicut mulierem quam ſoluit, comparauit iumento quod ſoluitur, vt ad aquam ducatur. 17. Int. nuptiæ Chriſti & Eccleſiæ coniunctio. Beda. membris Eccleſiæ per fidem coniunctus, non ſe extollat quaſi ſublimior cæteris. 20. Int.i. per gratiam ſuam, te & illum oſtendens. 21. Int.ſ. Deus qui corda ſingulorum nouit. 22. Int.i. intellige te minorem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

a. abundat more Heb. 3. ſcilicet, ſi quid fortè faceret, quod poſſent accuſare. b. illorum opera, vt videtur, illuc adductus, quarentium occaſionem calumniandi. 4. ſcilicet, ad eorum cogitationes, vel, pro dixit, Heb. 15. qua libenter volebat humilitatem docere. 16. id eſt, attendens, obſeruans. d. pro, elegiſſent, vel ſoliti eſſent eligere. 17. vbi celeberrimum ſolet eſſe conuiuium, & incertum qui alij ſint inuitati. e. ſcilicet vltrò.

rubore nouiſſimum locum tenere. Sed cùm vocatus fueris, vade [23] recumbe in nouiſſimo loco: [f] vt cùm [24] venerit qui te inuitauit, dicat tibi, [25] Amice, [26] aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria [27] coram ſimul diſcumbentibus: [g] quia omnis qui ſe [28] exaltat [29] humiliabitur, & qui ſe [30] humiliat [31] exaltabitur. [32] Dicebat autem & ei qui ſe inuitauerat. Cùm facis [33] prandium [34] aut cœnam, [h] noli vocare [35] amicos tuos; neque fratres tuos; neque cognatos; neque vicinos [36] diuites: [l] ne fortè & ipſi te reinuitent, & fiat tibi [37] retributio. Sed cùm facis conuiuium, voca [38] pauperes: debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris: quia non [39] habent retribuere tibi: [40] retribuetur enim tibi in [41] reſurrectione iuſtorum. [42] Hæc cùm audiſſet quidam de ſimul diſcumbentibus, dixit illi, [m] Beatus qui [43] manducat [44] panem in regno Dei. At ipſe dixit ei,

SENS. LIT. IN CAP. XIIII.

23. Baſil. occupare in conuiuiis locum vltimum iuxta Domini mandatum conueniens eſt, ſed in hūc contentioſè irruere reprobatur; tollit enim id ordinem, & cauſat tumultum, & eſt ex repugnantia, ſuperbiæ indicium. 28. Int. ſ. incautè de meritis. Beda. ex concluſione hac manifeſtè apparet, præcedentem ſermonem myſticè intelligendum. 29. Int. ſcilicet, à Deo, etſi non coram hominibus. 30. Int. ſcilicet, prouidè de beneficiis. 31. Int. ſcilicet, à Deo. 32. Theoph. admonuerat inuitatos, nunc inuitantem. Gloſſ. videtur iſte inuitaſſe, vt iterum inuitaretur. 33. Int. ſ. quacunque hora diei. 34. Int. ſcilicet, veſpere. 35. Int. id eſt, carnali affectu, vel cognatione coniunctos. 36. Int. ſcilicet, propter hoc quod diuites. Bed. non prohibet fratres, amicos, & diuites alterutrum conuiuia celebrare, ſed dicit nihil valere ad cæleſtia præmia. 37. Int. non ait, & fiat tibi peccatum, ſed fiat tibi retributio. Beda. ſunt tamen quædam conuiuia fratrum & vicinorum quæ damnationem percipient in futuro. 38. Int. à quibus nihil in præſenti potes expectare. Chry. ſi pauperem vocaueris, Deum habebis debitorem, & quanto minor eſt frater, tanto magis per eum Chriſtus accedit & viſitat, qui magnum ſuſcipit, ſæpe ob gloriam aut vtilitatem facit. Sed dicis, immundus eſt pauper, & ſordidus, laua eum, & fac in menſa tecum ſedere, ſi veſtes immundas habet, mundum veſtimentum ei exhibe, ſed ſi non vis ſurſum recipere in ſolatio, vel vbi famuli ſunt ſuſcipe, ſi non vis tecum ſedeat, mitte de menſa fercula. 39. Int. ſcilicet, vnde poſſint. Chry. non turbemur ergo cùm non recipimus beneficij recompenſationem, ſed cùm receperimus, tunc enim non amplius recipiemus. 40. Int. ſcilicet, à Deo. 41. Int. aliàs retributione. Beda. etiam qui amicos, fratres, & diuites propter Deum recipit, mercedē à Deo recipiet. 42. Int. ſcilicet, quod in reſurrectione eſſent beatificandi pauperum ſuſceptores. m. Gloſ. ſ. illectus dulcedine auditæ reſurrectionis. 43. Cyrill. erat iſte animalis, putans corporeas eſſe remunerationes ſanctorum.

SENS. MYST. IN CAP. XIIII.

23. Int. quanto maior es, humilia te in omnibus. 24. Int. ſ. ad iudicium, vel quotidie augendo gratiam humilibus, quam aufert ſuperbis. Gloſſ. quotidie Dominus dum conuiuas ſuos viſitat, humilibus dona præſtat, quod admirantes qui vident, eos glorificant, & Deum laudant. 25. Int. i. ex humilitate te amicum recognoſcat. 26. Int. ſ. ad maius præmium æternæ gloriæ, vel hic ad maiora dona Sancti ſpiritus, recipiendum. Beda. 27. Int. ſ. in eadem beatitudine, vel in eadem fide quieſcentibus. Beda. ne nunc quærere incipias quod tibi ſeruatur in fine. 28. Orig. qui vanam gloriam vitat, vocat ad ſpirituale conuiuium pauperes. i. imperitos vt ditet, debiles. i. læſam conſcientiam habentes vt ſanet, clandos. i. declinantes à ratione vt rectè incedant, cæcos vt videant veritatem. 44. Int. Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi. Aug. de verb. Dom. Recumbebat ante illum panis quem deſiderabat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

f. q. d. ſatius id tibi quàm illud: non ſignificatur autem cauſa finalis, ſed quod ſequi poſſit. g. q. d. verum eſt quod vulgò dici ſolet. 29. i. ſolet humiliari. h. ſcilicet, ſi vis apud Deum mereri. 36. coniungendum cum omnibus præcedentibus. l. Græ. Nequando. 38. Coniungendum cum omnibus ſequentibus. 39. pro, poſſunt.

[45] Homo quidam fecit [n] cœnam magnam,& [46] vocauit multos.Et miſit [47] ſeruum ſuum hora
[48] cœnæ dicere inuitatis vt venirent,quia iam [49] parata ſunt omnia.Et cœperũt [o] ſimul om-
[50] nes [p] excuſare. Primus dixit ei,[q] Villam [51] emi,& neceſſe habeo [52] exire & [53] videre illam,rogo
te [54] habe me excuſatum.Et alter dixit,[55] Iuga boum emi quinque, & eo [56] probare illa, [57] ro-
go te habe me excuſatum.Et alius dixit,[58] Vxorem duxi, & ideo non [59] poſſum venire.Et
reuerſus ſeruus,nunciauit hęc domino ſuo.Tunc iratus [r] paterfamilias,dixit ſeruo ſuo,
[60] Exi cito in [s] plateas & vicos ciuitatis : & [61] pauperes ac [62] debiles, & [63] cæcos & [64] claudos in-
troduc huc.Et ait [65] ſeruus,Domine factum eſt vt imperaſti:& adhuc [66] locus eſt.

SEN. LIT. IN CAP. XIIII.

45. Int.quaſi dicat,verè beati qui comedent,ſed dediti terrenis,vel curioſitati,vel voluntatibus huius mundi,non comedent.Cyril. Homo iſte Deus Pater, qui magnam in Chriſto cœnam parauit, qui nobis dedit proprium corpus comedere. Chryſ. quando Deus vult miſericordiam ſuam exprimere,homo dicitur. Gregor.in hom.Cœna magna,ſatietas dulcedinis æternæ. Auguſt.de verb.Dom.Homo iſte Chriſtus. n. Gloſſ.poſt prandium, de quo Matth. cœna reſtat, poſt cœnam nullum conuiuium reſtat,de prandio multi, de cœna nullus exit. 46. Greg.in hom.Corporales delitiæ cùm non habentur,deſiderium accendunt,cùm verò habitę eduntur,faſtidium pariunt.Spirituales verò cùm nõ habentur,in faſtidio ſunt:cùm habentur,in deſiderio, Deus ergo inuitat, vt faſtidium repellamus. 47. Int.ſ. Ordinem prædicatorum.Greg.in hom.¶ Cyril.ſ.Chriſtum.Aug.de verb.Dom.Prophetas primò miſit, deinde Apoſtolos, parata iam cœna, i.immolato Chriſto. 48. Int.ſ.in fine ſeculi.Cyrill.in nouiſſimo tempore verbum eſt incarnatum. 49. Cyril.ſ.peccatorũ amotio, Spiritus ſancti participatio, adoptionis ſplendor.Glo. Chriſto immolato introitus regni patet. 50. Int.ſ.qui venire noluerunt. p. Gloſſ. nemini intercluditur regnum niſi quem ſuæ vocis profeſſio excluſerit. 51. Int.i.magno labore acquiſiui.Aug.de verb. Dom. villa, dominatio.Primus homo dominari voluit, qui Dominum habere noluit. Greg.in hom.villa,terrena ſubſtantia, ad quã exit qui ſola exteriora cogitat. 52. Int.ſ.ab interna contemplatione. 53. Int.i.totum ſtudium ad eam applicare. 54. Int.q.d.ora pro me, quia peccator ſum.

55. Aug.de verb.Dom.Iuga quinque,quinque ſenſus carnis,in quibus iuga:nam duo oculi,duæ aures, geminæ nares,& guſtus linguæ,& palati tactu fit,& carnis voluptas fit forinſecus & intrinſecus:dicũtur autem boum, quia per ſenſus terrena acquiruntur, & homines terrenis dediti, nolunt credere niſi quod vident. 56. Aug.de verb.Dom.non ait paſcere,ſed probare,notatur enim curioſitas, non delectatio.

57. Gre.in hom.& iſte,& qui propter villam ſe excuſat,vterque humilitatis verba permiſcet,& vterque venire contemnit,humilitas ſonat in voce,ſuperbia in actione. 58. Int.coniugium non reprehenditur,ſed integritas ad maiorem honorem vocatur.Amb.¶ Aug.de verb.Dom.qui dixit, Vxorem duxi, carnem amplexatur.Sunt verò hæc tria de quibus Iohannes,Concupiſcentia carnis,vxorem duxi, concupiſcentia oculorum, iuga boum quinque emi : ſunt enim in ſenſibus principales oculi, ideo per eos cæteri ſenſus ſignificantur,ambitio ſeculi,villam emi.Greg.in hom.Bonum enim coniugium,ſed quidam per hoc voluptatem expetunt,ideo per rem iuſtam non incongruè ſignificantur iniuſta.Glo.amor terrenarum rerum viſcus eſt ſpiritualiũ pennarum. 59. Baſil. debilitant illecebræ intellectum. r. Beda.non eſt paſſio iræ in Deo, ſed operatio quæ in nobis ab ira fit. 60. Aug. 5.ſuper Geneſim ad litteram,cap. 19.Non indiget Deus nunciis,ſed ipſis vtitur propter nos,& propter ipſos.

s. Amb.vt de viis latioribus, ad anguſtam viam veniant. 61. Int.ſ.humiles. Greg.in ho. 62. Int. qui ſuo iudicio apud ſe infirmi ſunt.Greg.in hom. 63. Int.qui lumen ingenij non habent.Greg.in ho.

64. Int.qui rectos greſſus nõ habent in opere.Greg.in hom.¶ Amb.nullũ corporis debilitas excludit à regno.remittit etiam Deus per miſericordiam peccatorum infirmitatẽ.Greg.in hom. Hos eligit Dominus,quos deſpicit mundus,quia plerunque ipſa deſpectio hominem reuocat ad ſeipſum.Gloſſ.introducit Dominus bonos,& malos,bonos,vt augeat, malos, vt moret. 65. Int.ſcilicet,ordo prædicatorũ.

66. Greg.in hom.Iudęi conuiuij locum non impleuerunt,ſed vacat locus vbi ſuſcipi debeant gentes.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

o. i.ſimiliter. q. Gracè ἀγρὸν,rus,prædium,agrum.

Et ait dominus ſeruo, Exi in vias[67] & ſepes: & compelle[68] intrare, vt impleatur[69] domus mea.[u] Dico autem vobis, quia nemo virorum illorum[70] qui vocati ſunt, guſtabit[72] cœnam meam. Ibant autem turbæ[73] multæ cum eo[71]: & conuerſus[74] dixit ad illos, Si quis venit ad me, & non odit[75] patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & animā[76] ſuam: non poteſt meus[78] eſſe diſcipulus. Et qui non baiulat crucem[79] ſuam,[x] & venit poſt[80] me: non poteſt meus eſſe diſcipulus.[81] Quis enim ex vobis volens[82] turrim[83] ædificare, nonne prius ſedens[84] cōputat[85] ſumptus[86] qui neceſſarij ſunt, ſi habeat ad perficiendum: ne poſtquam poſuerit fundamentum,[87] & non potuerit[88] perficere:[89] omnes qui vident, incipiant illudere[90] ei, dicentes: Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit conſummare? Aut quis Rex iturus committere[91] bellum aduerſus alium Regem, non ſedens prius cogitat,

SENS. LIT. IN CAP. XIIII.

67. Amb. hi apti regno cælorum, qui nullis præſentium cupiditatibus occupati ad futura feſtinant, & qui modo ſepis quæ ab incultis culta ſecernit, & incurſus arcet beſtiarū, norunt bona & mala diſtinguere, & aduerſus tentamenta fidei munimen prætendere. Aug. de verb. Dom. Venerunt de plateis & vicis gentes, de ſepibus hæretici. Sepes enim qui conſtituunt, diuiſiones quærunt. Gloſſ. de vicis vocantur quos temporalium coarctat inopia. 68. Greg. in hom. qui aduerſitatibus fracti, ad Dei amorē redeūt, compelluntur intrare. 69. Int. ſ. numero prædeſtinatorum. 70. Int. ſ. excuſantium. 71. Int. etſi per ſeram pœnitentiam aliquando intrare quærant, vnde fatuis dicitur virginibus, Amen dico vobis, neſcio vos. nemo ergo vocatus excuſet ſe. Greg. in hom. nemo contemnat, nemo vocatus excuſet, ne cùm voluntatē habuerit, intrare non valeat. 72. Int. ſ. captæ dulcedine prædicationis & miraculorū. 73. Int. ſ. diſcedente à domo conuiuij. 74. Theoph. quia multi non ex toto affectu, ſed tepidè ſequebantur, oſtendit qualem deceat eſſe ſuum diſcipulum. 75. Int. diligamus quod ſunt, odio habeamus quod in Dei itinere nobis obſiſtunt. Amb. Si Dominus propter te renunciat matri. Quæ eſt, inquit, mater mea, & fratres mei? cur tu Domino tuo cupias anteferre? ita indulgendū naturæ, vt venereris authorem, nec à Deo parentum amore deſciſcas. 76. Gre. in hom. tunc bene animam noſtram odimus, cùm eius voluntatibus reluctamur. 78. Greg. in hom. oſtendit quomodo odio habenda ſit anima. 79. Int. Crux à cruciatu dicitur, quia ſemper eſt portanda vt amor Chriſti oſtendatur. Greg. in hom. Crux baiulatur carnis abſtinentia, vel proximi compaſſione, quod faciendum eſt ſtudio æternæ intentionis: additur enim, & venit poſt me. 80. Greg. in hom. ad magna præmia perueniri non poteſt, niſi per magnos labores. 81. Greg. in hom. quia ſublimia præcepta data ſunt, comparatio ædificandæ ſublimitatis adiungitur. 82. Int. per aſſumptam patientiam. 83. Int. ſ. humilitatis Baſil. turris, alta ſpeculatio, ad cuſtodiam & perceptionem hoſtilium occurſuum. 84. Int. i. quieſcens à tumultibus mundi. 85. Int. Omne quod agimus, præuenire per ſtudium conſiderationis debemus. Greg. in hom. ¶ Gloſſ. ille ſumptus computat, qui diſcernit eſſe erogandam pecuniam, cor auertendum à cupiditatibus, præparandam animam contra aduerſa. 86. Int. terrenum ædificium congregando expenſas conſtruitur, cæleſte autem expenſas diſpergendo. 87. Int. ſcilicet fidei. 88. Int. ſcilicet, non habens conſummationem operum, quæ conueniunt fidei. 89. Int. ſcilicet maligni ſpiritus, qui gratulantur de noſtro defectu.

90. Gregor. in hom. ipſos irriſores patimur, quos ad malum perſuaſores habemus. 91. Cyrill. incumbit nobis prælium contra dæmones, & paſſiones varias. Gloſſ. oſtendit per impletionem præcedentium mandatorum, nullum ad gloriam poſſe pertingere, niſi ſeueri Iudicis ſententia temperetur per miſericordiam.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

68. Significatur deſiderium ardens patrisfamilias ſua quamplurimis communicandi.

t. pro, in loca ſepibus cincta, i. in pagos & domos ruſticas. v. applicat Chriſtus parabolam. 73. ſcilicet quatenus Chriſto contrarij ſunt. 76. id eſt, vitam. x. ſcilicet, imitatione. 81. confirmat exemplo, ædificij & belli: eſt enim id de quo agit ædificium ſ. ſpirituale, & prælium contra animæ hoſtes.

ſi poſſit cum decem[92] millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad ſe?[aa] alioquin[93] adhuc illo longè[94] agente, legationem[95] mittens, rogat ea quæ pacis ſunt. Sic[bb] ergo omnis ex vobis qui non renunciat[96] omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus.[97] Bonum[98] eſt ſal.[99] Si autem ſal euanuerit[100]: in quo[101] condietur[cc]? Neque in terram,[102] neque in ſterquilinium[103] vtile eſt, ſed foras[104] mittetur: Qui[105] habet aures[106] audiēdi[dd] audiat.[107]

Sens. Lit. In Cap. XIIII.

93. Int.ſ.ſi intelligit ſe ex æquo non poſſe occurrere. 94. Int.i. patienter expectante. Greg. dum adhuc præſens per iudicium non videtur. 95. Greg. mittamus legationem, lachrymas, miſericordiæ opera, hoſtias placationis. 96. Aug. ad Lætum, epiſt. 38. continetur hîc illud, vt oderint patrem & matrem, &c. hæc enim ſunt propria alicuius, quæ plerumque implicant, & impediunt ad obtinenda cæleſtia. Beda. Paucorum eſt relinquere omnia. i. curas mundi poſtponere, cunctorum autem fidelium renunciare omnibus. i. ſic tenere quæ mundi ſunt, vt tamen non teneantur in mundo. 97. Gloſ. oſtenditur concluſione hac turrim ædificare, & facere pacem cum fortiore, non eſſe aliud quàm eſſe diſcipulum Chriſti, parare verò ſumptus, vel mittere legationem eſſe renunciare omnibus. 98. Glo. q.d. ſi omnibus renunciauerit, bonum erit ſal ad condienda corda auditorum ſpirituali ſapientia. 99. Beda. ſ. ſapientiæ ſpiritualis. Euſeb. Sal conſtat ex aqua & Spiritu, modicum quid terreſtreitatis participans, corporaq́; conſeruat, & Chriſti diſcipuli regenerati per aquam & ſpiritum, hominéſq; in terra degentes condiebant ſpirituali vita. 100. Theoph. i. ſi fiat reprobus, qui alijs futurus eſt vtilis. Beda. Si illuminatus redierit ad apoſtaſiam, quo alio doctore corrigetur? Gloſſ. Si illi per quos alij condiendi ſunt, proſperis vel aduerſis ceſſerint, per quos eis error auferetur? 101. quis medicabitur incantatori percuſſo à ſerpēte? 102. Int. quā ſuo iniectu germinare prohibet. Beda. ¶ Gloſſ. Sal ſterilem terram facit, vnde ira victorū deſtructas vrbes ſale ſeminabat, ne in eis germen oriretur. 103. Int. quod non ſinit fœcundare. 104. Int. ſ. ab vnitate Eccleſiæ Beda. 105. Theoph. quia ſermo erat obſcurus auditores excitat. 106. Int. quibus verbum Dei percipere poſſit. Theoph. aures, vis cognoſcitiua animæ, & intelligendi aptitudo. 107. Int. ſ. obediendo & faciēndo quod didicit. Beda. ¶ Theoph. q.d. cui ſapientia ineſt intelligat.

Sens. Myst. In Cap. XIIII.

92. Aug. de q. Euan. ſignificatur ſimplicitas Chriſtiani hominis dimicaturi cum duplicitate diaboli. Theoph. Rex, peccatum, dæmones ſatellites, qui nobis comparati, maiorem fortitudinem habere cenſentur. Greg. cum duplo exercitu venit Dominus, contra ſimplum, nos enim vix in ſolo opere præparatos, ſimul de opere & cogitatione diſcutiet.

Addit. Avct. In Cap. XIIII.

a a. id eſt, contra ſe. b b. ſ. vt oportet odiſſe patrem, &c. 96. i. dicto vale dimittit omnia ſaltē affecta. 97. vel ſimpliciter, vel perfectiùs. 100. ſ. perdito vigore redditum fuerit inſipidū. Gr. infatuatum fuerit. i. saporē amiſerit. c c. pro, quare ſapor ei reſtituetur. d d. pro, ad audiendum, id eſt, attendendum.

CAPVT XV.

ERANT appropinquantes ei publicani & peccatores vt audirent illum, & murmurabant Phariſæi & Scribæ, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Sens. Lit. In Cap. XV.

1. IN T. id eſt, qui publica vectigalia exigunt, vel conducunt; & qui lucra ſeculi per negotia ſectantur. Theoph. id exequebatur cuius cauſa carnem ſuſceperat, admittens peccatores vt medicus ægrotos 2. Int. dupliciter errant, qui & ſe iuſtos putant, cùm ſint ſuperbi, & illos reos, cùm iam pœniteant. Greg. in hom. vera iuſtitia compaſſionem habet, falſa indignationem, quamuis & iuſti ſoleant rectè peccatoribus indignari, non ex ſuperbia, ſed ex zelo; & dum foris increpant, intus charitatem ſeruant. 3. Int. q.d. contrarius eſt legi, quæ hoc prohibet.

Et [4] ait ad illos parabolam iſtam,dicens, [a] Quis ex vobis homo qui habet [5] cētum oues: & ſi diſperdiderit [6] vnam ex illis, nónne dimittit [7] nonagintanouem in [8] deſerto,& [9] vadit ad íllam quæ [b] perierat donec [10] inueniat eam? Et cùm inuenerit eam,[11] imponit in humeros ſuos gaudens:& [12] veniens domum conuocat [13] amicos & vicinos,dicens illis, Congratulamini [14] mihi : quia inueni ouē meā quæ perierat.Dico vobis quod ita [15] gaudium erit in [16] cælo ſuper vno peccatore [17] pœnitentiā agente , quàm ſupra nonagintanouem [18] iuſtis qui non indigent pœnitentia. Aut quæ [c] mulier habens [19] drachmas decem,

Sens. Lit. In Cap. XV.

4. Greg.in hom.ægros cæleſtis medicus blandis fomentis curat. a. Glo.q.d.mntmutatis,quia peccatores recipio,ſed ego non veni,niſi vt aberrantes colligam ; ſicut vnuſquiſque veſtrum errantē ouem reducere laborat. 15. Amb.Angeli,quia rationabiles ſunt , hominum redemptione lætantur , proficit hoc ad incentiua probitatis,ſi conuerſionem ſuam quiſque gratam fore credat Angelis,quorum affectare patrocinium,aut vereri debet offenſam. 16. Int.vel coram Angelis Dei. 17. Int. pœnitentiā agere,eſt perpetrata mala plangere,& plangenda non perpetrare. Greg.in hom. qui enim alia plorat, alia committit,pœnitentiam agere aut ignorat,aut ſimulat.cogitandum verò,vt Deo ſatisfaciat qui cōmiſit prohibita,abſtinendum etiam ſibi à quibuſdam conceſſis,& ſe debere reprehēdere in minimis, qui deliquit in maximis. 18. Greg.in hom.plerumque pigriores ſunt,qui non grauiter peccarunt,& quidem dux in prælio plus eum militē diligit,qui poſt fugam reuerſus,hoſtem fortiter premit, quàm qui nunquam terga vertit,nec aliquid fortiter geſſit.& agricola plus terram diligit, quæ poſt ſpinas vberes fruges profert , quàm quæ nunquam ſpinas habuit , nec fertilem meſſem producit. conſiderandum verò quantum Deo gaudium faciat humiliter plangens iuſtus, ſi tantum in cœlo facit pœnitens iniuſtus.
19. Int.drachma eſt nummus certæ quantitatis,habens imaginem regis. Cyrill. Superiori parabola docebamur eſſe creaturæ Dei qui fecit nos , & cuius paſcuæ oues ſumus ; nunc oſtendimur ad imaginem & ſimilitudinem Dei facti.

Sens. Myst. in Cap. XV.

5. Greg.in hom.Centenarius perfectus eſt numerus,Deus ergo cētum oues habuit,cùm ſanctorum Angelorum & hominum naturam poſſedit. 6. Int.Diues paſtor, cuius nos omnes centeſima portio ſumus.Amb. ¶ Cyr.errauit vna.ſ.genus humanum. 7. Int.Angelicam naturam in ſumma beatitudine exiſtentem quaſi reliquit,dum ſeipſum exinaniuit. Glo. in nonagintanouem iuſtorum numerus intelligitur,in vna oue,peccatorum;vnde,Non veni vocare iuſtos,ſed peccatores. 8. Int. i.in cœlo,quod deſertum eſt ab homine peccante.Aug.de q.Euang.Superbos reliquit qui ſe ſolos videri volunt,quibus ad perfectionem vnitas deeſt. 9. Int.ſ.dum per prædicationē vocat. b. Greg.periit ouis, quando homo peccando paſcua vitæ reliquit:tunc homo cælum deſeruit,cùm peccauit. 10. Int. Inuenit dū conuertitur aliquis. 11. Greg.Nyſſ.non punit,nec vrgendo ad gregem ducit,ſed elementer portat. Gre. in hom.Peccata noſtra ipſe portauit. 12. Greg.in hom.Reparato homine ad regnum cæleſte rediit.
13. Greg.in hom.ſ.Angelorum choros qui eius voluntatem ſemper cuſtodiunt,& eius viſione fruuntur.Theoph.Angeli dicuntur oues,omnis enim natura reſpectu Dei beſtialis eſt,vicini autem & amici, quia rationales. 14. Gre.in hom.Non dicit oui,ſed mihi;eius enim eſt gaudium vita noſtra. c. Gre.in hom.Qui ſignatur per paſtorē,ipſe per mulierē.ſ.Chriſtus,qui Deus,& Dei ſapientia.nouem drachmæ, nouē ordines Angelorū,& vt cōpleretur electorum numerus , homo decimus creatus eſt;perdita verò drachma,quando homo ad Dei imaginē conditus ab eo peccando receſſit;accēſa lucerna,ſapiētia enim Dei apparuit in humanitate; lumē in teſta,diuinitas in carne;euerſa domus, noſtra cōſcientia concuſſa; vel vt legitur in aliis codicibus,euerrit.i.emundat.ſ. à vitiis,à quibus mundatur praua mens , vbi prius fuerit præ timore euerſa.Aug.2.de q.Euang.Nouem drachmæ,de ſe præſumentes, vnum enim deeſt vt decem ſint.Greg.Nyſſ. Drachmæ virtutes quarum nullam oportet nobis deeſſe ; lucerna, verbum diuinum,vel pœnitentiæ lampas;vicinæ,rationabilis,concupiſcibilis,& iraſcibilis , etſi quæ aliæ ſunt vires animæ. Gloſſ.mulier,Dei ſapientia;repetitur drachma,dum in homine ſimilitudo conditoris reparatur; conuocantur amicæ.ſ.ſupernæ virtutes,dum ad amorem Dei vehementius accenduntur ; mulier etiam Eccleſia,quæ vt mater drachmam requirit.

Addit. Avct. In Cap. XV. *15. maius.ſ.actualiter,& ſenſibiliter.*

ſi perdiderit drachmam vnam,nonne accendit lucernam,& euertit domum,& quærit diligenter,donec inueniat eam? Et cùm inuenerit, conuocat [d]amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi,quia inueni drachmam quam perdideram. Ita, dico vobis,gaudium erit coram Angelis Dei ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Ait autem, [20]Homo quidam habuit duos [21]filios: & dixit adoleſcentior ex illis patri, Pater, [22]da mihi portionem [23]ſubſtantiæ meæ quæ me [e]contingit. Et [24]diuiſit illis ſubſtantiam.Et non poſt multos dies, congregatis omnibus adoleſcentior filius peregrè profectus eſt in regionem [25]longinquam: & ibi diſſipauit [26]ſubſtantiam ſuam viuendo [f]luxurioſè. Et poſtquam [27]omnia [g]conſummaſſet, facta eſt [28]fames valida in regione illa:[29]& ipſe cœpit [30]egere.Et [31]abiit,& [32]adhæſit [33]vni ciuium regionis illius:& miſit illum in [h]villam ſuam vt [i]paſceret porcos.Et cupiebat implere ventrem ſuum de

Sens. Lit. In Cap. XV.

20. Int.hæc parabola de Iudæo eſt & Gentili;generaliter autē de pœnitente & iuſto, vel qui ſibi iuſtus videtur,accipi poteſt.Amb.tres parabolæ, vt triplici remedio prouocati, vulnera noſtra curemus. Beda.Iſta parabola murmur inuidentium reprehendit. 21. Chry.Sunt qui intelligant per ſeniorē Angelos,per iuniorem homines,videtur quidem ſenſus pius,ſed neſcio an verus ſit.Cyrill. quidam per ſeniorem intelligunt Iudæos,per alterum gentes.Aug.2.de q.Euang.Duo filij,populi duo.ſ.qui permanſit in Dei cultu,& qui,deſerto Deo,idola coluit.Cyrill.filij duo,iuſti,& peccatores. 22. Aug.de q.Euang. Tanquam poteſtate ſua delectata anima,ea vti vult per liberum arbitrium.Titus.Petit vt non ex neceſſitate ſeruiat,ſumus enim animalia liberum arbitrium habentia. Gloſſ.vult homo ſuo ſenſu delectatus, ſemper liberum arbitrium regere. 23. Theop.hominis ſubſtantia rationalitas eſt, quam comitatur libertas arbitrij. 24. Amb.nulla Dei regno infirma ætas,vtinam ille iunior non receſſiſſet à patre,impedimentum neſciſſet ætatis.Chry.Oſtenditur libertas arbitrij, pater enim nec diſcedere volentem tenuit,ne auferret arbitrij poteſtatem,nec manere cupientem coēgit recedere.Gloſ. impertiuit fidelibus gratiæ ſuæ protectionem quam deſiderabant,infidelibus autem naturalia quibus contenti erāt. 25. Int.ſ.vſque ad obliuionem Dei.Chry.non loco recedit,ſed affectu.Aug.2.de q.Euang. non multò poſt humani generis inſtitutionem placuit animæ per liberum arbitrium ferre ſecum velut quandam potentiam naturæ ſuæ,& Deum deſerere,fidens de viribus ſuis.Amb.Quid longinquius quàm à ſe recedere?

26. Int.Luxuria conſumit omnia bona naturæ.Amb.meritò prodegit patrimonium, qui receſſit ab Eccleſia. Tit.diſſipauit ſubſtantiam,i.intellectum rectum,veritatis notitiam, genitoris memoriam, &c. f. Glo.prodiga vita fundere amat,& ſpatiari in pompis exterioribus,Deum relinquens qui ſibi eſt interior. 27. Int.ſ.ornamenta naturæ. 28. Int.bonorum operum atque virtutum,ſeu verbi Dei.

29. Int.omnis locus abſente patre penuriæ eſt. 30. Amb.meritò,theſauros enim ſapientię & ſcientiæ Dei dereliquit.Qui recedit à verbo Dei,eſurit,quia non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo Dei.Qui recedit à theſauro,eget,eget etiam iſte,quia nihil prodigæ ſatis eſt volūtati. Glo.Voluptas ſemper habet famem ſui. 31. Int.ſ.ſponte. 32. Int.iam illaqueatus.Amb.qui hæret,in laqueo eſt.

33. Aug.2.de q.Euang.alicui aëreo principi ad militiam diaboli pertinenti,cuius villa eſt modus poteſtatis ipſius,porci,immundi ſpiritus qui ſub ipſo ſunt;quos paſcere,eſt ea quib. immundi ſpiritus gaudent operari.Amb.ciuis iſte,princeps huius mundi.Beda.In villam mitti,eſt ſubſtantiæ mundialis cupiditate ſubiugari. Gloſſ. Ciuis iſte eſt concupiſcentiis terrenis præpoſitus princeps mundi. i. Chryſ.vt ſordidas & immundas cogitationes in animo nutriat.

Sens. Myst. In Cap. XV.

d. Theoph.Angeli & amici,quia Dei voluntatem exequuntur,& vicini,quia incorporei, vel amici Angeli omnes,vicini verò Throni,Cherubin & Seraphin.

Addit. Avct. In Cap. XV.

e. id eſt,ad me pertinet, ſeu mihi obuenit. f. ſ.luxu veſtium,& conuiuiorum,itemq́; cum meretricibus expendens. g. i.conſumpſiſſet. h. i.agrum.

[34] ſiliquis quas porci manducabant,& nemo illi [m] dabat. In [35] ſe autē reuerſus dixit, [36] Quanti [n] mercenarij in domo patris mei abundant panibus: [37] ego autē hic [38] fame [39] pereo. Surgam, & [40] ibo ad patrem meum, & [41] dicam ei, [42] Pater, [43] peccaui in [44] cælum & coram [45] te: iam non ſum [46] dignus vocari filius tuus:fac me ſicut vnum de mercenariis tuis. Et [47] ſurgēs [48] venit ad patrem ſuum. [49] Cùm autem adhuc longe [50] eſſet, [51] vidit illum pater ipſius:& miſericordia [52] motus eſt,& [53] accurrens [o] cecidit ſuper collum eius,& [54] oſculatus eſt eum.

Sens. Liter. In Cap. XV.

34. Int.ſiliqua genus leguminis,ſonoris foliis & vacuis, quod ventrem magis onerat, quàm reficit. Aug.2.de q.Euang.ſiliquæ ſeculares doctrinæ,ſteriles,vanitatem perſonātes, vbi iſte aliquid ſolidum & rectum ad vitam beatam pertinens,inuenire volebat,at non poterat. Chry.ſiliqua carnalium delectationum illecebræ. Amb.ſiliquis cupit implere ventrem,non enim alia cura luxurioſis, quàm vt ventrē impleant. m. Theop.ſ.ſaturitatem malorum,ſtudent enim dæmones ne hæc proueniat. Gloſſ. diabolus cùm aliquem ſuum facit,ei vitiorum abundantiam non procurat,ſciens eſſe iam mortuum. 35. Int.bene in ſe reuertitur,qui à ſe receſſit. Amb.qui ad Deum regreditur,ſe ſibi reddit; qui recedit à Chriſto,ſe ſibi abdicat. Aug.2.de q.Euang. ab eis quæ forinſecus illiciunt & ſeducunt, in conſcientiæ ſuæ interiora intentionem reduxit. 36. Int.i.quanti ex Iudæis ob præſentia bona tantùm legem cuſtodiunt,non ex dilectione. Amb. ſunt etiam mercenarij boni qui conducuntur ad vineam, illi non ſiliquis ſed panibus abundant. Aug.2.de q.Euang. Iſta recogitatio reſipiſcentis eſt,& aduertentis eſſe inter prædicatores qui non amore veritatis ducti,ſed cupiditate ſecularium commodorum veritatem annunciant. n. Glo.i. qui futuræ mercedis intuitu dignè operari ſatagunt, quotidianis ſupernæ gratiæ reficiuntur alimentis, ſeruus eſt,qui timore pœnæ temperat à vitiis,mercenarius qui ſpe,& deſiderio regni cælorum,filius qui amore boni. 37. Chry.ſ.non alienus,ſed filius & liber. 38. Int. in idololatria omni veritate deſtituor. Greg.Niſſ.non prius rediit,ad priſtinam felicitatem, quàm in ſe rediens ſentiret opprimentem ærumnam,& pœnitentiam meditaretur. 39. Int.quia me iacere cognoui. 40. Int qui longè receſſi, ad patrem,qui ſub principe porcorum miſerabili egeſtate tabeſco. 41. Aug.2 de q.Euang.pœnitentiam meditatur,nondum agit,promittit enim ſe dicturum cùm venerit ad patrem in Eccleſiā, vbi peccatorum legitima,& fructuoſa confeſſio. 42. Amb.quàm miſericors qui offenſus, nec paternum nomen dedignatur audire. 43. Amb.hæc prima apud Deum confeſſio,qui etſi omnia nouit,vocē tamen tuæ confeſſionis expectat,ore fit confeſſio ad ſalutem,alleuiat pōdus erroris,quiſquis ſe onerat,fruſtra velis occultare quē nihil fallit,ſine periculo prodas quod ſcias eſſe iam cognitū,confitere, vt pro te interueniat Chriſtus,roget Eccleſia,&c. 44. Int.i.corā Angelicis ſpiritibus,ſanctiſq; animab.in quibus Deus ſedet. Amb.Peccato animæ dona ſpiritus cęleſtia imminuta ſignificantur,& deuiatio à gremio matris Hieruſalem,quę eſt in cælo. Chry. In cælū peccat qui in Chriſti humanitatē,quæ vt cælum ſuperna eſt,& viſibilis. 45. Chry.qui ſolus es conſpector omniū,à quo nec in corde meditata abſcōdi poſſunt. Aug.2. de q.Euāg.vel hoc eſt in cælum quod coram te,vel in cælū.i.coram ſanctis animabus,coram te.i.in ipſo conſcientiæ penetrali. 46. Beda.Ad filij affectum aſpirare non præſumit. 47. Int.ſicut deliberauit,ita implet. 48. Chry.ſi voluerimus,fiet regreſſus celer,& facilis,modò peccatū deſeramus. 49. Int.in Eccleſia conſtitutus,vbi iā peccatorū fructuoſa poſſit eſſe confeſſio. 50. Aug.2.de q Euāg.piè tamē quæreret. 51. Int.ante oculos haberi non niſi qui diliguntur dici ſolent:impios enim & ſuperbos Deus non videre dicitur. Aug.2.de q.Euāg. 52. Int. Dum pro homine reducendo verbū in carne miſit. 53. Int. ne quis impediat venientē. In occurſu præſentia,in amplexu clementia. Chry. Sentit pater pœnitētiam, non expectauit confeſſionē,ſed preuenit,accurrit autē,quia nos peccatis impedientibus,noſtra virtute ad eum peruenire non poteramus,ipſe ergo ad inualidos peruenit. Greg. Niſſ. Confeſſionis meditatio placauit ei patrem. o. Ambr. vt iacentem erigeret. Aug.2.de q.Euang. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.nec enim Pater Filium ad nos miſſum deſeruit:cadere ſuper collum eſt humiliari in amplexum,brachium Dei. ſ. Chriſtum, oſculum dare,eſt ad ſpem indulgentiæ peccatorum verbo gratiæ conſolari. 54. Chry.oſculatur os per quod emiſſa de corde confeſſio pœnitentis exierat.

Addit. Auct. In Cap. XV.

34. fructus eſt arboris ſiliqua,quæ Græc.κερατωνία,ac κεράτιον,e longus,& latus,color: ſubnigro. ſapore prædulci,optimum porcorum pabulum,veſcuntur eo etiam homines Hiſpani Algarronam vocant,prouenit in magna copia in regno Valentiæ. 36. pro,quam multi. 44 i.in Deum. 45. id eſt,in te.

Dixit

Dixitq́ue[55] ei filius, Pater, peccaui in cælum[56], & coram te:iam[57] non ſum dignus vocari[58]
filius tuus[59].Dixit autem pater[60] ad ſeruos[61] ſuos,Citò[62] proferte ſtolam[63] primam,& induite
illum:& date annulum[64] in manum[65] eius:& calceamenta[66] in pedes eius : & adducite vi-
tulum[67] ſaginatum,& occidite[68],& manducemus,& epulemur[69]:quia hic filius meus,mor-
tuus[70] erat & reuixit[71]: perierat[72], & inuentus[73] eſt. Et cœperunt epulari[74]. Erat autem filius[75]
eius ſenior in agro[76].& cum veniret, & appropinquaret[77] domui, audiuit ſymphoniam[78]
& chorum[p]:& vocauit vnum[79] de ſeruis,& interrogauit quid hoc eſſet[80].Isque

Sens. Lit. In Cap. XV.

55. Int.In Eccleſia conſtitutus incipit peccatum confiteri.Aug.2.de q.Euan. 56. Int.quia cœleſtem Hieruſalem reliqui. 57. Int.qui te deſerto idola colui. 58. Int.cupit per gratiam fieri,quo fatetur indignum ſe eſſe per meritum. 59. Aug.de q.Euang.non addit quod dixerat, Fac me ſicut vnum, &c.id enim poſt patris oſculum iam generoſiſſimè dedignatur. 60. Int. Pater ex natura & ſubſtantia quam aliquando dedit,non ergo pater iuſtis tantùm. 61. Int.i.coadiutores in excolenda vinea. Chry.non filio reſpondit,ſed miniſtris loquitur,miſericordiam præſtans in effectu. Theoph. ſerui, vel Angeli, vel Sacerdotes.Aug.2.de q.Euang.Serui reconciliationis prædicatores. 62. Int.q.d. certificate de hæreditate immortalitatis habenda. 63. Int.i.veſtem Spiritus ſancti.Aug.2.de q. Euang.dignitatem quā perdidit Adam.Amb.amictum ſapientiæ. 64. Int.i.ſignaculum ſimilitudinis Chriſti,& expreſſionē veritatis.Aug.2.de q.Euan.i.Spiritus ſancti pignus:gratiæ enim participatio digito ſignificatur. Chry.ſignaculi ſalutaris ſymbolum,ſeu deſponſationis inſigne, & nuptiarum pignus. Glo.ſignaculum fidei,quo ſignantur promiſſa in cordibus credentium. 65. Int.i.operibus Beda,vt per opera fides clareſcat,& per fidem opera confirmentur. 66. Aug.2.de q.Euang.præparatio eſt euangelizandi,ad non tangenda terrena.Chry.ſ.vt per lubricum mundi fixus incedat; vitæ curſus in Scripturis pes appellatur,calceamenta exempla priorum. 67. Int.Chriſtus vitulus ſaginatus, omni ſpirituali virtute opimus, vt pro totius mundi ſalute ſufficiat.Chry.Chriſtus vitulus dicitur ob immolati corporis hoſtiam,ſaginatus; quia pro totius mundi ſalute ſufficit.Aug 2.de q.Euang.Chriſtus vitulus ſaginatus. i.opprobriis ſatiatus:præcipit pater abduci.i.prædicari,& occidi.i.eius mortem inſinuari:tunc enim cuique occiditur, cùm credit occiſum. 68. Int.ſemper Chriſtus credentibus immolatur.Chry.non pater immolauit, ſed immolādum tradidit,eo enim permittente Filius crucifixus. 69. Int.Gaudium eſt coram Deo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. Amb.Paternus eſt cibus ſalus noſtra, & Patris gaudium noſtrorū redemptio peccatorum.Glo.refectio Dei & Sanctorum,eſt ſalus peccatorum.& nota,quod poſt datam ſtolam, annulum & calceamenta,vitulus immolatur,niſi enim quis ſpem primæ immortalitatis induerit, & annulo fidei opera munierit,& fidem confitendo prædicauerit,cæleſtibus non poteſt Sacramentis intereſſe.

70. Int.ſ.per infidelitatem. 71. Int.ſ.per fidem. 72. Int.ſ.recedendo à conſortio iuſtorum. Amb. Fuit Adam,& in illo fuimus omnes,periit ille,& omnes in eo perierunt. 73. Int.redditus matri Eccleſiæ.Amb.qui lapſus fuerit per pœnitentiā reuiuiſcit. 74. Int.hoc in primitiua Eccleſia; ſed epulæ huius feſtiuitatis iam dilatata Eccleſia in orbe terrarum celebrantur.Aug.2.de q.Euāg.Vitulus enim ille in corpore & ſanguine Dominico offertur Patri,& paſcit totam domum. 75. Aug.2.de q. Euang.ſ.populus Iſraël. 76. Int.i.terrenis operibus.ſ.longè à conſilio patris.Aug.de q Euang.In hęreditaria opulentia legis & Prophetarum terrena operans.Gloſ.non erat in domo, quia legis interiora non penetrabat.

77. Aug.2.de q.Euang.labore ſeruilis operis improbato,ex Scripturis Eccleſiæ libertatē conſiderauit.

78. Int.ſymphonia eſt collatio quorumcunque ſonorum,& chorus vocum.Aug.de q.Euang.Audiuit Spiritu ſancto plenos conſonis vocibus Euangelium prædicare.Amb.i.plebis concordiam concinentis, & de peccatore ſaluato lætitiæ ſuauitatem reſultantis.Gloſ.diuerſarum ætatum & virtutum cōcordiam.

79. Aug.2.de q.Euang.legit aliquem Prophetarum,& in eo quærens quodammodo interrogat,vnde iſta feſta in Eccleſia celebrentur,in qua ſe eſſe non videt. 80. Int.ſ.Propheticus ſermo.

Addit. Avct. In Cap. XV.

63. genus eſt veſtis talaris.Græc.τὴν στολὴν,τὴν πρώτην, illam ſtolam,illam inquam primam.ſ.qua ille indui primo ſolebat. 67. Græc. τὸν μόσχον,τὸν σιτευτὸν,vitulum illum,illum inquam ſaginatum.Nempe certus quidam & inſignis ſignificatur. 78. ſ. id eſt,concentum muſicum. p. id eſt, ſaltationes,vel multitudinem concinentium.

dixit illi. Frater tuus venit,[81] & occidit pater tuus vitulum ſaginatum : quia ſaluum illum recepit. Indignatus[82] eſt autem , & nolebat introire.[q] Pater[83] ergo illius egreſſus,[84] cœpit rogare illum. At ille reſpondens dixit patri ſuo, Ecce tot annis ſeruio tibi, & nunquam mandatum[85] tuum præteriui : & nunquam dediſti[86] mihi hœdum vt cum amicis[87] meis epularer: ſed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit[r] ſubſtantiam ſuam[s] cum meretricibus,[88] venit, occidiſti[89] illi vitulum ſaginatum. At ipſe dixit illi, Fili, tu ſemper mecum es,[90] & omnia[t] mea tua ſunt:[91] epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit: perierat & inuentus eſt.

SEN. LIT. IN CAP. XV.

81. Int.ſ.ab extremis terræ, vnde maior exultatio. Aug.2.de q.Euang. 82. Amb. Gentibus Iudæi beneficium paternæ benedictionis inuiderunt. Aug.2.de q.Euang. Indignatur & nunc, & non vult intrare. Cùm vero plenitudo gentium introierit, egredietur pater, vt etiam omnis Iſraël ſaluus fiat. Chry. nullus ſanctorum dolet in proſperis aliorum, ſed non oportet omnia parabolæ ad litteram pertractare, ſed ſenſum elicere cuius cauſa componitur : hæc autem compoſita eſt vt non diffidant peccatores reuerti, conſequentur enim tanta bona , vt poſſint aliis facere inuidiam. Theoph. volebat Dominus corrigere Phariſæos, quaſi dicens, non debetis indignari quod peccatores admittantur à flagitiis redeuntes. Cyril. Accidit quibuſdã, vt ægrè ferant quod peccatores aliqui in extremo vitæ ad Deum conuertantur. Amb. qui ſibi iuſti videntur, indignantur quando alieni peccatum fatenti venia laxatur. q. Amb. foris ſtat, eo quòd maleuolentia eum excludat. 83. Int. etiam hunc bonus pater ſaluare cupit. Amb. 84. Aug.2. de q.Euang. manifeſtatio vocationis Iudæorum ad ſalutem, eſt egreſſus patris ad rogandum. 85. Int.ſ. quod eſt de vno Deo colendo. Aug. de q.Euang non enim dixit nullum mãdatum: intelliguntur autem hic non omnes Iudæi, ſed qui nunquam idòla coluerunt. Amb. Similis eſt iſte publicano iuſtificanti ſe.

86. Int.i. nunquã te mihi ad refectionem dediſti, eo ipſo quod te hœdum.i. peccatorem, & legis prophanatorem exiſtimaui. Aug. de q.Euang. Amb. Iudæus hœdum requirit, Chriſtianus agnum, ideo illis Barrabas ſoluitur, nobis agnus immolatur. Hier. i. nullus ſanguis Prophetæ vel Sacerdotis à Romano imperio nos liberauit. Theoph. Hœdum.i. perſequentem me peccatorem nunquam decreuiſti mei cauſa mactandum eſſe. 87. Int. hoc ex perſona principum cum plebe , vel ex perſona populi Hieroſolymitani cum aliis tribus Iſraël. Aug. 2. de q.Euan. 88. Aug.i. ſuperſtitionibus gentilium. 89. Hier. confitetur veniſſe Chriſtum, ſed inuidia non vult ſaluari. 90. ſ. lege qua ſtringeris. t. Glo. omnia, nõ ſemper ad totum, ſed ad partem maximam refertur , vt omnes declinauerunt , omnes qui venerunt fures ſunt, omnibus omnia factus ſum, omnes quæ ſua ſunt quærunt. 91. Int. ſ. ſi deſinas inuidere. Ambroſ. ¶ Aug. Cupiditas nihil ſine anguſtia, nihil cum anguſtia charitas tenet, cùm beatitudinem illam obtinuerimus, noſtra erunt ad videndum ſuperiora , ad conuiuendum æqualia , ad dominandum inferiora. Gloſ. In æterna beatitudine & omnium ſingula, & ſingulorum omnia.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XV.

r. id eſt, turpiter prodegit. s. Græc. ſuam. 91. pro in tua poteſtate, vel tibi communia.

CAPVT XVI.

DICEBAT[1] autem & ad diſcipulos ſuos, Homo quidam erat diues qui habebat villicum :[2] & hic diffamatus[3] eſt apud illum , quaſi

SENS. LIT. IN CAP. XVI.

1. BEda. Poſtquam murmurantes de pœnitentium receptione tribus parabolis redarguit, quartã & quintam de eleemoſyna danda, & parſimonia ſequenda ſubiũgit. Glo. Phariſæi ſuperbi & auari, vt pœnitentibus veniam, ita egentibus pecuniã negabant. 2. Beda. Villicus, villæ gubernator eſt. Glo. Villicus hic ponitur pro œconomo.i. diſpenſatore vniuerſæ ſubſtãtiæ domus. Chry. Erronea opinio eſt, poſſideri à nobis vt dominis res huius vitæ, & vt bona præcipua, ſumus enim velut hoſpites & aduenæ, quibus hinc diſcedendum eſt, & diſpenſatores alienorum, quare nobis humilitas villici, & modeſtia ſumenda eſt. 3. Int. Hæc accuſatio fit quando non exercet quis opera pietatis erga illos quibus debuit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVI.

2. Græc. οἰκονόμον, diſpenſatorem. 3. Græc. delatus eſt, διεβλήθη.

diſſipaſſet

[4]diſſipaſſet bona illius. Et [5]vocauit illum,& ait illi, Quid hoc audio de te? [6]redde rationẽ [a]villicationis tuæ: [7]iam enim non poteris [b]villicare. [8]Ait autem villicus intra ſe, Quid fa-[9]ciam quia Dominus meus aufert à me villicationẽ? fodere non [10]valeo, mendicare erubeſco. Scio quid [11]faciam, vt cùm amotus fuero à villicatione, [12]recipiant me in domos ſuas. Conuocatis itaque ſingulis debitoribus [13]domini ſui, dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit, centum [14]cados olei. Dixitq́ue illi, Accipe [c]cautionem tuam,& ſede, cito ſcribe [15]quinquaginta. Deinde alio dixit, Tu verò quantum debes? qui ait, Centum [16]coros tritici. Ait illi, Accipe litteras tuas,& ſcribe [17]octoginta. Et lau[18]dauit dominus [d]villicum iniquitatis, quia [19]prudenter feciſſet: [e]quia filij huius ſeculi [20]prudentiores filiis lucis [21]in generatione ſua ſunt. Et ego vobis dico, Facite vobis [22]amicos de [23]mammona [24]iniquitatis: vt dum defeceritis,

SENS. LIT. IN CAP. XVI.

4. Int. diſſipatio eſt, vel quando male congregatur, vel non bene expenditur. 5. Int. vocat quando incutit timorem æternæ damnationis. 6. Int. q. d. dum viuis cogita qualiter debeas operari. 7. Int. ſ. à tempore mortis. 8. Int. ſ. timore perterritus. Chry. curus ſunt vota terrena anxiatur in exitu. 9. Int. ſ. vt pœnas euitem. 10. Chry. impotentem eſſe in opere, eſt vitæ inertis. Glo. poſt hanc vitam nõ eſt locus fodiendi compunctione terram noſtram ad ferendum fructum, eſt etiam tunc confuſibile mendicare, vt fecerunt fatuæ virgines. 11. Int. ſ. tempore huius villicationis. 12. Int. ſ. illi, quibus miſericordiam hic impendero Chry. quoties quis relaxat debita, vel largitur inopibus, conciliat amicos corã iudice teſtimonium præbituros non vocibus, ſed operum oſtentione. 13. Chryſ. Nihil eſt noſtrum, ſed omnia ditionis Dei. 14. Beda. cadus amphora eſt, continens vrnas tres. 15. Int. dimidiã partẽ dimittit. Beda. 16. Beda. Corus modios triginta complectitur. 17. Int. quintam partem dimittit. Beda. Intelliguntur ergo qui pauperis indigentiã ex dimidia vel quinta parte alleuiant. Aug. 2 de q. Euang. Cùm Iudæi decimas darent, iſte dimidias dat, ſicut fecit Zachæus, aut duas decimas. ſ. quintã. Glo. iuſtè à Deo miſericordiam expectat, qui eam indigenti præſtat. 18. Int. non de fraude, ſed de prouidentia. Gloſſ. quãto magis Chriſtus laudabit diſcipulos, ſi in ſibi credito miſericordes fuerint? Aug 2 de q. Euan. Laudauit quod ſibi in futurum proſpexerit, non tamen debemus omnia imitari, nec enim faciẽda eſt fraus, vt de ipſa eleemoſynas faciamus. 19. Orig. i. callidè, aliquãdo enim prudentia ſignificat aſtutiam, ſerpens, inquit, erat prudentiſſimus. Auct. ſic legitur apud 70. 20. Beda. cuius quis opera agit, eius cognominatur filius, ſic dicuntur filij regni, & filij perditionis. Theoph. filij huius ſeculi qui cogitant quæ ſibi commoda ſunt in terra. 21. Int. ſ. carnali. 22. Int. nõ quoſlibet pauperes, ſed eos qui poſſunt vos recipere in æterna tabernacula. 23. Aug. de ver. Dom. i. diuitiis. ſic enim eas Hebræi appellant. Glo. mammona lingua Syrorum diuitiæ. 24. Aug. de verb. Dom. Non ſunt faciẽdæ eleemoſynæ de vſuris, & rebus alienis; ſed de iuſtis laboribus. diuitiæ iniquitatis dicuntur diuitiæ ſeculi, quia veræ diuitię non ſunt, ſed paupertate plenæ, & caſibus obnoxiæ: ſi veræ eſſent diuitiæ, ſecuritatem darent. Aug. 2. de q. Euang. iniquitatis dicuntur, quia diuitiæ non ſunt niſi iniquis, & qui in eis ſpem conſtituunt, iuſtis enim non ſunt diuitię, niſi cæleſtes, & ſpirituales. Ambr. Iniquum mammona, quia variis illecebris tentat, vt ei ſeruiamus. Baſil. In pluribus prædeceſſoribus diuitiis neceſſe eſt reperire aliquem, qui iniuſtè vſurpauerit aliena. Theoph. nequitiæ opes dicuntur quæ cùm ſint à Deo datæ ad neceſſitatem conſeruorum noſtrorum, nos nobis nequiter retinemus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVI.

a. Gr. οἰκονομίας: i. diſpenſationis. b. i. diſpenſare. 14. Gr. βάτους ab Heb. בת. *Differt autem Batus à Cado, ſeu Metreta, ſecundum Ioſephum, at Hier. pro eodem ſumit. 2. Par. 2. Ezech. 45. c. Gra. γράμμα, i. ſcriptum. q. d. ſingrapham obligatoriam accipe, eaq́; lacerata, aliam ſcribe. 16. Heb.* כור *&* חמר, *cuius decima pars Batus in liquidis, in aridis verò Ephi. 18. Ingenioſè, vt ſit, delectatus. d. pro, villicum iniquum. e. pro, certè. Heb. 20. pro, mundani. 21. id eſt, in genere ſuo, ſcilicet, in rebus ad ſe pertinentibus, ſeu quæ gerunt. 23. Syriaca vox diuitias ſignificans. 24. pro, iniquo. iniqua autem dicuntur diuitiæ, quod iniquitate collecta, aut quia iniquitatis materia, aut quia iniquè ſibi diuitiarum nomen vendicant. Itaque infrà dicitur, quod verum eſt, &c.*

[25] recipiant vos in ęterna tabernacula. Qui fidelis eſt in [26] minimo, & in [27] maiori fidelis eſt: & qui in [f] modico [28] iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo [29] mammona fideles non fuiſtis: quod [30] verum eſt quis credet vobis? Et ſi in [31] alieno fideles non fuiſtis, quod [32] veſtrum eſt quis dabit vobis? [33] Nemo ſeruus poteſt duobus [34] dominis ſeruire, [35] aut enim [36] vnum odiet, & [37] alterum diliget: aut [38] vni adhærebit, & [39] alterum contemnet: [40] non poteſtis Deo [41] ſeruire & mammonæ. Audiebant autem omnia hæc [42] Phariſæi qui erant auari: & [g] deridebant illum. Et ait illis, Vos eſtis qui [43] iuſtificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit [h] corda veſtra: quia quod hominibus altum eſt, [44] abominatio eſt ante Deum. [45] Lex & Prophetæ vſque ad

SENS. LIT. IN CAP. XVI.

25. Greg. 21. mor. patronis ergo, cùm eleemoſynas facimus, potius munera offerimus, quàm egenis dona largimur. Aug. de verb. Dom. qui recipiunt in æterna tabernacula eos qui ſibi neceſſaria miniſtrarunt, ſunt qui omnia ſua dimiſerunt, vt Chriſtum expediti ſequerentur. Amb. Largiendo pauperibus, Angelorum cæterorumque ſanctorum gratiam comparamus. Chryſ. Ars artium eſt eleemoſyna, quæ non domos fabricat luteas, ſed vitam perennem. 26. Int. i. in carnalibus, in vſus fratrum bene expenſis. Cyrill. Terrenæ diuitiæ ſuperna ſapientibus nihil eſſe videntur, in his fidelis eſt qui egentibus impartitur. 27. Int. i. in ſpiritualibus erogandis. 28. Int. ſ. non dando fratribus. Glo. qui non communicat fratribus, quod eſt à Deo pro omnibus creatum, iniquus erit in ſpiritnali pecunia diuidenda, vt non pro neceſſitate, ſed pro perſonis doctrinam Domini diuidat. 29. Int. i. in diuitiis quibus pręeſt iniquus mammon, vt de eis tentet homines. Auctor. indicat Mammon eſſe nomen dæmonis, ita enim quidam putarunt. 30. Int. i. veræ vitæ gaudia, vel virtutes quibus ad vitam venitur. 31. Int. Alienum eſt à nobis quidquid ſeculi eſt, quia præter naturam. Amb. alienæ nobis diuitiæ, quia præter naturã. & nec nobiſcũ naſcuntur, nec nobiſcum tranſeunt. 32. Int. i. ea quæ propriè homini deputata ſunt. Amb. Chriſtus noſter eſt, quia hominum vita eſt. 33. Theoph. hoc ſubiungit, quia nõ poſſunt opes ſecundùm Deum diſpenſari, ſi quis ad eas ſit affectus. 34. Int. ſcilicet inter ſe diſſidentibus. 35. Int. q. d. nihil eſt medium. 36. Int. ſ. diabolum. 37. Int. ſ. Deum. 38. Int. ſ. diabolo. Aug. 2. de q. Euang. cùm quaſi eius præmia temporalia ſectatur. Glo. nemo diabolum diligit, ſed cupiditate ſua implicitus ei adhæret, vt ſi quis alienæ ancillæ coniunctus, ſeruitutem patiatur eius quem non diligit, ſed ancillam. 39. Int. ſ. Deum cuius mandata poſtponit. Auguſt. 2. de q. Euang. ſolent Dei minas poſtponere cupiditatibus ſuis, qui de eius bonitate, ad impunitatem ſibi blandiuntur. Glo. Nullius conſcientia Deum odiſſe poteſt, ſed contemnere. 40. Int. exponit qui ſint duo domini. 41. Beda. qui diuitiarum ſeruus eſt, eas cuſtodit vt ſeruus, qui ſeruitutis iugum excuſſit, diſtribuit vt dominus. Glo. qui æternitatem diligit, temporalia in vſu, non in affectu poſſidet. 42. Int. intelligentes parabolam aduerſus ſe dictam, & carnalia præſentia, ſpiritualibus futuris, quaſi incertis præponentes. g. Beda. quaſi contraria Legi præciperet, vbi multi diuiſſimi Deo placuerunt, & legem ſeruantibus terrena promittebantur; ſed Dominus oſtendit inter Legem & Euangelium eſſe vt promiſſionum, ſic & præceptorum non minimam differentiam, vnde ſubdit, Lex & Prophetæ vſque ad Iohannem. 43. Theoph. ſimulabant iſti iuſtitiam Beda. peccatores contemnebant, & ſe tanquam perfectos eleemoſynarum remedio opus non habere credebant. 44. Int. quaſi dicat veſtra altitudo diſplicet Deo. 45. Int. vbi temporalia dabantur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVI.

25. ſ. recipit Chriſtus propter eleemoſynas illis factas, & pauperes ſi ſancti ſunt, adiuuant apud Deum. Denique Sancti omnes ſic fiunt amici, & adiuuant apud Deum, pauperibus propter Deum benefacientes. 27. ſ. vt plurimum, ſic enim ſimiles ſententiæ vulgares, quibus Chriſtus ſæpe vſus, intelligendæ Græ. ἐν πολλῷ, i. multo, ſeu magno. f. Græ. ἐλαχίστῳ, id eſt, minimo. 30. id eſt, ſpirituales diuitias, quæ ſolæ veræ. 31. ſcilicet, temporalibus diuitiis, quæ & inuitis eripi poſſunt, & à Deo acceptæ, diſpenſandæ.
32. i. vera bona, ad quæ creati vel mercedem veſtram, quam eratis habituri ſi bene diſpenſaſſetis diuitias. g. Græ ἐξεμυκτήριζον, id eſt ſubſannabant, naſi ſcilicet geſtu, vt fit, ſeu vultus. 43. id eſt, iuſtos facitis, ſeu iuſti vultis videri. h. eaque reprobat, & abominatur.

[46] Iohannem,[47] ex eo regnum Dei [48] Euangelizatur,& omnis in [49] illud [50] vim facit. [51] Facilius eſt
autem cælum & terram præterire, quàm de lege vnum [52] apicem cadere. [53] Omnis qui
[54] dimittit vxorem ſuam & alteram ducit, [55] mœchatur: & qui dimiſſam à viro ducit,
mœchatur. [56] Homo [57] quidam erat diues qui [58] induebatur [59] purpura & byſſo: &

Sens. Lit. In Cap. XVI.

46. Int. qui pœnitentiam,& vitæ auſteritatem, verbo & exemplo propter cæleſtia docebat. ¶ qui eſt finis Legis, & initium gratiæ. Chry. q. d. Ego ſum qui veni, non enim deſtitiſſent Prophetæ, niſi veniſſem ego; loquitur autem de Prophetis qui prædixerunt Chriſti aduentum. Beda. non potuit vltra verus prophetari, qui Iohannis præconio iã veniſſe clarebat. 47. Int. i. à tempore eius. 48. Euſeb. Nullus priorum Prophetarum expreſſè annunciauit regnum cælorum, erat enim Iudæorum mens puerilis.
49. Int. ſ. tendens. 50. Amb. Lex multa ſecundum naturam tradidit, vt naturalibus deſideriis indulgentior ad iuſtitiæ ſtudium nos vocaret; Chriſtus naturales amputat voluptates, ideo vim facimus naturæ, vt ſe ad ſuperna erigat. Euſeb. magna nobis pugna incumbit in aſcenſu cælorum: ſubiugandę enim voluptates, & vita Angelica imitanda. an regno cælorum vim non inferunt qui ſe mortificant? qui pro Chriſto vitam ponunt? Glo. magna vis de terra genitum cælum quærere, poſſidere per virtutem quod non potuit tenere per naturam. 51. Beda. hoc addit, ne putetur Legis & Prophetarum deſtructionem prædicare. 52. Beda. Nec minima legis à Sacramentis vacant. 54. Theoph. Lex cum imperfectis imperfectè loquebatur, duris Iudæorum præcordiis dicens, Si vir odio habeat coniugem, dimittat eam, erant enim homicidæ, & ſanguine gaudebant, adeo vt filios dæmonibus mactarent. 55. Int. Matthęus addit excepta cauſa fornicationis. Amb. Si alienos, multo magis vxoris debes tolerare, & emẽdare mores, periculoſum adoleſcentiæ ætatem errori offerre, impium ſenectutem eius deſtituere, cuius deflorauerís iuuentutem. Si repudiata nubat, neceſſitas illius tuum crimen eſt, & quod coniugium putas, adulterium eſt. 56. Int. quaſi ignotus apud Deum nomine non deſignatur. Glo. quod propoſuit contra deriſores auaros, exemplo aſtruit. 57. Chry. non eſt, præteriit enim quaſi vmbra fugiens. 58. Int. hoc non niſi ad inanem gloriam. 59. Amb. epiſt. 38. purpura color eſt regij habitus, è conchis marinis ferro circunciſis emiſſa, byſſus verò genus lini candidi, & mollißimi. Greg. in hom. Si ſubtiliũ & pretioſarum veſtium cultus culpa non eſſet, non id Chriſtus tam vigilanter exprimeret: nemo enim veſtimenta pretioſa, niſi ad inanem gloriam quærit, itaque nemo ſic induitur vbi ab aliis non poſſit videri.

Sens. Myst. In Cap. XVI.

55. AM a. vir, Chriſtus; Eccleſia vxor charitate, integritate virgo, quem ergo Deus traxit ad Filium nihil ſeparet; adulteri ſunt omnes, qui adulterare cupiunt fidei & ſapientiæ veritatem. 56. Aug. 2. de q. Euang. diues, ſuperbi Iudæi; purpura & byſſus, dignitas regni; epulatio ſplendida, iactantia Legis; Lazarus. i. adiutus, gentilis vel publicanus, qui tanto magis adiuuantur, quãto minus de ſuis viribus pręſumunt; canes, homines nequiſſimi qui laudant opera mala, quæ in ſe alius gemens deteſtatur; quinque fratres, Iudæi ſub lege, quæ quinque libris ſcripta, vel Lazarus Dominus, ad ianuã diuitis iacens. i. apud Iudæos incarnationis humilitate deiectus, cupiens micas. i. minima opera iuſtitiæ à Iudæis quæ: ẽs, quæ de menſa caderent, id eſt, vel caſu fierent ab eis, nec ipſi menſæ, id eſt, poteſtati ſuæ per ſuperbiam vſurparent; canes, gentes quos Iudæi immundos dicebant, qui vlcera, id eſt, paſſiones Domini in eius corporis & ſanguinis Sacramento, per totum orbem ſuauitate deuotiſſima lambunt, ſinus Abrahæ ſecretum Patris, quo Chriſtus reſurgens aſſumptus eſt. Dicitur autem portatus ab Angelis, quia hoc Angeli annunciauerunt diſcipulis. Greg. in hom. Lazarus, gentilis populus, vulnerum ruptio, peccatorũ confeſſio, non dantur ei micæ diuitis: gentiles enim ad cognitionem legis ſuperbi Iudæi non admittebant, canes, prædicatores & doctores, qui dum inſtruunt, quaſi vulnus mentis per linguam tangunt, Abrahæ ſinus, ſecreta requies, videt ibi Lazarum diues: infideles enim ſuper ſe in requie fideles attendunt, idque à longè, quia per meritum eo non attingunt; ardent in lingua, quia verba legis in ore tenuerunt, ſed non ſeruauerunt. Chry. quinque fratres, quinque ſenſus, qui in tormenta mittunt, nec poſſunt ſaluari, niſi aliquis ab inferis reſurrexerit, Chriſtus ſ. Amb. Lazarus pauper, Apoſtolicus aliquis, pauper in verbo, locuples in fide, micæ dogmata fidei; diues, hæretici, qui diuitibus abundant ſermonibus.

Addit. Avct. In Cap. XVI.

46. ſ. locum habuerunt. poſthac alia bona promittuntur, violentiaq; opus eſt, & abnegatione omnium rerum temporalium, &c. 47. ſ. tempore. 48. id eſt, annunciatur.

[60] epulabatur quotidie [l] ſplendidè. Et erat quidam mendicus nomine [61] Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, [62] vlceribus plenus: [63] cupiens ſaturari de micis [64] quæ cadebant de menſa diuitis,& [n] nemo illi dabat,ſed & [65] canes veniebant & lingebant vlcera eius. Factum eſt autem vt moreretur mendicus, & [66] portaretur ab [67] Angelis in [68] ſinum Abrahæ. [69] Mortuus eſt autem & [o] diues, & ſepultus eſt in [70] inferno. [71] Eleuans autem oculos ſuos cùm eſſet in [72] tormentis: [p] vidit [73] Abraham à [q] longè, & [74] Lazarum in ſinu eius. & ipſe cla-[75]mans dixit, [76] Pater Abraham, miſerere mei, & [77] mitte Lazarum vt intingat [78] extremum digiti ſui in aquam, vt refrigeret [79] linguam meam, quia

SENS. LIT. IN CAP. XVI.

60. Int.ecce voracitas. Greg.primo mor.cui poſſunt ſine culpa celebrari cōuiuia, pene ſemper epulas comitatur voluptas. 61. Amb.narratio magis quàm parabola videtur,quando etiam nomen exprimitur. Chry.Parabola eſt vbi exemplum ponitur,& tacentur nomina, interpretatur autem Lazarus adiutus,illum enim Dominus adiuuabat. Cyril.Refert.traditio Iudæorum, fuiſſe tunc temporis Lazarum quendam Hieroſolymis,extrema preſſum inopia,& infirmitate, cuius meminit Dominus in hac parabola,introducens in exemplum ad maiorem ſermonis manifeſtationem. Greg in hom. Dominus nomen pauperis dicit,diuitis tacet:nouit enim humiles, & approbat, ſuperbos ignorat. m. Chry.Ideò iacebat ad ianuam,ne diues diceret,non vidi,nemo mihi nunciauit,videbat eum exiens & reuertēs. Gr. Conſpiciebat ille quotidie cui miſereretur;videbat pauper quotidie de quo probaretur, nempe diuitem ab obſequentibus circumfulciri,ſe infirmum & inopem à nullo viſitari. 62. Greg.in hom. non ſolùm pauper,ſed etiam æger. Chry.ideo vlceribus plenus, vt crudelitatem diuitis ſuo corpore demonſtraret.

63. Chry.quauia in iſto penuria,inter tanta vulnera. 64. Chry.q.d.quod projicis de menſa,hoc mihi præbe in eleemoſynam,fac damna lucrum. n. Amb.ſunt diuites cōditionis humanæ immemores, rident inopes, & egentibus inſultant;& quorum miſereri decet, his auferunt. 65. Iut.hos nec à ſe remouere poterat,nec erat qui remoueret. Chry.feræ mites lambunt vlcera, quæ nullus dignabatur lanare,& contrectare. 66. Chry.ne ſaltem ambulans laboraret. 67. Chry. plures veniunt vt chorum lætitiæ faciant,libenter Angeli talibus oneribus prægrauantur,vt ducant homines ad regna cælorum.

68. Aug.lib.2.de orig.anim.cap.16.i.remotam ſedem quietis,atque ſecretam, vbi eſt Abraham:dicta verò eſt Abrahæ,quia is multarum gentium pater. 69. Chry.corpore tunc,ante enim illi anima mortua erat. 70. Chry.& anima eius dum viueret,ſepeliebatur corpore,quaſi ſepulchro obruta. Aug.2.de q.Euang.Sepultura inferni pœnarum profunditas eſt.Baſil Infernus eſt locus quidam in imo terræ, obumbratus vndique & opacus. 71. Chry.vt inſpiceret,non vt deſpiceret, Lazarus enim ſurſum erat.

72. Chry.oculos ſolos liberos habebat,vt alterius lætitia inſpecta magis torqueretur. 73. Greg. erat adhuc in inferni clauſtris Abraham requieſcens,necdum enim interceſſio mediatoris aduenerat. Gloſ. Credendū eſt ante iudicium conſpici ab iniuſtis iuſtos,quoſdam in requie,vt de illorum bono crucientur;iuſti verò ſemper in tormentis iniuſtos intuentur,vt eorum gaudium creſcat, dum malū conſpiciūt quod miſericorditer euaſerunt. 74. Chry.multi erant pauperes iuſti;ſed qui iacuit ad limina eius,occurrit aſpectui ad eius triſtitiam. 75. Chry. magna pœna magnam vocem reddebat. Theoph.Sermonem non direxit ad Lazarum,quia fortè erubeſcebat,& putabat eum reminiſci malorum. 76. Chry. Tormenta te cogunt,non mentis affectus. 77. Chry.erras miſer, Abraham mittere non poteſt, ſed ſuſcipere; ecce diues indiget paupere, adueniente morte & ſoluto ſpectaculo huius vitæ, omnes laruis egeſtatis, & diuitiarum depoſitis, ex ſolis operibus dijudicantur, quinam verè ſint diuites, qui pauperes. 78. Greg.in hom.guttam aquæ petit,qui micas panis negauit. 79. Int.in qua ampliùs cruciorin hoc nota,quod ſicut mos eſt etiam inter conuiuia,loquacitati ſtuduit. Chry. multa lingua eius ſuperba locuta eſt,vbi peccatum,ibi & pœna.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVI.

60. Græ.εὐφραινόμενος.i.oblectatus.ſ.conuiuijs,muſicis, & huiuſmodi rebus. l. non ſolùm exquiſitis cibis,ſed ſplendido conuiuij apparatu. 61. Interpretatur,ad adiutorium ſ.Dei relictus,vel reſpiciens.

m. Gr. ἐβέβλητο.i.proiectus erat. 65. quos præ debilitate repellere nō poterat. 68. i locū quietis.ſic dicitur in mari locus aptus nauibus,vel q.d.exceptus eſt ad Abrahā benignè,vt ſolent filij dilecti in ſinū à parentibus. o. q.d.nō eum diuitiæ à morte liberare potuerunt. 70. Græ.Coniungitur cum ſequentibus. 71. corporaliter deſcribuntur res ſpirituales,vt meliùs intelligantur. 72. ſ.multis. p.ſ.reuelatione.

[80] crucior in hac flamma. Et [81] dixit illi Abraham, Fili, recordare quia recepiſti [82] bona in vi-
ta tua, & Lazarus ſimiliter [83] mala: nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris, & [q] in
his omnibus, [84] inter nos & vos [85] chaos magnum [86] firmatum eſt: vt hi [r] qui volunt hinc
[87] tranſire ad vos, non poſſint, neque [s] inde huc [88] tranſmeare. Et ait, [t] Rogo ergo te Pater, vt
mittas [89] eum in domum patris mei, habeo enim quinque fratres: vt teſtetur [u] illis ne &
ipſi [90] veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham, Habent [91] Moyſem &
Prophetas, audiant illos. At ille dixit, [92] Non pater Abraham: ſed ſi quis ex mortuis ierit
ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi, Si [x] Moyſem & Prophetas non audiunt, ne-
que ſi quis ex mortuis reſurrexerit, [93] credent.

SENS. LIT. IN CAP. XVI.

80. Baſil. condignum præmium redditur diuiti, vice lyræ ſonantis, gemitus; vice potus, deſiderium ſtillæ. Chry. non quia diues fuerat, torquetur, ſed quia miſertus non fuit. Greg. in hom. quantū punietur qui aliena diripit, ſi damnatur qui propria non largitur? 81. Chry. vide Patriarchæ bonitatem, filiū vocat, non tamen præbet auxilium ei qui ſe remedio priuauerat. Greg. Niſſ. quia non fuit miſertus pauperis, non exauditur. 82. Chry. quæ vera bona putabas: ſignificatur etiam, iſtum ſi quid boni fecit, recepiſſe in hoc mundo eius præmium, Lazarum verò ſi quid peccauit, dediſſe pœnas. Greg. in hom. mali in hac vita bona recipiunt, omne enim ſuum gaudium felicitatem tranſitoriam putant. 83. Chry. diuitis iudicio qui mala æſtimabat. Aug. 2. de q. Euang. Lazarus intellexit ſeculi labores & ærumnas pœnā eſſe peccati. 84. Int. inter pauperem & diuitem chaos eſt, quia poſt mortē nequeunt merita mutari. Amb. ¶ Chry. poſt miſericordiam Dei, in propriis ſtudiis ſperandum eſt de ſalute. 85. Theop. [illegible] i. ingens hiatus, ſignatur verò iuſtorum & peccatorum vt affectus diuerſi fuerunt, ita & manſiones non parum differre. 86. Chr. non enim diſſolui poteſt, vel concuti. 87. videmus nos quid fugerimus, vos quid perdideritis, & noſtra gaudia cumulant veſtra tormenta, veſtra autem tormenta noſtra gaudia. Greg. in hom. Tranſire iuſtorum eſt per miſericordiam ire, & velle liberare, ſed ita Dei iuſtitiæ coniunguntur, vt nulla ad reprobos compaſſione moueantur. Aug. 2. de q. Euang. per incommutabilitatem diuinæ ſententiæ nullum miſericordiæ auxilium iuſti, etiamſi velint præbere, poſſunt peccatoribus, nam illud, vt recipiant vos in æterna tabernacula, non de ſuperbis & immiſericordibus ſcriptum eſt. Gloſſ. Iuſtorum beatitudinem non offuſcat aſpecta pœna reproborum, quia cùm iam compaſſio miſeriæ non erit, minuere bonorum lætitiam non valebit. 88. Theoph. conuinceuntur hinc Origenis ſequaces, qui dicunt terminum eſſe imponendum ſupplicijs. 89. Aug. 2. de q. Euang. non credit ſe poſſe laxari ab inferis ad prædicandam veritatem. 90. Greg. in hom. Reproborum mentem pœna ſua quandoque erudit ad charitatem. Notandum verò, ad pœnam ſeruatam huic cognitionem & memoriam; cognouit enim Lazarum in gloria quem deſpexit, vt magis puniretur; meminit etiam fratrum quos reliquit. Greg. Nyſſen. Lazari anima non eſt de rebus relictis ſollicita, diues etiam poſt mortem à vita carnali detinetur. Aug. de cura pro mortuis. Erat illi cura de viuis, quamuis quid agerēt omnino neſciret, ſicut nobis eſt cura de mortuis, quamuis quid agant omnino neſciamus. Abrahā verò ſciebat eſſe hic libros Prophetarum, & diuitem fuiſſe in delitiis, Lazarum autem in doloribus, indicante ei hoc Lazaro, aut Angelis, vel Dei ſpiritu reuelante. Gloſ. Seruatur diuiti ad pœnā & cognitio pauperis quē deſpexit, & memoria fratrum quos reliquit, vt de viſa deſpecti gloria, & de pœna inutiliter amatorū amplius torqueatur.

91. Chry. i. ſcripta Moſaïca, & Prophetica. Amb. apertè declarat Dominus vetus teſtamentum eſſe fidei firmitatem, retundens perfidiam Iudæorū, & hæreticorū nequitias. 92. Int. qui verba Dei deſpexerat, hæc audire non poſſe ſuos ſequaces æſtimabat. Greg. in hom. ¶ Chry. ex his quæ paſſus ipſe fuerat ſcripturas contemnens, de fratribus diiudicabat. 93. Chry. Hoc oſtenderunt Iudæi qui Lazarum volebant interficere, & conſidera quod ſi ſciret Deus, mortuos reſurgētes prodeſſe viuētibus, non hoc omitteret, ſed ſi reſurgerent mortui crebro, contemnerentur, & diabolus facilè homines deciperet per fallacias.

SENS. MYST. IN CAP. XVI.

x. Greg. in hom. Iudæi quia Moyſi verba ſpiritualiter intelligere contempſerunt, ad eum de quo Moyſes ſcripſit, non peruenerunt.

Addit. Avct. In Cap. XVI.

82. Grac. additur tua.q.d.accepiſti dum viueres portionē tuā,nulla amplius bona accepturus. q. pro, ſuper hac omnia,ſeu ad hac illud etiam accedit. 85. Grac.χάσμα,hiatus,vorago ſ.latiſſima, & altiſſima fiſſa. 86. Dei.ſ.decreto,& voluntate. r. pro,ſi maximè vollent. s. pro,iſtinc. t. exprimitur diuitis deſiderium,ſicut & infrà quid ei intus reſponſum,ac ſi inuicem loquerentur. v. i.admoneat, vel teſtimonium ferat de his ſupplicijs. 92. ſ.audient illos. 95. i.perſuadebuntur:certior eſt enim Scripturæ auctoritas,& alioqui poſſint dicere phantaſma eſſe,aut dæmonem quod apparet.

CAPVT XVII.

ET ait ad diſcipulos ſuos,Impoſſibile[a] eſt vt non veniant ſcandala[1]:Væ[2] autem illi per quem veniũt. Vtilius eſt[3] illi ſi lapis molaris[4] imponatur circa collum eius,& proiiciatur in mare,quàm vt ſcandalizet[b] vnum de puſillis[5] iſtis. Attendite[6] vobis,Si peccauerit[c] in te[d] frater tuus,increpa[7] illum[e]:& ſi pœnitentiam[f] egerit,dimitte[8] illi. Et ſi ſepties[g] in die peccauerit in te,[9]& ſepties in die conuerſus fuerit ad te,dicens,Pœnitet me,dimitte illi.Et dixerunt Apoſtoli[10] Domino,Adauge[11] nobis fidem.

Sens. Lit. In Cap. XVII.

a. GLo.q.d.ne turbemini,ſi iſti deriſores ſcandala mouēt,neceſſe eſt enim ita fieri, vt probati manifeſti fiant;cùm Dominus de miſericordia fuiſſet locutus,Phariſæi auari in irriſione perſeuerabant,in quo infirmis ſcandalum faciebant. 1. Int.i.offendicula.Theop.ſ.impedimēta bonæ cõuerſationis,vel prædicationis,& veritatis obſtacula;dixit autē Dominus,neceſſe eſt vt accidant, cõſiderans hominũ voluntatē,vt ſi medicus videns aliquem male victu vtentem,dicat,neceſſe eſt hunc ægrotare. 2. Theop.procedũt enim ex libero arbitrio ſcãdala. 3. Int.Melius eſt pro culpa breuē recipere pœnam,quàm æternis ſeruari cruciatibus,non.n.iudicabit Deus bis in idipſum. 4. Beda.apud veteres Iudæos maiorũ criminũ hæc pœna erat,vt in profundũ ligato ſaxo demergerentur. 5. Int.magnus enim moueri non poteſt.Beda.qui magnus eſt,quodcũque viderit,quodcũque paſſus fuerit,non declinat à fide.Chry.niſi eſſet Deo nimiũ curæ ſalus vnius animæ,non cõminaretur ſcãdalizantibus tantã pœnam. Beda.In quantũ ſine peccato poſſumus euitare proximorũ ſcandalũ,debemus;ſi autē de veritate ſcandalum ſumitur,vtilius ſcandalum naſci permittitur,quàm veritas relinquatur. 6. Int.ſ.ne quem lædatis. Theop.q.d.neceſſe eſt ſcãdala contingere,ſed non eſt neceſſe perire ſi præcaueritis,vt veniēte lupo non eſt neceſſe oues perire,ſi vigilet paſtor.Glo.quo ordine ſcandala declinare,& væ perpetuũ euitare poſſimus,inſinuat. c. Theop.hoc ſubiungit,quia ſcandalizantium quidam ſunt inſanabiles,quidam ſanabiles. d. Amb.non æqua conditio eſt in Deum hominemq́ue peccare. 7. Amb.ne ſit remiſſa indulgentia,vel conniuentia inuitet ad culpam.Glo.ita peccat qui peccantē videns,tacet; vt qui pœnitēti non indulget. e. Amb.ſ.inter te & ipſum ſolũ,vt alibi dicitur.Plus enim proficit amica correctio,quàm accuſatio turbulenta;illa pudorem incutit,hæc indignationem mouet: facilius conſilijs acquieſcitur, quàm iniuriæ ſuccumbitur;infirmus cuſtos timor;qui enim metuit,reprimitur, non emendatur ; pudor autem bonus eſt magiſter officij. 8. Bed. non paſſim peccanti dimittere iubet , ſed pœnitentiam agenti : ſic ergo poſſumus ſcandala declinare,ſi nullum lædamus;ſi peccantem zelo iuſtitiæ corripiamus; ſi pœnitenti miſericorditer dimittamus. g. Beda.ſignificatur omnia peccata dimittenda,vel ſemper pœnitenti dimittendum ; per ſeptem enim ſolet rei cuiuſque aut temporis vniuerſitas indicari. 9. Int. ſi enim in Deum,non erit noſtri arbitrij. 10. Theop.audientes Dominũ de arduis diſſerentē,& de paupertate,& de ſcandalis euitandis. 11. Int.q.d.dicis erogandã pecuniã,condonanda peccata;ſed vt habeamus perfectam notitiam horũ faciendorum,adauge nobis fidem. Theop. nihil ſic paupertatis cultũ ſuggerit,vt credere,& ſperare in Domino.Aug 2.de q.Euang.etiam fides dicitur,quando rebus præſentib. creditur, quod erit cùm ſe Deus præbebit ſanctis contemplandũ per ſpeciem manifeſtam,ſic ex fide iſta qua miniſtratur Deo,in eam transferuntur ſancti vbi fruantur Deo,& augebitur fides rebus apparentibus.

Addit. Avct. In Cap. XVII.

a. ſuppoſita.ſ.hominũ malitia. 1. i.ſalutis impedimenta. 4. genus ſupplicij eſt peculiaris Palæſtinis. b. i.impedimentum præbeat ad ſalutem. 5. i.quantumuis abiectis & humilibus. 6. i.cauete ne quem ſcandalizetis,ſcandalóue alterius à bono diſcedatis. f. ſ.agnoſcens peccatum , & veniam petens. 8. ſ.etiam ore quod iam corde dimiſeras,etiam antequam pœniteret. g. pro,quotieſcumque.

Dixit

Dixit autem Dominus,[12]Si habueritis [h]fidem ſicut granum [13]ſinapis, dicetis huic arbori
[14]moro,Eradicare,& tranſplantare in mare:& [15]obediet [16]vobis.Quis autem veſtrum ha-
bens [17]ſeruum arantem aut paſcentem boues, qui regreſſo de agro dicat illi, Statim
[18]tranſi,& [19]recumbe:& non [20]dicat [l]ei,Para quod cœnem,& [21]præcinge te,& miniſtra mi-
hi,donec manducem & bibam: & [22]poſthæc tu manducabis & bibes? Nunquid gra-
tiam habet ſeruo illi,quia fecit quæ ei imperauerat?Nõ [23][m]puto.Sic & vos cùm feceritis
omnia quæ præcepta ſunt vobis,dicite, Serui [24]inutiles [25]ſumus:quod [26]debuimus facere,
fecimus. Et factum eſt dum iret in Hieruſalem, tranſibat per mediam [27]Samariam &
Galilæam.Et cùm ingrederetur [n]quoddam caſtellum:occurrerunt ei decem

SEN. LIT. IN CAP. XVII.

12. Theoph.oſtendit eos bene petiſſe,& debere conſtanter credere. 13. Chry.granum ſynapis paruum quãtitate,poteſtate magnũ;inſinuat ergo minimum fidei magna poſſe.Bed. Fides perfecta vt granum ſinapis;in facie enim humilis,& in pectore feruens. 14. Int.ſpecies pro genere;quia fides cõſummata etiam elementis imperare poteſt. 15. Chry.non fecerunt hoc Apoſtoli, quia opus non erat; ſed maiora fecerunt. Cur verò Dominus tribuit hoc minimæ parti fidei, cùm Paulus montem transferre tribuat omni fidei? non hoc fecit Paulus,qui tota fides hoc ſolũ poſſit, ſed quia carnalibus id magnum videbatur. 16. Theoph.præmonet ne ſuperbiant in ſuis virtutibus. 18. Int. ſ.à labore. 19. Int. ſ. ad menſam. 20. Int.potius.ſ. 23. Int.q.d.quid mirum ſi fecerit ſeruus quod debet, cuius eſt laborare, & aſſiduè ſeruire. Cyril.per hoc morbus ſuperbiæ tollitur:ſi enim debitum non perſoluis, periculum imminet;ſi perſoluis,nullam gratiam facis, iuxta illud: Si euangelizauero,non eſt mihi gloria. 24. Int. quia empti pretio. 25. Int.quia bonorum operum non eget Deus.vel quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Beda. Hæc eſt igitur in hominibus fidei perfectio,ſi omnibus præceptis impletis,imperfectos ſe eſſe nouerint.Glo.quãto fides eſt foris virtutibus excellentior, tanto conſcientia intus fit humilior. 26. Cyril. Petit Deus à nobis famulatũ iure ſeruitij; ſed quia clemens & bonus eſt,honores laborantibus pollicetur. 27. Titus. oſtenduntur Samaritani beneuoli,Iudæi autem prædictis beneficiis ingrati.

SENS. MYST. IN CAP. XVII.

13. GLO. Fides preſſuris trita quantum intus ferueat oſtendit, granum quidem ſinapis tritum & cribratum,tepidæque & pingui multæ aquæ admixtum, noxium de capite humorem purgat; ſi ieiunus contra ſolem vel in balneo gargarizes:ſic fides,tentationis piſtillo probata, & à leuium cogitationum ſuperficie cribro diſcretionis caſtigata,& dilectionis melle dulcorata, vitiorum ſentinas de corde exhaurit. 14. Beda.Morus,cuius colore ſanguineo fructus & virgulta rubent, Euangelium Crucis, quæ per fidem Apoſtolorum, de Iudæis vbi velut in ſtirpe generis tenebatur, verbis prædicationis eradicata,& in mare gentium plantata eſt. Amb.fructus mori primò albet in flore, maturitate nigreſcit, ſic diabolus ex albenti naturæ flore præuaricatione deiectus,tetro inhorruit odore peccati.Chryſ.vt mori frondibus vermes aluntur,ſic diabolus per cogitationes ab eo exortas, alit in nobis vermẽ perpetuum, ſed hanc morum poteſt fides ab animabus euellere,& in abyſſum demergere. Gloſſ.mori folia ſerpenti ſubiecta necem inferunt,& verbum crucis cuncta noxia tollit. 17. Beda.ſeruus de agro egreditur,cùm intermiſſio ad tempus operę prædicandi, ad conſcientiam doctor recurrit, ſua ſecum acta vel dicta retractans,cui non ſtatim Dominus dicit,tranſi de hac vita,& recũbe in æterna ſede. l. Beda. iubet poſt laborem apertæ locutionis,humilitatem quoque conſiderationis propriæ exhibere,tali cœna Dominus paſci deſiderat. Aug.2 de q Euang.miniſtrantibus.i.euangelizantibus ſeruis ſuis,manducat & bibit Dominus confeſſionem & fidem gentium. 21. Beda.i.mentẽ à fluctuantibus cogitationibus,quibus operum greſſus impediri ſolent,conſtringe. 22. Int.q.d. poſtquam tua prædicatione, & compunctione refectus ero,tunc tandem æternis meæ ſapientiæ epulis reficieris Beda.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVII.

h. ſ.coniunctã cum fidu ia. 13. ſ ita vel ementẽ,& incendentem,vt incid.t ſinapis deuorata. m. pro,etiamſi feceritu,vel cùm in aliqua re ſeceritu. n. ſ.extra caſtellum,nec enim talibus ingredi liceb at.

[28] viri leproſi, qui [29] ſteterunt à longè, & leuauerunt vocem, dicentes, [30] Ieſu [31] præceptor, miſerere [32] noſtri. Quos vt vidit, dixit, Ite, oſtendite vos [n] ſacerdotibus. Et factum eſt dum irent, mundati ſunt. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus eſt: regreſſus eſt, cum magna voce [o] magnificās Deum: & cecidit in faciē [14] ante pedes eius, gratias agens: & hic erat [15] Samaritanus. [p] Reſpondens autem Ieſus, dixit, Nonne decem mundati ſunt? & nouem vbi [16] ſunt? Non eſt [q] inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, niſi hic alie[r]nigena Et ait illi: [s] Surge, vade, quia [17] fides tua te ſaluum fecit. Interrogatus autē à Pha[38]riſæis, Quando [t] venit [39] regnum Dei? Reſpondens eis, dixit, Non veniet [40] regnum Dei cum [41] obſeruatione: neque dicent, Ecce [42] hîc, aut ecce illic.

SENS. LIT. IN CAP. XVII.

28. Cyril. ab vrbibus & oppidis excluſi. Tit. fecerat eos vnanimes communitas paſſionis; & præſtolabantur ſollicitè Chriſti tranſitum. 29. Theoph. quaſi verecundantes de immunditia, ſed proximi facti ſunt deprecando, propè eſt Dominus inuocantibus eum in veritate. Titus. lex Iudæorum leprā immundam iudicat, at lex Euangelica internam lepram aſſerit immundam. 30. Tit. Ieſus interpretatur Saluator, & illi ſalutem obtinuerunt. 31. Theoph. i. Domine; penè hi videntur opinari Deum. 32. Tit. Non petunt argentum, nec aurum, ſed ſanitatem. 33. Theoph. Sacerdotes iudicabant an eſſent mūdati a lepra, itaque ſignificat Dominus eos curandos. Cyril. Lex etiam mundatos lepra iubebat offerre ſacrificium. 34. Tit. dedit appropinquandi fiduciā ſuſcepta purgatio, declarat verò fidem ſuā cum beneuolentia. 35. Theoph. Nihil impedit placere Deo, prophanis natum eſſe, ſi quis bonam habeat voluntatem; nec verò natus ex ſanctis ſuperbiat, nouem enim Iſraëlitæ ingrati fuerunt. 36. Int. ingratos, quaſi ignotos, vbi ſunt inquirit. r. Tit. promptiores ad fidem alienigenæ oſtendūtur quàm Iudæi. 37. Gl. i. orationi coniuncta. 38. Cyril. audierant Chriſtum ſæpe regni Dei mentionem facientem, & deridebant; ita ergo interrōgant, q. d. antequam veniat regnum iſtud de quo loqueris, mors crucis te occupabit; Chriſtus tamen eos non dedignatur reſponſo. Gloſ. exiſtimabāt, veniente Domino Hieroſolymam, regnum Dei manifeſtandum. 40. Int. ſ. dies iudicij. 41. Int. ſ. temporis. Beda. Tempus illud nec ab hominibus, nec ab Angelis poteſt obſeruari, ſicut tempus incarnationis Prophetarum vaticiniis, & Angelorum præconiis manifeſtatum eſt. 42. Int. q. d. nec ſcietur determinatus locus.

SENS. MYST. IN CAP. XVII.

28. Aug. 2. de q. Euan. leproſi, qui varias doctrinas erroris profitentur, non abſcōdentes imperitiā, ſed iactantes, & falſis inordinatè vera permiſcentes, quod eſt velut in corpore lepra; hanc leprā bonus præceptor abſtergit, miſſi iſti ad ſacerdotes à Chriſto, per Eccleſiam enim docet, & catechizat, dum irent, mundantur, gentiles enim prædicante Petro ante baptiſma Spiritum ſanctum receperunt, nouenarius numerus imperfectionem ſignificat: deeſt enim vnum, vt ſint decem, ille qui gratias egit, vnicæ Eccleſiæ ſignificatione approbatus eſt, qui quod accepit. ſ. vnitatem regni deuotè ſeruauit. Samaritanus enim cuſtos interpretatur, Iudæi verò per ſuperbiam amiſerunt regnum cælorum, vbi maximè vnitas cuſtoditur. Beda cecidit in faciem Samaritanus, nempe erubeſcendum eſt de malis quæ te perpetraſſe memineris, ſurgere, & ire præcipitur, id eſt, ad fortiora opera proficere. Gloſ. leproſi, hæretici, quorum variæ ſectæ, vt colores varij in eodem corpore ſanantur, dum in Eccleſiæ ſocietate doctrinam veram, & integram aſſequuntur, & colorem fidei verum ſimilem aliis oſtendunt; cadit in faciem Samaritanus. i. ſe humiliat; qui bonus eſt, in faciem cadit, videt enim quo cadit, mali qui retro cadunt, non vident, nempe ſe humiliant boni in viſibilibus, vt ad inuiſibilia erigantur; mali cadunt in inuiſibilibus, vbi non vidēt quid eos ſequatur. 33. Int. qui ſunt figura ſacerdotij futuri in Eccleſia.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVII.

29. ſ. ob lepræ fœditatem. o. i. glorificans. p. pro, ſubijciens. Hebr. q. pro, extitit. r. i. alienus à gente Iudaïca. s. ſ. ſecurus de incolumitate. t. pro, venturum eſſet. 39. i. Meſſias, regnum, pro rege. 41. ſ. temporis, vt poſſit ſciri tempus certum. 42. ſ. regnum Dei.

Ecce enim [43] regnum Dei intra [44] vos eſt. Et ait ad [41] diſcipulos ſuos, [*] Venient [46] dies quando
deſideretis videre vnum [47] diem Filij hominis: & non videbitis. Et [48] dicent vobis, Ecce
[49] hîc, & ecce illic: [50] Nolite [51] ire, neque [12] ſectemini. nam ſicut fulgur [u] coruſcans ſub cælo, in
ea quæ ſub cælo ſunt, [53] fulget: ita erit Filius hominis in [x] die ſua. [54] Primum autem opor-
tet illum multa pati; & reprobari à [55] generatione hac. Et ſicut factum eſt in diebus
[56] Noë, [57] ita erit & in diebus Filij hominis. [aa] Edebant, & bibebant, vxores ducebant, & da-
bantur ad nuptias: vſque in diem qua intrauit Noë in arcam: & venit diluuium, &
perdidit omnes. [58] Similiter ſicut factum eſt in diebus

SEN. LIT. IN CAP. XVII.

43. Int. Regnum Dei ſeipſum dicit, intra ipſos poſitum, & in cordibus eorum qui crediderunt regnantem. Beda. ¶ Glo. quandoque venturus Iudex omnium, nunc regnat in cordibus fideliũ. 44. Cyril. i. in veſtris affectibus, & in poteſtate veſtra eſt id capere; poteſt quilibet iuſtificatus, & virtutibus ornatus obtinere regnum cælorum. Greg. Naz. indita eſt nobis lætitia per Spiritum ſanctum, velut imago, & artha perennis lætitiæ. 45. Int. quos etiam intelligimus de aduentu quæſiſſe; & iſti ſunt Petrus, Iacobus, Andreas, & Iohannes, vt Marcus teſtatur. Cyrill. vult diſcipulos paratos eſſe ad patiẽtiam, vt intrare valeant regnum cælorum. * Glo. noluit dicere quando veniret, ſed venturum dixit, vt terrorem incuteret. 46. Cyrill. ſ. perſecutionis. 47. Cyril. ſ. illius temporis quo conuerſabatur cum illis. Theophil. Cùm eſſent cum Chriſto, ſine ſollicitudine viuebant; eratque tranquillum tempus illo protegente. Beda. vna dies eſt in gloria, nulla enim illic tenebrarum interruptio: deſiderãda quidem dies illa, ſed non debemus ſomnia nobis fingere, quaſi inſtet dies Domini. Glo. Fuerunt qui computantes ætates, certum diem & horam conſummationis ſeculi ſe dicerent inueniſſe. 48. Int. ſ. pſeudoprophetæ. 49. Int. i. in hac perſona, vel in hoc tempore eſt Chriſtus. Glo. multi hæretici fuerunt, & futuri ſunt ſe Chriſtos aſſerentes, quorum primus Simon Magus, vltimus Antichriſtus. 51. Int. ſ. cum illis vt credatis quæ dicunt.

52. Int. ſ. vitam eorum. Euſeb. q. d. adueniente Antichriſto, ſi fama volet, quaſi apparuerit Chriſtus, ne ſequamini: non enim Chriſtus amplius in terræ angulis conuerſabitur, ſed ſubitò totum orbem claritas aduentus eius replebit. 53. Int. ſ. ſubitus, coruſcus, vt nullus in ſua mente latere permittatur, quin indicis fulgore penetretur. Beda. ¶ Euſeb. Non apparebit Chriſtus ſuper terram ambulans, ſed vniuerſaliter irradiabit, oſtendens cunctis iubar propriæ Deitatis. Bed. Iudicium in aëris medio geretur, iuxta illud, Rapiemur obuiam Chriſto in aëra, poteſt & hæc reſponſio accipi de aduentu quo venit Chriſtus quotidie in Eccleſia, quam in tantum ſæpe hæretici turbarunt, vt fideles Chriſtum deſiderarent, ſi fieri poſſet, vel vno die redire ad terras, & per ſeipſum docere; ſed hoc dicit non eſſe opus; prædicato nimirum Euangelio per orbem. 54. Int. q. d. ita clarus veniet, ſed ad hanc claritatem oportet venire per paſſionem; & ſi diligitis hanc gloriam, ne pro hac timeatis pati mortem. 55. Int. non tantùm Iudæorum, ſed omnium reproborum à quibus quotidie patitur Chriſtus in ſuo corpore. Beda. inſerit verò, de paſſione ſua loquens, de gloria aduentus ſui, vt dolorem paſſionis ſpe clarificationis mitiget. 57. Int. ideſt, ſic fiet impiis. a a. Amb. non damnantur alimenta, aut coniugia, hîc enim ſucceſſionis, illic naturæ ſubſidia ſunt; ſed in omnibus modus quæritur, quidquid abundantiùs eſt, à malo eſt. 58. Int. ſ. ſic fiet impiis. Euſeb. vtitur ſecundo exemplo, ne putaretur iterum futurum diluuium ex aqua: ſuperueniet enim ira Dei, igne cælitus demiſſo.

SENS. MYST. IN CAP. XVII.

56. Beda. Arcam Noë ædificat, i. Eccleſiam Chriſtus, ligna fideles, ingreditur hanc conſummatam in die. ſ. iudicij ſua præſentia illuſtrans. & qui luxuriabantur cùm arca ædificaretur, & ſanctis certantibus inſultabant, eis coronatis plectentur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVII.

43. ſuprà de ſecundo aduentu, nunc de primo loquitur. q. d. quanquam iam venit. vel ecce venit, & non deprehendetis, multo minùs ſecundo venientem poteritis prauidere. 44. i. in medio veſtrum Chriſtus, vel inter vos iamdiu ſuam exerit virtutem. 47. Gr. vnum dierum. ſ. quibus nunc vobiſcum ſum, meáque eſtis protecti præſentia. vel, q. d. meam vel vno die præſentiam optabitis, in periculis, & dubijs conſtituti: loquitur autem de omnibus fidelibus. v. i. ex vna cæli plaga coruſcans fulget, vſque in alteram. x. id eſt ſecundo aduentu. 51. ſ. Iudæorum, vel reproborum.

[bb] [59] Loth:edebant,& bibebant:emebant,& vendebant : plantabant,& ædificabant : qua die autem [60] exiit Loth à Sodomis,[61] pluit ignem & ſulphur de cælo, & omnes perdidit. [62] Secundùm hæc erit qua die Filius hominis reuelabitur.In illa die qui fuerit in [63] tecto, [64] [cc] & vaſa eius in domo, ne deſcendat [65] tollere illa : & qui in agro, [66] ſimiliter non redeat [67] retro. [68] Memores eſtote [69] vxoris Loth. Quicunque quæſierit animam ſuam ſaluam facere,[70] perdet illam : & quicunque [71] perdiderit illam, viuificabit eam.Dico vobis,in illa [72] nocte erunt [73] duo in lecto vno:vnus [dd] aſſumetur,& alter relinquetur:duæ erunt [ee] molentes in vnum:vna aſſumetur,& altera relinquetur : [ff] duo in agro,[74] vnus aſſumetur,& alter relinquetur. Reſpondentes dicunt illi, [75] Vbi Domine? Qui dixit illis, [76] Vbicunque fuerit [77] corpus,illic congregabuntur & aquilæ.

SEN. LIT. IN CAP. XVII.

59. Beda.omiſſo nefando Sodomorum ſcelere,ea ſola commemorat,quæ leuia,vel nulla delicta putari poterant,vt intelligas,quali pœna illicita punienda ſint, ſi ſic licita immoderatiùs acta puniuntur.

60. Euſeb.non prius perierunt impij,quàm ab eis Noë & Loth receſſiſſent;quamdiu enim cum illis conuerſabantur,Deus iram non irrogabat,ne cum aliis perirent;ſic nō prius erit finis in ſeculi conſummatione, quàm omnes iuſti ſint ab impiis ſeparati. 61. Int.ſ.Dominus. 62. Int.i.ita ſubitum & ineuitabile erit.Beda.qui interim non apparens omnia videt, tunc apparens omnia iudicabit.Theop.poſtquam venerit Antichriſtus, erunt homines dediti enormibus vitiis, iuxta illud : Voluptatum amatores magis,quàm Dei,& hoc Dominus innuit per exempla diluuij,& Sodomitarum. 63. Int.ſ.quando expectatur;nam poſtquam venerit,non poterit quiſquam velle deſcendere in mundum,vt aliquid capiat.

64. Ambroſ.i.virtutum culmine.Aug.2.de q. Euang. in tecto eſt, qui excedens carnalia tanquam in aura libera ſpiritaliter viuit;vaſa in domo, ſenſus carnales, quibus multi vtentes ad inueſtigandum veritatē,penitus errauerunt;caueat ergo ſpiritualis ne in die tribulationis rurſus vita carnali delectatus,ad mundum deſcendat. 65. Amb.i.ad terrena mundi opera non accedat. 66. Int.i qui operatur, in Eccleſia plantans,& rigans,non reſpiciat ſpem ſecularem cui renunciauit.Aug 2.de q.Euang. 67. Theophil.hæc Matthæus ſcribit dicta pro captiuitate Hieroſolymorum,ne.ſ.conſiſtentes domi,deſcenderēt; vel manentes in agro,domum redirent pro quocunque neceſſario,ſed protinus fugam arriperent;ſed & in Antichriſti aduentu & conſummatione ſeculi intolerabilis eſt futura calamitas. 68 Euſ.Indicat futuram perſecutionem à filio perditionis,in illo ergo tempore,inquit,qui fugit,non reuertatur;& amittens bona,non curet. 69. Amb.quæ periit, quia retroſpexit.Aug.2.de q.Euang.Statua ſalis facta eſt, vt admonendo homines ne in tribulatione retroſpiciant, & ſe à ſpe diuinæ promiſſionis auertant, tanquam condiat cor eorum ne ſint fatui. 70. Int.id eſt, qui hic propter Chriſtum perdiderit, exurgente Chriſto illic liberam inueniet. 71. Theoph.non ſe tyranno ſubjiciens propter vitæ amorem. Cyril.perdit, qui carnem ſuam crucifigit cum vitiis & concupiſcentiis. 72. Ambroſ.pectoribus hominum tenebras Antichriſtus infundet cùm ſe dicet Chriſtum eſſe.Aug.2.de q.Euang.id eſt, in illa tribulatione.Theop. noctu Dominus veniet. 73. Int.Greg. non de duobus hominibus, ſed de duobus generibus affectionum dictum eſt.Cyr.duo,diuites; lectus,quies in diuitiis : non omnes autem qui diuitiis affluunt impij ſunt, ſed aliqui probi. d d. Glo.ſ.obuiam Chriſto in aëra. 74. Int.i.duæ differentiæ prædicatorum, in Eccleſia,quaſi in agro laborantium, eorum qui Chriſtum ſincerè annunciant, & eorum qui verbum Dei adulterant.Cyril.per molentes & exiſtentes in agro, ſignificantur pauperes, & preſſi laboribus.

75. Int.ſ.aſſumentur,vel relinquentur. 76. Beda Reſpondet vbi boni aſſumendi,vbi relinquēdi mali,ſubintelligendum reliquit. 77. Cyril.q.d.vt aues ad cadauer conueniunt, ita ad Chriſtum,cùm venerit,concurrent ſancti.Ambro.Iuſtorum animæ vt aquilæ alta petentes; corpus, eſt Chriſti caro,circa quam circumuolant ſpiritualibus alis : ſunt etiam circa corpus aquilæ, quæ credunt Chriſtum in carne veniſſe.Glo.vbi fuerit Dominus corporaliter,congregabuntur electi,qui eius paſſionem imitando,tanquam carne eius ſaturantur,quorum per reſurrectionem renouabitur vt aquilæ iuuentus.

SENS. MYST. IN CAP. XVII.

bb. Beda.Loth,i.declinans,populus.ſ.electorum,qui inter reprobos vt aduena moratur, eorum ſcelera declinans,eo exeunte,perit Sodoma:ſeparatis enim per Angelos de medio iuſtorum malis,mittentur hi in caminum ignis. e e. Amb.mundus iſte piſtrinum eſt,anima autem velut carcere quodam inclu-

diturꝗquæ ſi ſancta eſt,& nullis maculata delictis,triticum tale molit,quod ſolis ęterni calore torridum, bonam Deo ſimilaginem offert;ſi autem eſt obnoxia delictis , triticum madefactum, & graui humore corruptum molitur,nec poteſt interiora ab exterioribus ſeparare. 74. Ambr. duo populi in agro , id eſt,mundo,fidelis.ſ.& infidelis Aug.2.de q.Eu. Lectus,otium & quies,quam quidam eligunt,nullis negotiis occupati:moleores ſunt,qui in tēporalium negotiorū orbe & circuitu verſantur,agētes quæ ſunt huius ſeculi,quos quia regi expedit cōſiliis peritorū,feminarū nomine ſignificātur;in agro ſunt, qui in Eccleſię miniſterio operātur,de qua agricultura Apoſtolus,Dei adiutores ſumus,Dei agricultura eſtis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVII.

61. ſ.Dominus. 63. pro,illo tēpore.ſ.quo cœperit orbē cōmoueri. cc. pro ſuplex.Heb. 72. Hinc quidā colligunt Chriſtū nocte venturū. d d. ſ vt eat obuiā Chriſto. e e. q.d.etiā in viliſſimo vita genere ſuos habet Chriſtus. ff. i.ſimul. 75. pro quo ſ.aſſumentur. 77. pro,cadauer. ſic Gra. σῶμα, pro πτῶμα.

CAPVT XVIII.

DICEBAT autem & parabolam[1] ad illos[a] quoniam[b] oportet ſemper[2] orare, & non deficere[c],dicens:Index quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem[3] non reuerebatur. Vidua[4] autem quædam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eum , dicens : Vindica[d] me de aduerſario[e] meo. Et nolebat per multum tempus. Poſt hæc autem dixit[f] intra ſe,Et ſi Deum non timeo, nec[g] hominem reuereor : tamen quia moleſta eſt mihi hæc vidua , vindicabo illam: ne in[l] nouiſſimo veniens ſuggillet[5] me. Ait autem Dominus , Audite quid iudex iniquitatis[m] dicit : Deus autem non faciet vindictam electorum ſuorum clamantium[n] ad ſe die ac nocte , & patientiam

SENS. LIT. IN CAP. XVIII.

1. IN t. de iudice,qua ad orandum inuitabat.Theophyl.ærumnarum, & periculorum meminit , horum ergo remedium ſubdit,quæ eſt iugis oratio. Aug.2.de q.Euang.parabolæ aliquando ſecundùm ſimilitudinem ponuntur,hic iudex iniquus ex diſſimilitudine adhibetur. 2. Int.ſ.ad declinanda prænumerata incommoda.Chry.vult Dominus te rogando accipere quod impartiri deſiderat. Quanta tibi felicitas conceſſa eſt orationibus fabulari cum Deo; quod deſideras poſtulare?Beda.ſemper orat qui canonicis horis orare non deſiſtit, aut qui ſemper ſecundùm Deum operatur.Gloſſ. ſemper orat,qui ſemper bene agit. 3. Theoph.multi non timent Deum,ſed humano tamen pudore cohibentur à peccatis.
4. Glo.q.d dixi me facturum vindictam iuſtorum, ſed illi erūt valde pauci,cùm venero ad iudicium.
5. Beda.non dubitat Dominus,ſed arguit. ſic & nos aliquando dum increpamus, velut dubitantes loquimur,vt ſi Dominus ſeruo dicat,forſitan ſum Dominus tuus.

SENS. MYST. IN CAP. XVIII.

4. AVG.2.de q.Euang. vidua,Eccleſia,quæ deſolata videtur donec veniat Dominus, qui nunc in ſecreto curam eius gerit,cupit verò vindictam,vt omnes ſcilicet mali pereant,aut conuerſione ad iuſtitiam,aut amiſſa poteſtate.Cyril.quoties aliqui contra Dei gloriam peccant,tūc Deum adimus, poſtulantes ſubſidium,& exclamantes contra impugnantes eius gloriam.Theoph.vidua ſecundum quoſdam,anima,quæ virum priſtinum,id eſt,diabolum excluſit,ob hoc ei aduerſantem, quod ad Deum accedat;Deus iudex,qui neminem timet,nec hominis perſonam accipit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVIII.

1. ſ.exemplum,ſeu ſimilitudinem. a. ſ.diſcipulos. b. pro , docens oportere. c. id eſt , ob dilationem rei petitæ animo deficere,& ſuccumbere.Gra.ἐκκακεῖν. d. id eſt,defende. e. ſ.qui mecum in iudicio certat. f. id eſt, cogitauit. g. non ſolùm impius,ſed etiam impudens. l. pro, tandem , vel perſeueranter. Gra.εἰς τέλος. 5. id eſt,vituperet,ſeu obtundat,& tadio afficiat. eſt autem ſugillare percutiēdo liuidum reddere. Gra. ὑπωπιάζῃ. m. pro,iniquus.Heb. n. pro, ſui.ſ.liberatione.

habebit in illis? Dico autem vobis, quia [p] citò faciet vindictam illorum. Veruntamen [q] Filius hominis veniens, [r] putas inueniet [6] fidem in terra? [7] Dixit autem ad quoſdam qui [10] in ſe confidebant tanquam iuſti, & [11] aſpernabantur ceteros, parabolam iſtam, dicēs: [12] Duo homines aſcendebant in templum, vt [13] orarent: vnus Phariſæus, & alter Publicanus. Phariſæus [14] ſtans [15] hæc apud ſe orabat. Deus [16] gratias ago tibi, quia non ſum ſicut [s] cæteri hominum: raptores, iniuſti, adulteri: velut etiam hic [17] publicanus. ieiuno bis in [18] ſabbatho: decimas do omnium quæ [19] poſſideo. Et publicanus à [20] longè [21] ſtans, nolebat nec oculos ad cælum [22] leuare: ſed [23] percutiebat pectus ſuum, dicens: Deus [t] propitius eſto mihi [24] peccatori. Dico vobis, deſcendit hic [25] iuſtificatus

SENS. LIT. IN CAP. XVIII.

6. Int. de perfecta fide dicit. Aug. de verb. Dom. Perfecta enim fides vix inuenitur in terra. Bed. Cùm Chriſtus apparuerit, magna erit raritas electorum. Aug. de verb Dom adiecit hoc Dominus, vt oſtēderet orationem perire, ſi fides deficiat, ergo vt oremus credamus, & vt fides non deficiat oremus. Fides fundit orationem, oratio fidei impetrat firmitatem. 7. Aug. de verb. Dom. quia fides non eſt ſuperborum, ſed humilium, de humilitate contra ſuperbiam parabolam ſubjicit. Theoph. quia ſuperbia pluſquam aliæ paſſiones vexat hominum mentes, crebrius de hac monet. Glo. ne quis ob proximè dicta ſibi de fidei cognitione, vel confeſſione blandiatur, oſtendit à Deo non fidei verba, ſed opera examinanda, inter quæ maximè regnat humilitas. 10. Theoph. & non totum Deo tribuebant. 11. Int. cùm tamen parua bona facerent. 12. Int. vterque fidelis, ſed vnus verbo tenus, alius & facto. 13. Græc. ſupra docuit orationis diligentiam, nunc quemadmodum orandum ſit. 14. Theoph. notatur eius elatus animus, ipſo enim habitu ſuperbus videbatur. 15. Baſil. non apud Deum. 16. Int. ſi reprehenditur, qui ſuperbè gratias agit, quid ergo ille qui impugnat gratiam? Aug. de verb. Dom. nec reprehenditur, quia Deo gratias agebat, ſed quia nihil ſibi addi cupiebat. Qui dicit, ego me iuſtum facio, peior eſt Phariſæo, qui ſuperbè ſe iuſtum dicebat, ſed inde tamen Deo gratias agebat. s. Int. quid eſt cæteri homines? niſi omnes præter ipſum. q. d. ſolus ſum iuſtus. Aug. de verb. Dom. ¶ Greg. 23. Moral. cap. 7. quatuor ſunt quibus arrogantium tumor demonſtratur, cùm. ſ. bonum, aut à ſe habere exiſtimant, aut pro ſuis meritis accepiſſe, aut ſe iactant habere, quod non habent; aut deſpectis cæteris, ſingulariter videri appetunt habere quod habent. 17. Int. ecce ex vicino publicano maior tumoris occaſio, qui aſcendit orare, non Deum rogat, ſed ſe laudat, inſuper & roganti inſultat. Aug. de ver. Dom. ¶ Chry. nō ſatiauerat eius contemptum tota humana natura, ſed & publicanum aggreſſus eſt, multa autem mala facit, qui alios conuinciatur. Primò, audientem reddit peiorem, ſi enim peccator eſt, lætatur inuento criminis collega, ſi iuſtus, extollitur de ſe magna putans. Secundò, Eccleſiæ communitatem lædit, hanc enim vituperant, qui audiunt. Tertiò, Deum blaſphemari facit. Quartò, illum cui conuinciatur impudentiorem facit, & ſibi aduerſarium. Quintò, ſe ſtatuit pœna obnoxium. 18. Theoph. i. hebdomada: ieiunabant verò Phariſæi ſecunda, & quinta feria. 19. Greg. 19. Mor. cap. 17. ciuitatem cordis inſidiantibus hoſtibus, per elationem aperuit, quam fruſtra per ieiunium, & orationem clauſit, fruſtra munita ſunt cætera, ſi per vnum locum aditus patet. 20. Aug. de verb. Dom. hunc conſcientia remouebat, ſed pietas applicabat. 21. Theoph. alio tamen animo quàm Phariſæus. 22. Theoph. indignos cenſens ſuperna viſione, qui maluerunt terrena bona ſpectare, & quærere. 23. Theoph. cor quodammodo pungens, & excitans. 24. Chry. audierat contemnentem ſe publicanum, nec indignatus eſt, vulnus detegit, medicinam quærit. 25. Int. ad comparationem illius. Aug. de verb. Dom. quid mirum ſi Deus ignoſcit, quando ipſe agnoſcit? à longè ſtabat, ſed eum Dominus de propè attendebat: Excelſus enim Dominus, & humilia reſpicit, tremebat conſcientia, ſpes ſubleuabat, percutiens pectus, pœnas de ſe exigebat, ideo Dominus confitenti parcebat. Chry. coniunctam cum ſuperbia, iuſtitiam ſuperat, humilitas cum peccato, ſuperbia enim facilè iuſtitiam deprimit, at humilitas peccati pondus ſuperat.

SENS. MYST. IN CAP. XVIII.

12. Beda. Phariſæus Iudæorum populus ex iuſtificationibus legis extollens merita ſua, Publicanus gentilis, qui confitetur peccata ſua.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVIII.

o. i. illorum cauſa. p. opportuno. ſ. tempore. r. pro, num. 14. ſic olim orabant. 18. i. hebdomada. vide Leuit. 32. t. Græc. ἱλάσθητι, placatus eſto. 25. i. effectus iuſtus, ſeu minus peccator. vide Eſa. 16.

in domum ſuam ab[26] illo, quia[27] omnis qui ſe exaltat[28], humiliabitur : & qui ſe humiliat[29]
exaltabitur[30]. Afferebant[31] autem ad illum & infantes,vt eos tangeret. Quod cùm vide-
rent diſcipuli,increpabant[32] illos.Ieſus autem conuocans[v] illos, dixit:Sinite[33] pueros ve-
nire ad me,& nolite vetare eos,talium[34] eſt enim regnum Dei. Amen dico vobis,qui-
cunque non acceperit regnum Dei ſicut puer[35], non intrabit in illud. Et interrogauit[36]
eum Princeps[37] quidam, dicens : Magiſter[38] bone, quid faciens vitam æternam poſſide-
bo? Dixit autẽ ei Ieſus,Quid me dicis bonum[39]?nemo bonus niſi ſolus Deus[40].Mandata[41]
noſti:non[x] occides,non mœchaberis[42],non furtum[43] facies, non falſum teſtimonium di-
ces,honora[44] patrem tuum & matrem.Qui ait,Hæc omnia cuſtodiui[45] à iuuentute mea.

Sens. Lit. In Cap. XVIII.

26. Int.i pluſquam ille.Theop.cur Phariſæus paucis ſe laudans,condemnatur,Iob verò ſe plurimùm laudans coronatur?ſecit ille criminando alios,Iob verò cogentib.amicis,& preſſuris,idque ad Dei gloriam,ne homines deſiſterent à profectu virtutis. 28. Int.ante ruinam exaltabitur cor, & ante gloriam humiliabitur.Baſil.contingit exaltari laudabiliter,mente.ſ.per magnanimitatem erecta,contemptis terrenis,conuerſatione cæleſti,&c. Et differt hæc mentis ſublimitas ab elatione arrogantium , vt corporis bene diſpoſiti corpulentia ab inflatione ex hydropiſi. 29. Chry.humilitatis nomẽ multiplex,eſt enim quædam virtus,iuxta illud,Cor cõtritum & humiliatum Deus non deſpicies.Eſt & humilitas ab ærumnis,iuxta illud,Humiliauit in terra vitam meam.Eſt & humilitas à peccatis,&c.quid enim humilius his qui ſe ſubmittunt diuitiis,&c. 30. Chry.humilitas latronem ante Apoſtolos in paradiſum duxit; quod ſi humilitas iuxta delicta tantum poteſt,quid poterit iuſtitiæ coniuncta; & ſi factus coniunctus iuſtitiæ poteſt deprimere,quid faciet coniunctus peccato?Gloſ.Publicanus humiliter orans ad illos pertinet, de quibus dicitur,Deus non faciet vindictam electorum ad ſe clamantium:Phariſæus verò merita iactans ad illos,de quibus dicitur,Filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra? 31. Glo.humili magiſtro offeruntur infantes,vt oſtendatur innocens,& ſimplex ætas ad gratiam pertinere. 32. Amb. non inuidiæ,aut mentis aſperitate,ſed ne Dominus comprimeretur à turbis. Gloſ putabant eum offerẽtium importunitate laſſari. 33. Int.q.d.reſpuenda eſt veſtræ ſeruitutis officioſa ſedulitas, vbi Diuinitatis eſt iniuria. 34. Amb.non pueritia,ſed æmula puerilis ſimplicitatis bonitas deſignatur,non enim eſt virtus non poſſe peccare,ſed nolle.Beda.non dicit iſtorum,ſed talium,mores deſignans,non ætatem. Glo.Puer non perſeuerat in ira,læſus non meminit,non mulierem cõcupiſcit,&c. 35. Amb.de quo ſcriptum eſt, Puer natus eſt nobis.Baſ.debemus vt pueri,qui non contradicunt,nec diſputant cum magiſtris,credibiliter,& obedienter doctrinam Chriſti ſuſcipere.Theop.meritò gentilium ſapiẽtes, qui nolunt fidem ſine probationibus ſuſcipere,à regno Dei excluduntur. 36. Beda. audierat tantùm ſimiles puerorum regnum Dei intraturos. 37. Int.hîc diues & ſuperbus non voto diſcentis,ſed tentantis interrogat Chry. auarum hunc dicere non verebor,hoc enim Chriſtus ei improperat,non autem tentatorem. 38. Amb. Deum bonum dicere debuiſſet. 39. Amb.non ſe negat bonum,ſed Deum deſignat.Auguſt.2. de con. Euang.apud Matthæum:Quid me interrogas de bono?vtrumque ergo intelligitur dictum,quid me dicis bonum?& quid me interrogas de bono? 40. Amb.à Deo Filius nõ excipitur, nec à bono Chriſtus. Tit.intentionem illius attendens Chriſtus, omiſſa quæſtione, in notitiam fidei ducit, hæc enim eſt via ad opera.Glo.quiuis ſanctus homo,comparatione Dei,bonus non eſt. 41. Glo. iuſtitia legis ſuo tempore cuſtodita,non ſolùm bona terræ,ſed & vitam conferebat æternam. 43. Baſil.etiam fures intelligendi ſunt legionum duces,vel ciuitatum gubernatores,ſi quid vi exigant. 44. Theop peccare in parentes,quia rarò cõtingit,vltimò ponit.Amb.honor eſt nõ ſolùm honorificẽtiæ,ſed etiã largitatis; paſce parẽtes,ſi pauens,nondũ reddidiſti cruciatus quos pro te mater paſſa eſt,dices, quod etiã parẽtibus collaturus,Eccleſię mal ẽ cõferre.Non quęrit Deus donũ de fame parentũ,vt autẽ paſcendi ſunt,ita propter Deum relinquendi,ſi impediant deuotæ mentis affectũ. 45. Beda.non eſt putandus mentitus,ſed ſimpliciter confeſſus,vt vixerat exterius,alioqui non eum,vt Mar.ait,Chriſtus intuitus dilexiſſet.

Addit. Auct. In Cap. XVIII.

26. pro,pra illo, ſeu pluſquam ille.Hebr. v. pro,aduocans. 37. ſ magnæ auctoritatis,& potentia apud Iudæos ob diuitias. x. futura,pro imperatiuis.

Quo audito: Ieſus ait ei, Adhuc vnum tibi deeſt:[46] [47] Omnia quæcunque habes [aa] vende, & [bb] da pauperibus, & [48] habebis [49] theſaurũ in cælo: & [50] veni ſequere me. His ille auditis, [51] contriſtatus eſt: quia [52] diues erat valde. Videns autem Ieſus illum triſtem factum, dixit: [53] Quàm difficilè, qui pecunias [54] habent in regnum Dei intrabunt? Facilius eſt enim [55] camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem [56] intrare in regnum Dei. Et [57] dixerunt qui audiebant, Et [cc] quis poteſt ſaluus fieri? Ait illis: Quæ [58] impoſſibilia ſunt apud homines, [59] poſſibilia ſunt apud Deum. Ait autem Petrus: [dd] Ecce, nos dimiſimus [60] omnia, & [61] ſecuti ſumus te. Qui dixit eis: [62] Amen dico vobis, [63] nemo eſt qui [64] reliquit domum, aut parentes, aut fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc [65] tempore, & in ſeculo futuro vitam æternam.

SENS. LITER. IN CAP. XVIII.

46. Int.ſ.ad perfectionem. 47. Int.non partem. Beda.vt Ananias & Saphira. aa. Baſil. non quia facultates naturaliter malæ: ſunt enim Dei creatura. Non condemnantur diuitiæ, ſed abuſus. 48. Int.ſ. ſic dando. 49. Athan.non magnum putemus ſi mundum deſpiciamus, tota enim terra in cõparatione cæli breuiſſima Baſil.diſpenſatio facultatum, iuxta Dei mandata, crimina delet, & regnum confert.

50. Chry.pauperibus cuncta erogare ſine dilectione, imperfectum eſt, vt Paulus ait. Theop.cum paupertate oportet habere cæteras virtutes, & hoc eſt, ſequere me.i.in cæteris eſto meus diſcipulus. 51. Int. hæc eſt triſtitia, quæ mortem operatur: hæ ſunt ſpinæ & tribuli qui ſemen Dei ſuffocant. Cyril.non fuit iſte capax vini recentis, ſed cùm eſſet vetus vter, triſtitia ruptus eſt. Baſil.mercator non triſtatur cùm acquirit ſibi opportunitatem puluerem dans, vt acquiras vitam æternam triſtaris? 52. Int.ſ.poſſidens cum amore. 53. Int.qui multiplicandis diuitiis incumbunt, alterius vitæ gaudia cõtemnunt. 54. Int.i.cum amore poſſident, & in eis confidunt, nec impoſſibile, ſed difficile dicit, quia difficulter diuitiæ contemnuntur. Theop. viſcoſiores ſunt viſco diuitiæ, & vix euellitur animus occupatus ab eis. Chry.non prohibet Dominus ditari, ſed opibus ſeruire. 55. Theop.nomen Græcum ſignificat, vel camelum, vel rudentem. 56. Theop.attende impoſſibile ſaluari diuitem.i.à diuitiis captum, & eis ſeruientem, poſſidẽtem verò diuitias.ſ.tanquam dominium difficile: difficile enim fugere decipulas dæmonis, ideo bonum eſt paupertas. Chry.Facilius quis in paupertate, quàm in diuitiis opes contemnit. Aug. 2. de q.Euang.diues hic vocatur tẽporalium cupidus, & de his ſuperbiens. 57. Chry.ſ.diſcipuli non de ſe, ſed de toto mundo timentes. cc. Aug.2.de q.Euang. multi quidem ſunt pauperes, ſed intellexerunt omnes qui diuitias amant, etiamſi adipiſci nequeant, in diuitum numero deputari. 58. Int.ſ.vt per ſe à ſuis cupiditatibus conuertantur. 59. Aug.2.de q.Euang.non intrat in regnum diues cum cupiditate & ſuperbia, ſed poteſt à Deo ad charitatem & humilitatem conuerti. 60. Int.etiam voluntatem habendi. Cyril.paucis renunciantes, propoſito, & obedientia pares habentur opulentis. 61. Int.quod perfectius eſt. 62. Cyril.eleuat ad ſpem iureiurando promittens. 63. Int.non tantùm de vobis Apoſtolis, ſed & de quibuſcunque fidelibus. 64. Int.i.omnes affectus carnis meæ caritati poſtpoſuerit. 65. Beda. hinc quidam mille annorum Iudaicam fabulam commenti ſunt. Cyril.qui relinquunt temporalia, multiplicia chariſmatum dona obtinent: pro domo relicta, manſiones ſupernas; pro patre, cæleſtem Patrem, pro fratribus, Chriſtum pro coniuge, diuinam ſapientiam, à qua procreat ſpirituales fructus; pro matre, cęleſtem Hieruſalem; denique fratres & ſorores in hac vita ſpirituali glutine coniunctos. Gloſſ.carnalia pro Chriſto dimittens, ſpiritualia accipiet.

SENS. MYST. IN CAP. XVIII.

55. Auguſt. 2. de q. Euang. Facilius eſt Chriſtum pati pro dilectoribus huius ſeculi, quam hos ad Chriſtum poſſe conuerti; dicitur Chriſtus camelus, quia ſponte humiliatus, infirmitatis noſtræ onera ſuſtulit, per acum ſignificantur punctiones & dolores in paſſione ſuſcepti; per foramen, anguſtia paſſionis. Gloſ.paſſione velut acu, naturæ noſtræ quaſi ſciſſa veſtimenta Chriſtus reſarcire, id eſt, nos reparare dignatus eſt, camelus etiam gentilis populus, gibbo peccatorum deformis, diues, Iudæus de meritis glorians, anguſta via, Chriſtus.

[66] Aſſumpſit autem Ieſus duodecim,& ait illis,Ecce aſcẽdimus Hieroſolymam,& con-[67]ſummabũtur omnia quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis.Tradetur enim gentibus:& illudetur,& flagellabitur,& cõſpuetur:& poſtquam flagellauerint, occident eum,& die [68] tertia reſurget.Et ipſi nihil horum intellexerunt.Et erat verbũ iſtud abſconditum ab eis,& non intel[69]ligebant quæ dicebantur.[70] Factum eſt autem cùm ap-[71]propinquaret Hiericho,[ee] cæcus quidam ſedebat ſecus viam mẽdicans. Et cùm audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc eſſet.Dixerunt autem ei, quod Ieſus Nazarenus tranſiret.Et clamauit, dicens: [72] Ieſu [ff] Fili Dauid [73] miſerere mei.Et qui præi-[gg]bant,increpabant eum vt taceret: Ipſe verò [74] multo magis clamabat. Fili Dauid miſe-[75]rere mei.Stans autem Ieſus,iuſſit illum adduci ad ſe.Et cùm

SENS. LIT. IN CAP. XVIII.

66. Theoph.præuidens ex paſſione ſua diſcipulos turbandos, longè ante prædixit & paſſionis pœnam,& reſurrectionis gloriam. Chry. ſeorſum de paſſione Dominus confert cum diſcipulis:non enim oportebat eum ſermonem diuulgari multis, ne turbarentur, prædicit verò, vt facilius ſuſtinerent.Cyril. & vt ſciant illum prænoſcere,& ſponte pati,itaque ſeriatim paſſionis ordinem enarrat. Gloſſ. prædicit, vt cùm morientem cernerent, reſurrecturum non dubitarent. 67. Beda. præuidebat futuros hæreticos qui Chriſtum dicerent Legi & Prophetis docuiſſe contraria. 68. Iſidor.ſi tardius reſurrexiſſet, impotentiæ eſſe videretur; celerius reſurgere, ſummæ virtutis indicium. qui ſpondet ſoluere poſt triduũ creditori debitum,non fallax eſt, ſi eodem die ſoluat, quamquam Chriſtus non dixit, Reſurgam poſt tres dies,ſed die tertia,reſurrexit verò poſt ſabbathum. 69. Bed.quia eius vitam maximè deſiderabãt,mortem eius audire non poterant,& quia Deum ſciebant, non putabant poſſe mori,& quia ſæpè parabolicè loquebatur,de paſſione dicta,allegoricè ad aliud referenda eſſe credebant. 70. Greg. in hom. quia carnales diſcipuli,non capiebant verba myſterij.venitur ad miraculum,vt ad fidem ſolidetur. 71. Aug. 2.de q.Euan.bis factum hoc miraculum: ſemel in vno cæco,cùm veniret in eam ciuitatem, vt hîc narrat Lucas: iterum verò in duobus,cùm inde egrederetur, vt narrat Matthæus. 72. Int. q. d. homo pro hominibus factus,miſerere hominis.Chry. Quis te id docuit ô homo? verè Dominus illuminat cæcos. 73. Cyril.non ignorabat in Iudaiſmo nutritus,Deum ſecundùm carnem de progenie Dauid naſciturum. Itaque ei,vt Deo loquitur. 74. Cyrill.docuit fides omnibus repugnare, & vtile eſt pro cultu diuino pudorem deponere. 75. Cyrill.ſiſtit Chriſtum vox inuocantis in fide.

SENS. MYST. IN CAP. XVIII.

ee. Amb.cæcus,gentilis populus,qui recepit amiſſi luminis claritatem. Greg. in hom. cæcum humanum genus;Iericho luna interpretatur,& defectum ſignificat noſtræ mortalitatis,cui dum appropinquat Dominus carne ſuſcepta,homines lumen recipiũt,qui,ſi credant Redemptorẽ,qui dixit:Ego ſum via,iuxta viam ſedent,ſi exorant vt lumen recipiant,mendicant,turba venientem Ieſum præcedens,vitiorum tumultus,qui ante aduentũ Chriſti ad cor noſtrũ cogitationem noſtrã diſſipant, & in oratione conturbant;ſed quanto grauiùs premimur,tanto orationi ardentiùs inſiſtere debemus, tranſit Chriſtus & ſtat,tranſire humanitatis eſt,ſtare diuinitatis: Et tranſiens audiuit clamantem, per humanitatẽ enim vocibus noſtræ cæcitatis compatiendo miſertus eſt: illuminauit verò ſtans,nẽpe per diuinitatis potentiam,cæcus non aurum,ſed lucem quæſiuit:ſic nos lucem quã cum Angelis videre poſſimus, petere debemus,ad quam via fides eſt:vnde cæco dicitur,Fides tua te ſaluum fecit,vidit,& ſecutus eſt: eſt enim quod intelligas operandum.Aug.2.de q.Euang.Iericho,luna.ſ. mortalitas:propinquans verò morti Dominus,Iudæis ſolis Euangelium iuſſerat prædicare,quos ſignificat iſte cæcus, reſurgens verò à mortuis Iudæis & gentibus,quos duos populos ſignificant,duo cæci commemorati à Matthæo.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVIII.

71. pro propè eſſet,Marcus enim narrat factum id in egreſſu ex Iericho,vel aliud eſt id miraculum.
ff. ſic Meſſiam appellabant. gg. apparet ſæpè,& valdè clamaſſe.

appro

appropinquaſſet,[76] interrogauit illum,dicens:Quid tibi vis faciam? At ille dixit,Domine,[hh] vt videam.Et Ieſus dixit[77] ei,[78] Reſpice,fides tua te ſaluum fecit.Et confeſtim vidit, & [79] ſequebatur illum,[80] magnificans Deum.Et omnis plebs vt vidit,dedit[81] laudem Deo.

SENS. LIT. IN CAP. XVIII.

76. Cyril.interrogat,vt ſciant aſtantes non illum petere pecuniam,ſed diuinam efficaciam tanquam à Deo.Chry.interrogat,ne calumniatores poſſent dicere,vt in cæco nato:non eſt hic, ſed ſimilis eius. 77. Chry.Quis Prophetarum talia dixit?hinc ergo apparet perfidia Iudæorum. 78. Chryſ.pro fide venduntur beneficia,& ſecundùm capacitatem intentionis hauritur gratia. 79. Chry.Feruens fide ante beneficium,poſt beneuolentia.Quare verò Chriſtus ſequi permiſit, qui dæmoniacum curatum ſe ſequi prohibuit? illum miſit præconem, vt benefactorem prædicaret; hunc ſequi permiſit ad paſſionem aſcendens, ne exiſtimaret Chriſtum potius infirmitate, quàm miſericordia pati, qui recens miraculo tanto curatus eſſet. 80. Cyril non glorificaſſet Deum,niſi verè vidiſſet. 81. Beda.non ſolùm pro impetrato munere lucis,ſed & pro merito fidei impetrantis.

SENS. MYST. IN CAP. XVIII.

76. Iot.interrogabat, vt credamus non niſi confitentem poſſe ſanari.Amb. ¶ Greg.in hom.interrogat,vt cor ad orationem excitet.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVIII.

h h. Gra.ἀναβλέψω,viſum recipiam. 87. Gra.ἀνάβλεψον,viſum recipe. 81. i.laudauit Deum.

CAPVT XIX.

ET ingreſſus perambulabat[a] Hiericho.[b] Et ecce vir nomine Zachæus[c]: & hic princeps erat publicanorum[1]; & ipſe diues[d].& quærebat[2] videre[3] Ieſum , quis eſſet:& non poterat præ turba,quia ſtatura puſillus[4] erat. Et præcurrens, aſcendit in

SENS. LIT. IN CAP. XIX.

1. AMB. Quis de ſe deſperet,quando iſte peruenit ad gratiam,cui cenſus ex fraude? d. Amb.non omnes diuites auari. 2. Tit.pullulauerat in eo ſemen ſalutis. 3. Tit.nunquam eum viderat:ſi enim vidiſſet,iam dudum receſſiſſet à nequitia publicana.

SENS. MYST. IN CAP. XIX.

c. BEda.Zachæus.i.iuſtificatus,ſignificat credentem ex gentibus populum, qui temporalium occupatione depreſſus erat,& minimus,voluit videre Chriſtum intrantem Hierico.i.fidē quam Chriſtus mundo attulit,participare,turba,viciorum conſuetudo, quam obſtantem tranſcendit , terrena relinquendo,& crucis arborem aſcendendo.Sycomorus alta arbor,vnde & celſa nuncupatur,& ficus fatua dicitur. irridetur.ſ.ab incredulis crux vt fatua;ſed alit credentes,vt ficus;aſcendit puſilus, cùm quilibet humilis clamat:Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti; venit eò Dominus per prędicatores.ſ.ad populum nationum;vidit.i.per gratiam elegit,manet in domo puſilli Zachæi.i.in humilium nationum corde quieſcit;deſcēdit iſte de ſycomoro,etſi enim cognouimus Chriſtum ſecūdùm carnem,ſed iam non nouimus;etſi enim mortuus eſt ex infirmitate,ſed viuit ex virtute Dei. Cyril. turba,imperitæ multitudinis confuſio,quam oportet tranſcendere,ſi velis Chriſtum aſpicere. Ambroſ.Zachæus ſuper arborem,id eſt, ſupra legem. Theoph. Supra ſycomorum , id eſt , voluptatis dulcedinem quæ ſignificatur per ficum , aſcenditur per pœnitentiam , per humilitatem deſcenditur, fit reſtitutio in quadruplum.i.per multiplices virtutes ſanantur priſtina delicta.Greg.27.Mor.c.26.ſycomorum.i.ficum fatuam aſcendit puſillus Zachæus:qui enim mundi ſtultitiam humiliter eligit,Dei ſapientiam ſubtiliter contemplatur. 4. Int.non malitia,ſed fide.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIX.

a. Grae.διήρχετο, pertranſibat. b. diſtat à Iordane, ſecundùm Ioſephum, ſtadijs 60.ab Hieruſalem verò 150. c. interpretatur iuſtificatus,ſeu purus. 2. id eſt,cupiebat.

arborem

arborem [c]ſycomorum vt videret eum : quia inde erat tranſiturus. Et cùm veniſſet ad
locum,ſuſpiciens Ieſus [5]vidit illum,& dixit ad illum,Zachæ,[6]feſtinans deſcende:quia
hodie in domo tua oportet me manere.Et feſtinans deſcendit, & [7]excepit illum gaudens.
Et cùm viderent [f]omnes, [s]murmurabant dicentes quod ad hominem peccatorem
diuertiſſet. [b]Stans autem Zachæus, dixit ad Ieſum : [8]Ecce dimidium bonorum
meorum, Domine, do pauperibus : & ſi quid aliquem defraudaui, reddo [9]quadruplum.
Ait Ieſus [m]ad eum,Quia hodie ſalus domui huic facta eſt, eo quòd & ipſe [10]filius
[11]ſit Abrahæ. [12]Venit enim filius hominis quærere & ſaluum facere quod perierat.Hæc
illis audientibus adjiciens, dixit ad [n]parabolam, eo quòd eſſet prope Hieruſalem ; &
quia [o]exiſtimarent quod [13]confeſtim [p]regnum Dei manifeſtaretur. Dixit ergo : Homo
quidam [14]nobilis abiit in regionem [15]longinquam accipere ſibi [16]regnum, & [17]reuerti. Vocatis
autem [q]decem ſeruis ſuis,

SENS. LIT. IN CAP. XIX.

5. Cyrill. vidit animam hominis promptiſſimè nitentem ad ſanctè viuendum. 6. Int. non inuitatus, inuitat; quia etſi nondum audierat vocem inuitantis, audierat affectum. Amb. ¶ Tit. ſolam hic viſionem deſiderauit, ſed qui nouit plus facere quàm quærimus, dedit ei ſupra id quod expectabat. 7. Beda. ecce camelus depoſita ſarcina, per foramen acus tranſit, i. relicto diuitiarum amore, benedictionem Dominicæ ſuſceptionis accipit. Amb. diuitiæ ſunt impedimenta improbis, bonis adiumenta virtutis. Chry. conſidera Domini bonitatem, inſons cum ſontibus conuerſatur. 8. Chry. Audi mirabile, nondum didicit, & obediit; nempe Saluator iuſtitiæ radiis nequitiæ caliginem fugauit. 9. Chry. ſciebat legem iubentem reſtituere in quadruplum malè ablata, nec expectat legis cenſuram, ipſe ſibi iudex effectus; habebat verò etiam ex patrimonio diuitias, alioqui non potuiſſet in quadruplum reſtituere. 10. Bed. non quia de Abrahæ ſtirpe genitus, ſed quia eius fidem imitatus ; bona enim partiendo pauperibus, reliquit, vt ille terram & domum paternam. ait verò & ipſe, ſignificans non ſolùm iuſtos, ſed qui ab iniuſtitia reſipiſcunt, ad promiſſionis filios pertinere. 11. Theoph. antea nullam habebat ad Abraham ſimilitudinem.
12. Int. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Chry. q.d. medicus veni, nō iudex, ob hoc conuiua ſin languentium, patiorque fœtorem, vt præſtem remedia. ſed quomodo Paulus iubet cum fratre auaro nec cibum ſumere? ſ. ſi perſtet in malo. n. Glo. docet ſibi magis pœnitentiam peccatorum, quàm iuſtitiam ſuperborum placere, latiusque in humilibus gentibus, quàm in ſuperbis Iudæis ſe regnaturum. 13. Euſeb. putabant quidam in primo Chriſti aduentu regnum eius venire, oſtendit ergo ſe non prius recepturum regnum à Patre, quàm ab hominibus iret ad Patrem. Theoph. oſtendit Chriſtus ſe quaſi Deum cognoſcere ſuas cogitationes. Glo. docet ſe fidem toto orbe diſperſurum, & in fine ſeculi iudicem omnium, regemque venturum. 14. Cyril. quamuis ſeruus factus ſit Deus verbum, eſt tamē nobilis ſecundùm ineffabilem ortum à Patre. Baſil. Eſt etiam nobilis, quia ex ſemine Dauid. 15. Baſil. non tam locali diſtantia, quàm rerum conditione. Aug. 2. de q. Euang. ad gentes abiit, vt plenitudo gentium intraret; reuerteretur, vt omnis Iſraël ſaluus fiat. Euſeb. aſcendit à terra in cælos, vnde redibit apparitione ſecunda glorioſa. 16. Baſil. ſ. gentium, iuxta illud : Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Euſ. Regnum obtinui, dante Patre, iuxta illud Danielis: Ecce filius hominis veniebat, & datū eſt illi regnum.
17. Int. quia in fine ſeculi omnis Iſraël ſaluus erit. q. Glo. ſ. diſcipulis litera decalogi imbutis.

SENS. MYST. IN CAP. XIX.

g. Beda. manifeſtum eſt Iudæos ſemper gentium odiſſe ſalutem. h. Glo. in ea quam cœperat fidei veritate perſiſtens.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIX.

c. q.d. ficum fatuam, eſt enim ignaui ſaporis. dicitur & ſycaminus, συκάμινος, (Heb. שקמה, & συκόμορος) quod more folijs ſimilis ſit. f. pro, ferè omnes. ſ. plurimi. l. pro, iam iam dabo, vel ad id depute. m. pro, de eo, ſic Ro. 10. ad Iſraël pro, de Iſraël. Pſal. 3. Multi dicunt animæ meæ, pro, de anima mea.
10. ſ. fide, imitatione, q.d. vnus ex electis Dei. o. ſ. diſcipuli. p. quo Meſſiam regnaturum in terra putabant. 16. id eſt, regni poſſeſſionem.

[18] dedit eis [19] decem [20] mnas,& ait ad illos: [r] Negotiamini dum venio. [21] Ciues autem eius oderant [22] eum:& miſerunt [23] legationem poſt illum,dicentes:Nolumus hunc [24] regnare ſuper nos.Et factum eſt vt [25] rediret,accepto [26] regno : & iuſſit vocari ſeruos , quibus dedit pecuniam : vt [27] ſciret quantum quiſque [28] negociatus eſſet. Venit autem [29] primus , dicens: Domine,mna tua decem mnas acquiſiuit.Et ait illi, [s] Euge bone ſerue, quia in [30] modico fuiſti [31] fidelis, [t] etis poteſtatem habens ſupra decem [32] ciuitates.Et [33] alter venit, dicens: Domine,mna tua fecit quinque mnas.Et huic ait,Et tu [34] eſto ſuper quinque ciuitates. Et [35] alter venit, dicens : Domine, ecce mna tua quam habui [36] repoſitam in [v] ſudario. Timui enim te,quia homo [37] auſterus es; tollis quod non poſuiſti,& metis quod non ſe[38]minaſti.Dixit ei:De ore tuo te iudico ſerue [39] nequam. Sciebas quod ego homo auſterus ſum:tollens quod non poſui,& metens quod non ſeminaui.

SENS. LIT. IN CAP. XIX.

18. Cyrill. Aſcendens diſpenſauit credentibus varia chariſmata. ¶ Cyrill. ſignificat hic numerus in Scriptura perfectionem,ſi quis enim eum excedit numerando,ab vnitate iterum inchoabit, quaſi denario perducto ad metam.Significantur ergo qui metam attigerunt diuini officij. Aug.2.de q.Euan.ſignificatur lex propter Decalogum. 20. Bed.Mina,quam Græci mnam vocant, centum drachmis appenditur:ſignificat autem Scripturæ ſermonem, quia vitæ cæleſtis perfectionem ſuggerit.Euſeb.datur ſingulis vna,vna enim fides,vnum baptiſma. r. Glo.id eſt prædicate , & à populis confeſſionem fidei, & morum probitatem recipite. 21. Int.ſ.Iudæi,ex quibus Chriſtus ſecundùm carnem, qui eum vſque ad mortem crucis oderunt.Euſeb.Iudæi, ciues, ex eadem enim progenie, & eodem ritu legis vtentes.

22. Oderunt & me,& Patrem meum. 23. Aug.2. de q.Euan.poſt reſurrectionem miſerunt perſecutores Apoſtolis, & prædicationẽ reſpuerunt. 24. Cyrill.Nõ habemus Regem niſi Cæſarem. 25. Int. hoc erit quando ille qui humilis apparuit in manifeſtiſſima claritate iudicaturus adueniet. Aug.2. de q. Euan. ¶ Glo.quotidie Chriſtus accepto regno à Patre redit,peregrinãtis enim in terra Eccleſiæ ſemper ſtatum conſpicit. 26. Chry.duo regna Dei.Eſt enim Rex creationis iure,& quia iuſtis dominatur ipſi ſponte ſubiectis, & hoc regnum dicitur accepiſſe. 27. Int.i.ſciri faceret , tunc enim omnium opera & cogitationes omnibus palam oſtendentur. 28. Int.& ſimul de ipſis iudicet. 29. Beda.ſ.ordo Doctorũ in circumciſionem miſſorum, decem mnas acquiſiuit,i.populum ſub lege conſtitutũ negotiatione minæ vnius,i.vnius fidei prædicatione. 30. Beda.quidquid in præſenti percipimus donorum , in comparatione futurorum,modicum eſt. 31. Int.nõ tua quærens. 32. Amb.Animæ ſignificantur,quibus rite præponitur.ſicut enim Angeli præſunt,ita qui vitam meruerunt Angelorum.Aug.2.de q.Euan.ſignificatur multiplicatio intelligentiæ in ipſa veritate. 33. Beda.ſ.miſſi euãgelizare gentibus,quas quinque ſenſibus corporis antea mancipatas, converterunt. hoc enim eſt quinque mnas acquiſiſſe. 34. Int.i.ex earum animarum quas imbuiſti fide & cõuerſatione,magnus ſublimiſque eſto,vt non tantum de tuis, ſed etiam de auditorũ profectibus honoreris. 35. Int.tertius ſeruus,ſunt illi,qui poſt collectos Iudæos & gentes,negligenter vtuntur commiſſo prædicationis officio. 36. Aug.2.de q. Euan.ſunt quidam ſibi perversè blandientes, dum putant ſufficere vt de ſe quiſque rationẽ reddat, nec eſſe opus aliis prædicare,& miniſtrare. v. Beda.ſ.lenti corporis otio.Gloſſ.in ſudario pecuniam reponit , qui ad prædicandum idoneus,officium prædicandi vel ſuſcipere renuit, vel ſuſceptum non bene gerit. 37. Int.q.d.cogitaui arduam eſſe viam quæ ducit ad vitam : & quod quanto gradus altior , tanto caſus grauior.

38. Aug.2.de q.Euan.q.d.video etiam inexcuſabiles eſſe apud te,quibus non eſt data lex,neque Euangelium prædicatum,per creaturam enim poterant cognoſcere creatorem. 39. Int.quia piger ad exercendum officium,ſuperbus ad accuſandum Domini iudicium.Beda.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIX.

20.Gr.μνᾶ,Latinè mina,continet centum drachmas.Heb.מנה.Eſt autem Mina Hebraica dupla ad Atticam. r. ſ.lucro operam dantes. 23. pro,legatos, qui.ſ.dicerent,ne amplius rediret. 28. pro, lucrifeciſſet negociando. s. vox laudantis,q.d.rectè ſanè. t. pro , eſto. 38. q.d.tantum abeſt , vt ſinas perire tua,etiam aliena rapis.

& quare

& quare[40] non dediſti pecuniam[41] meam[x] ad menſam[42], & ego veniens cum vſuris[43] vtique
exegiſſem[44] illud[aa]? Et aſtantibus[bb] dixit, Auferte[cc] ab illo mnam, & date[45] illi qui decem
mnas habet. Et dixerunt ei, Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia
omni habenti[46] dabitur[47], & abundabit: ab eo autem qui non habet[48], & quod habet,
auferetur[49] ab eo[dd]. Veruntamen[50] inimicos meos illos qui noluerunt me regnare ſuper
ſe, adducite huc, & interficite[51] ante me. Et his dictis, præcedebat aſcendens[52] Hieroſo-
lymam. Et factum eſt cùm appropinquaſſet[53] ad Bethphage & Bethaniam[54], ad mon-
tem qui vocatur Oliueti[55], miſit duos[56] diſcipulos ſuos, dicens: Ite in caſtellum quod
contra[ee] vos eſt: in quod introeuntes, inuenietis pullum aſinæ alligatum[57]: cui nemo
vnquam hominum ſedit: ſoluite[58] illum, & adducite. Et ſi quis vos interrogauerit,
Quare ſoluitis? Sic dicetis ei, Quia[59] Dominus operam[ff] eius deſiderat.

Sen. Lit. in Cap. XIX.

40. Beda. q. d. ſi me ſciebas aliena ſectari, cur non cogitaſti me mea diligentiùs quæſiturum. 41. Beda. Eloquia Domini caſta, argentum igne examinatum. x. Gloſſ. non tuam. vnde Apoſtolus, Si quis loquitur quaſi ſermones Dei. 42. Beda. i. prompta, & parata corda. Aug. 2. de q. Euang. i. profeſſionem religionis, quæ eſt tamquam publicè propoſita ad vſum neceſſarium ſaluti. 43. Chry. in diuinis eloquiis non ſolùm ad cuſtodiam obligamur, ſed etiam multiplicare monemur. Beda. Verbi auditor neceſſe eſt vt cum vſuris ſoluat operando; vel alia ſtudeat intelligere ex auditis. 44. Int. ſ. merita diſcutiens. b b. Chry. Deus non ipſe pœnas irrogat, ſed mediantibus Angelis. c c. Glo. collatam gratiam amittit, qui prædicando aliis communicare neglexit, augetur verò illi qui in ea laborauit. 45. Beda. abundantia gratiæ quam modo tepidè exercemus. Iudæorum doctoribus, cùm Iſraël ſaluus fiet, conferetur. 46. Int. i. vtenti eo quod habet. Aug. 2. de q. Euang. 47. Theoph. ſ. vt fiat lucri maioris occaſio, Domino plura decuplans. 48. Int. i. qui non vtitur. Aug. 2. de q. Euang. 49. Theoph. ſi inuigilauerimus, virtutes, & dona Dei multiplicabimus, ſi tepeamus, extinguemus. 50. Int. i. Iudæos, & omnes nolentes ad Chriſtum conuerti. 51. Theoph. etiam in hoc mundo mactati ſunt ab exercitu Romanorum. Chry. patet Patrem & Filium eadem facere: Pater enim ad vineam deſtinat exercitum; Filius hoſtes coram ſe trucidari facit; eſt autem hæc parabola alia ab ea quæ narratur de talentis à Matthæo.

52. Beda. oſtendens etiam de eius ciuitatis euentu parabolam fuiſſe præmiſſam, quæ & ipſum erat occiſura, & hoſtili gladio peritura. 53. Beda. locus erat Sacerdotum in monte Oliueti, interpretatur autem domus maxillarum, maxillas enim ſacerdotibus dari lex præcipit. 54. Beda. ciuitas eſt, ſeu villula ex latere montis Oliueti, interpretatur autem domus obedientiæ. 59. Tit. non poteſt aliquis reſiſtere Deo, quæ ſua ſunt euocanti.

Sens. Myst. In Cap. XIX.

55. Int. venit ad montem Oliueti, vt nouellas oliuas in ſublimi virtute plantaret. Ambr. & fortè ipſe mons Chriſtus eſt. 56. Int. propter ſcientiam veritatis, & munditiam operis, vel geminæ dilectionis ſacramentum toto orbe prædicandum, vel propter duos ordines prædicatorum; vnum in circumciſione, alterum in gentibus. Theoph. Prophetas & Apoſtolos. 57. Int. alieni alligant, vt poſſideant; Chriſtus ſoluit, vt teneat. 58. Int. Quæcunque ſolueritis in terra, erunt ſoluta & in cælo. Ambr. Solui non poterat, niſi iuſſu Domini; ſoluit manus Apoſtolica pullum. i. gentilem populum, in quo nemo ſedit: quia nullus eum, antequam Chriſtus ad Eccleſiam vocauit; alligatus verò perfidiæ vinculis tenebatur. Glo. nullus ſederat: nullus enim ſtultitiã eius deprimendo correxerat, & in viam vitæ arctã ire coëgerat.

Addit. Avct. In Cap. XIX.

42. pro, menſarijs, qui mutuãtes pecuniam, aut commutantes lucrantur. 43. in parabolarum applicatione tantum ſumendum quod propoſito ſeruit, hic ergo non vſura exemplum, ſed Domini voluntas lucrum volentis, & ſerui ignauiam condemnantis. 44. ſcilicet, à menſarijs a a. ſ. quod non poſui, &c. vel pecuniam, quia Græcè neutri generis ἀργύριον. 40. ſcilicet, vt debet. d d. abundat, more Hebræo. e e. pro, ex aduerſo. f f. Græ αὐτοῦ χρείαν ἔχει, eo opus habet.

Abierunt[60] autem qui miſſi erant,& inuenerunt ſicut dixit illis,ſtantem pullum.[61] Soluentibus autem illis pullum,dixerunt domini eius ad illos, Quid ſoluitis pullum? At illi dixerunt: Quia[62] Dominus eum neceſſarium habet. Et[gg] duxerunt illum ad Ieſum. Et iactantes[hh] veſtimenta[ll] ſua ſupra pullum, impoſuerunt Ieſum. Eunte autem illo,[mm] ſubſternebant[63] veſtimenta ſua in via. Et cùm appropinquaret iam ad deſcenſum montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ deſcendentium[64] gaudentes laudare Deum voce magna ſuper omnibus quas viderant virtutibus,[65] dicentes:[66] Benedictus qui venit[67] Rex[68] in nomine Domini, pax[nn] in cælo: & gloria[69] in excelſis. Et quidam Phariſæorum de turbis dixerunt ad illum: Magiſter increpa[70] diſcipulos tuos. Quibus ipſe ait:

SENS. LIT. IN CAP. XIX.

60. Tit. non refutauerunt officium hoc vt paruum. Baſil. quidquid intuitu Dei fit, non eſt paruum, ſed dignum regno cælorum. 61. Aug. 2. de q. Euang. Matthæus etiam aſinæ meminit, cæteri tantùm pulli. 62. Titus Maieſtatis nomen eſt. 63. Beda. non tantùm diſcipuli, ſed & plurimi de turba, iuxta alios Euangeliſtas. 64. Theoph. diſcipulos vocat omnes qui Chriſtum ſequebantur. Auctor. ſequitur lectionem Græcam. vide Additionem. 65. Beda. & maximè Lazari reſurrectionem: ob hanc enim, vt ait Iohannes, ei venit obuiam turba. 66. Int. 1. ab omni peccato ſingulariter immunis, & immunes faciens. Glo. extorquerent aduerſum ſe teſtimonium inuitis: crucifixerunt enim paulo pòſt quem nunc Regem appellant, & expectatum ſecundùm carnem Dauid filium veniſſe declarant. 67. Int. Ego veni in nomine Patris mei. Beda poteſt etiam intelligi in nomine ſuo, ipſe enim Dominus eſt. 68. Beda. Rex dicitur non ad exigendum tributum, vel ferro exercitum armandum, hoſteſque viſibiliter debellandos; ſed quia mentes regat, & in regnum cælorum credentes perducat. 69. Beda. quia Chriſtus in carne totius mundi propitiatio illuxit, pulchrè ſibi inuicem in laude eius concinunt cæleſtia, id eſt, Angeli, qui eo naſcente cantarunt; & terrena, id eſt, homines, qui laudant cùm ſe cælo redditos eſſet. Theoph. ſignificatur euanuiſſe bellum antiquum quo Deo aduerſabamur, & laudari ab Angelis Deum in tali reconciliatione, & quidem hoc ipſum quod Deus ambulat in territorio noſtro, ſignificat ipſum nobiſcum habere concordiam. 70. Int. id eſt, turbas laudantes, vel Apoſtolos ad laudandum inſtituentes. Theoph. referebant iſti regis nomen ad ſeditionem, Domini autem ad blaſphemiam.

SENS. MYST. IN CAP. XIX.

61. Glo. Matthæus aſinæ etiam meminit, vt monſtraret Iudæorum (ſi pœnituerint) non deſperandam ſalutem. 62. Amb. cùm Dominus dicitur, vnus agnoſcitur: miſera ſeruitus, cui vagum ius eſt, plures enim habet Dominos, qui vnum non habet. Orig. quando malitiæ ſeruimus, multis ſumus paſſionibus & vitiis ſubiecti. g g. Glo. audito Domini nomine, qui contradicebant, quieuerunt, id eſt, apparente Dei virtute per miracula, ceſſarunt ſidei aduerſarij. h h. Orig. ſignificatur impoſitus Dei ſermo ſuper animas audientium. Gloſſ. non deſpiciendus hic aſellus: vt enim in veſtitu ouis ſunt lupi rapaces, ita ſub exuuiis corporis, quod nobis eſt commune cum belluis, mens Deo plena vegetatur. ll. Glo. veſtimenta Apoſtolorum, doctrina & gratia ſpiritualis, quibus corda hominum prius nuda & frigida contegunt, vt mereantur habere ſeſſorem Chriſtum. 63. Gloſſ. diſcipuli corporis exuentes amictum, ſanguine ſuo viam parant ſimplicibus, vt inoffenſo greſſu mentis Hieroſolymam, id eſt, ad veram pacis viſionem quò Chriſtus ducit, perueniant; illi etiam qui martyrum exempla ſequentes carnem domant, parant Domino iter ad mentem, & ſequentibus bona præbent exempla. m m. Orig. ad deſcenſum montis occurrunt, vt ſignificent operatorem myſterij ſpiritalis ſibi veniſſe de cælo. Beda. deſcendente Domino de monte Oliuarum, id eſt humiliato miſericordiæ auctore, neceſſe eſt qui miſericordia indigent, eius veſtigia imitari.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIX.

64. Gra. [Greek], diſcentium, ſeu diſcipulorum. 65. id eſt, factis potentibus. 66. id eſt, felix, laudandus. n n. q. d. ſit nobis pax cum Deo, experiamur poſthac eum pacatum, & propitium. 69. pro, ab Angelis glorificentur & laudentur.

Dico vobis,quia ſi hi tacuerint, lapides clamabunt. Et vt appropinquauit, videns ciuitatem,fleuit ſuper illam,dicens:Quia ſi cognouiſſes & tu,& quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te; & coangustabunt te vndique: & ad terram proſternent te,& filios tuos qui in te ſunt, & non relinquent in te lapidem ſuper lapidem: eo quòd non cognoueris tempus viſitationis tuæ. Et ingreſſus in templum, cœpit eiicere vendentes in illo & ementes, dicens illis: Scriptum eſt, Quia domus mea, domus orationis eſt.

SENS. LIT. IN CAP. XIX.

71. Theop.q.d.non ſine cauſa me ſic laudant, ſed commoniti virtutibus quas viderunt. 72. Beda. factum hoc dum Chriſto crucifixo petræ ſciſſæ ſunt,& monumenta aperta. Amb. obmuteſcentibus Iudæis poſt Domini paſſionem,viui erant,ſecundùm Petrum,lapides clamaturi. 73. Orig.Beatitudines omnes ſuo firmauit exemplo,dixerat,Beati flentes,itaque flet.Cyril.Fletu miſertū ſe eorum declarat.

74. Int.ſ.ruinam quæ imminet.Greg.in hom. 75. Int.ſub.fleuiſſes,quæ modò exultas. Gregor.in hom. ¶ Cyril.habebant velamine obnubilatum cor,nec digni erant qui in Scripturis Chriſtum intelligerent. 76. Greg.in hom.cùm ſe carnalibus voluptatibus daret, quæ ad pacem eſſe poterant habebat. Euſeb.notat ſuum aduentum ad pacem totius mundi factum,quam iſti.quia recipere noluerunt,dicuntur eis fuiſſe abſcondita,&c. 77. Int.ſ.ſuperuenturæ miſeriæ.Greg in hom. ſi mala imminentia videret, læta in præſentibus proſperis non eſſet. 78. Int.Ecce pœna,quam imminentem ignorant. 79 Int. ſ. Romani Principes. Greg. Illa enim ſubuerſio deſcribitur, quæ à Veſpaſiano & Tito facta eſt. Euſeb. Scripſit de his Ioſephus,vt geſta ſunt,conſonè prædictis à Chriſto. 80. Greg.ibi nunc ciuitas conſtructa eſt,vbi extra portam Dominus fuerat crucifixus,prior illa funditus eſt euerſa. 81. Theop ſ.mei aduentus,qui veni ſaluaturus. Euaſerunt omnes qui in Chriſtum crediderunt illa pericula. 82. Greg in hom.oſtendit ruinam populi maximè ex ſacerdotum culpa fuiſſe. Glo.oſtendit vnde radix perditionis proceſſerit. Theoph. fecit etiam hoc Dominus in principio prædicationis, vt narrat Ioannes, ſed non fuerant ex præcedenti admonitione correcti.

SENS. MYST. IN CAP. XIX.

73. Gre.non ceſſat Chriſtus per electos ſuos plangere, dum quoſdam ex bona vita ad mores reprobos perueniſſe conſiderat, ſuam verò diem hic habet anima peruerſa quæ tranſitorio gaudet in tempore,cui ad pacem ſunt quæ adſunt,dum ex rebus tēporalibus lætatur. 79. Orig.inimici ſpiritus nequam Greg.maligni ſpiritus exeuntē à corpore animā obſident,& ante mentis oculos perpetratas iniquitates reducentes,coarctant;videt in extremitate vitæ à quibus hoſtibus circunclusa ſit;ſed non poteſt euadere,quia iam non poteſt bona operari;tunc ad terrā proſternitur; caro enim,quam ſuam vitam credidit, redire ad puluerē vrgetur:tunc lapis non relinquetur ſuper lapidem.i.omnis cogitationū illicitarū conſtructio diſſipabitur;denique in extremo vitæ inimicis traditur, quia viſitationis ſuæ tēpus non cognouit,viſitat autem Dominus prauam animam aſſiduè præcepto,aliquando flagello, aliquando miraculo.

82. Greg.in hom.templum Dei in ciuitate, in plebe fideli vita religioſorum, ſunt autem qui religionis officium in commerciū terrenæ negotiationis trahunt,& domum Dei ſpeluncam latronum faciunt, qui ibi malitiæ gladiis occidunt proximos, quos orationis interceſſione viuificare deberent, eſt etiam templum mens fidelium.Glo.conſcientiam facit ſpeluncam latronum qui illud meditatur agere, vnde poſſit innocentem lædere.Orig.eiicitur qui vendit columbas.i.Spiritus ſancti donum. Amb. numularij ſunt qui de pecunia Domini.i.Scriptura diuina lucrum quærunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIX.

oo. abundat phraſi Hebr. & Græc. ſic Hiſpani, la ſi tu ſupieſſes. i. quod ſi tu ſcires, pro, ſi tu ſcires. pp. quæ.ſ.à Deo viſitaris,coniungendum autem cum quæ ad pacem. 76. ſ pertinent,vel faciunt: ſi,autem,pro vtinā,ſeu,ô ſi.q.d.ò ſi ſcires in hoc tēpore quæ ad pacē tuā,& felicitatē pertinent,at abſcondita tibi ſunt,quia nō vis cognoſcere. 78. vel abūdat,vel redditur cauſa fletus. qq. ſ.ſupra,vel cōtra. 79. Græ.Circūdabunt inimici tui vallū tibi,& cingent te. rr. i.anguſtè continebunt. ſs. i.ciues,ſic filia Ieruſalem,ciuitas enim velut mater ciuium. 80. hyperbole. tt. abundat,vt aliàs ſæpè.

[81] Vos autẽ feciſtis illam ſpeluncam latronum. [84] Et erat docens quotidie in tẽplo. [uu] Principes autem Sacerdotũ,& Scribæ,& Principes plebis [85] quærebant illum perdere:& non inueniebant quid facerent illi. [86] Omnis enim populus [xx] ſuſpenſus erat,audiens illum.

Sens. Lit. In Cap. XIX.

83. Int. qui ad hoc in templo reſideris, vel vt non dantes munera corporaliter perſequamini, vel dantes ſpiritualiter necetis. 84. Int. quia Dominus nec indignis verba prædicationis ſubtrahit, poſt rigorem diſciplinæ perſeuerat in gratia docendi Greg in hom. 85. Int. quia quotidie docebat in templo,& eiiciebat latrones,& recipiebat laudem turbarum. 86. Beda. quaſi dicat, timebant populi tumultum,& ideo non inueniebant quid facerent: vel ideo quærebant perdere, quia ſuo magiſterio neglecto, plures ad eum audiendum confluere cernebant.

Addit. Avct. In Cap. XIX.

v v. id eſt, primates ciuitatis. x x. id eſt, pendens ab eius ore.

CAPVT XX.

[1] ET factum eſt in [a] vna dierum [b] docente illum populo in templo,& [c] euangelizante: conuenerunt principes Sacerdotum & Scribæ cum ſenioribus,& aiunt, dicentes ad illum: [2] Dic nobis in qua poteſtate hæc facis? aut, quis eſt qui dedit tibi hanc [3] poteſtatem? Reſpondens autem Ieſus, dixit ad illos, Interrogabo vos & ego vnum verbum. Reſpondete mihi, Baptiſmus Iohannis de [4] cęlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra ſe dicentes, Quia ſi dixerimus, De cælo, [5] dicet, Quare ergo non [6] crediditis illi? Si autem [7] dixerimus, Ex hominibus; [8] plebs vniuerſa lapidabit nos: [d] certi ſunt enim [e] Iohannem Prophetam eſſe. Et reſponderunt ſe neſcire vnde eſſet. Et Ieſus ait illis: Neque [9] ego dico vobis in qua poteſtate hæc facio. [10] Cœpit autem dicere ad [11] plebem parabolam hanc: Homo quidam plantauit

Sens. Liter. In Cap. XX.

1. AVg. 2. de con. Euang. prætermiſit Lucas exitum Chriſti in Bethaniam,& regreſſum in ciuitatem,& quod de ficulnea factum eſt. 2. Euſeb. debuerant iſti cognoſcere per dicta & facta hunc eſſe Chriſtum quem Prophetæ præcinerant. 3. Cyril. q. d. ſecundùm legem ſolis exorciſtis ex Leuitico ſanguine data eſt authoritas docendi,& ſactorum actiorum poteſtas. Beda. iſti ſubintelligi volunt diaboli eſſe quod facit,& Dei Filium negant, quem non putant ſuis, ſed alienis viribus ſigna facere. 4. Int. ſ. ſicut verum eſt. 5. Int. ſ. ſicut verũ eſt. 6. Int. ſ. mihi teſtimoniũ perhibenti. 7. Int. i. ſi ex inuidia iſtius Iohanni etiam derogauerimus. 8. Int. timentes lapidationem, ſed magis timentes veritatis confeſſionẽ. Beda. 9. Int. non dico vobis quod ſcio, quia non vultis fateri quod ſcitis. Beda ob duas maximè cauſas veritas occultanda quærenti, cùm ſ. vel minus capax eſt, vel odio, aut contemptu veritatis indignus cui debeat aperiri. 10. Euſ. congregatis Principibus populi in templo, quæ contra ipſum facturi erant,& ſuperuenturum eis exterminium, figuratè declarat. 11. Aug. 2. de con. Euan. Matthæus hoc tacuit breuitatis cauſa, dicens ad ſolos Principes parabolam dictam. Gloſſ. plebem alloquitur, Principibus,& Scribis audientibus, quos impietatis arguit per parabolam,& regnum Dei ad gentes transferendum oſtendit.

Addit. Avct. In Cap. XX.

a. pro, quadam die. Hebr. b. ſ. facienda. c. ſ. regnum Dei. 4. q. d. baptizabátne authoritate diuina, an humana? d. i. certo perſuaſi, πεπεισμένοι γὰρ ἦσαν. 11. ſ. conuerſus.

vineam

[12] vineam, & locauit eam [13] colonis: & ipſe [14] peregrè fuit [15] multis temporibus. Et in tempo-
re miſit ad cultores ſeruum, vt de [16] fructu vineæ darent illi. Qui [17] cæſum dimiſerunt
eum inanem Et addidit [18] alterum ſeruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes
& afficientes contumelia, dimiſerunt inanem. Et addidit [19] tertium mittere: qui & illum
vulnerantes, eiecerunt. Dixit autem Dominus vineæ: [20] Quid faciam: Mittam filium
meũ dilectum: [21] forſitan cùm hunc viderint, verebuntur. Quem cùm vidiſſent coloni,
cogitauerunt intra ſe, dicentes: Hic eſt [e] hæres, occidamus illum: vt noſtra fiat hæredi-
tas. Et [22] eiectum illum extra vineam, occiderunt. [23] Quid ergo faciet illis dominus vi-
neæ? [24] Veniet, & perdet colonos iſtos, & dabit vineam [25] aliis. Quo audito, dixerunt illi,

Sens. Lit. In Cap. XX.

12. Amb. Vinea Domini Sabaoth domus Iſraël eſt, hanc Deus condidit. Beda. qui plantauit vineam, ipſe eſt qui iuxta aliam parabolam conduxit operarios in vineam ſuam. Glo. huius vineæ ſterilitatem Hieremias deplorat, dicens: Ego te plantaui vineam meam electam, quomodo conuerſa eſt in prauum vinea aliena? 13. Euſ. ſ. Senioribus populi, Principib. ſacerdotũ, doctoribus, & optimatibus. 14. Theop. ſ. dimiſit illos progredi ſuo arbitrio. Ambr. Deus vbique præſens eſt, ſed præſentior eſt diligentibus, negligentibus abeſt. 15. Amb. ne præpropera videretur exactio. Quo indulgentior liberalitas, eò inexcuſabilior pernicacia. Cyril. poſtquam viſus eſt in ſpecie ignis deſcendiſſe in monte Syna, non amplius viſibiliter apparuit; ſemper tamen miſit Prophetas, & iuſtos commonentes. 16. Theoph. non totum fructum, ſed aliquid de fructu volebat, quid enim lucratur Deus à nobis, niſi ſui notitiam, quę etiam eſt noſtra vtilitas. 17. Beda. ſ. Moyſem, qui primum miſſus per quadraginta annos, fructum legis à cultoribus requirebat. vexatus eſt propter eos, quia exacerbauerunt ſpiritum eius. 18. Beda. ſ. Dauidẽ, Pſalmodiæ modulamine cultores vineæ ad exercitium boni operis excitantem, contra quem dixerũt: Quæ nobis pars in Dauid? aut quæ hæreditas in filio Iſai? 19. Beda. ſ. Prophetarum chorum, ſed quem Prophetarum non ſunt perſecuti? ſignificantur verò tribus his ſeruorum gradibus, omnes ſub lege doctores. vnde illud: Neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege Moyſis, & Prophetis, & Pſalmis de me. 20. Int. quod ambigit, nõ de ignorãtia; ſed vt reſeruetur homini libera volũtas. Beda. 21. Theop. non ignorat peius tractaturos filium quàm Prophetas; ſed ſignificat oportuiſſe eos filium ipſius vereri. e. Amb. Hæres Chriſtus eſt, quia morti propriæ ſuperuiuit; idémque teſtator. Beda. probat Dominus Iudæorum Principes, non per ignorantiam, ſed per inuidiam Filium Dei crucifixiſſe, intellexerunt enim hunc eſſe, cui dictum eſt: Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. 22. Int. quia Dominus extra portam paſſus eſt, vel quia prius à cordibus Iudæorum eſt eiectus, & deinde cruci eſt addictus. Beda. ¶ Amb. occiderunt crucifigendo, eiecerunt negando. Theoph. extra vineam. i. extra populi manus paſſus eſt Dominus, non enim eum propriis manibus occiderunt, vel, ſecundùm quoſdam, extra Scripturam, huic enim non credentes, Chriſtum necauerunt. Chry. ſi poſt ſeruos venientem filium contempſerunt, multo magis ſi ante veniſſet. quomodo enim maiora audirent pręcepta, qui minora non audiebant? Gloſ. Marcus ordinem mutat, dicens: occiderunt, & eiecerunt, poſt reſurrectionem enim pręedicantibus Apoſtolis credere noluerunt, ſed quaſi vile cadauer proiicientes, gentibus ſuſcipiendum dederunt. 23. Amb. interrogat, vt ſua ſe ipſi damnent ſententia. ¶ Baſil. Diuina miſeratio pœnas prædicit, vt ad pœnitentiam reuocet. 25. Cyril. ſ. Noui teſtamenti Sacerdotibus.

Sens. Myst. In Cap. XX.

12. Amb. Vinea, typus noſter, agricola, Deus Pater; vitis, Chriſtus, nos palmites: hanc vineam diligens agricola fodit: & tondet, ne luxuriet foliorum. i. verborum infructuoſa iactãtia Beda. cuique fideli vinea quam excolat locatur, dum baptizatur, mittuntur ſerui tres, cùm legitur lex, pſalmodia, & prophetia, qui contumeliis afficiuntur, vel cæduntur, cùm Dei ſermo contemnitur, vel blaſphematur, miſſum hæredem occidit, qui Filium Dei peccando conculcat, perdito malo, datur vinea alteri, id eſt, humili gratiam, quam ſuperbus ſpreuit.

Addit. Avct. In Cap. XX.

20. *expreſſio amoris, ſic Oſeæ 6.* 21. *libertas hominis ſignificatur.*

[26] Abſit. Ille autem aſpiciens eos, ait: [27] Quid eſt ergo hoc quod ſcriptum eſt, Lapidem quem reprobauerunt [f] ædificantes, hic factus eſt in [28] caput anguli? Omnis qui ceciderit ſupra illum lapidem, [29] conquaſſabitur: ſuper quem autem ceciderit, [30] comminuet illum. Et quærebant Principes ſacerdotum & Scribæ mittere in illum manus illa hora: [g] & [31] timuerunt populum. [32] Cognouerunt enim quod ad ipſos dixerit ſimilitudinem hanc. Et [h] obſeruantes, miſerunt inſidiatores qui ſe [l] iuſtos ſimularent: vt [33] caperent eum in ſermone, & traderent illum principatui, & poteſtati [34] Præſidis. Et interrogauerunt eum dicentes: [35] Magiſter, ſcimus quia rectè dicis, & doces: & non [36] accipis perſonam, ſed viam Dei in veritate [37] doces. Licet nobis tributum dare Cæſari an non? Conſiderans autem dolum illorum, dixit ad eos, [38] Quid me tentatis?

Sens. Lit. In Cap. XX.

26. Theoph. Matth. refert Iudæos reſpondiſſe, malos malè perdet, primò enim ipſi ſententiam promulgarunt, poſtea ſentientes quò tenderet parabola, dixerunt, Abſit, vt Lucas narrat. Aug. 2. de cõ. Euan. erant in illa turba qui doloſè interrogarunt in qua poteſtate faceret: erant etiam qui fideliter acclamarunt, Benedictus qui venit in nomine Domini, atque adeò erant qui dicerent, Perdet illos, & vineam dabit aliis. quæ vox rectè Domini fuiſſe intelligitur, vel propter veritatem, vel propter membrorum cum capite ſuo vnitatem. erant etiam qui talia reſpondentibus dicerent, abſit, intelligebant enim contra ſe parabolam dictam. 27. Beda. q.d. quomodo implebitur hæc prophetia. f. Gloſſ. qui ſuprà coloni, hic ædificantes dicuntur. qui enim plebẽ ad ferendos fructus excolere, hanc ipſi Domino, quaſi domum conſtruere iubebãtur. 28. Bed. Chriſtus ex vtroque populo vnum ſibi templum ædificauit. Euſ. Chriſtus dicitur lapis, ob terreſtre corpus, abſciſſus ſine manibus, iuxta Danielem, propter ortum ex virgine, eſt autem reprobatus ab ædificantibus, quia humilis venerat, & abiectus. Cyr. cõpegit Chriſtus vtrumque populum in vnum nouum hominem. 29. Theop. ſignificatur animarum condẽnatio. 30. Theop. ſignificatur captiuitas, & exterminium, comminuet, inquit, ſeu ventilabit. Ventilati enim Iudæi à Iudæa per totum orbem, vt ab area paleæ. Beda peccator credens Chriſto, cadit ſupra lapidem, & conquaſſatur, reſeruatur enim per patientiam ad ſalutem, cui verò lapis irruit, i. qui ipſum negat, comminuitur, vt nec teſta remaneat in qua hauriatur puſillum aquæ, vel qui modò illum contemnunt, non penitus intereunt, ſed conquaſſantur; ſed quibus ſuperueniet, in iudicio comminuentur, & projicientur tanquam puluis à facie terræ. 31. Cyril. non reprimebat eos lex, prohibens innocentem & iuſtum occidi, ſed præferunt diuinæ reuerentiæ humanum timorem. Beda fit hoc in Eccleſia quotidie, dum quis ſolo nomine frater eam quam non diligit Eccleſiaſticam vnitatem propter bonorum multitudinem vel erubeſcit, vel timet impugnare. 32. Beda. dum quærunt occidere, docent vera eſſe in parabola dicta: ipſe enim herus, illi nequam coloni. 33. Int. vt aliquid velut eo ignorante extorquerent vnde argui poſſet.

34. Int. Pilati, qui in illis diebus erant Hieroſolymis. Gloſſ. quod per ſe non poſſunt, præſidis manibus efficere volunt, vt immunes à morte ipſius videantur. 35. Int. quaſi laudatus, myſterium cordis ſui ſimpliciter eis aperiat, eoſque velit habere diſcipulos. 36. Int. i. non times prælatam perſonam, ſed indiſcretè dicis veritatem maioribus & minoribus. 37. Int. illuc prouocant, vt Deum magis timeat quàm Cæſarem, & dicat non debere ſolui tributa; vt inde ſeditionis author fiat. Beda. Erat enim in populo magna ſeditio aliis dicentibus, Romanis ſoluenda tributa, quia pro omnium ſecuritate militabant. Phariſæis verò negantibus debere Dei populum humanis legibus ſubiacere. Glo. Phariſæi negabant ſoluenda homini tributa, pro qua ſeditione poſtea regnum, & tota patria deſtructa ſunt. Theop. ſi diceret cenſum dandum, volebant criminaretur à populo, quaſi ſeruituti gentem ſubiiciens; ſi prohiberet, vt præſidi tanquam ſchiſmaticus præſentaretur. 38. Int. Reſpondet, non ſecundùm eorum verba blandè, ſed ſecundùm conſcientias eorum aſperè.

Addit. Avct. In Cap. XX.

29. Græc. συνθλασθήσεται. i. confringetur. g. pro, ſed. Heb. h. i. per obſeruationem. l. adeoq́; illum ob iuſtitiam amare, vel id quod iuſtum eſſet ſciendi ſtudioſos. 34. ſcilicet, Pilati.

[39] Oſtendite mihi [40] denarium. [41] Cuius habet imaginem & inſcriptionem ? Reſpondentes
dixerunt, [42] Cæſaris. Et ait illis, [43] Reddite ergo quæ [44] ſunt Cæſaris, Cęſari, & quæ ſunt [45] Dei,
Deo. Et non potuerunt verbum eius reprehendere [m] coram plebe: & [46] mirati in reſpon-
ſo eius, tacuerunt. [47] Acceſſerunt autem quidam [48] Saducæorum, qui negant eſſe reſurre-
ctionem, & interrogauerunt eum, dicentes: Magiſter, Moyſes ſcripſit nobis : ſi frater
alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic ſine liberis fuerit: vt [49] accipiat eam fra-
ter eius vxorem, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. [50] Septem ergo fratres erant: & primus ac-
cepit vxorem, & mortuus eſt ſine filiis. Et ſequens accepit illam, & ipſe mortuus eſt
ſine filio. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes ſeptem, & non reliquerunt ſe-
men, & mortui ſunt. Nouiſſimè omnium mortua eſt & mulier. In reſurrectione ergo
cuius eorum erit vxor ? ſiquidem ſeptem habuerunt eam vxorem. Et ait illis Ieſus
[51] Filij huius ſeculi nubunt, & traduntur ad nuptias : illi verò qui [52] digni habebuntur ſe-
culo illo, & reſurrectione ex mortuis : neque [o] nubent, neque [o] ducent vxores : neque
vltra mori poterunt: æquales enim [53] Angelis ſunt, & filij Dei ſunt, cùm ſint

SENS. LIT. IN CAP. XX.

39. Amb. docet Dominus circunſpectos nos in reſpondendo hæreticis, vel Iudæis eſſe debere, ſicut alibi ait, Eſtote aſtuti ſicut ſerpentes. 40. Int. qui pro cenſu ſoluitur, & habet imaginem Cæſaris.

41. Int. non de ignorantia interrogat, ſed vt competenter ad eorum verba reſpondeat. Bed. alioquin enim poterat ſcire facilè cuius eſſet imago in nummo. 42. Int. Tyberij priuigni Auguſti, ſub quo Paſſus eſt Dominus. Beda. omnes Romani reges à primo Caio Cæſare, Cæſares appellati. 43. Tit. q. d. ſubiiſtis Cæſaris ſeruitutem, ſuſcepiſtis quæ eius ſunt, date ergo illi cenſum; Deo timorem. Theop. non dicit date, ſed reddite, eſt enim debitum i tuetur te princeps ab hoſtibus, vitam tuam reddit tranquillam, pro his ergo teneris ei in cenſu, ſed & ipſum numiſma ab eo habes. Amb. Si non vis eſſe obnoxius Cæſari, noli habere quæ mundi ſunt. 44. Int. ſ. tributum, pecuniam. 45. Iot. ſ. decimas, victimas. Beda. & primitias, atque oblationes Glo. ſicut Cæſar exigit impreſſionem ſuæ imaginis, ſic Deus animam lumine vultus ſui ſignatam. m. Theoph. hoc præcipuè intendebant. ſ. increpare coram populo. 46. Int. qui credere debuerant mirantur quod non habent locum tentandi. 47. Int. vt vel per frequentiã vincerent. 48. Iot. qui interpretantur iuſti, Phariſæi credebant corporis & animæ reſurrectionem, Saducæi, & animas interire cum corpore. Orig. Saducæi non ſolùm reſurrectionem mortuorum negabant, ſed etiam putabant animam interire cum corpore. 49. Amb ſecundùm legem inuita etiam cogebatur nubere. 50. Theoph. calumniantes dogma reſurrectionis tanquam impoſſibile, fingunt hanc narrationem Beda. confingunt hanc fabulam. Gloſſ. fieri poteſt vt in gente eorum hoc aliquando acciderit.

51. Auguſt. de q. Euang. connubia propter filios, filij propter ſucceſſionem, ſucceſſio propter mortem, vbi ergo mors non eſt, neque connubia. 52. Beda. etiam peccatores. ſine nuptiis erunt in ſeculo illo, ſed Dominus vt ad reſurrectionis gloriam inquirendam animos excitaret, de electis tamen voluit facere ſermonem. n. Glo. Reſurgent quidem corpora quæ poſſent nubere, & ducere, ſcilicet cum membris genitalibus. 53. Int. Ecce ſpiritualis conuerſatio. Cyril. vt Angeli non ſunt per generationem propagati, ita his qui reſurgunt, non eſt opus nuptiis. Glo. nun ſanctum dat canibus Chriſtus. hæc myſteria loquens, aderant enim multi idonei.

SENS. MYST. IN CAP. XX.

44. Amb. priùs quæ ſunt Cæſaris, reddẽda decernit, nec enim quis poteſt eſſe Domini, niſi priùs renũciauerit mũdo. Orig. abiiciẽda terrena imago, vt poſſis reddere quæ ſunt Dei, Deo. ſ. ipſum diligere, &c

ADDIT. AVCT. IN CAP. XX.

51. q. d. qui in hoc ſeculo viuunt, mori poterunt, ideo opus matrimonio, ob ſucceſſionem. o. Græc. idem verbum quod proximè vertit, traduntur ad nuptias.

[54] filij reſurrectionis. Quòd verò reſurgant mortui, [55] & Moyſes oſtendit, ſecus rubum, ſi-
cut dicit Dominum [56] Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Iacob. Deus autẽ non
eſt mortuorum, ſed viuorũ [57] omnes enim [58] viuunt ei. Reſpondentes autem quidã Scri-
barum, dixerunt ei, Magiſter, bene dixiſti. Et amplius non [p] audebant eum quicquã in-
[59] terrogare. Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Chriſtum filium eſſe [60] Dauid? & ipſe
Dauid dicit in [q] libro Pſalmorum, [r] Dixit [61] Dominus [62] Domino meo, ſede à [63] dextris meis,
[64] donec ponam [65] inimicos tuos [66] ſcabellum pedum tuorũ. Dauid ergo Dominum illum
vocat: & [67] quomodo [68] filius eius [s] eſt? Audiente autem omni populo, dixit diſcipulis ſuis:
[69] Attendite à Scribis qui volunt ambulare in [70] ſtolis, & amant ſalutationes in foro, &
primas cathedras in ſynagogis, & primos [71] diſcubitus in conuiuiis. qui [72] deuorant do-
mos [73] viduarum: [74] ſimulantes longam [75] orationem: hi accipient [76] damnationem [77] maiorem.

SENS. LIT. IN CAP. XX.

54. Int. ſine labe corruptionis viſione Dei fruuntur. Beda. ¶ Theop. filij Dei dicuntur qui per reſurrectionem regenerantur. 55. Int. quem vos recipitis, alioquin poterat aperiora dare de reſurrectione teſtimonia Prophetarũ, ſed Prophetas Saducæi non recipiunt. Beda. 56. Int. qui iam mortui erant quando hæc dicebat, probat ergo per hoc poſt mortem animas permanere, quia non eſt Deus non exiſtentium, & ſic introducitur corporũ reſurrectio quæ cum animabus bene vel male geſſerũt. Beda. ¶ Theophil. ſi Patriarchæ rediſſent in nihilum; & non viuerent apud Deum in ſpe reſurrectionis, non dixiſſet, Ego ſum; ſed fueram. Chryſ. eſt quidem Deus communis orbis Dominus, ſed ſpecialiter ſe horũ Deum dicit. 57. Int. quorum Dominus, & Deus eſt. 58. Theophil. viuunt apud eum in ſpe reſurgendi.

59. Beda. ſed comprehenſum tradiderunt Romanæ poteſtati, venena inuidiæ poſſunt quidem ſuperari, ſed difficile conquieſcere. 60. Int. non reprehenduntur quia Dauid filiũ dicunt, ſed quia Dei filium non credunt. Amb. t. Glo. iſtud dicere eſt, æqualem ſibi filium generare. 61. Int. ſcilicet Pater. Ambr.

62. Int. ſ. Filio. Ambr. non duo tamen Domini, ſed vnus Dominus. 63. Ambr. non præfertur qui ad dexteram ſedet, gradus non quæritur dignitatis, vbi plenitudo eſt diuinitatis. Aug. de Symbolo. Dextera eſt poteſtas quam accepit ille homo ſuſceptus à Deo, vt veniat iudicaturus, qui primo venerat iudicandus. Cyril. ſignificatur ſuperna gloria, regnumque, & omnium poteſtas, quorum enim thronus æqualis, & maieſtas. 64. Int. non ad horam. 65. Int. inobedientes. 66. Int. i. ſubjiciam tibi nolentes, & volentes. Amb. ſubjiciuntur à Patre inimici Chriſto, & Filius ſubjicit inimicos Patri, Patrem enim clarificat ſuper terram. ſ. eſt, vna vtriuſque natura, & alter in altero operatur. 67. Int. q. d. repugnantia ſunt hæc ſecundùm veſtrum intellectum. 68. Int. ſ. ſi purus homo eſt. Chry. Dauid Chriſti pater ſecundùm carnem, ſeruus ſecũdùm ſpiritum. s. Chry. nihil fortius quàm ex Prophetis diſputare, Chriſto faciente miracula ſæpe contradicebant, cùm allegauit, propheticã tacuerunt. 69. Theoph. quia eos orbis doctores mittebat, meritò monet, ne imitentur Phariſæorum ambitionẽ. Bed. iubet nec æſtimare bona eſſe quæ iſti faciunt, nec imitari. 70. Int. i. cultioribus veſtimentis induti, in publicum procedere, quod reprehenditur in diuite qui induebatur purpura & byſſo. Beda ¶ Cyril. paſſiones Scribarum erant amor inanis gloriæ, & lucri. 71. Beda. non vetat primos diſcumbere, quibus id officij ordine competit, ſed docet cauendos qui id indebitè amant. 72. Beda. non ſolùm laudes, ſed & pecunias quærebant. Chryſ. non dicit comedunt, ſed deuorant. 73. Int. quæ habent affectum religionis, ſed neſciunt ſibi prouidere:

74. Beda, ſimulantes ſe magni meriti apud Deum, ab infirmis, & peccatorũ conſcientia turbatis, quaſi patroni pro eis in iudicio futuri, pecunias accipiunt. 75. Glo. vt religioſiores appareant. 76. Glo. oratio iſtorũ fit in peccatum. 77. Theoph. quia nõ ſolùm mala faciunt, ſed orationes prætendunt, & virtutem faciunt prauitatis excuſationem. Sed quia laudes ab hominibus, & pecunias quærũt. Glo. inſinuat eos qui in angulis ſtantes, orant vt videantur ab hominibus, damnationem mereri, ſed iſtos maiorem.

ADDIT. AVCT IN CAP. XX.

54. pro, ad reſurrectionem pertinentes. vel qui per reſurrectionem velut iterum naſcuntur. p. ſ. Saducæi, vel etiam alij, ſed id tamen poſt alteram quæſtionem, de qua Matth. & Marc. q. vel hinc apparet vnus eſſe Pſalmorum liber.

CAPVT XXI.

REſpiciens autem, vidit eos qui [a] mittebant munera ſua in [1] gazophylacium diuites. [2] Vidit autem & quandam viduam pauperculam [3] mittentem [4] æra minuta duo. Et dixit, Verè dico vobis, quia vidua hæc pauper, plus [5] quàm omnes miſit: nam omnes hi ex [b] abundanti ſibi miſerunt in munera Dei: hæc autem ex eo [c] quod deeſt illi, omnem victum ſuum quem habuit, miſit. Et quibuſdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus & [d] donis ornatum eſſet, dixit: [e] Hæc quæ videtis, venient dies in quibus non [6] relinquetur lapis ſupra lapidem qui nõ deſtruatur. [7] Interrogauerunt autem illum, dicentes: Præceptor, quando hæc erunt? & quod ſignũ cùm fieri [8] incipiẽt? Qui dixit, [9] Videte ne [10] ſeducamini. [11] Multi enim [12] veniẽt in nomine meo dicẽtes [13] quia [14] ego ſum: & [15] tẽpus appropinquauit, [16] nolite ergo ire poſt eos.

SENS. LIT. IN CAP. XXI.

1. BEDA. ita appellari ſolet locus, quo diuitiæ ſeruantur, φυλλάτλειν enim Græcè ſeruare; Gaza, lingua priſca, diuitiæ. Erat autem arca foramen habens deſuper, poſita iuxta altare, ad dexteram ingredientibus templum, in quam mittebant ſacerdotes omnem pecuniam quę deferebatur ad templum. Glo. porticus etiam in quo arca ſeruabatur, gazophylacium dicebatur, vnde hæc locutus eſt Ieſus in gazophylacio docens in templo. 4 Cyril. i. duos obolos, quos cum ſudore ad victum diurnum acquiſierat. 5. Cyril. non paucitatem oblati, ſed copiam affectus intuitus eſt Deus. 6. Int. hoc quadrageſimoſecundo anno poſt paſſionem Domini factum eſt à Romanis. Beda. voluit Deus ciuitatem & templum ſubuerti, ne infirmi in fide, illam videntes ſtare, & ſacrificiorum ritum, ſubuertetentur. 7. Cyril. putabant Chriſtum locutum de ſeculi conſummatione. Gloſſ. Petrus, Iacobus, Iohannes, & Andreas ſeparatim (vt Marcus ait) quæſierunt tempus, & ſigna deſtructionis. 8. Amb. Matthæus etiam de ſeculi conſummatione interrogationem addidit. 10. Int. id eſt, ne quis perſuadeat, quaſi hæc mox ſint ventura. 11. Int. horum primus fuit Simon Magus. 12. Int. ſ. ante horum completionem. Tit. fortè dicit pſeudochriſtos, qui fuere tempore Apoſtolorum. Beda. multi imminente Hieroſolymorum excidio ſe Chriſtos dicebant, & tempus libertatis appropinquare, multi etiam in Eccleſia Hæreſiarchæ diem Domini inſtare prædicarunt, quos Apoſtolus ad Theſſal. damnat. 14. Athanaſ. in vnaquaque hæreſum diabolus dicit: Ego ſum Chriſtus, & apud me veritas eſt. 15. Int. ſ. libertatis & pacis. 16. Cyril. Chriſtus in primo aduentu voluit latere, vt crucem ſuſtineret pro nobis, ſed ſecundus aduentus erit terribilis, & manifeſtus.

SENS. MYST. IN CAP. XXI.

a. BEDA. diuites mittentes munera, Iudęi de legis iuſtitia elati, qui mittunt ex abundanti, præſumunt enim de iuſtitia, vidua, Eccleſia paupercula, quia ſuperbiæ ſpiritum, vel peccata, tanquam mundi diuitias abiecit, vidua autem, quia vir eius pro ea mortuus, hæc in conſpectu Dei, apud quem oblationes conſeruantur, munera ſua defert, omne, quod viuit, Dei eſſe muneris intelligit. Theoph. vidua, quęlibet anima orbata quaſi primo viro, priſtina lege, quæ Deo offert fidem, & conſcientiam bonã, quod plus eſt quàm quod afferunt diuites in ſermone, & gentilium virtutibus. 2. Beda. Dominus ſicut operantes in domo ſua diſcutit, ita & dona ferentes reſpicit. 3. Int. non perpendit Deus quantum in eius ſacrificio, ſed ex quanto proferatur. Beda. nec ſubſtantiam, ſed cor penſat.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXI.

1. Gaza, Perſicum vocabulum, diuitias ſignificat, φυλάττω, cuſtodio. b. id eſt, ex eo quod ſupereſt. c. id eſt, ex penuria ſua, vt vertit in Marco. d. ἀναθήμασι, ἀνάθημα, donum in templo ſuſpenſum, ἀναθεῖναι enim ſeponi, ſuſpendi accipitur & in malam partem, ſicut & ſacrum. e. pro, ex iis quæ videtis. 8. Gra. quando futura ſunt.

Cùm autem audieritis[17] prælia[18], & ſeditiones[19],nolite terreri : oportet primùm hæc fieri,ſed[20] nondum ſtatim[f] finis. Tunc dicebat illis,Surget[21] gens contra genté, & regnum aduerſus regnum.Et terræmotus[22] magni erunt per loca ; & peſtilentiæ,& fames,terroréſque[g] de cælo : & ſigna[23] magna erunt. Sed[24] ante hæc omnia injicient[25] vobis manus ſuas : & perſequentur, tradentes in ſynagogas & cuſtodias,tradentes ad Reges & Præſides propter nomen meum.Continget auté vobis in teſtimonium[26]. Ponite[27] ergo in cordibus veſtris non præmeditari quemadmodum reſpondeatis. Ego enim dabo vobis os[28],& ſapientiam, cui non poterunt reſiſtere,& contradicere omnes aduerſarij veſtri.TVademini autem à parentibus[29],& fratribus,& cognatis,& amicis,& morte afficient ex vobis,& eritis odio omnibus hom inibus propter nomen meũ:& capillus[30]

SENS. LIT. IN CAP. XXI.

17. Int.ſ.ante excidium.Greg.in hom.perituri mundi præcurrentia mala denunciat, vt minus perturbent venientia,præuiſa enim iacula minus feriunt. 18. Int.ſ.hoſtiũ.Greg.in ho. 19. Int.ſ.ciuium. Greg.in ho. ¶ Glo.abundarunt hæc in Iudæa à paſſione Domini. Amb. verborum cæleſtium nos maximè teſtes ſumus, quos mundi finis inuenit: quanta enim prælia, & quas opiniones accipimus præliorum? 20. Greg.in ho.vltima tribulatio multis tribulationibus præuenitur.Amb.occaſum ſeculi præcedunt quædam ægritudines mundi.i.fames.peſtilentiæ,& perſecutiones Greg.in ho.omnia, quæ ad vſum vitæ accipimus,ad vſum conuertimus culpæ, ad vſum ergo nobis vertuntur vltionis. f. Chry. ciuitatis,vt.ſ.Hieroſolyma capiatur. 21. Int.conſtat hæc omnia contigiſſe tempore Iudaicę ſeditionis, ante vltimam prouinciæ euerſionem. Theoph.Authore pacis perempto,meritò in eis ſeditiones & bella locum habuerunt;ex bellis autem peſtis & fames conſequitur. 22. Chry. eſt id quandoque iræ ſignum,vt cùm crucifixus eſt Dominus, aliquando prouidentiæ, vt cùm orantibus Apoſtolis motus eſt locus. 23. Gloſſ.narrat Ioſephus ſtellam gladio ſimilem per annum ſupra Hieroſolymam pependiſſe, & currus, equitéſque armatos quadraginta diebus in aëre certaſſe, & vitulum inter manus immolantium agnam peperiſſe. 24. Glo.quo merito hæc contigerint, ſubinfertur. 25. Int.hæc maxima etiam cauſa fuit excidij Iudæis, quòd poſt occiſionem Domini nominis etiam eius præcones & confeſſores impia crudelitate vexabant. 26. Græc.i.in martyrij gloriam. Greg.in hom.in teſtimonium eorũ, qui vel perſequendo mortem inferunt, vel videndo non imitantur,vt inde peruerſi ſine excuſatione pereãt, vnde electi exemplum capiunt,vt viuant.Gloſſ.mors iuſtorum bonis eſt in adiutorium, malis in teſtimonium damnationis. 27. Int.q.d.nolite terreri,vos enim ad certamen acceditis,ſed ego prælior,vos verba editis,ſed ego ſum qui loquor.Greg.in ho.quia verò auditis tot terroribus turbari poterant, hæc ad eorum conſolationem ſubdit. Theoph.erant idiotæ,& imperiti,ne ergo turbarentur, reddituri ſapientibus rationem, hoc Dominus dicit. 28. Theoph.id eſt,facundiam. 29. Greg. in hom. plus in nobis ea tormenta ſæuiunt, quæ ab illis patimur, de quorum mentibus præſumebamus, cùm malo enim corporis mala nos cruciant amiſſæ charitatis Gregor. Niſſ. erant gentiles cognatorum fidelium proditores,& accuſatores. 30. Greg. in hom. quia dura ſunt quæ prædicantur de afflictione mortis, conſolatio ſubditur de gaudio reſurrectionis.

SENS. MYST. IN CAP. XXI.

21. Beda.poteſt regnũ contra regnũ,& peſtilentia, & fames audiendi verbi Dei,& cõmotio terræ in hæreticis intelligi,qui contra ſe inuicẽ dimicantes,Eccleſiæ victoriã faciunt. Ambr.ſunt & diuerſarum cupiditatum prælia,& ſtudiorum conflictus, grauioreſq; ſunt multo domeſtici hoſtes, quàm extranei.
30. Beb.nõ ſolũ fortia facta, vel dicta ſanctorũ, ſed & tenuiſſima cogitatio digna mercede donabitur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXI.

g. Gra. φόϐητρα, terriculamenta. 26. ſcilicet, quo veſtra probetur conſtantia, & perſequentiũ malitia condemnetur,vel vt teſtes illis de me ſitis, vel εἰς μαρτύριον, id eſt,martyrij gloriam. h. pro, vos defendatis,ſeu cauſam dicatis, vt eſt Græcè. 30. id eſt,nihil mali patiemini. vide ſimilem phraſim. 1. Regum 14.2.Regum 14.3.Regum 1.

de

de capite veſtro non peribit. In patientia[l] veſtra poſſidebitis[31] animas veſtras. Cùm[32]
autem videritis circundari ab exercitu Hieruſalem: tunc ſcitote, quia appropinqua-
uit deſolatio[33] eius. Tunc[34] qui in Iudæa ſunt, fugiant[35] ad montes: & qui in medio eius,
diſcedant[36]: & qui in regionibus[m], non intrent in eam, quia dies vltionis[37] hi ſunt,
vt impleantur[*] omnia quæ ſcripta ſunt. Væ autem prægnantibus[38] & nutrientibus in
illis diebus, erit enim preſſura[n] magna[39] ſupra terram, & ira[o] in populo hoc. Et cadent[40]
in ore[p] gladij, & captiui ducentur in omnes[41] gentes, & Hieruſalem calcabitur à gen-
tibus, donec impleantur tempora[42] nationum[q]. Et erunt[43] ſigna[44] in

Sen. Lit. In Cap. XXI.

31. Greg. in hom. dum nobis dominari diſcimus, hoc incipimus poſſidere quod ſumus, eſt autem patientia mala aliena æquanimiter perpeti, & contra irrogantem nullo dolore morderi. 32. Int. hucuſque ea quæ per quadraginta annos, nondum fine aduentente, futura erant, hic finis deſolationis, quæ à Romanis facta eſt. Beda. 33. Euſeb. nulla erat futura poſtea innouatio, ſicut tempore regis Perſarum, & illuſtris Antiochi, & Pompei. Aug. ad Eſechium. Lucas hæc Domini verba ideo hîc commemorat, vt oſtendat tunc factam abominationem deſolationis, à Daniele prædictã, (de qua Matth. & Marc.) quando eſt expugnata Hieruſalem. 34. Int. i. tempore proximo, ante obſidionem, dum adhuc fugere licebit, dum miles Romanus per Galilæam, & Samariam ſe diffundere cœperit. Beda. 35. Int. i. qui extra ſunt, non fugiant in Hieruſalem. Beda. narrat Eccleſiaſtica hiſtoria cũctos, qui erant in Iudæa Chriſtianos, imminente Hieroſolymorum exeidio, commonitos à Domino, diſceſſiſſe, & trans Iordanem habitaſſe in ciuitate Pella, donec deſolatio Iudææ completetur. 36. Beda. ſ. ante obſidionem. 37. Int. ſ. Dominici ſanguinis. Beda. 38. Int. quarum vteri, vel manus filiorum ſarcina prægrauatæ, fugæ neceſſitatem impedirent. Beda. ¶ Theop. quidam dicunt ſignificatum per hoc filiorum eſum, quem & Ioſephus narrat. 39 Chry. talia eos mala occuparunt, vt nulla deinceps ærumna poſſit eorum calamitatibus adæquari, vt Ioſephus narrat. Gloſ. hæc preſſura & ita vſque hodie Iudæis per omnes gẽtes diſperſis durat, ſed non ſemper durabit. 40. Euſeb. factum hoc ſub Tito & Veſpaſiano, deinde ſub Adriano.
41. Euſeb. totũ orbem repleuerunt, eumque eorum terra ab alienigenis inhabitetur, ſolis ipſis eſt facta inacceſſibilis. 42. Beda. de quib. Paulus, Cæcitas ex parte facta eſt in Iſraël, donec plenitudo gentium introiret, & ſic omnis Iſraël ſaluus fieret; qui cũ promiſſa ſalute fuerit potitus, ad patriũ ſolũ rediturũs non temerè ſperatur. Gloſ. i. donec plenitudo gentium intrauerit. 43. Beda. quid impletis nationum temporibus ſequatur, ex ordine manifeſtat. 44. Amb. hæc Matthæus euidentiùs exprimit.

Sens. Myst. In Cap. XXI.

33. Amb. abominatio deſolationis aduentus Antichriſti, qui ſibi vendicabit diuinæ ſolium poteſtatis, & ſacrilegiis mentium interiora contaminabit, tunc plerique à vera religione labentur, eſt & alius Antichriſtus. i. diabolus, qui Hieruſalem, id eſt, animam pacificam obſidere nititur ſuæ legionis exercitu, eſt & tertius Arrius, & Sabellius, & quicunque nos praua interpretatione ſeducunt, prægnantes autem ſunt, quia vternam ſuæ carnis extendunt, & quibus greſſus pigreſcit animatum. Item, qui in bonorum actuum molimine conſtituti, nec dum aliquos ſuſcepti operis dedere proceſſus, nutrientes, imperfecti, quaſi imperfectorum parentes operum.

Addit. Avct. In Cap. XXI.

*l. Græc. ὑπομονῇ, id eſt, per ſuſtinentiam, tolerantiam, & perſeuerantiam. 31. pro, lucrabimini, ſeu obtinebitis, quaſi dicat, ſaluabimini. vide Matth. 24. m. pro, peregrè agunt. * planè hinc apparet multa eſſe in Prophetis de vaſtatione Ieruſalem ad Romanorum expugnationem referenda. n. id eſt, coarctatio, anxietas. o. id eſt, graues pœnæ ſumentur de populo hoc. p. pro, acie Hebr. q. quaſi dicat, dum gentes durabunt, ſcilicet, vſque ad finem ſeculi: vel dum implebuntur tempora ordinata à Deo ad vltionem Iudæorum per gentes.*

[45] ſole,& luna,& ſtellis : & in [46] terris [r] preſſura gentium, præ [47] confuſione ſonitus maris, & fluctuum , [48] areſcentibus hominibus præ timore , & expectatione quæ [49] ſuperuenient vniuerſo orbi.Nam [50] virtutes cælorum mouebuntur : & tunc [51] videbunt Filium hominis venientem in [52] nube cum poteſtate magna,& [53] maieſtate. His [54] autem fieri incipientibus,reſpicite, & [55] leuate capita veſtra : quoniam appropinquat [56] redemptio veſtra. Et dixit illis ſimilitudinem, [57] Videte ficulneam,& omnes arbores:cùm producunt iam ex ſe [s] fructum,ſcitis quoniam propè eſt æſtas:ita & vos cùm videritis

Sens. Lit. In Cap. XXI.

45. Int.Sol vertetur in tenebras,& luna in ſanguinem,antequã veniat Dies Domini magnus,& manifeſtus. Euſeb.Chriſtus ipſe vice luminarium fulgebit,eiuſque aduentu ſol,& cętera ſidera occultabuntur.Chry.apparente Chriſto obtenebreſcet ſol. Aug. ad Eſichium,quia hæc etiam ante primum aduentum fieri conſueuerunt,melius in Eccleſia exiſtimo intelligi.Eſt enim hæc ſol,luna,& ſtellæ, quæ tunc non apparebit perſecutoribus vltra modum ſæuientibus,erit autem preſſura gentium,non quæ in ſemine Abrahæ benedicentur,ſed quæ ad ſiniſtram ſtabunt:& virtutes cælorum mouebuntur.i.quidam fideles fortiſſimi turbabuntur impiis perſequentibus. Amb. plurimis à religione deficientibus elata fides obſcurabitur nube perfidiæ:in perſecutionibus enim lucem diuini Solis plerunque amor vitæ huius excludit;cadunt etiam ſtellæ.i.gloria micantes viri;ſic probantur boni,produntur infirmi. 46. Int.ſ.tempore Antichriſti,quãdo veniet tribulatio magna,qualis nõ fuit ab initio mũdi,neque fiet. 47. Theop. mare terribiliter fremet,& litus tempeſtate agitabitur. 48. Euſeb.i.tabeſcentibus. 49. Aug. ad Eſichium. Eccleſia vniuerſo orbe tribulabitur. 50. Theop.ſtupebunt Angeli tam terribilibus orbis mutationibus.Greg.in hom.apparebũt tunc viſibiliter Angeli,exigentque à nobis diſtrictè, quod Deus nunc æquanimiter portat. Euſeb.miniſterio Angelorum cæli fores patebunt,vt ſpectentur excelſa;vel Angeli qui præſunt ſenſibilibus partibus orbis,ab eo miniſterio abſoluentur. Chry. Angeli etſi ſibi conſcij non ſint, videntes tamen infinitos condemnari, non intrepidè ſtabunt illic. Beda.contremiſcunt columnæ, vt in Iob dicitur,quid ergo facient tabulæ? 51. Theop.ſ.tam fideles,quàm infideles:radiabit enim amplius ſole Chriſtus,& eius crux. 52. Aug.vel in Eccleſia ſua,in qua tanquam in nube nunc venire non ceſſat,ſed tunc maior maieſtas, & poteſtas illius apparebit Sanctis, quibus magnam virtutem dabit,ne vincantur,vel in corpore ſuo,in quo ſedet ad dexteram Patris,veniet in nube,ſicut abiit. Chryſ.ſemper Deus in nube apparet,iuxta illud:Nubes & caligo in circuitu eius. Apparebit ergo Chriſtus vt Deus,& in gloria digna Deo. 53. Greg.in hom.videbunt in maieſtate,quem in humilitate poſitum audire noluerunt,vt eius virtutem tanto tunc diſtrictiùs ſentiant , quanto nunc ceruicem cordis ad eius patientiam non inclinant. 54. Greg.in hom.pręmiſſa contra reprobos dixęrat,nunc ad conſolationem electorum conuertitur. 55. Greg.in hom.i. exhilarate corda. In Scriptura enim ſæpè caput pro mente ponitur:vt enim à capite reguntur membra,ita à mente cogitationes diſponuntur; leuare ergo capita,eſt mẽtes ad gaudia cæleſtia erigere.Euſeb. Acceptis Dei promiſſis, quæ ſperamus, erigemur ; qui antè curui fueramus,& humiliati. Dicit autem Chriſtus ad diſcipulos,non tanquam durare deberent ipſi vſque ad finem mundi,ſed quia ex ipſis , & omnibus fidelibus vnum fit corpus. 56. Theoph. id eſt , perfecta libertas corporis & animæ. Primus Chriſti aduentus fuit ad reformationẽ animarum:ſecundus erit ad reformationem corporum. 57. Greg.in hom.quòd calcari mũdus,& deſpici debeat,cõparatione declarat.q.d. ſicut ex fructu arboris vicina æſtas agnoſcitur,ita ex ruina mundi propè cognoſcitur eſſe regnum Dei; oſtenditur autem hinc fructum mundi ruinam eſſe, bene autem comparatur æſtati regnum Dei, quia tunc mœroris nubila tranſeunt,cùm vitæ dies æterni ſolis claritate fulgeſcunt.

Sens. Myst. In Cap. XXI.

57. Amb.cùm omnis lingua confitetur Deo,confitente etiam populo Iudæorum, ſperare debemus Chriſti aduentum,quo tanquam temporibus æſtiuis reſurrectionis fructus metentur.

Addit. Avct. In Cap. XXI.

r. Græc.συνοχὴ,anguſtia. 47. Græc.ἀπορίᾳ,perplexitate, ſeu deſperatione illi ſimili qua qui nauigant afficiuntur,cùm mare æſtuat & fremit. 48. Græc. ἀποψυχόντων, exanimatis, ſeu extabeſcentibus.

55. pro,gaudete,& confidite,mœſti enim in terram vultum demittunt,contra qui reſpirãt,à malis eleuant,capita autem.i.mentes. s. i.folia,& gemmas,vt patet ex aliis Euangeliſtis, nec hic Græcè eſt fructus,ſed ſolùm προβάλωσι.i.perduxerint, ſeu proruperint.ſ.in gemmas,aut frondes.

[58] hæc fieri,ſcitote quoniam [59] propè eſt [60] regnum Dei.[61] Amen dico vobis quia nou [62] præter-
ibit [63] generatio hæc:donec [t] omnia [64] fiant.Cælum & terra [65] tranſibunt : [66] verba autem mea
non tranſibunt.[67] Attendite autem vobis,[u] ne fortè grauentur [x] corda veſtra [aa] in crapula,&
[68] ebrietate,& [bb] curis huius vitæ:[69] & ſuperueniat in vos repentina dies illa.tanquā [70] laqueus
enim ſuperueniet in omnes qui [71] ſedent [cc] ſuper faciē omnis terræ. [dd] Vigilate itaque omni
[72] tēpore [ee] orātes,vt digni habeamini [73] fugere iſta omnia quæ futura ſunt,& [74] ſtare ante Fi-
liū hominis.Erat autem [75] diebus docēs iu templo:[76] noctibus verò exiens,[77] morabatur in
[ff] monte,qui vocatur Oliueti.Et omnis populus [78] manicabat ad eū in tēplo audire eum.

Sen. Lit. In Cap. XXI.

58. Aug.ad Eſichium.in his eſt quod ait, Et tunc videbunt Filium hominis venientem.ait enim Matthæus:Cùm videritis hæc omnia. 59. Tit.dum hæc fient,nōdum vltimus finis rerum eueniet,ſed iam in finem tendent.Euſeb.ſicut recedente hyeme,& ſuccedente vere,ſol fouet, & viuificat ſemina, pullulántque vario virore, ſic Chriſti aduentus nouum ſeculum illuſtrabit, dormiētes in puluere potioribus corporibus producens in lucem,&c. 61. Beda.ſi fas eſt dicere, iuratio eſt, Amen quippe interpretatur verum,q.d.verum dico vobis. 62. Int.ſ.de mortalitate ad immortalitatem. 63. Int.i.omne humanum genus, vel gens Iudæorum,quæ non deficiet, donec veniat dies iudicij. Beda. vel nouam Eccleſiæ generationem dicit. 64. Int.ſ.aëreum,non æthereum.Beda. 65. Int.ſ.innouabuntur depoſita priori forma,permanente autem ſubſtantia,vnde dicitur, Terra in æternum ſtat.Beda. 66. Theoph. q. d. etſi cuncta commoueantur,fides tamen in me non deficiet. 67. Theoph.cōtra prædicta mala remedium eſt,cautela,& oratio.Baſil.attendite,vt diſcernere poſſitis à ſalubri nociuum, dicit verò vobis,quia animæ præcipua cura habenda. 68. Baſil.Ebrietas eſt nimius vſus vini,crapula verò, anxietas, & nauſea, quæ eſt in ebrietate. 69. Int.pro,& ideo. 70. Int.ſ.perpetuò retinens, quod ſemel ceperit. 71. Int. ſ.quibus placent illecebræ huius mundi.Theoph.non capientur ſolertes, & prompti ad bonum, non ſedentes,& orantes in terrenis, ſed talibus dies illa erit feſtiua,& non laqueus. 72. Int.non quibuſdam certis diebus, vel horis. 73. Aug.2.de con. Euan. hæc eſt illa fuga quæ non debet fieri in hyeme, ad quam pertinent curæ huius vitæ quæ triſtes ſunt velut hyems, nec ſabbatho, ad quod pertinet crapula & ebrietas;ſabbatho enim Iudæi delitiis affluunt,dum ſpirituale ſabbathum ignorant. 74. Int.hæc eſt ſumma beatitudinis, in præſentia iudicis ſui ſecurum conſiſtere. Theop.hæc angelica gloria ſtare ante Filium hominis Deum noſtrum,& faciem eius iugiter cernere. 75. Beda.quod verbis præceperat,confirmat exemplis,doctrina, vigiliis,& precibus inſtans.Cyril.docebat tranſcendentia cultum legis,inſtabat enim tempus,quo erat vmbra in veritatem transformanda. Theoph. multa Chriſti documenta tacuerunt Euangeliſtæ, ex pluribus pauca deſcribentes: dederunt ſcilicet nobis quendam guſtum dulcedinis doctrinæ ipſius Gloſ.eos pro quibus paſſurus erat,verbo prouocat, & oratione Patri commendat.

76. Theop.oſtendit Dominus nobis oportere noctu,& quiete alloqui Deum, & in die prodeſſe hominibus,noctéque collecta,diſtribuere. 77. Theoph. non quaſi opus habens oratione, ſed vt exemplum daret. 78. Int.id eſt,manè ire accelerabat.Cyrill.

Sens. Myst. In Cap. XXI.

75. Beda. docet diebus in templo, qui inter proſpera ſobriè & piè, iuſtéque conuerſatur, formam enim boni operis fidelibus præbet,noctibus verò in monte Oliueti moratur, qui in tenebris anguſtiarum ſpirituali conſolatione reſpirat: manicat verò ad hunc populus, cùm eum,diſcuſſis operibus tenebrarum,vel preſſurarum nebulis imitatur.

Addit. Auct. In Cap. XXI.

t. ſ.quæ prædixi,ſeu promiſi. 67. i.cauete. u. i.nequādo x. i.mens,animus. a a. pro,per crapulam. 68. intellige per hæc reliquas voluptates noxias. b b. i ſollicitudinibus,de rebus ad vitā hāc pertinētibus. 71. ſ.terrenis affixi. c c. pro,ſufficit.Hebr. d d. opera noſtra requiritur. 72. coniungendū cum vigilate,& orantes. e e. à Dei gratia pendendum. ſ. vtroque opus, & Dei gratia & noſtra induſtria. 74. i.confidentes.ſic Sap. 5. Stabunt iuſti in magna conſtantia. f f. vel Bethaniam intelligit, quæ ad latus montis,vel ſignificat noctibus in monte orationi incubuiſſe. 78. verbum Græcum in Pſalmis vertitur,de luce vigilate: quidam legunt, manè ibat, fortè legendum, manitabat,quaſi manè itabat, quanquam & manicabat videtur poſſe legi. Hiſpanè diceretur. madrogaua.

CAP.

CAPVT XXII.

APPROPINQVABAT autem dies feſtus Azymorum[a], qui dicitur Paſcha[1]: &[b] quærebant Principes[2] ſacerdotum & Scribæ quomodo eum interficerent: timebant[3] verò plebem. Intrauit[c] autem Satanas in Iudam[4], qui cognominabatur Scarioth[5], vnum de duodecim[6]. & abiit[7], & locutus eſt cum Principibus ſacerdotum, & magiſtratibus[8], quemadmodum illum traderet[9] eis. Et gauiſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam[10] illi dare. Et ſpopondit[11]. Et quærebat opportunitatem vt traderet illum ſine turbis[d]: Venit autem dies Azymorum[12], in qua neceſſe erat occidi[e] paſcha[13]: & miſit Petrum[15] & Iohannem, dicens: Euntes parate nobis Paſcha,

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

1. IN r.i.prima die azymorum poſt immolationem agni.ſ.decimaquinta dies, quæ erat ſolemnis.Bed. Paſcha Hebraicè phaſe nominatur; non à paſſione, ſed à tranſitu, quia pertranſibat exterminator, videns ſanguinem in foribus Iſraëlitarum, nec eorum primogenita percutiebat: vel quia Dominus populo ſuo auxilium præbens, deſuper ambulabat. Differt autem Paſcha, & Azyma, quòd Paſcha dicitur dies quo agnus occidebatur.ſ.decimaquarta luna primi menſis: decima verò quinta ſuccedebat feſtiuitas Azymorum; ſed Scriptura vnum pro alio ponere ſolet. b. Beda.hæc ante biduum Paſchæ, congregatis eis in atrio Cayphæ, Matthæus acta teſtatur. 2. Chry. Moyſes quidem præcepit vnum eſſe Principem ſacerdotum, & illo defuncto, creari alium: ſed tunc, incipientibus diſſolui Iudaicis ritibus, multi erant Principes ſacerdotum annuatim ſuccedentes. 3. Int.non metuentes ſeditionem, ſed ne auxilio populi de ſuis manibus tolleretur.Beda. 4. Tit.non impellens eum, ſed patulũ inueniẽs oſtium. Gloſſ.quem priùs intrauerat, vt deciperet poſtmodum, vt ait Iohannes, accepta buccella, intrauit, vt.ſ.ſibi traditũ, plenius poſſideret. 5. Chry.Erat enim alius Iudas. 6. Chry.hoc addit ad exaggerandũ peccatum, vt qui eſſet ex Apoſtolorum choro. 7. Int.non à Principibus inuitatur, nulla neceſſitate conſtringitur, ſed propria ſponte ſceleratæ mentis initt conſilium. 8. Theoph. id eſt, præpoſitis conſtructionem templi: vel præfectis populo à Romanis, ne ſinerent tumultus fieri. 9 Int.ſ.ſine turbis.Chry. facit auaritia impios. 12. Int.ſ.decimaquarta luna.Beda. 13. Int.id eſt, Agnus paſchalis.Beda. ¶ Euſe. Chriſtus Paſcha celebrauit prima die Azymorum, id eſt, feria quinta; Iudæi autem in Paraſceue quando paſſus eſt Dominus: vnde non introierunt in atrium Pilati, vt manducarent Paſcha, cùm enim eſſent in aliud attenti, poſtridie eius diei, quo debuerant, Paſcha immolarunt. 15. Theoph. alterum vt diligentem, alterum vt dilectum. Mittit verò ad alienam domum; nam nulla domus erat ei, nec diſcipulis, alioqui apud aliquem illorum celebraſſet.

SENS. MYST. IN CAP. XXII.

a. BEda. durabat feſtiuitas azymorum ſeptem diebus, nempe toto huius ſeculi tempore, quod ſeptem diebus agitur, in azymis ſinceritatis & veritatis viuendum eſt. 11. Beda.multi Iudæ ſcelus exhorrent, nec tamen cauent: qui enim charitatis & veritatis iura ſpernit, Chriſtum, qui eſt veritas & charitas, prodit. 15. Theop.Chriſti myſteria parant Petrus & Iohannes.i.actio & contemplatio, feruor, & manſuetudo, his occurrit homo.i.ſtatus hominis creati ad Dei imaginem, amphora, humilitas cordis; aqua, gratia Spiritus ſancti, quæ datur humilibus. Amb. Amphora, menſura perfectior, aqua, Chriſti ſacramentum.Beda. Tolluntur crimina viuifici fontis baptiſmate. Glo.ſignificabatur per aquam baptiſmi celebrandum Paſchæ myſterium pro mundi ablutione. Orig.in Matt. Homo portãs amphoram aquæ, Moyſes portans ſpiritualem doctrinam in corporalibus hiſtoriis, paterfamilias, intellectus in homine. Gloſſ. cœnaculum magnum dicitur; ſpiritualis enim lex de anguſtiis litteræ egrediens, in ſublimi loco recipit Saluatorem, qui aquæ baiulum, id eſt, gratiæ præconem in domum Eccleſiæ ſequitur, in mentis ſolio refectionem parat Chriſto.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

c. i.inuaſit, ſeu poteſtatem accepit ad nouum facinus, ſicut & Spiritus ſanctus dicitur in ſanctos venire ad nouos.ſ.effectus. 8. hos infrà vocat templi magiſtratus. d. pro, ſine tumultu, cùm.ſcilicet, turbæ abeſſent, quæ tumultum poterant excitare. 9. Græc.θύειν, id eſt, immolari.

vt [16] manducemus. At illi [17] dixerunt: Vbi vis paremus? Et dixit ad eos: Ecce, [f] introeuntibus vobis in ciuitatem, [18] occurret vobis homo [19] quidam [g] amphoram aquæ portans; ſequimini eum in domũ in quam intrat, & dicetis patrifamilias domus: Dicit tibi Magiſter, Vbi eſt diuerſorium vbi Paſcha cum diſcipulis meis manducem? Et ipſe oſtendet vobis cœnaculum magnum ſtratum: & ibi parate. Euntes autem inuenerũt ſicut dixit illis, & parauerunt Paſcha. [20] Et cùm facta eſſet hora, [21] diſcubuit, & duodecim Apo-[22]ſtoli cum eo. Et ait illis, [23] Deſiderio deſideraui [24] hoc Paſcha [25] manducare vobiſcum antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex [26] hoc non manducabo [27] illud donec [28] impleatur in [29] regno Dei: Et [30] accepto calice gratias [31] egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos, dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis, donec [32] regnum Dei veniat. Et accepto [33] pane, [34] gratias egit,

Sens. Lit. In Cap. XXII.

16. Theoph. oſtendit ſe vſque ad extremum vitæ non aduerſatum eſſe legi. 17. Int. ſ. qui non habemus tabernaculum. Beda. nec domicilium. 18. Amb. Maieſtatem diuinitatis aduerte, nouit quid alibi futurum ſit: intuere deinde dignationem: non enim diues, aut potens eligitur, ſed pauper, & anguſtũ hoſpitium pauperis, amplis nobilium ædibus antefertur. Theop. qui mentem ignoti viri ſubegit, vt eos ſuſciperet, poterat cum Iudæis quodcũque voluiſſet tractare. 19. Amb. ſine nomine deſignatur, vt ignobilis æſtimetur. Theop. dicunt quidam ideo tacitum nomen hominis, ne Iudas domum indicaret Phariſæis, qui venientes cepiſſent eam priuſquam cœna fieret. Cyril. ne Iudas eum traderet ante feſtum Paſchæ, non explicauit Dominus domum, vel virum apud quem Paſcha celebraret. Orig. in Matthæũ: Erat iſte miniſter patrisfamilias, portans mundatoriam aut potabilem aquam. 20. Int. i. quartadecima die primi menſis ad veſperam; cùm decimaquinta luna iam terris apparente, iuxta legis edicta inſtabat Paſcha. Beda. licet verò Chriſtus decimaquinta luna ſit crucifixus, tamen nocte qua agnus immolabatur, tentus, & ligatus, immolationis, i. paſſionis ſuæ, ſacrauit exordium. 21. Theoph. at Iudæi ſtantes manducabant Paſcha: quomodo ergo diſcumbit? vbi manducaſſent Paſcha legale, accubuerunt, ſecundùm communem vſum, manducantes alios cibos. 23. Chry. hoc dicit, quia poſt illud Paſcha crux imminebat. 24. Euſe. ſ. nouum myſterium noui teſtamẽti. 25. Theo. q. d. hæc vltima mihi cœna vobiſcum eſt. Euſ. Ebionitarum de carnis eſu dementia redarguitur, Chriſto manducante Paſcha Iudæorum.

26. Int. ſ. tempore. 27. Int. ſ. vetus Paſcha. 28. Bed. ſ. ſpiritualiter intellectum. Gloſſ. vſque hodie manducat Chriſtus Paſcha in Eccleſia, cum ea, quæ Moyſes rudi populo carnaliter obſeruãda præcepit, in membris ſuis ſpiritualiter exercet. 29. Int. id eſt, Eccleſia. 30. Int. Bis dicitur accepiſſe calicem: prior vetus, ſecundus nouus. Gloſſ. hic calix ad vetus Paſcha, cui finem imponebat, pertinet. 31. Bed. quia vetera tranſitura, & ventura erant omnia noua. 32. Beda. id eſt, vſque ad tempus reſurrectionis; poſtea enim, vt ait Petrus, manducauit, & bibit cum illis. Theoph. Reſurrectione adueniente, qua, exterminata morte, regnauit Dominus decorem indutus: iterum cum diſcipulis bibit, vt probaret veritatem reſurrectionis. 33. Beda. Finitis Paſchæ veteris ſolenniis, tranſit ad nouum; carnis ſuæ, & ſanguinis ſacramentum in panis, & vini figura ſubſtituens, Sacerdos in æternum factus, ſecundùm ordinem Melchiſedech. 34. Beda. ſicut & de veteribus terminandis gratias egerat, exemplum dans in omni boni operis inchoatione, & perfectione Deum glorificandi.

Sens. Myst. In Cap. XXII.

31. Chryſ. ſignificauit Chriſtus poſt eſcas orandum eſſe.

Addit. Auct. In Cap. XXII.

f. Græc. εἰσελθόντων, ingreſſis. g. Græc. κεράμιον, i. vas fictile. 23. pro, ſummopere. 24. ſ. legale, nempe illa futura vltima cœna, in qua Eucharistiam inſtituturus, ſeq; poſt in cruce oblaturus. 27. ſcilicet Paſcha, quaſi dicat, non ampliùs in hac vita celebrabo vobiſcum Paſcha, ſed aliud ſpirituale per id ſignificatum in cæleſti regno, ſ. poſt reſurrectionem, cùm à Patre regnum accepero. 30. non bis accepit, etſi Lucas bis narrat, rediens poſtea ad idem magis explicandum.

& fregit[35]: & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus[36] meum quod pro vobis datur[h]. hoc facite[37]
in meam commemorationem[38]. Similiter[39] & calicem[40], poſtquam[l] cœnauit, dicens: Hic
eſt calix nouum[41] Teſtamẽtum in ſanguine[42] meo, qui pro[43] vobis[44] fundetur[45]. Veruntamen[46]
ecce manus[m] tradentis me, mecum eſt in menſa[47]: & quidem Filius hominis, ſecundùm
quod definitũ[48] eſt, vadit[n]: veruntamen[49] væ[50] homini illi per quẽ tradetur. Et ipſi cœperũt[51]

Sens. Lit. In Cap. XXII.

35. Beda. oſtendens ſui corporis fractionem non ſine ſua ſponte futuram. Græc. Fractio panis paſſionem ſignificat; totum verò Chriſti corpus, & ſanguis ſumitur, etiamſi quis myſteriorum partem accipiat. 36. Greg. Niſſ. ante conſecrationem panis eſt; ſed vbi conſecratur, corpus Chriſti. Cyrill. non dubites, veritas enim non mentitur. Inſaniunt ergo qui dicunt myſticam benedictionem ceſſare, ſi quæ reliquiæ manſerint in diem ſequentem: non enim mutatur ſacroſanctum Chriſti corpus. Decebat Chriſtum noſtris quodammodo vniri corporibus per ſacram eius carnem, & pretioſum ſanguinem, quæ accipimus. Ne autem horreremus carnem & ſanguinem, condeſcendens Deus noſtræ fragilitati, conuertit panem in veritate propriæ carnis. Chry. ſuper Ioannem. declarans Chriſtus ſuam erga nos charitatem, ſe nobis palpandum dat, comedendum, & amplectendum. Itaque vt leones flammam ſpirantes, ſic ab illa menſa diſcedimus terribiles effecti diabolo. 37. Int. quotieſcunque manducabitis panem hũc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat. 38. Baſil. i. in memoriam obedientię vſque ad mortem: vt qui viuunt, non amplius in ſe viuant; ſed in eo, qui pro eis mortuus eſt. 39. Int. ſ. dedit eis. Beda. ideò verò cœnati communicarunt Apoſtoli, quia neceſſe erat prius Paſcha typicum conſummari; at nunc in honorem tanti ſacramenti, ieiuni communicamus. 40. Theoph. duos calices Lucas commemorat; alterum de quo ſuprà typicum. ſ. alterum de quo hic. Aug. 3. de con. Euan. Quod Lucas bis de calice commemorauit, illud quidem, quod ſuperius dixit, præoccupatio fuit. 41. Int. ad diſtinctionem veteris, quod ſanguine hircorum, & vitulorum dedicatum eſt. 42. Theop. ſignificat nouum Teſtamentum in ſuo ſanguine exordium ſumere. 43. Int. quia impoſſibile eſt ſanguine hircorum peccata tolli. 44. Chry. hic ſanguis effuſus lauit orbẽ, & adibile fecit cælum; irrigat hic ſanguis animam, magnamque virtutem inſpirat; dæmones fugat, Angelos aduocat: ſi quis tamen conſcientia praua accedat, in pœnam, & ſuppliciũ accedit; pariq́ue pœna plectetur, cum his qui Chriſtũ clauis transfoderunt. 46. Int. q. d. ſed tamen vni de vobis non proderit, per quem fundetur ipſe ſanguis. Theoph. oſtendit ſe futura ſcire, docetq́ue nos vſque ad finem ſatagere peccatores lucrari. ſimul oſtendit proditoris nequitiam, qui conuiua fieri non erubuit. Chry. Particeps myſteriorum factus, conuerſus non eſt; fuitq́ue eo grauiùs peccatum, quod tali propoſito adierit myſteria. Beda. non eum deſignauit ſpecialiter, ne impudentior fieret: prædicit verò pœnam, vt quem pudor non vicerat, corrigant denunciata ſupplicia. Gloſſ. prædixit proditorem, vt videns ſe latere non poſſe, pœniteat. 47. Int. homo pacis meæ in quo ſperabam, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. 48. Theoph. definierat ſibi mortem propter humanam ſalutem. 49. Chry. ne quis putaret innoxium Iudam, quod ageret, quæ ſcripta erant. 50. Beda. & illi væ qui ad menſam Domini indignus accedit. 51. Int. nouerant vndecim quòd nihil tale cogitauerant, ſed plus credunt magiſtro quàm ſibi, & timentes fragilitatem ſuam anxij quærunt de peccato, cuius non habent conſcientiam Beda. ¶ Baſil. & infirmi magis credere ſolent medico quàm ſibi, ſic magis credendum iis, qui plus poſſunt tua cognoſcere peccata.

Sens. Myst. In Cap. XXII.

40. Theoph. prius datur panis, deinde calix, in ſpiritalibus enim prior eſt laborioſus actus, velut panis, qui in vultus ſudore acquiritur, & difficilis eſt ad glutiendum, poſt labores verò ſequitur exultatio diuinæ gratiæ, quæ eſt calix.

Addit. Avct. In Cap. XXII.

h. ſ. ad ſalutem nunc in cibum, vel offertur Patri, obtulit enim Chriſtus in cœna, vel pro, dabitur. ſ. in mortem. 37. ſ. quod feci, accipiens, benedicens, &c. 38. pro, ad renouandam mei memoriam. Græ. ἀνάμνησιν, rememorationem. l. poſt agnum paſchalem comeſtum, inſtituta Euchariſtia cùm iterũ accubuiſſent poſt pedum ablutionem. 41. ſ. confirmans per meum ſanguinẽ quem continet. vide Matth. & Marc. & ſimilem locutionem Gen. 17. m. communicauerat Iudas cum alijs, de quo tamen non intelligitur illud, cùm illud bibam vobiſcum, vt nec illud, Sedebitis & vos, &c. Eſt autem ſenſus, etſi volo dare meum ſanguinem, tamen ecce manus, &c. 48. ſ. ab æterno. n. i. abit, & de medio tollitur.

quærere inter ſe quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet. [52] Facta eſt autem & contentió inter eos, quis eorum videretur eſſe maior. [o] Dixit [p] autem eis: Reges [53] gentium [54] dominantur [q] eorum: & qui [55] poteſtatem habent ſuper [r] eos, [56] benefici [s] vocantur. Vos autem [57] non ſic: ſed quia [58] maior eſt in vobis, fiat ſicut [59] minor: & qui [60] præceſſor eſt, ſicut [61] miniſtrator. Nam qui maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? nónne qui recumbit? Ego autem [t] in medio veſtrum ſum, ſicut qui [62] miniſtrat: [63] vos autem eſtis qui [64] manſiſtis mecum in [u] tentationibus meis. Et ego [65] diſpono vobis ſicut [66] diſpoſuit mihi Pater meus regnum: vt [67] edatis & bibatis ſuper [68] menſam meam in regno meo, & [69] ſedeatis ſuper thronos, [70] iudicantes duodecim tribus Iſraël. [71] Ait autem Dominus [72] Simoni,

SEN. LIT. IN CAP. XXII.

52. Græc. cùm eſſet Dominus ex hominibus migraturus, oportebat aliquẽ vicem eius gerere, & aliorum principem fieri, inde ergo orta contentio. Beda. videndum nobis eſt, non quid carnales diſcipuli geſſerint, ſed quid Chriſtus iuſſerit. p. Glo. pius magiſter non inuæ contentionis arguit, ſed formam humilitatis quam ſequantur deſcribit. q.d. ad ſummam virtutem non potentia venitur, ſed humilitate.

53. Chry. tem vituperandam oſtendit, gentilium enim eſt ambire primatum. 54. Int. ſ. per potentiam eos humiliantes. 55. Int. ſ. largiendi, 56. Chry. ſ. blandi eis ſermones offeruntur à ſubditis.

57. Int. quia etiam eorum quæ diſtribuitis, non authores, ſed diſpenſatores eſtis. 58. Int. ſ. in virtutibus. 59. Int. ſ. humili reputatione. 60. Int. ſ. gradu dignitatis. 61. Baſil. humilitas vera miniſterium plurium eſt, decet etiam corporale obſequium ab his qui præſident offerri exemplo Chriſti lauãtis pedes diſcipulorum; nec eſt timendum ne in ſubdito ſoluatur humilitatis propoſitum; datur enim humilitatis exemplũ. Amb. non de prælatione debet eſſe iactantia, ſed de humilitate contentio. 62. Theop. diſtribuit enim eis panem & calicem. Beda loquitur de miniſterio, quo lauit eorum pedes, quamquam verbo miniſtrandi poſſint intelligi omnia quæ in carne geſſit. 63. Theoph. pronunciauit proditori væ, diſcipulis remanentibus bona prænunciat. 64. Beda. non inchoatio, ſed perſeuerantia coronatur.

t. Glo. q.d. infirmitas mea nos vos conturbauit. 65. Beda. ſi complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. 66. Amb. non æqualitate, ſed ſimilitudine. 67. Int. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur, fruendo ſ. deſiderato olim & amato gaudio veri boni. Beda. ¶ Ambroſ. non victus & potus promittitur, ſed communicatio gratiæ cæleſtis, & vitæ. Theop. nõ erũt corporales eſcæ, ſed Angelica conuerſatio. Cyril. ex his quæ ſunt apud nos, ſpiritalia deſignat, funguntur enim prærogatiua apud reges, qui eis quaſi conuiuæ conſident. 68. Int. menſa quæ omnibus ſanctis eſt ad fruendum propoſita, eſt cæleſtis vitæ gloria. Beda. 69. Beda. qui hîc in tentationibus iniuſtè iudicati cum Domino permanent, venient cum eo ſuper tentatores ſuos iuſti iudices: excipitur autem Iudas: antequam enim hæc diceret Dominus, exiiſſe credendus eſt, excipiuntur & illi qui retro abierunt. Chry. non ſimpliciter promiſit, ſed permanentibus ſecũ in tẽtationibus. 70. Theop. condemnantes infideles duodecim tribuum. Aug. Iudices erunt Apoſtoli virtute errorẽ redarguentes. Gloſſ. per duodecim, non duodecim perſonæ, ſed multitudo iudicantium ſignificatur, propter duas partes ſeptenarij, quo vniuerſitas ſignificatur. ſ. tria & quatuor per quas multiplicatas fiunt duodecim.

71. Beda ne gloriarentur Apoſtoli quòd ſoli penè permanſiſſe dicerentur in tentationibus cũ Domino, oſtendit eos niſi ipſius gratia fuiſſent protecti, ſimiliter ac cæteros cadere potuiſſe. 72. Theoph. qui fortior alijs erat, & ſuperbire poterat in promiſſis à Chriſto. Cyril. venit ad Petrum cæteris prælatum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

52. audierant enim Chriſtum paulo pòſt glorificandum, vt eſt apud Iohannẽ. o. pro, maximus, adeóq; mortuo Chriſto præficiendus cæteris, vel illo regnante primum locũ habiturus. q. pro, earum, gens enim Græcè neutri generis. 56. q.d. huiuſmodi titulos affectant, vt habeantur muneri, ſeu beneficiorum auctores. r. potius quàm ſunt. 59. iunior, ſeu minor natu, nempe abiectior & ſubmiſſior. vt enim presbyter nomen honoris, ita iunior contemptus. Pſal. 118. Adoleſcentulus ſum ego & contemptus. 60. Græc. ἡγούμενος, dux, rector. s. pro, inter vos. 62. Lauerat enim eorum pedes, & ſolebat illis panem frangere, ciboſq; diſtribuere. t. ſ. quas paſſus à Iudæis. 65. Græ. διατίθημι præparo, ordino, conſtituo. 67. id eſt, ſummis fruemini delitijs. 70. ſ. in die iudicij. 72. apertè indicat hunc futurum cæterorum caput. Gr. ait, Simon, Simon ſ. repetitio affectum exprimit, & attentionem excitat.

Simō, ecce Sathanas expetiuit[73] vos, vt cribraret[74] ſicut triticum; ego autem rogaui[75] pro te, vt non[u] deficiat fides[76] tua: & tu aliquando conuerſus[77], confirma[78] fratres[79] tuos. Qui dixit[80] ei, Domine, tecum paratus[81] ſum & in carcerem & in mortem ire. Et ille dixit: Dico tibi, Petre, non cantabit hodie gallus donec ter abneges[82]: noſſe me. Et dixit eis: quando[83] miſi vos ſine ſacculo[84], & pera[85], & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis: Sed nunc qui habet ſacculum, tollat[x], ſimiliter & peram[aa]: & qui non habet[86], vendat tunicam[bb] ſuam, & emat gladium[87].

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

73. Beda. nullius fides à diabolo, niſi Deo permittente, tentatur. 74. Beda. i. ventilando concuteret. 75. Cyril. humiliter loquitur, tendens ad paſſionem, vel humanitatem demonſtret. v. Glo. non, ne tenteris, ſed vt poſt lapſum ad priſtinum lapſum pœnitēdo reſurgas. vtile eſt ſanctis tentari, vt vel aliis appareat quàm fortes fuerint, vel cognita ſua infirmitate, fortiores ipſi fieri diſcant, & ſic probati accipiant coronam vitæ. 76. Theoph. etſi paululum agitandus ſis, habes tamen reconditum ſemen fidei, & ſi deiecerit tentator folia, viget tamen radix. 77. Theoph. poſtquam me negato ploraueris, & pœnitueris. Ego quidem pro te rogaui, tu tamen delinques. 78. Int. ſicut ego orando te protexi, ne deficeres, ſic tu infirmiores fratres exemplo tuæ pœnitētiæ conforta, ne de venia deſperent. Bed. ¶ Theop. corrobora cæteros, cùm te principem Apoſtolorum deputauerim, hoc enim te decet, qui mecū robur es, & petra Eccleſiæ. 79. Theop. i. omnes fideles vſque ad finem mundi futuros. Nemo verò diffidere debet videns Petrum iterum per pœnitentiam obtinuiſſe, vt eſſet Antiſtes mundi. 80. Beda. conſcius præſentis affectus & fidei, ſed futuri caſus neſcius. 81. Theoph. præ nimia dilectione flammeſcit; decebat verò qui audiſſet à Chriſto ſe tentandum, non amplius contendere, & præſumptuoſè loqui.

82. Theoph. non ſufficit humanum propoſitum ſine diuino ſubſidio, Petrus derelictus à Deo, ſupplantatus fuit ab hoſte. Baſil. Deō permittente, timorati cadunt quandoque ad faſtus præcedentis remedium. Auguſt. 3. de con. Euang. quod hic dicitur de Petri negatione, omnes Euangeliſtæ commemorant, ſed Matthæus & Marcus: Poſtquam egreſſus eſt Dominus ex domo, vbi manducauit Paſcha. Lucas verò & Iohannes, ante egreſſum, aut ergo illi recapitulando, aut iſti præoccupando potuiſſe intelligi poſſent: niſi tam diuerſā eſſent quæ referunt, vt magis intelligēdum ſit Petrum ter expreſſiſſe præſumptionem ſuam; diuerſis locis ſermonis Chriſti, & ter illi à Domino reſponſum ante galli cantum ter eſſe negaturum. 83. Chry. vt qui docent natare, in principio manus ſupponunt, & ſuſtentant diſcipulos, pòſt deſerunt: ſic Chriſtus in principio præſto diſcipulis in cunctis aderat, parans eis omnem affluentiam: poſtea verò voluit eos proprias vires oſtendere, & ex ſe nonnulla peragere. 84. Chry. quo portatur pecunia. 85. Chry. qua portantur cibaria, q. d. hactenus cuncta vobis vberrimè affluebant, nunc volo vos inopiā experiri. Volebat Chriſtus recognoſcerent totum diuinitus emanaſſe, nec de ſe maiora opinari: relaxauit verò prioris legis rigorē, ne grauis eis fieret vita. Beda. In perſecutione permittit Dominus tollere ſibi victui neceſſaria, vſq; dū pax redeat, & tēpus Euangelizandi, vbi qui Euangeliū nunciat, de Euangelio viuere poſſit. Aug. 22 cōt. Fauſt. c. 77. pro tēporum diuerſitate præcepta, vel cōſilia, vel permiſſa mutantur. 86. Amb. ſ. ſacculū. 87. Amb. vt ſit parata defenſio. Chry. nō iubet vt gladios poſſideāt: dixerat. n. Si quis te percuſſerit in vnā maxillā, præbe ei alterā, & alioqui cōtra inſidias populorum, tyrannorū, & vrbiū, quid eis prodeſſent vel mille arma? Significat ergo Dominus per gladios imminere inſidias Iudæorū. Theop. volēs violentū inſultum innuere, meminit gladij. Baſil. non iubet, ſed prædicit futurum. ſ. quod Apoſtoli obliti legis domini, auderent ſumere gladios tempore paſſionis; ſæpè enim Scriptura imperatiuo vtitur loco prophetiæ, in multis tamen libris legitur, tollet, & emet.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

73. Græ. ἐξῃτήσατο, poſtulauit, ἐξαιτῶ, propriè expoſcere ad pœnam, aut torturam. 74. id eſt, tentationum impulſu agitaret. 75. ſcilicet, peculiariter. 76. Petrus aut fidem non perdidit, aut ſtatim recuperauit. 84. ſcilicet, ad reponendam pecuniam. 85. ſcilicet, ad panem, ſeu cibum. x. id eſt, accipiat, aut ſecum ferat, quaſi dicat, ſibi proſpiciat malis ingruentibus. a a. ſcilicet, habens tollat. 86. ſcilicet, gladium. b b. Græ. ἱμάτιον, pallium. 87. Senſus horum omnium eſt, inſtare maximam perſecutionem, vt humano iudicio opus videatur etiam tunica vendita, gladium emere, nedum parare pecuniam in ſacculo, & cibum in pera. vide Ierem. 9. ſimilem dicendi modum.

Dico

Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me.
Et cum [cc] iniquis reputatus eſt: Etenim ea quæ [88] ſunt de me, [89] finem habent. At illi di-
xerunt, Domine, ecce [dd] duo gladij hic. At ille dixit eis: [90] Satis eſt. Et [91] egreſſus ibat ſecun-
dùm [92] conſuetudinem in montem Oliuarum. Secuti ſunt autem illum & diſcipuli.
Et cùm perueniſſet ad [94] locum, [ee] dixit illis: Orate, ne [95] intretis in tentationem. Et [96] ipſe
[ff] auulſus eſt ab eis quantum iactus eſt [gg] lapidis: & [97] poſitis genibus, [98] orabat, dicens: [99] Pa-
ter, [100] ſi vis, [101] transfer calicem iſtum à me. [102] Veruntamen [103] non [hh] mea [104] voluntas, ſed tua fiat.
Apparuit autem illi [105] Angelus de cælo, [106] confortans eum. Et factus in

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

cc. Gloſ. ſ. latronibus, in quorum medio crucifixus. 88. Int. ſ. prædicta. Theop. 89. Int. i. impletionem. Theop. 90. Theop. noluit Dominus eos reprehendere quaſi non intelligente, ſed dicẽs, Satis eſt eos dimiſit: ſic nos cùm videmus aliquem non intelligere, dicimus benè. Quidã verò dicũt hoc ironicè dictum. q. d. ſatis ſunt duo gladij ad tantam multitudinẽ nos inuaſurã. Chryſ. ſi humano auxilio eos vti volebat, nec centum gladij ſufficerent; ſi nolebat, etiam duo erant ſuperuacui. Glo. ſi nulla alia cauſa eſſet euaginãdi gladiũ, illa ſufficeret, vt amputata ſerui auricula, tactu Dñi ſanaretur. 91. Beda. ſ. in locum in quo facillimè reperiri poſſet. 92. Cyril. interdiu conuerſabatur Hieroſolymis, noctu in monte Oliuarum. 94. Int. ſecundùm alios, in villam quæ dicitur Gethſemani. 95. Beda. i. ne tentatio vos ſuperet: nam non tẽtari animã impoſſibile eſt. 96. Cyril. vbique inuenies orantẽ ſemotũ, in quo docet attento animo & quieto colloquendum cum Deo. 97. Int. vt humilitatẽ mentis habitu corporis oſtendat. Greg Niſſ. ſolemus proni ſupplicare maioribus, facto oſtendentes fortiores eſſe qui rogantur, & excellentiores; Dominus ergo per hominẽ quem ſumpſit, genuflectit orando, docẽs adhibendã eſſe orantis humilitatem, Deus enim humilibus dat gratiã. 98. Cyril. vt diſcas in tentationibus non eſſe dormitandum, ſed orationibus inſiſtendum. Beda. Solus orat pro omnibus, qui ſolus erat paſſurus pro omnibus
99. Chry. iuſſerat orare ne intrarẽt in tentationẽ, hoc ergo opere docet. 100. Chry. non quaſi Patris voluntatẽ ignoret, nouit enim etiã Patris ſubſtantiã; nec quaſi reſpuat paſſionem, reprehendit enim Petrum hanc impedire volentẽ, Sathanã vocans; ſed ne phantaſma putaretur, permittit carnẽ ferre naturales defectus, itaque mortẽ recuſat, veram humanitatem demonſtrans. 101. Amb. quaſi homo mortem recuſat, quaſi Deus ſententiã ſuam ſeruat. 102. Int. in ſe reuertens quod ex hominis perſona tenuerat trepidanter, ex Dei Filij poteſtate confirmat. 103. Dionyſ. Alexan. ſ. humana. Greg. Niſſ. quid hîc dicat Apollinaris, qui in Chriſto negat humanã voluntatem? 104. Dionyſ. Alex. quæ eadem Chriſti erat ſecundùm Deitatẽ. Athanaſ. geminũ hic velle oſtendit, alterũ carnis paſſionem recuſantis, alterũ diuinum affectanter eam ſubiens. Beda. infirmantiũ in ſe Chriſtus vocẽ ſumpſit, vt cùm imminet quod fieri nolumus, ſic per infirmitatẽ petamus ne fiat, vt per fortitudinẽ ſimus parati ad Dei voluntatẽ. 105. Theop. vt innoteſceret orationis virtus. 106. Int. homo factus, eo modo eſt confortatus, quo & contriſtatus: propter nos triſtis eſt, propter nos confortatus. Beda. in documentum vtriuſque naturæ Angeli & alibi miniſtraſſe Chriſto, & hic eum confortaſſe dicuntur. Theoph. quidam dicunt Angelum ita ei locutum, Domine tua eſt virtus, tu enim potes contra mortem & infernum genus humanum liberare.

SENS. MYST. IN CAP. XXII.

90. Amb. duo gladij veteris ſ. & noui Teſtamenti aduerſus diaboli inſidias ſatis ſunt, nihil. n. ei deeſt quẽ vtriuſque Teſtamẽti doctrina munierit. 93. Beda. Corporis ſui myſterio imbutos in montẽ Oliuarũ educit, deſignans in morte ſua baptizatos ſancti ſpiritus chariſmate cõfirmandos. gg. Aug. de q. Euan. tanquam typicè admonens, vt in eum perducerent intentionem legis quę ſcripta erat in lapide.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

88. ſ. Scripta. dd. his vſi fuerant in agni immolatione, & diuiſione. 90. ſignificat eos non intellexiſſe quod dixerat. ſic enim ſolemus, abrumpentes ſermonem eius, qui non intelligit, dicere, ſatis eſt, ſeu bene eſt. ee. omnibus veriſimile eſt dixiſſe, ſed præcipuè tribus, de quibus alij Euangeliſtæ. 95. s. ſuperemini. ff. ægrè ab eis diſcedebat ob amorem, & mœrorem. vel ſignificatur doloris magnitudine impulſum, quaſiſſe refugium per orationem. hh. i. deſiderium naturale. 105. in tertia oratione, aut fortè in ſingulis. 106. ſcilicet, omni ſolatio deſtitutum, quantum ad partem inferiorem, confortabat autem propoſita Patris voluntate, & Paſſionis fructu.

[107] agonia, [ll] prolixius orabat, Et factus eſt [108] ſudor eius ſicut [mm] guttæ [nn] ſanguinis decurrentis in terram. Et cùm ſutrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos ſuos, inuenit eos dor- [109] mientes præ [110] triſtitia. Et ait illis: [111] Quid dormitis? Surgite, orate, ne [112] intretis in tentatio- nem. Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui [113] vocabatur Iudas, vnus de [114] duodecim, an- [115] tecedebat eos: & appropinquauit Ieſu, vt [116] oſcularetur eum. [117] Ieſus autē dixit illi: [118] Iuda, [119] oſculo [oo] Filium hominis [120] tradis? Videntes autem hi qui circa ipſum erāt quod [pp] futurum erat, dixerunt ei: Domine, [qq] ſi percutimus in [121] gladio? Et percuſſit [122] vnus ex illis

Sens. Lit. In Cap. XXII.

107. Chry. vt veram carnem ſe ſuſcepiſſe demonſtret, humana ſuſtinet. Amb. nuſquam magis Chriſti pietatem & maieſtatem demitor, quàm hic, vbi plerique horrent; minus mihi contulerat niſi meum ſuſcepiſſet affectum; ſuſcepit triſtitiam meam, vt mihi ſuam lætitiam largiretur; confidenter triſtitiam nomino, quia crucem prædico; debuit dolorem ſuſcipere, vt vinceret; non habet fortitudinis laudē ſtupor, nos voluit erudire, vt futuræ mortis mœſtitiam vinceremus: & fortè ideo triſtis eſt, quia poſt Adæ lapſum nobis eſt neceſſe mori, itemque quia perſecutores ſciebat immanis ſacrilegij pœnas daturos. Greg. 24. mor. c. 17. appropinquante morte, in ſe mentis noſtræ certamen expreſſit, qui valdè timemus morte appropinquante. 108. Theop. apparet hinc præmiſſam orationem fuiſſe humanæ naturæ, non diuinæ. Beda. nemo ſudorem hunc infirmitati deputet, contra enim naturā eſt ſanguinem ſudare; declaratur ergo Chriſtū effectū orationis ſuę obtinuiſſe, vt fidē diſcipulorū infirmam ſuo ſanguine purgaret. 109. Int. præ triſtitia ſomnum vincere nō poſſunt. Chry. erat ſomnus nō torporis, ſed mœroris, eorum enim oculi præ anguſtia premebātur. 111. Int. apparet, quia pro illis orauerat, quos monet orationum ſuarum vigilando & orando participes exiſtere. Beda. 112. Theoph. id eſt, ne à tentatione ſuperemini. 113. Cyril. id dicit quaſi eius nomen habeat exoſum. 114. Chry. ſignificatur nequitia proditoris. 115. Int. factum congruit mutatæ menti, iam enim cum fuſtibus, qui quamdiu cum pace fuit, trāquilliùs ſe egit. Chry. vt vulnera inſanabilia nec auſteris medicamentis obediunt, nec demulcētibus, ſic anima ſemel captiuata. 116. Int. vt hoc ſigno dignoſcerent eum quem tenerent. Cyrill. præcipuum dilectionis ſignum inſtrumentum facit doli. 117. Chry. admonendus eſt frater, etiāſi non proficias; ſi hodie non perſuades, fortè perſuadebis cras; piſcator totam noctem retia trahens, ſerò tandem piſcem capit. Chriſtus ergo, etſi ſciret Iudam non conuertendum, non deſtitit facere quod ſuū erat. 118. Chryſ. proprium nomen ponit, quod eſt dolentis & reuocantis. 119. Int. q. d. inſtrumento pacis mortem irrogas, ſeruus dominum, diſcipulus magiſtrū prodis? Amb. & amoris pignore vulnus infligis? oſculatus eſt autem eum Dominus, ne proditorem refugere videretur, & vt eum plus afficeret, amoris officia nō denegans. o o. Chry i. manſuetum & mitem, itaque ſi nec eſſet Magiſter & Dominus, tamē quia te tam ſuauiter tractauit, non erat à te prodendus. Amb. oſtendit ſe & Deum dum occulta manifeſtat, & hominem qui comprehendatur; caro enim, non diuinitas comprehenditur: illud verò plus confutat ingratum quòd eum tradit, qui propter ipſum Filius hominis factus erat. q. d. propter te ſuſcepi ingrate quod tradis. 120. Amb. per interrogationem legendum, quaſi amantis affectu corripiat proditorem. Auguſt. de conſ. Euang. Chriſtus primùm hoc dixit, tum quod Matthæus, Amice ad quid veniſti? deinde quod Iohannes, Quem quæritis? 121. Theop. gladios habebant, quia mactauerant agnum, & à menſa diſceſſerant. 122. Int. ſ. Petrus eodem ardore mentis quo cætera, zelatus ſicut Phinees. Amb. ſciebat Phinees reputatum ad iuſtitiam quòd ſacrilegos peremiſſet. Theoph. Petrus vbique feruens pro Domino, præceptum non expectat, ſed percutit.

Sens. Myst. In Cap. XXII.

108. Aug. in ſent. proſp. ſignificabat de corpore ſuo toto, quod eſt Eccleſia, manatura martyria.

Addit. Avct. In Cap. XXII.

107. i. angore, mœrore, animiq; anxietate, ſignificat agonia horrorem illum, quo corripi ſolent homines inſtante & vrgente graui diſcrimine. ll. nempe ter, vt alij Euangeliſtæ dicunt. m m. Græc. θρόμβοι, craſſiores guttæ. n n. verè ſanguis erat, additur n. decurrentis. ſ. ob magnam copiam. p p. ſ. vt captus duceretur. q q. pro, viſne percutiamus?

[123] ſeruum Principis ſacerdotum, & amputauit [rr] auriculam eius dexteram. Reſpondens autem Ieſus ait: [124] Sinite vſque huc. Et [125] cùm tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum. Dixit autem Ieſus ad eos qui venerant ad ſe, [ss] Principes ſacerdotum & [tt] magiſtratus templi, & ſeniores: Quaſi ad [uu] latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus: Cùm quotidie vobiſcum [126] fuerim in templo, non extendiſtis manus in me. Sed hæc eſt [127] hora veſtra, & po[128]teſtas [129] tenebrarum. [130] Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum [131] Principis ſa[132]cerdotum: [133] Petrus verò [134] ſequebatur eum à longè. [135] Accenſo autem igne in medio atrij, & circumſedentibus illis, erat [136] Petrus in medio eorum: quem cùm vidiſſet ancilla

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

123. Aug. de con. Euang. ſ. Malchum. 124. Int. id eſt, non moueat vos quod futurum eſt. Aug. de con. Euang. Reſpondit verò Chriſtus hoc, cùm interrogaſſet, Domine, ſi percutimus in gladio? vnde Lucas dicit, Reſpondens Ieſus, ſignificat verò permittendos illos progredi euſque, vt ipſum cõprehenderent. inter moras autem interrogantium, & reſpondentis Domini Petrus auiditate defenſionis percuſſit.
125. Int. nunquam pietatis obliuiſcitur, qui nec hoſtes ſuos patitur vulnerari. ss. Beda. non per ſeipſos, ſed per eos quos miſerant, iſti veneranti apud alios enim Euangeliſtas in atrio Cayphæ expectantes miniſtros miſiſſe perhibentur. vv. Gloſſ. ſtultum erat cum gladiis & fuſtibus quærere vltro ſe offerentem, & in nocte, quaſi latitantem proditorem inueſtigare, qui quotidie in templo docebat.
126. Cyril. oſtendit ſe nunc nõ potuiſſe capi, niſi ſe ſponte tradidiſſet, cùm enim noluit nõ eũ ceperũt.
127. Int. ſ. noctis, nequitiæ veſtræ congrua. Cyril. i. paruum tempus conceſſum eſt vobis exercendæ in me veſtræ ſuperbiæ. 128. Cyril. ſ. data tenebris. i. diabolo & Iudæis inſurgendi in me. 129. Beda. q. d. ideo aduerſum me in tenebris congregamini, quia poteſtas veſtra contra lucem mundi in tenebris eſt. 130. Amb. Tenetur, & ligatur ſecundùm corporis veritatem, non ſecundùm diuinitatẽ. 131. Bed. ſcilicet, Cayphæ, qui, ſecundùm Iohannem, erat Pontifex anni illius. Gloſſ. emerat ſibi pretio à Romano Pontifice Cayphas vnius anni pontificatum. Aug. de conſ. Euan. Primò eſt ad Annam ductus, ſocerum Cayphæ Chry. ideo eò ductus eſt, vt de conſenſu Principis ſacerdotum ſingula facerent. 133. Int. ſcilicet, diuiſus ab aliis. 134. Int. hoc eſt, deuotionis. 135. Int. hoc eſt, timoris naturæ. 136. Ambroſ. Clauſo Domino calor mentis in Petro refriguerat. 138. Int. quod negat Petrus, obreptionis eſt, quod pœnitet, fidei. Chry. credenda erat Petro populorum innumera multitudo: erat antẽ paulò durior, quod ſerui auricula truncata declarat, permiſſus eſt ergo cadere, vt erga peccantes duriorem ſententiam proprij caſus intuitu temperaret. Gloſſ. permiſſus eſt Petrus hæſitare, vt in Eccleſiæ principe conderetur remedium pœnitentiæ, & nemo auderet de ſua virtute confidere. 139. Chryſ. Quid ais ô Petre? os plenum fidei & amoris in odium & perfidiam conuerſum eſt? idque nondum admotis tormentis, & muliere ſimpliciter interrogante, nec forte proditura confeſſum.

SENS. MYST. IN CAP. XXII.

r r. Amb. ſeruus principis mundi auris vulnus excipit, quia non audierit verba ſapientiæ, tollitq́; Petrus gladio ſpiritali aurem interiorem malè intelligentis: Dominus verò refundit auditum, demonſtrans, ſi conuertantur, ſaluari poſſe, qui in paſſione Domini vulnerati ſunt. Beda. ſeruus iſte populus Iudæorum, ſacerdotum indebito mancipatus officio, qui in paſſione Domini dexteram auriculam. i. ſpiritualis legis intelligentiam perdidit diuino iudicio. Eſt verò in eo populo diuina dignatione in his qui crediderunt, auris reſtituta. Gloſſ. auris dextera, ſpiritualis intelligentia, quam Petrus non tollit, ſed diuino iudicio ablatam pandit; ſiniſtra verò, literæ vilitas, qua contenti Iudæi, ſignificatur, vel aure amputata & ſanata ſignificatur auditus ablata vetuſtate innouatus, vnde & nomẽ ſerui Malchus. i. rex, vel regnaturus, regnabit enim cum Chriſto, cui auditus innouatur. 135. Amb. negare non potuiſſet, ſi Chriſto proximus adhæſiſſet. Beda. ſignificatur Eccleſia ſecutura. i. imitatura Domini paſſionem, ſed longè diff[erenter], illa enim pro ſe patitur, Chriſtus pro Eccleſia.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

124. quaſi dicat, ne vltrà progrediamini, ſatis eſt hucuſque proceſſiſſe, vel, ceſſate, hucuſque enim eis permiſſum progredi, vt me comprehendant, &c. tt. ſcilicet, militum præfectos, qui templum cuſtodiebant. 127. qua, ſcilicet, vobis permittitur ſic agere. 129. id eſt, dæmonum.

quædam ſedentem ad [xx]lumen,& eum fuiſſet [a]intuita, [117]dixit:Et hic cum illo erat. At ille [118]negauit eum,dicens:Mulier,nõ [119]noui illum.Et poſt puſillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus verò ait, O [140]homo non ſum. Et [141]interuallo facto, quaſi horæ vnius,alius [142]quidã affirmabat,dicens:[143]Verè & hic cum illo erat;nam & [144]Galilæus eſt.Et ait Petrus,Homo,neſcio quid dicis.Et continuò,adhuc illo loquente,[145]cantauit gallus. Et cõuerſus Dominus [146]reſpexit Petrum.Et recordatus eſt Petrus verbi Domini, ſicut dixerat: Quia prius quàm gallus cantet,ter me negabis.[b]Et egreſſus foras [147]Petrus, fleuit amarè.Et viri qui tenebant Ieſum,illudebant ei,[148]cædentes.Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius:& interrogabant eum, dicentes:[149]Prophetiza,

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

140. Augu.3.de con.Euang.hoc dixit compellatus etiam ab ancilla, quam commemorant Matth.& Marcus,quod ergo Lucas ait,poſt puſillum,intelligitur iam egreſſo Petro ianuam,& poſt primum galli cantum,nempe negauit,vt Iohannes ait,vbi rediiſſet, & ad focum ſtaret. Beda. Chriſtum negat,qui ſe negat eſſe Chriſtianum, cùm ſit. 141. Aug.de con.Euang.de hoc interuallo tacet Iohannes,Matthæus & Marcus dicunt,poſt puſillum. 142. Aug.de con.Euang.Lucas & Iohannes vnum dicunt,Matthæus & Marcus plures, ſed vel apud eos plurale vſurpatur pro ſingulari, aut vnus maximè hoc affirmabat, quem cæteri ſequentes Petrum vrgebant. 143. Aug.de con.Euang. Matthæus ait dictum Petro,Nónne te vidi in horto? Marcus & Lucas inter ſe locutos de Petro, ſed vna eſt ſententia, tantum enim valet coram de illo dicere, quantum ſi illi diceretur.aut vtroque modo factum eſt. 144. Beda.Erat quidem Petrus Hebræus, ſed vnaquæque prouincia ſuas habet proprietates, & vſitatum loquendi ſonum vitare non poteſt. 145. Aug.de conſ.Euang. Poſt trinam negationem Petri gallus cantauit,ſicut Marcus expreſſit. 146. Int.Reſpexit Dominus vt recordaretur Petrus. Chry. Admirare curã Magiſtri,cùm enim vinctus eſſet,nutu erexit diſcipulum.Aug.de con.Euan. quomodo reſpexit Petrum qui in atrio ſedebat foris,ſecundùm Matthæum & Marcum? Videtur mihi illa reſpectio diuinitus facta, ſicut dictum eſt:Reſpice,& exaudi me,& conuertere Domine,& libera animam meam. Beda. Reſpicere Dei, miſereri eſt,quod vt pœnitentia agatur neceſſarium eſt. Gloſſ. Chriſtus intuitu prouocauit Petrum ad lachrymas, quaſi in mentem reducens ei quoties negauerat, nec potuit in tenebris remanere, quem lux mundi reſpexit. b. Chry.non audebat palàm flere,ne deprehenderetur. 147. Amb. quos Ieſus reſpicit,plorant delictum; tu, ſi veniam vis mereri,dilue lachrymis culpam tuam. Chry.Flebat Petrus, non propter pœnam,ſed quia dilectum negauerat, quod moleſtius erat ei quolibet ſupplicio. 148. Chry. cæſus,ſuſtinet & patitur impiorum ridicula, formam nobis patientiæ præbens. 149. Beda. hoc quaſi in contumeliam faciebant,quòd ſe Prophetam haberi voluiſſet.

SENS. MYST. IN CAP. XXII.

137. Ambroſ. primò Petrum prodit ancilla, vt iſte ſexus peccare in nece Domini videretur, & redimeretur per Domini paſſionem. 138. Ambroſ.ibi negat Petrus, vbi Chriſtus ligatus eſt, vbi veritas non eſt: non negauit in monte, non in templo, non in domo ſua, ſed in prætorio Iudæorum. 145. Beda. galli cantus hic doctoris alicuius increpatio ad ſomnolentos dicentis, Euigilate iuſti, & nolite peccare. 147. Beda. Petrus media nocte peccauit, ad galli cantum pœnituit, nempe correxit veræ lucis rememoratione, quod in tenebris obliuionis errauit. 149. Beda. cæditur & nunc Chriſtus blaſphemiis falſorum Chriſtianorum, & illuditur ab his, qui eum reprobis actibus exacerbant, & quaſi ei dicunt: Quis eſt qui te percuſſit? dum ab eo cogitationes ſuas,& opera tenebrarum cognoſci non æſtimant.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

xx. pro,ignem.Hebr. a. ſcilicet, fixis in eum oculis,Græcè enim ἀτενίσασα. 146. ſcilicet, ſpiritualibus oculis,& fortè etiam corporalibus,adductus ſcilicet,è domo in atrium, vbi & illuſus, & peſſimè tractatus. c. id eſt,conuitiantes.

quis

quis eſt qui te percuſſit? Et alia [150] multa blaſphemantes [c] dicebant in eum. Et vt factus eſt dies, [151] conuenerunt Seniores plebis, & Principes ſacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium ſuum, dicentes: Si [d] tu es Chriſtus, dic nobis. [152] Et ait illis, Si vobis dixero, [e] non credetis [153] mihi: ſi autem & [154] interrogauero, non reſpondebitis [f] mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem [155] erit Filius hominis [156] ſedens à dextris [157] virtutis Dei. [158] Dixerunt autem omnes, Tu ergo es Filius Dei? Qui ait, [159] Vos dicitis, quia ego ſum. At illi dixerunt: Quid adhuc deſideramus [160] teſtimonium? ipſi enim [161] audiuimus de ore eius.

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

150. Aug. de con. Euan. Intelligitur paſſus Dominus vſque manè in domo Principis ſacerdotum, quo prius adductus eſt. 151. Int. vide quàm ſolliciti in malo, tota nocte vigilauerunt vt facerent homicidium. 152. Beda. non veritatem deſiderabant, ſed calumniam præparabant: Si enim diceret ſe Chriſtũ, calumniarentur, tanquam ſibi arrogaret regiam poteſtatem. Chriſtum enim ex Dauid ſtirpe venturum ſperabant. 153. Theop. qui operibus non crediderant, multo minùs ſermonibus crederent. Bed. Sæpè ſe dixerat Chriſtũ eſſe, & non crediderant. 154. Bed. Interrogauerat eos quomodo dicerent Chriſtum filium Dauid, & eis ſed reſpondere noluerunt. 155. Int. quaſi dicat, Ego, quem vt hominem deſpicitis, per ſupplicium crucis ero exaltatus, & habens nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Theoph. q. d. de cætero non eſt tempus ſermonum & doctrinæ, ſed iudicij, cùm videbitis me ſedentem, &c. 156. Cyrill. cùm de Deo ſeſſio dicitur & thronus, regia, & vniuerſis imperans dignitas deſignatur. 157. Int. cùm infirmus appaream. 158. Theoph. cùm timere deberent, magis inſaniunt. 159. Amb. Dominus maluit ſe Regem probare quàm dicere. Gloſſ. ita temperat reſponſionem, vt & verum dicat, & ſermo calumniæ non pateat. 160. Int. ſcilicet, quòd ſe Chriſtum & Filium Dei dicat. Theoph. mali ex reuelatis ſibi ſecretioribus, nulla commoda referunt, ſed maiorem pœnam. 161. Gloſſ. ſua ſe ſententia damnant, qui eum morti tradunt, quem oris & operis ſui teſtimonio Deum eſſe cognoſcunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

150. ſcilicet, ante diem diſceſſerant, matureq; redierunt. d. id etiam noctu interrogauerant, vt dicunt alij Euangeliſtæ. e. ſcilicet; qui ſim. f. ſcilicet, quod æquum eſt. 159. q. d. verè dicitis, ſum etenim, ſeu ita eſt vt dicitis, ſeu non nego quod dicitis,

CAPVT XXIII.

ET ſurgens [1] omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum [2] accuſare, dicentes: Hunc inuenimus [3] ſubuertentem gentẽ noſtram, & [4] prohibentem tributa dari Cæſari: & dicentem ſe Chriſtum [a] Regem eſſe. Pilatus autem interrogauit eum, dicens: [5] Tu es [b] Rex Iudæorum? At ille reſpondens, ait: Tu [c] dicis. Ait autem Pilatus ad Principes ſacerdotum, & turbas.

SENS. LIT. IN CAP. XXIII.

1. BEDA. Vt impleretur illud Chriſti, Tradetur Gentibus. Glo. tradiderunt Romanæ poteſtati, vt ſe ab eius interfectione alienos oſtenderent. 2. Int. impij nihil veriſimile quod obijcere poſſent, inueniunt; & ideo, ſicut Marcus ait, non erant conuenientia eorum teſtimonia. 3. Theoph. euidenter aduerſantur veritati, cùm enim vellent eum eligere in Regem, fugit, nec dari cenſum prohibuit, ſed iuſſit. 4. Int. cùm ipſe dixerit, Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari & quæ ſunt Dei, Deo. 5. Beda. illud de tributo, quaſi apertum mendacium, omiſit. Theoph. hoc videtur quæſiſſe per contemptum, q. d. tu pauper, humilis, &c. de regni ambitione accuſaris, ad quod opus eſt multorum adiutorio, & ſumptibus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXIII.

b. Gra. ὁ βασιλεὺς, ille rex. ſ. promiſſus & expectatus.

& mulierum, quæ plangebant,[11] & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas Ie-
ſus, dixit: Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me:[12] ſed ſuper vos ipſos flete, & ſuper
filios[13] veſtros. Quoniam ecce, venient dies in quibus dicent, Beatæ[14] ſteriles, & ven-
tres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere mon-
tibus.[15] Cadite ſuper nos: & collibus, Operite nos. Quia ſi in viridi[16] ligno hæc faciunt:
in arido quid fiet? Ducebantur autem & alij duo nequam[17] cum eo, vt interficerentur.
Et poſtquam venerunt in locum[18] qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt[19]

Sens. Lit. In Cap. XXIII.

31. Beda. femineus ſexus quaſi contemptibilior liberiùs quod ſentiret, oſtentabat. Cyril. femineus ſexus flexibilis ad pietatem. 32. Beda. cuius erit reſurrectio mortem ſoluere poteſt, cuius mors mortem deſtructura eſt, & mortis authorem. Theoph. eum qui vltrò patitur flere non oportet. 33. Cyril. ſignificat mulieres filiis orbandas, perituroſq; paruos & magnos irruente bello. s. Glo. i. Romanæ obſidionis & captiuitatis. 34. Theoph. erant feminæ crudeliter ſuos filios aſſaturæ & comeſturæ. 35. Beda. refert Ioſephus, inſiſtentibus ſibi Romanis, Iudæos cauernas montium, & collium ſpeluncas petiſſe. 36. Greg. 12. mor. cap. 4. Chriſtus in ſe diuinitatem habuit, ideò viride lignum ſe dicit, nos, qui puri homines ſumus, aridū appellamur. Theoph. q. d. ſi in me ita ſæuiunt Romani, quid non tentabunt in vos? Beda. q. d. ſi ego, qui peccatū non feci, lignumq; vitæ ſum ſine paſſionis igne, à mundo nō exeo, quæ tormēta manent fructibus vacuos? 37. Theoph. curabat diabolus de Chriſto malā haberi opinionē. Glo. impletur illud, Et cum iniquis deputatus eſt. In morte deputatur cum iniquis, vt iniquos in reſurrectione viuificet.
38. Athan. vbi corruptū eſt genus hominū, ibi Chriſtus propriū corpus expoſuit, vt vbi ſeminata eſt corruptio, ibi incorruptio oriatur. hunc enim locū doctores Iudæorū aiunt eſſe ſepulchrū Adæ. Beda. extra portā locus, vbi capita damnatorū truncabantur, Caluariæ. i. decollatorium dicebatur. Glo. ibi crucifigitur, vt vbi erat area damnatorū, erigantur vexilla martyrij. 39. Euſeb. cauſa mortis Chriſti vna, ad demonſtrandū diuinam virtutē, altera, ad liberandum genus humanū; tertia, vt cōſpecta reſurrectione poſt mortē, diſcipuli in ſpē erigerentur, mortemq; contēnentes, agonē contra errores inirent alacriter. Chry. quia non ſuā mortē, cùm ſit vita, ſed hominum venerat conſumpturus, non propria morte corpus depoſuit, ſed ab hominibus illatā ſuſtinuit; nec erat cōueniens ſolui morbo eius corpus, qui venerat aliorū languores ſanare; ſi antē ſine morbo depoſuiſſet, & rurſū ſe obtuliſſet, nō crederetur reſurrexiſſe: itaq; oportebat palā mori, qui palā reſurrectionē prædicabat: elegit verò ignominioſam mortē, vt ſe oſtēderet habere virtutē contra quālibet mortē, mortiſq; dominiū omnino deſtrueret; volebat etiam portare quā incurreramus maledictionem, maledictam. ſ. crucis mortem ſuſcipiendo, moriens etiam in cruce, à dæmonibus expiat aërem, & aſcēſum nobis parat in cælum. Theoph. quia per lignum mors intrauerat, neceſſe erat per lignum exterminaretur, & per ligni dolores cōfutaretur delectatio proueniēs ex ligno.

Sens. Myst. In Cap. XXIII.

34. Beda. Beati qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum. 35. Beda. memores fragilitatis ſuæ, ingruente tentatione, ſublimium virorum exemplis, monitis & precibus defendi quærunt. 39. Chry. non ei caput amputatur, vt Iohanni, nec ſecatur, vt Eſaiás, ſed ſeruatur corpus integrum, & indiuiſibile, ne fiat occaſio volentibus Eccleſiam diuidere: moritur etiam expāſis manibus, vt altera veterem populum, alterā gentes trahat, vtroſque ſibi coniungens. Greg. Niſſ. figura crucis à medio in quatuor extrema partita, ſignificat virtutem, & prouidentiam eius, qui in ea pependit, vbique diffuſam. Aug. de q. nou. & vet. Teſtam. tale mortis genus elegit, vt latitudinis, altitudinis, lōgitudinis, & profunditatis, de quibus Apoſtolus loquitur, magiſter exiſteret: pertinet autem latitudo crucis ad bona opera, quia ibi extenduntur manus, longitudo ad longanimitatem, ibi enim perſiſtitur & perſeueratur, altitudo ad expectationem ſupernam, profunditas ad gratuitam gratiam.

Addit. Auct. In Cap. XXIII.

31. affectu non ſolùm humano, ſed etiā pio & grato. 32. vt ſuper impotenti, vel pro non tam ſuper me. i. mea cauſa, quàm veſtra ipſarum, & liberorū veſtrorum. 34. matres enim tum filiorum, malis maximè cruciabuntur fletuq; impedientur, ne fugiant. 35. q. d. optabunt mortem potiùs, quàm in tantis malis verſari. 36. s. humido ſ. gratia, & virtute. 37. Græ. κακοῦργοι, malefici, facinoroſi.

cum, &[40] latrones: vnum à dextris, & alterum à ſiniſtris. Ieſus autem dicebat, Pa-
ter[41], dimitte[42] illis, non enim ſciunt quid faciunt. Diuidentes verò veſtimenta eius,
miſerunt ſortes[44]. Et ſtabat populus[45] expectans[46]: & deridebant eum principes[47] cum
eis, dicentes: Alios[48] ſaluos fecit, ſe ſaluum[49] faciat, ſi hic eſt Chriſtus, Dei electus.
Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum[50] offerentes ei, dicentes: Si tu
es Rex Iudæorum, ſaluum te fac. Erat autem & ſuperſcriptio[v] ſcripta ſuper eum
litteris Græcis[51], & Latinis, & Hebraicis: Hic[52] eſt rex Iudæorum. Vnus[x] autem de
his qui pendebant latronibus, blaſphemabat[aa] eum, dicens: Si tu es Chriſtus, ſal-
uum fac te ipſum, & nos. Reſpondens autem

Sens. Lit. In Cap. XXIII.

40. Chryſ. vt eorum ſuſpicionis fieret particeps, ſed non ita euenit, de illis enim nihil dicitur. Crux Chriſti vbique honoratur, in regum purpuris, in diadematis, in armis, &c. 41. Chry. dixerat orandum pro perſequentibus, hoc ergo fecit crucem aſcendens, orat verò Patrem, cùm poſſit ipſe relaxare, vt nos doceat pro perſequentibus orare. Gloſſ. quia Lucas Chriſti ſacerdotium ſcribere diſpoſuit, rectè Dominus apud eum pro perſecutoribus iure ſacerdotis intercedit. 42. Chry. ſ. ſi pœnituerint. Beda. non eſt putandum fruſtra oraſſe, ſed in eis qui poſt eius paſſionem crediderunt quod orauit, impetraſſe, orauit verò pro his qui neſciebant quid facerent, zelum Dei habentes, ſed non ſecundùm ſcientiam.

43. Amb. victus eſt Adam qui veſtimenta quæſiuit, vicit ille qui tegumenta depoſuit, talis aſcendit, quales nos auctore Deo natura formauit, pulchrè verò aſcenſurus crucem, regalia veſtimenta depoſuit, vt ſcias quaſi hominem paſſum eſſe, non quaſi Deum Regem, etſi vtrumque Chriſtus. 44. Theoph. ad opprobrium videbantur hoc facere, quid enim erat pretioſum in veſtibus? 45. Theoph. qui petierat eum crucifigi. 47. Aug. 3. de conſ. Euang. Omnes primates generali nomine complexus eſt, vt poſſint intelligi Scribæ, & Seniores. 48. Beda. etiam nolentes confitentur, quòd alios ſaluos fecit.

49. Athanaſ. Dominus non ſaluando ſe, qui opus non habebat ſalute, ſed creaturam liberando volebat cognoſci Saluator: cognoſcitur enim medicus, cùm erga languidos artem probat. Gloſſ. Poterat quidem ſe ſaluare, ſed venerat pro omnibus crucifigendus. 51. Im. vt omnis lingua confiteatur quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Theop. vide dæmonis ſagacitatem; triplici lingua promulgat accuſationem, ne quiſquam tranſeuntium ignoret ideo ſuſpenſum, quia ſe Regem feciſſet.

Sens. Myst. In Cap. XXIII.

40. Beda. duo latrones, qui ſub fide Chriſti, vel agonem martyrij, vel continentiæ arctioris inſtituta ſubeunt, ſed qui hæc pro æterna gloria faciunt, dextri latronis, qui autem pro humana laude, ſiniſtri actus imitantur. Gloſſ. Chriſtus bonus, in myſterio latro, qui inſidiatus eſt diabolo, vt vaſa eius auferret.

43. Amb. nudus aſcendat, qui ſeculum vincere parat, & ſeculi adiumenta non quærat. 44. Beda. In ſorte gratia Dei commendata eſt. 50. Græc. vt vice aceti vinum daret nobis, quod ſapientia miſcuit. Gloſſ. acetum erant Iudæi, à vino Patriarcharum degenerantes, quorum ſuggeſtione milites Chriſtum morti tradiderunt. v. Glo. titulus qui Chriſtum regem teſtatur, non infra, ſed ſupra crucem ponitur; etſi enim in cruce hominis infirmitate dolebat, ſuper crucem tamen Regis maieſtate fulgebat; nec per crucem perdidit, ſed roborauit imperium; eſt etiam ſupra poſitus, vt cunctis legere, i. credere volentibus, pateat. 51. Theop. ſignificatur potentiſſimos quales Romani, & prudentiſſimos quales Græci, & religioſiſſimos quales Iudæi, ſubiici debere imperio Chriſti. x. Beda. ablutorum per baptiſmum alij coronantur, alij dono, quod accepere, priuantur.

Addit. Avct. In Cap. XXIII.

t. id eſt, cum populo. *x. ſ. qui à ſiniſtris, vt creditur.* *aa. id eſt, conuitiabatur, ſcilicet improperans quod ſe Chriſtum haberi voluiſſet.*

& fregit[35]: & dedit eis, dicens: Hoc eſt corpus[36] meum quod pro vobis datur[b], hoc facite[37]
in meam commemorationem[38]. Similiter & calicem[39], poſtquam cœnauit[40][l], dicens: Hic
eſt calix[41] nouum Teſtamẽtum[42] in ſanguine[43] meo, qui pro vobis[44] fundetur[45]. Veruntamen[46]
ecce[m] manus tradentis me, mecum eſt in menſa[47]: & quidem Filius hominis, ſecundùm
quod definitũ[48] eſt, vadit[n]: veruntamen[49] væ[50] homini illi per quẽ tradetur. Et ipſi cœperũt[51]

Sens. Lit. In Cap. XXII.

35. Beda oſtendens ſui corporis fractionem non ſine ſua ſponte futuram. Græc. Fractio panis paſſionem ſignificat; totum verò Chriſti corpus, & ſanguis ſumitur, etiamſi quis myſteriorum partem accipiat. 36. Greg. Niſſ. ante conſecrationem panis eſt; ſed vbi conſecratur, corpus Chriſti. Cyrill. non dubites, veritas enim non mentitur. Inſaniunt ergo qui dicunt myſticam benedictionem ceſſare, ſi quę reliquiæ manſerint in diem ſequentem: non enim mutatur ſacroſanctum Chriſti corpus. Decebat Chriſtum noſtris quodammodo vniri corporibus per ſacram eius carnem, & pretioſum ſanguinem, quæ accipimus. Ne autem horreremus carnem & ſanguinem, condeſcendens Deus noſtræ fragilitati, conuertit panem in veritate propriæ carnis. Chry. ſuper Ioannem. declarans Chriſtus ſuam erga nos charitatem, ſe nobis palpandum dat, comedendum, & amplectendum. Itaque vt leones flammam ſpirantes, ſic ab illa menſa diſcedimus terribiles effecti diabolo. 37. Int. quotieſcunque manducabitis panem hũc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat. 38. Baſil. i. in memoriam obedientię vſque ad mortem: vt qui viuunt, non amplius in ſe viuant; ſed in eo, qui pro eis mortuus eſt. 39. Int. ſ. dedit eis. Bedæ. ideo verò cœnati communicarunt Apoſtoli, quia neceſſe erat prius Paſcha typicum conſummari; at nunc in honorem tanti ſacramenti, ieiuni communicamus. 40. Theoph. duos calices Lucas commemorat; alterum de quo ſuprà typicum. ſ. alterum de quo hîc. Aug. 3. de con. Euan. Quod Lucas bis de calice commemorauit, illud quidem, quod ſuperius dixit, præoccupatio fuit. 41. Int. ad diſtinctionem veteris, quod ſanguine hircorum, & vitulorum dedicatum eſt. 42. Theop. ſignificat nouum Teſtamentum in ſuo ſanguine exordium ſumere. 43. Int. quia impoſſibile eſt ſanguine hircorum peccata tolli. 44. Chry. hic ſanguis effuſus lauit orbẽ, & adibile fecit cælum; irrigat hic ſanguis animam, magnamque virtutem inſpirat; dæmones fugat, Angelos aduocat: ſi quis tamen conſcientia praua accedat, in pœnam, & ſuppliciũ accedit; pariq́ue pœna plectetur, cum his qui Chriſtũ clauis transfoderunt. 46. Int. q. d. ſed tamen vni de vobis non proderit, per quem fundetur ipſe ſanguis. Theoph. oſtendit ſe futura ſcire, docetq́ue nos vſque ad finem ſatagere peccatores lucrari. ſimul oſtendit proditoris nequitiam, qui conuiua fieri non erubuit. Chry. Particeps myſteriorum factus, conuerſus non eſt; fuitq́ue eo grauiùs peccatum, quod tali propoſito adiecit myſteria. Beda. non eum deſignauit ſpecialiter, ne impudentior fieret: prædicit verò pœnam, vt quem pudor non vicerat, corrigant denunciata ſupplicia. Gloſſ. prædixit proditorem, vt videns ſe latere non poſſe, pœniteat. 47. Int. homo pacis meæ in quo ſperabam, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. 48. Theoph. definierat ſibi mortem propter humanam ſalutem. 49. Chry. ne quis putaret innoxium Iudam, quod ageret, quæ ſcripta erant. 50. Beda. & illi væ qui ad menſam Domini indignus accedit. 51. Int. nouerant vndecim quòd nihil tale cogitauerant, ſed plus credunt magiſtro quàm ſibi, & timentes fragilitatem ſuam anxij quærunt de peccato, cuius non habent conſcientiam Beda. ¶ Baſil. & infirmi magis credere ſolent medico quàm ſibi, ſic magis credendum iis, qui plus poſſunt tua cognoſcere peccata.

Sens. Myst. In Cap. XXII.

40. Theoph. prius datur panis, deinde calix, in ſpiritalibus enim prior eſt laborioſus actus, velut panis, qui in vultus ſudore acquiritur, & difficilis eſt ad glutiendum, poſt labores verò ſequitur exultatio diuinæ gratiæ, quæ eſt calix.

Addit. Avct. In Cap. XXII.

b. ſ. ad ſalutem nunc in cibum, vel offertur Patri, obtulit enim Chriſtus in cœna, vel pro, dabitur. ſ. in mortem. 37. ſ. quod feci, accipiens, benedicens, &c. 38. pro, ad renouandam mei memoriam. Gra. ἀνάμνησιν, rememorationem. l. poſt agnum paſchalem comeſtum, inſtituta Euchariſtia cùm iterũ accubuiſſent poſt pedum ablutionem. 42. ſ. confirmans per meum ſanguinẽ quem continet. vide Matth. & Marc. & ſimilem locutionem Gen. 17. m. communicauerat Iudas cum alijs, de quo tamen non intelligitur illud, cùm illud bibam vobiſcum, vt nec illud, Sedebitis & vos, &c. Eſt autem ſenſus, etſi volo do meum ſanguinem, tamen ecce manus, &c. 48. ſ. ab æterno. n. i. abit, & de medio tollitur.

quærere inter ſe quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet. [52] Facta eſt autem & conten-
tio inter eos, quis eorum videretur eſſe [o] maior. [p] Dixit autem eis: Reges [53] gentium do-
[54] minantur [q] eorum: & qui [55] poteſtatem habent ſuper eos, [56] benefici [r] vocantur. Vos autem
[57] non ſic: ſed quia [58] maior eſt in vobis, fiat ſicut [59] minor: & qui [60] præceſſor eſt, ſicut mi-
[61] niſtrator. Nam qui maior eſt, qui recumbit, an qui miniſtrat? nónne qui recum-
bit? Ego autem [s] in medio veſtrum ſum, ſicut qui [62] miniſtrat: [63] vos autem eſtis qui man-
[64] ſiſtis mecum in [t] tentationibus meis. Et ego [65] diſpono vobis [66] ſicut diſpoſuit mihi Pater
meus regnum: vt [67] edatis & bibatis ſuper [68] menſam meam in regno meo, & [69] ſedeatis
ſuper thronos, [70] iudicantes duodecim tribus Iſraël. [71] Ait autem Dominus [72] Simoni,

SEN. LIT. IN CAP. XXII.

52. Græc. cùm eſſet Dominus ex hominibus migraturus, oportebat aliquẽ vicem eius gerere, & aliorum principem fieri, inde ergo orta contentio. Beda. videndum nobis eſt, non quid carnales diſcipuli geſſerint, ſed quid Chriſtus iuſſerit. p. Glo. pius magiſter non iuræ contentionis arguit, ſed formam humilitatis quam ſequantur deſcribit. q.d. ad ſummam virtutem non potentia venitur, ſed humilitate. 53. Chry. rem vituperandam oſtendit, gentilium enim eſt ambire primatum. 54. Int. ſ. per potentiam eos humiliantes. 55. Int. ſ. largiendi. 56. Chry. ſ. blandi eis ſermones offeruntur à ſubditis.

57. Int. quia etiam eorum quæ diſtribuitis, non authores, ſed diſpenſatores eſtis. 58. Int. ſ. in virtutibus. 59. Int. ſ. humili reputatione. 60. Int. ſ. gradu dignitatis. 61. Baſil. humilitas vera miniſterium plurium eſt, decet etiam corporale obſequium ab his qui præſident offerri exemplo Chriſti lauãtis pedes diſcipulorum; nec eſt timendum ne in ſubdito ſoluatur humilitatis propoſitum; datur enim humilitatis exemplũ. Amb. non de prælatione debet eſſe iactantia, ſed de humilitate contentio. 62. Theop. diſtribuit enim eis panem & calicem. Beda loquitur de miniſterio, quo lauit eorum pedes, quamquam verbo miniſtrandi poſſint intelligi omnia quæ in carne geſſit. 63. Theoph. pronunciauit proditori væ, diſcipulis remanentibus bona prænunciat. 64. Beda. non inchoatio, ſed perſeuerantia coronatur.

t. Glo. q.d. infirmitas mea nos vos conturbauit. 65. Beda. ſi complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. 66. Amb. non æqualitate, ſed ſimilitudine. 67. Int. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur, fruendo ſ. deſiderato olim & amato gaudio veri boni. Beda. ¶ Ambroſ. non victus & potus promittitur, ſed communicatio gratiæ cæleſtis, & vitæ. Theop. nõ erũt corporales eſcæ, ſed Angelica cõuerſatio. Cyril. ex his quæ ſunt apud nos, ſpiritalia deſignat, funguntur enim prærogatiua apud reges, qui eis quaſi conuiuæ conſident. 68. Int. menſa quæ omnibus ſanctis eſt ad fruendum propoſita, eſt cæleſtis vitæ gloria. Beda. 69. Beda. qui hîc in tentationibus iniuſtè iudicati cum Domino permanent, venient cum eo ſuper tentatores ſuos iuſti iudices: excipitur autem Iudas: antequam enim hæc diceret Dominus, exiiſſe credendus eſt, excipiuntur & illi qui retro abierunt. Chry. non ſimpliciter promiſit, ſed permanentibus ſecũ in tẽtationibus. 70. Theop. condemnantes infideles duodecim tribuum. A u'. Iudices erunt Apoſtoli virtute errorẽ redarguentes. Gloſſ. per duodecim, non duodecim perſonæ, ſed multitudo iudicantium ſignificatur, propter duas partes ſeptenarij, quo vniuerſitas ſignificatur. ſ. tria & quatuor per quas multiplicatas fiunt duodecim.

71. Beda ne gloriarentur Apoſtoli quòd ſoli penè permanſiſſe dicerentur in tentationibus cũ Domino, oſtendit eos niſi ipſius gratia fuiſſent protecti, ſimiliter ac cæteros cadere potuiſſe. 72. Theoph. qui fortior aliis erat, & ſuperbire poterat in promiſſis à Chriſto. Cyril. venit ad Petrum cæteris prælatum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

52. audierant enim Chriſtum paulo pòſt glorificandum, vt eſt apud Iohannẽ. o. pro, maximus, adeoq́; mortuo Chriſto præficiendus cæteris, vel illo regnante primum locũ habiturus. q. pro, earum, gens enim Græcè neutri generis. 56. q.d. huiuſmodi titulos affectant, vt habeantur munifici, ſeu beneficiorum auctores. r. potius quàm ſunt. 59. Iunior, ſeu minor natu, nempe abiectior & ſubmiſſior. vt enim presbyter nomen honoris, ita iunior contemptus. Pſal. 118. Adoleſcentulus ſum ego & contemptus. 60. Græc. ἡγούμενος, dux, rector. s. pro, inter vos. 62. Lauerat enim eorum pedes, & ſolebat illis panem frangere, ciboſq́; diſtribuere. t. ſ. quas paſſus à Iudæis. 65. Græ. [illegible] præparo, ordino, conſtituo. 67. id eſt, ſummis fruemini delitijs. 70. ſ. in die iudicij. 72. apertè indicat hunc futurum cæterorum caput. Gr. ait, Simon, Simon ſ. repetitio affectum exprimit, & attentionem excitat.

Simó,ecce Sathanas expetiuit[73] vos,vt cribraret[74] ſicut triticum; ego autem rogaui[75] pro te, vt non[u] deficiat fides[76] tua : & tu aliquando conuerſus[77] confirma[78] fratres[79] tuos. Qui dixit[80] ei , Domine , tecum paratus[81] ſum & in carcerem & in mortem ire. Et ille dixit: Dico tibi,Petre,non cantabit hodie gallus donec ter abneges[82] : noſſe me.Et dixit eis: quando[83] miſi vos ſine ſacculo[84] ; & pera[85] , & calceamentis , nunquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt,Nihil. Dixit ergo eis:Sed nunc qui habet ſacculum, tollat[x], ſimiliter & peram[aa] : & qui non habet[86],vendat tunicam[bb] ſuam,& emat gladium[87].

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

73. Beda. nullius fides à diabolo,niſi Deo permittente,tentatur. 74. Beda.i.ventilando concuteret. 75. Cyril.humiliter loquitur,tendens ad paſſionem,vel humanitatem demonſtret. v. Glo.non,ne tenteris, ſed vt poſt lapſum ad priſtinum lapſum pœnitēdo reſurgas.vtile eſt ſanctis tentari, vt vel aliis appareat quàm fortes fuerint,vel cognita ſua infirmitate, fortiores ipſi fieri diſcant, & ſic probati accipiant coronam vitæ. 76. Theoph.etſi paululum agitandus ſis , habes tamen reconditum ſemen fidei, & ſi deiecerit tentator folia, viget tamen radix. 77. Theoph.poſtquam me negaro ploraueris,& pœnitueris. Ego quidem pro te rogaui, tu tamen delinques. 78. Int.ſicut ego orando te protexi , ne deficeres,ſic tu infirmiores fratres exemplo tuæ pœnitētiæ conforta, ne de venia deſperent.Bed. ¶ Theop. corrobora cæteros,cùm te principem Apoſtolorum deputauerim, hoc enim te decet , qui mecū robur es,& petra Eccleſiæ. 79. Theop.i.omnes fideles vſque ad finem mundi futuros. Nemo verò diffidere debet videns Petrum iterum per pœnitentiam obtinuiſſe, vt eſſet Antiſtes mundi. 80. Beda. conſcius præſentis affectus & fidei, ſed futuri caſus neſcius. 81. Theoph.præ nimia dilectione flammeſcit; decebat verò qui audiſſet à Chriſto ſe tentandum,non amplius contendere , & præſumptuosè loqui.

82. Theoph. non ſufficit humanum propoſitum ſine diuino ſubſidio, Petrus derelictus à Deo,ſupplantatus fuit ab hoſte.Baſil.Deo permittente,timorati cadunt quandoque ad faſtus præcedentis remedium.Auguſt.3.de con.Euang.quod hic dicitur de Petri negatione,omnes Euangeliſtæ commemorant, ſed Matthæus & Marcus:Poſtquam egreſſus eſt Dominus ex domo,vbi manducauit Paſcha.Lucas verò & Iohannes,ante egreſſum , aut ergo illi recapitulando,aut iſti præoccupando poſuiſſe intelligi poſſent:niſi tam diuerſa eſſent quæ referunt, vt magis intelligēdum ſit Petrum ter expreſſiſſe præſumptionem ſuam , diuerſis locis ſermonis Chriſti, & ter illi à Domino reſponſum ante galli cantum ter eſſe negaturum. 83. Chry.vt qui docent natare , in principio manus ſupponunt, & ſuſtentant diſcipulos, poſt deſerunt : ſic Chriſtus in principio præſto diſcipulis in cunctis aderat, parans eis omnem affluentiam:poſtea verò voluit eos proprias vires oſtendere, & ex ſe nonnulla peragere. 84. Chry.quo portatur pecunia. 85. Chry.qua portantur cibaria, q.d.hactenus cuncta vobis vberrimè affluebant, nunc volo vos inopiā experiri. Volebat Chriſtus recognoſcerent totum diuinitus emanaſſe,nec de ſe maiora opinarentur:relaxauit verò prioris legis rigorē,ne grauis eis fieret vita. Beda. In perſecutione permittit Dominus tollere ſibi victui neceſſaria,vſq; dū pax redeat,& tēpus Euangelizandi, vbi qui Euangeliū nunciat,de Euangelio viuere poſſit.Aug.22.cōt.Fauſt.c.77.pro tēporum diuerſitate præcepta, vel cōſilia,vel permiſſa mutantur. 86. Amb.ſ.ſacculū. 87. Amb.vt ſit parata defenſio.Chry. nō iubet vt gladios poſſideāt:dixerat.n.Si quis te percuſſerit in vnā maxillā præbe ei alterā,& alioqui cōtra inſidias populorum, tyrannorū,& vrbiū,quid eis prodeſſent vel mille arma? Significat ergo Dominus per gladios imminere inſidias Iudæorū.Theop.volēs violentū inſultum innuere,meminit gladij Baſil.non iubet,ſed prædicit futurum.ſ.quod Apoſtoli obliti legis domini, auderent ſumere gladios tempore paſſionis ; ſæpè enim Scriptura imperatiuo vtitur loco prophetiæ, in multis tamen libris legitur,tollet,& emet.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

73. Græ.ἐξῃτήσατο, poſtulauit,ἐξαιτεῖν,propriè expoſcere ad pœnam,aut torturam. 74. id eſt , tentationum impulſu agitaret. 75. ſcilicet,peculiariter.. 76. Petrus aut fidem non perdidit , aut ſtatim recuperauit. 84. ſcilicet,ad reponendam pecuniam. 85. ſcilicet,ad panem,ſeu cibum. x. id eſt,accipiat, aut ſecum ferat,quaſi dicat,ſibi proſpiciat malis ingruentibus. a a. ſcilicet,habens tollat. 86. ſcilicet, gladium. b b. Græ.ἱμάτιον,pallium. 87. Senſus horum omnium eſt , inſtare maximam perſecutionem, vt humano iudicio opus videatur etiam tunica vendita,gladium emere,nedum parare pecuniam in ſacculo,& cibum in pera.vide Ierem.9 ſimilem dicendi modum.

Dico enim vobis, quoniam adhuc hoc quod ſcriptum eſt, oportet impleri in me. Et cum iniquis[cc] reputatus eſt: Etenim ea quæ ſunt[88] de me, finem[89] habent. At illi dixerunt, Domine, ecce duo[dd] gladij hic. At ille dixit eis: Satis[90] eſt. Et egreſſus ibat[91] ſecundùm conſuetudinem[92] in montem Oliuarum.[93] Secuti ſunt autem illum & diſcipuli. Et cùm perueniſſet ad locum,[94] dixit illis:[ee] Orate, ne intretis[95] in tentationem. Et ipſe[96] auulſus[ff] eſt ab eis quantum iactus eſt lapidis:[gg] & poſitis[97] genibus, orabat,[98] dicens: Pater,[99] ſi vis,[100] transfer[101] calicem iſtum à me. Veruntamen[102] non mea[103] voluntas,[hh] ſed tua[104] fiat. Apparuit autem illi Angelus[105] de cælo, confortans[106] eum. Et factus in

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

cc. Gloſ. ſ. latronibus, in quorum medio crucifixus. 88. Int. ſ. prædicta. Theop. 89. Int. i. impletionem. Theop. 90. Theop. noluit Dominus eos reprehendere quaſi non intelligentes, ſed dicẽs, Satis eſt eos dimiſit, ſic nos cùm videmus aliquem non intelligere, dicimus benè. Quidã verò dicũt hoc ironicè dictum. q. d. ſatis ſunt duo gladij ad tantam multitudinẽ nos inuaſurã. Chryſ. ſi humano auxilio eos vti volebat, nec centum gladij ſufficerent; ſi nolebat, etiam duo erant ſuperuacui. Glo. ſi nulla alia cauſa eſſet euaginãdi gladiũ, illa ſufficeret, vt amputata ſerui auricula, tactu Dñi ſanaretur. 91. Beda. ſ. in locum in quo facillimè reperiri poſſet. 92. Cyril. interdiu conuerſabatur Hieroſolymis, noctu in monte Oliuarum. 94. Int. ſecundũ alios, in villam quæ dicitur Gethſemani. 95. Beda. i. ne tentatio vos ſuperet: nam non tẽtari animã impoſſibile eſt. 96. Cyril. vbique inuenies orantẽ ſemotũ, in quo docet attento animo & quieto colloquendum cum Deo. 97. Int. vt humilitatẽ mentis habitu corporis oſtendat. Greg. Niſſ. ſolemus proni ſupplicare maioribus, facto oſtendentes fortiores eſſe qui rogantur, & excellentiores; Dominus ergo per hominẽ quem ſumpſit, genuflectit orando, docẽs adhibendã eſſe oranti humilitatem, Deus enim humilibus dat gratiã. 98. Cyril. vt diſcas in tentationibus non eſſe dormitandum, ſed orationibus inſiſtendum. Beda. Solus orat pro omnibus, qui ſolus erat paſſurus pro omnibus. 99. Chry. iuſſerat orare ne intrarẽt in tentationẽ, hoc ergo opere docet. 100. Chry. non quaſi Patris voluntatẽ ignoret, nouit enim etiã Patris ſubſtantiã; nec quaſi reſpuat paſſionem, reprehendit enim Petrum hanc impedire volentẽ, Sathanã vocans; ſed ne phantaſma putaretur, permittit carnẽ ferre naturales defectus, itaque mortẽ recuſat, veram humanitatem demonſtrans. 101. Amb. quaſi homo mortem recuſat, quaſi Deus ſententiã ſuam ſeruat. 102. Int. in ſe reuertens quod ex hominis perſona remuerat trepidanter, ex Dei Filij poteſtate confirmat. 103. Dionyſ. Alexan. ſ. humana. Greg. Niſſ. quid hæc dicat Apollinaris, qui in Chriſto negat humanã voluntatem? 104. Dionyſ. Alex. quæ eadem Chriſti erat ſecundùm Deitatẽ. Athanaſ. geminũ hic velle oſtendit, alterũ carnis paſſionem recuſantis, alterũ diuinum affectantis eam ſubiens. Beda. infirmantiũ in ſe Chriſtus vocẽ ſumpſit, vt cùm imminet quod fieri nolumus, ſic per infirmitatẽ petamus ne fiat, vt per fortitudinẽ ſimus parati ad Dei voluntatẽ. 105. Theop. vt innoteſceret orationis virtus. 106. Int. homo factus, eo modo eſt confortatus, quo & contriſtatus: propter nos triſtis eſt, propter nos confortatus. Beda. in documentum vtriuſque naturæ Angeli & alibi miniſtraſſe Chriſto, & hic eum confortaſſe dicuntur. Theoph. quidam dicunt Angelum ita ei locutum, Domine tua eſt virtus, tu enim potes contra mortem & infernum genus humanum liberare.

SENS. MYST. IN CAP. XXII.

90. Amb. duo gladij veteris. ſ. & noui Teſtamenti aduerſus diaboli inſidias ſatis ſunt, nihil. n. ei deeſt quẽ vtriuſque Teſtamẽti doctrina munierit. 93. Beda. Corporis ſui myſterio imbutos in montẽ Oliuarũ educit, deſignans in morte ſua baptizatos ſancti ſpiritus chariſmate cõfirmandos. gg. Aug. de q. Euan. tanquam typicè admonens, vt in eum perducerent intentionem legis quę ſcripta erat in lapide.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

88. ſ. Scripta. dd. his vſi fuerant in agni immolatione, & diuiſione. 90. ſignificat eos non intellexiſſe quod dixerat. ſic enim ſolemus, abrumpentes ſermonem eius, qui non intelligit, dicere, ſatis eſt, ſeu bene eſt. ee. omnibus veriſimile eſt dixiſſe, ſed præcipuè tribus, de quibus alij Euangeliſtæ. 95. i. ſuperemini. ff. ægrè ab eis diſcedebat ob amorem, & mœrorem. vel ſignificatur doloris magnitudine impulſum, quæſiſſe refugium per orationem. hh. i. deſiderium naturale. 105. in tertia oratione, aut fortè in ſingulis. 106. ſcilicet, omni ſolatio deſtitutum, quantum ad partem inferiorem, confortabat autem propoſita Patris voluntate, & Paſſionis fructu.

[107] agonia,[ll] prolixius orabat. Et factus eſt [108] ſudor eius ſicut [mm] guttæ [nn] ſanguinis decurrentis in terram. Et cùm ſurrexiſſet ab oratione,& veniſſet ad diſcipulos ſuos,inuenit eos dormientes [109] præ [110] triſtitia. Et ait illis: [111] Quid dormitis? Surgite,orate,ne [112] intretis in tentationem. Adhuc eo loquente,ecce turba: & qui [113] vocabatur Iudas, vnus de [114] duodecim,antecedebat [115] eos:& [116] appropinquauit Ieſu,vt oſcularetur eum. [117] Ieſus auté dixit illi: [118] Iuda, [119] oſculo [oo] Filium hominis [120] tradis? Videntes autem hi qui circa ipſum erãt quod [pp] futurum erat, dixerunt ei: Domine, [qq] ſi percutimus in [121] gladio? Et percuſſit [122] vnus ex illis

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

107. Chry.vt veram carnem ſe ſuſcepiſſe demonſtret,humana ſuſtinet. Amb.nuſquam magis Chriſti pietatem & maieſtatem demiror,quàm hîc,vbi plerique horrent; minùs mihi contulerat niſi meum ſuſcepiſſet affectum;ſuſcepit triſtitiam meam, vt mihi ſuam lætitiam largiretur; confidenter triſtitiam nomino,quia crucem prædico;debuit dolorem ſuſcipere,vt vinceret; non habet fortitudinis laudẽ ſtupor,nos voluit erudire,vt futuræ mortis mœſtitiam vinceremus:& fortè ideo triſtis eſt, quia poſt Adæ lapſum nobis eſt neceſſe mori, itemque quia perſecutores ſciebat immanis ſacrilegij pœnas daturos. Greg.24.mor.c.17.appropinquante morte, in ſe mentis noſtræ certamen expreſſit, qui valdè timemus morte appropinquante. 108. Theop.apparet hinc præmiſſam orationem fuiſſe humanæ naturæ, non diuinæ.Beda.nemo ſudorem hunc infirmitati deputet,contra enim naturã eſt ſanguinem ſudare;declaratur ergo Chriſtũ effectũ orationis ſuę obtinuiſſe,vt fidẽ diſcipulorũ infirmam ſuo ſanguine purgaret. 109. Int.præ triſtitia ſomnum vincere nõ poſſunt.Chry.erat ſomnus nõ corporis,ſed mœroris,eorum enim oculi præ anguſtia premebãtur. 111. Int.apparet,quia pro illis orauerat,quos monet orationum ſuarum vigilando & orando participes exiſtere.Beda. 112. Theoph.id eſt,ne à tentatione ſuperemini. 113. Cyril.id dicit quaſi eius nomen habeat exoſum. 114. Chry.ſignificatur nequitia proditoris. 115. Int.factum congruit mutatæ menti,iam enim cum fuſtibus,qui quamdiu cum pace fuit, trãquilliùs ſe egit.Chry.vt vulnera inſanabilia nec auſteris medicamentis obediunt,nec demulcẽtibus,ſic anima ſemel captiuata. 116. Int.vt hoc ſigno dignoſcerent eum quem tenerent. Cyrill.præcipuum dilectionis ſignum inſtrumentum facit doli. 117. Chry.admonendus eſt frater,etiãſi non proficias;ſi hodie non perſuades,fortè perſuadebis cras;piſcator totam noctem retia trahens, ſerò tandem piſcem capit.Chriſtus ergo,etſi ſciret Iudam non conuertendum,non deſtitit facere quod ſuũ erat. 118. Chryſ. proprium nomen ponit,quod eſt dolentis & reuocantis. 119. Int.q.d.inſtrumento pacis mortem irrogas,ſeruus dominum,diſcipulus magiſtrũ prodis? Amb.& amoris pignore vulnus infligis? oſculatus eſt autem eum Dominus,ne proditorem refugere videretur,& vt eum plus afficeret,amoris officia nõ denegans. o o. Chry i.manſuetum & mitem,itaque ſi nec eſſet Magiſter & Dominus,tamẽ quia te tam ſuauiter tractauit,non erat à te prodendus.Amb.oſtendit ſe & Deum dum occulta manifeſtat,& hominem qui comprehendatur;caro enim,non diuinitas comprehenditur:illud verò plus confutat ingratum quòd eum tradit,qui propter ipſum Filius hominis factus erat. q d. propter te ſuſcepi ingrate quod tradis. 120. Amb.per interrogationem legendum,quaſi amantis affectu corripiat proditorem. Auguſt.de conſ. Euang. Chriſtus primùm hoc dixit, tum quod Matthæus, Amice ad quid veniſti? deinde quod Iohannes,Quem quæritis? 121. Theop.gladios habebant, quia mactauerant agnum, & à menſa diſceſſerant. 122. Int.ſ.Petrus eodem ardore mentis quo cætera,zelatus ſicut Phinees. Amb.ſciebat Phinees reputatum ad iuſtitiam quòd ſacrilegos peremiſſet. Theoph.Petrus vbique feruens pro Domino, præceptum non expectat,ſed percutit.

SENS. MYST. IN CAP. XXII.

108. Aug.in ſent.proſp.ſignificabat de corpore ſuo toto,quod eſt Eccleſia,manatura martyria.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

107. i.angore,mœrore,animiq; anxietate, ſignificat agonia horrorem illum,quo corripi ſolent homines inſtante & vrgente graui diſcrimine. ll. nempe ter,vt alij Euangeliſtæ dicunt. mm. Græc. θρόμβοι, craſſiores guttæ. nn. verè ſanguis erat,additur.n.decurrentis. ſ.ob magnam copiam. pp. ſ.vt captus duceretur. qq. pro,viſne percutiamus?

[123] ſeruum Principis ſacerdotum, & amputauit [rr] auriculam eius dexteram. Reſpondens autem Ieſus ait: [124] Sinite vſque huc. Et cùm [125] tetigiſſet auriculam eius, ſanauit eum. Dixit autem Ieſus ad eos qui venerant ad ſe, [ss] Principes ſacerdotum & [tt] magiſtratus templi, & ſeniores: Quaſi ad [vv] latronem exiſtis cum gladiis & fuſtibus: Cùm quotidie vobiſcum [126] fuerim in templo, non extendiſtis manus in me. Sed hæc eſt [127] hora veſtra, & po- [128] teſtas [129] tenebrarum. [130] Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domum [131] Principis ſa- [132] cerdotum: [133] Petrus verò [134] ſequebatur eum à [135] longè. Accenſo autem igne in medio atrij, & circumſedentibus illis, erat [136] Petrus in medio eorum: quem cùm vidiſſet ancilla

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

123. Aug. de con. Euang. ſ. Malchum. 124. Int. id eſt, non moueat vos quod futurum eſt. Aug. de con. Euang. Reſpondit verò Chriſtus hoc, cùm interrogaſſet, Domine, ſi percutimus in gladio? vnde Lucas dicit, Reſpondens Ieſus, ſignificat verò permittendus illos progredi eouſque, vt ipſum cõprehenderent. inter moras autem interrogantium, & reſpondentis Domini Petrus auiditate defenſionis percuſſit. 125. Int. nunquam pietatis obliuiſcitur, qui nec hoſtes ſuos patitur vulnerari. ſs. Beda. non per ſeipſos, ſed per eos quos miſerant, iſti veneiant; apud alios enim Euangeliſtas in atrio Cayphæ expectantes miniſtros miſiſſe perhibentur. vv. Gloſſ. ſtultum erat cum gladiis & fuſtibus quærere vltro ſe offerentem, & in nocte, quaſi latitantem proditorem inueſtigare, qui quotidie in templo docebat. 126. Cyril. oſtendit ſe nunc nõ potuiſſe capi, niſi ſe ſponte tradidiſſet, cùm enim noluit nõ eũ ceperũt. 127. Int. ſ. noctis, nequitiæ veſtræ congrua. Cyril. i. paruum tempus conceſſum eſt vobis exercendæ in me veſtræ ſuperbiæ. 128. Cyril. ſ. data tenebris. i. diabolo & Iudæis inſurgendi in me. 129. Beda. q. d. ideo aduerſum me in tenebris congregamini, quia poteſtas veſtra contra lucem mundi in tenebris eſt. 130. Amb. Tenetur, & ligatur ſecundùm corporis veritatem, non ſecundùm diuinitatẽ. 131. Bed. ſcilicet, Cayphæ, qui, ſecundùm Iohannem, erat Pontifex anni illius. Gloſſ. emerat ſibi pretio à Romano Pontifice Cayphas vnius anni pontificatum. Aug. de conſ. Euan. Primò eſt ad Annam ductus, ſocerum Cayphæ. Chry. ideo eò ductus eſt, vt de conſenſu Principis ſacerdotum ſingula facerent. 133. Int. ſcilicet, diuiſus ab aliis. 134. Int. hoc eſt, deuotionis. 135. Int. hoc eſt, timoris naturæ. 136. Ambroſ. Clauſo Domino calor mentis in Petro refriguerat. 138. Int. quod negat Petrus, obreptionis eſt, quod pœnitet, fidei. Chry. credenda erat Petro populorum innumera multitudo: erat autẽ paulò durior, quod ſerui auricula truncata declarat, permiſſus eſt ergo cadere, vt erga peccantes duriorem ſententiam proprij caſus intuitu temperaret. Gloſſ. permiſſus eſt Petrus hæſitare, vt in Eccleſiæ principe conderetur remedium pœnitentiæ, & nemo auderet de ſua virtute confidere. 139. Chryſ. Quid ais ô Petre? os plenum fidei & amoris in odium & perfidiam conuerſum eſt? idque nondum admotis tormentis, & muliere ſimpliciter interrogante, nec fortè proditura confeſſum.

SENS. MYST. IN CAP. XXII.

r r. Amb. ſeruus principis mundi auris vulnus excipit, quia non audierit verba ſapientiæ, tollitq; Petrus gladio ſpiritali aurem interiorem malè intelligentis: Dominus verò refundit auditum, demonſtrans, ſi conuertantur, ſaluari poſſe, qui in paſſione Domini vulnerati ſunt. Beda. ſeruus iſte populus Iudæorum, ſacerdotum indebito mancipatus officio, qui in paſſione Domini dexteram auriculam. i. ſpiritualis legis intelligentiam perdidit diuino iudicio. Eſt verò in eo populo diuina dignatione in his qui crediderunt, auris reſtituta. Gloſſ. auris dextera, ſpiritualis intelligentia, quam Petrus non tollit, ſed diuino iudicio ablatam pandit; ſiniſtra verò, litteræ vilitas, qua contenti Iudæi, ſignificatur, vel aure amputata & ſanata ſignificatur auditus ablata vetuſtate innouatus, vnde & nomẽ ſerui Malchus. i. rex, vel regnaturus, regnabit enim cum Chriſto, cui auditus innouatur. 135. Amb. negare non potuiſſet, ſi Chriſto proximus adhæſiſſet. Beda. ſignificatur Eccleſia ſecutura. i. imitatura Domini paſſionem, ſed longè diff[erenter], illa enim pro ſe patitur, Chriſtus pro Eccleſia.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

124. quaſi dicat, ne vltrà progrediamini, ſatis eſt hucuſque proceſſiſſe, vel, ceſſate, hucuſque enim eis permiſſum progredi, vt me comprehendant, &c. t t. ſcilicet, militum præfectos, qui templum cuſtodiebant. 127. qua, ſcilicet, vobis permittitur ſic agere. 129. id eſt, dæmonum.

quæ

quædam ſedentem ad lumen,[x x] & eum fuiſſet intuita,[a] dixit:[137] Et hic cum illo erat. At ille negauit[138] eum, dicens: Mulier, nō noui[139] illum. Et poſt puſillum alius videns eum, dixit: Et tu de illis es. Petrus verò ait, O homo[140] non ſum. Et interuallo[141] facto, quaſi horæ vnius, alius quidā[142] affirmabat, dicens: Verè[143] & hic cum illo erat; nam & Galilæus[144] eſt. Et ait Petrus, Homo, neſcio quid dicis. Et continuò, adhuc illo loquente, cantauit[145] gallus. Et cōuerſus Dominus reſpexit[146] Petrum. Et recordatus eſt Petrus verbi Domini, ſicut dixerat: Quia prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egreſſus[b] foras Petrus,[147] fleuit amarè. Et viri qui tenebant Ieſum, illudebant ei, cædentes.[148] Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius: & interrogabant eum, dicentes: Prophetiza,[149]

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

140. Augu. 3. de con. Euang. hoc dixit compellatus etiam ab ancilla, quam commemorant Matth. & Marcus, quod ergo Lucas ait, poſt puſillum, intelligitur iam egreſſo Petro iannam, & poſt primum galli cantum, nempe negauit, vt Iohannes ait, vbi rediiſſet, & ad focum ſtaret. Beda. Chriſtum negat, qui ſe negat eſſe Chriſtianum, cùm ſit. 141. Aug. de con. Euang. de hoc interuallo tacet Iohannes, Matthæus & Marcus dicunt, poſt puſillum. 142. Aug. de con. Euang. Lucas & Iohannes vnum dicunt, Matthæus & Marcus plures, ſed vel apud eos plurale vſurpatur pro ſingulari, aut vnus maximè hoc affirmabat, quem cæteri ſequentes Petrum vrgebant. 143. Aug. de con. Euang. Matthæus ait dictum Petro, Nónne te vidi in horto? Marcus & Lucas inter ſe locutos de Petro, ſed vna eſt ſententia, tantum enim valet coram de illo dicere, quantum ſi illi diceretur. aut vtroque modo factum eſt. 144. Beda. Erat quidem Petrus Hebræus, ſed vnaquæque prouincia ſuas habet proprietates, & vſitatum loquendi ſonum vitare non poteſt. 145. Aug. de conſ. Euang. Poſt trinam negationem Petri gallus cantauit, ſicut Marcus expreſſit. 146. Int. Reſpexit Dominus vt recordaretur Petrus. Chry. Admirare curā Magiſtri, cùm enim vinctus eſſet, nutu erexit diſcipulum. Aug. de con. Euan. quomodo reſpexit Petrum qui in atrio ſedebat foris, ſecundùm Matthæum & Marcum? Videtur mihi illa reſpectio diuinitus facta, ſicut dictum eſt: Reſpice, & exaudi me, & conuertere Domine, & libera animam meam. Beda. Reſpicere Dei, miſereri eſt, quod vt pœnitentia agatur neceſſarium eſt. Gloſſ. Chriſtus intuitu prouocauit Petrum ad lachrymas, quaſi in mentem reducens ei quoties negauerat, nec potuit in tenebris remanere, quem lux mundi reſpexit. b. Chry. non audebat palàm flere, ne deprehenderetur. 147. Amb. quos Ieſus reſpicit, plorant delictum ſuu, ſi veniam vis mereri, dilue lachrymis culpam tuam. Chry. Flebat Petrus, non propter pœnam, ſed quia dilectum negauerat, quod moleſtius erat ei quolibet ſupplicio. 148. Chry. cæſus, ſuſtinet & patitur impiorum ridicula, formam nobis patientiæ præbens. 149. Beda. hoc quaſi in contumeliam faciebant, quòd ſe Prophetam haberi voluiſſet.

SENS. MYST. IN CAP. XXII.

137. Ambroſ. primò Petrum prodit ancilla, vt iſte ſexus peccare in nece Domini videretur, & redimeretur per Domini paſſionem. 138. Ambroſ. ibi negat Petrus, vbi Chriſtus ligatus eſt, vbi veritas non eſt: non negauit in monte, non in templo, non in domo ſua, ſed in prætorio Iudæorum. 145. Beda. galli cantus hic doctoris alicuius increpatio ad ſomnolentos dicentis, Euigilate iuſti, & nolite peccare. 147. Beda. Petrus media nocte peccauit, ad galli cantum pœnituit, nempe correxit veræ lucis rememoratione, quod in tenebris obliuionis errauit. 149. Beda. cæditur & nunc Chriſtus blaſphemiis falſorum Chriſtianorum, & illuditur ab his, qui cum reprobis actibus exacerbant, & quaſi ei dicunt: Quis eſt qui te percuſſit? dum ab eo cogitationes ſuas, & opera tenebrarum cognoſci non æſtimant.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

x x. pro, ignem. Hebr. a. ſcilicet, fixis in eum oculis, Græcè enim ἀτενίσασα. 146. ſcilicet, ſpiritualibus oculis, & fortè etiam corporalibus, adductus ſcilicet, è domo in atrium, vbi & illuſus, & peſſimè tractatus. c. id eſt, conuitiantes.

quis

quis eſt qui te percuſſit? Et alia multa[150] blaſphemantes dicebant in eum. Et[c] vt factus eſt dies,[151] conuenerunt Seniores[a] plebis, & Principes ſacerdotum, & Scribæ, & duxerunt illum in concilium ſuum, dicentes: Si[d] tu es Chriſtus, dic[b] nobis.[152] Et ait illis, Si vobis di-[c]xero, non[153] credetis mihi: ſi autem &[154] interrogauero, non[e] reſpondebitis[f] mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem[155] erit Filius hominis[156] ſedens à dextris[157] virtutis Dei.[158] Dixerunt autem omnes, Tu ergo es Filius Dei?[159] Qui ait, Vos dicitis, quia ego ſum. At illi dixerunt: Quid adhuc deſideramus[160] teſtimonium? ipſi enim[161] audiuimus de ore eius.

SENS. LIT. IN CAP. XXII.

150. Aug. de con. Euan. Intelligitur paſſus Dominus vſque manè in domo Principis ſacerdotum, quo prius adductus eſt. 151. Int. vide quam ſolliciti in malo, tota nocte vigilauerunt vt facerent homicidium. 152. Beda. non veritatem deſiderabant, ſed calumniam præparabant: Si enim diceret ſe Chriſtũ, calumniarentur, tanquam ſibi arrogaret regiam poteſtatem. Chriſtum enim ex Dauid ſtirpe venturum ſperabant. 153. Theop. qui operibus non crediderant, multo minùs ſermonibus crederent. Bed. Sæpè ſe dixerat Chriſtũ eſſe, & non crediderant. 154. Bed. Interrogauerat eos quomodo dicerent Chriſtum filium Dauid, & eis ſed reſpondere noluerunt. 155. Int. quaſi dicat, Ego, quem vt hominem deſpicitis, per ſupplicium crucis ero exaltatus, & habens nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Theoph. q. d. de cætero non eſt tempus ſermonum & doctrinæ, ſed iudicij, cùm videbitis me ſedentem, &c. 156. Cyrill. cùm de Deo ſeſſio dicitur & thronus, regia, & vniuerſis imperans dignitas deſignatur. 157. Int. cùm infirmus appaream. 158. Theoph. eùm timere deberent, magis inſaniunt. 159. Amb. Dominus maluit ſe Regem probare quàm dicere. Gloſſ. ita temperat reſponſionem, vt & verum dicat, & ſermo calumniæ non pateat. 160. Int. ſcilicet, quòd ſe Chriſtum & Filium Dei dicat. Theoph. mali ex reuelatis ſibi ſecretioribus, nulla commoda referunt, ſed maiorem pœnam. 161. Gloſſ. ſua ſe ſententia damnant, qui eum morti tradunt, quem oris & operis ſui teſtimonio Deum eſſe cognoſcunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXII.

a. ſcilicet, ante diem diſceſſerant, matureq́; redierunt. d. id etiam noctu interrogauerant, vt dicunt alij Euangeliſtæ. e. ſcilicet, quæſita. f. ſcilicet, quod æquum eſt. 159. q. d. verè dicitis, ſum etenim, ſeu ita eſt vt dicitis, ſeu non nego quod dicitis.

CAPVT XXIII.

ET ſurgens[1] omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum. Cœperunt[2] autem illum accuſare, dicentes:[3] Hunc inuenimus ſubuertentem gentẽ noſtram,[4] & prohibentem tributa dari Cæſari: & dicentem ſe Chriſtum[a] Regem eſſe. Pilatus autem interrogauit eum, dicens:[5] Tu es[b] Rex Iudæorum? At ille reſpondens, ait: Tu[c] dicis. Ait autem Pilatus ad Principes ſacerdotum, & turbas.

SENS. LIT. IN CAP. XXIII.

1. BEDA. Vt impleretur illud Chriſti, Tradetur Gentibus. Glo. tradiderunt Romanæ poteſtati, vt ſe ab eius interfectione alienos oſtenderent. 2. Int. impij nihil veriſimile quod obijcere poſſent, inueniunt; & ideo, ſicut Marcus ait, non erant conuenientia eorum teſtimonia. 3. Theoph. euidenter aduerſantur veritati, cùm enim vellent eum eligere in Regem, fugit, nec dari cenſum prohibuit, ſed iuſſit. 4. Int. cùm ipſe dixerit, Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo. 5. Beda. illud de tributo, quaſi apertum mendacium, omiſit. Theoph. hoc videtur quæſiſſe per contemptum. q. d. tu pauper, humilis, &c. de regni ambitione accuſatis, ad quod opus eſt multorum adiutorio, & ſumptibus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXIII.

b. Græ. ὁ βασιλεὺς, ille rex. ſ. promiſſus & expectatus.

Sed [17] neque Herodes. nam remiſi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum eſt ei. [18] Emendatum ergo illum dimittam. [19] Neceſſe autem habebat dimittere eis [q] per diem feſtum vnum. [20] Exclamauit autem ſimul vniuerſa turba, dicens: Tolle hunc, & [21] dimittte nobis [22] Barrabam: qui erat propter ſeditionem quandam factã in ciuitate, & homicidiũ, miſſus in carcerem. Iterũ item Pilatus locutus eſt ad eos, volens dimittere Ieſum. At illi ſucclamabant, dicentes: [23] Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit iſte? Nullã cauſam mortis inuenio in eo, [24] Corripiã ergo illum, & dimittam. At illi inſtabant vocibus magnis poſtulantes [r] vt crucifigeretur, & inualeſcebant voces eorum. Et [25] Pilatus [26] adiudicauit fieri petitionem eorum. [27] Dimiſit autem illis eum qui propter homicidium & ſeditionem miſſus fuerat in carcerem, quem petebant, Ieſum verò tradidit voluntati eorum. Et cùm ducerent eum, apprehenderunt Simonem quendam [28] Cyrenenſem venientem de villa: & [29] impoſuerunt illi crucem portare poſt Ieſum. Sequebatur autem poſt illum multa turba [30] populi

SENS. LIT. IN CAP. XXIII.

17. Theoph. duorum teſtimonio inſons oſtenditur; Iudæi autem qui accuſabant, nullum teſtẽ obtulerunt cui credere oporteret. 18. Int.q d. flagris, & ludibriis quantum iuberis afficiam, dummodo ne ſitiatis innoxium ſanguinem. Beda. 19. Int. non Imperiali legis ſanctione, ſed annua gentis, cui per talia gaudebat placere, deuictus conſuetudine. Beda. ¶ Theoph. Romani Iudæis conceſſerant ſecũdum leges & ritus proprios conuerſari; ſolebant autem petere damnatos à Principe, ſic à Saule Ionatham petiuerunt. 20. Int. data optione eligendi quem vellent, quia Pontifices excitauerant turbam, vt magis peterent Barrabam. 21. Ambr. non immeritò homicidæ abſolutionem petunt, qui flagitabant innocentis exitium; tales iniquitatis leges, vt qui oderit innocentiam, ſcelus diligat. Beda. hæret adhuc Iudæis ſua petitio, qui enim pro Ieſu latronem, pro Saluatore interfectorem elegerunt; meritò ſalutem & vitam perdiderunt; ſéque latrociniis, & ſeditionibus in tantum ſubiecerunt, vt patriam, & regnum perdiderint. 23. Bed. peſſimum genus mortis optant, quo clauis ad lignum pedibus manibúſque confixis pendentes, producta morte necabantur; ſed elegerat Dominus mortem crucis, quam diabolo ſuperato, tanquam trophæum in frontibus fidelium erat poſiturus. 24. Beda. fecit hoc flagellando, vt Iohannes teſtatur. r. Chry. quaſi eſſet deterior latrone, & adeo nequam, vt neque pro pietate, neq; pro feſti prærogatiua deberet liberari. 25. Int. videns quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret.

26. Int. Iudex neque inuidiæ cedere debuit, nec timori. 28. Int. à Cyrene ciuitate. 29. Aug. 3. de con. Euan. prius Chriſtus baiulauit ſibi crucem, vt ait Iohannes. deinde impoſita eſt Simoni. 30. Beda. non vna omnes, & eadem mente ſequebantur: qui enim mortem impetrauerunt, vt morientem læti aſpicerent, alij verò de eius paſſione mœſtiſſimi.

SENS. MYST. IN CAP. XXIII.

22. Ambroſ. Barrabas Latinè filius patris: illi ergo quibus dicitur, Vos ex patre diabolo eſtis, vero Dei Filio, patris ſui filium, i. Antichriſtum prælaturi produntur. 27. Glo. dimiſſus Iudæis ſeditionis & homicidiorum author diabolus, & ideo pacem habere non poſſunt: quia pacis authorem non elegerunt.

29. Amb. prius Chriſtus crucis ſuæ trophæa ipſe erexit, deinde martyribus tradidit erigenda ſequitur autem qui crucem portat, iuxta illud: tollat crucem ſuam & ſequatur me. Beda. Simõ, obediens; Cyrene, hæres. deſignantur ergo gentiles, qui quondam peregrini, & hoſpites teſtamentorum, obediendo facti ſunt Dei hæredes: relictis enim ritibus paganis, tamquam à villa egreſſi, veſtigia paſſionis Chriſti amplexi ſunt. Theoph villa, mundus, qui dimittendus eſt ab eo qui crucem tollit; debet verò, qui magiſter eſt, exemplo Chriſti, prius ipſe crucem tollere, & ſic ſubditis & obedientibus eam imponere.

30. Theoph. ſignificabatur multitudo Iudæorum, qui eſſent credentes iuxta poſt Crucem: itémque per fœminas, infirmæ mentes ſumpta cordis contritione Chriſtum ſecutuiæ.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXIII.

18. id eſt, caſtigatum. q. pro, in die feſto ſ. Paſcha. Gra. κατ' ἑορτὴν, i. ſingulis feſtis. 24. i caſtigabo.

& mulierum, quæ [31] plangebant, & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas Ie-
ſus, dixit: Filiæ Hieruſalem, nolite flere ſuper me [32]: ſed ſuper vos ipſos flete, & ſuper
[33] filios veſtros. Quoniam, ecce, venient dies in quibus dicent, Beatæ [34] ſteriles, & ven-
tres qui non genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere mon-
[35] tibus. Cadite ſuper nos: & collibus, Operite nos. Quia ſi in [36] viridi ligno hæc faciunt:
in arido quid fiet? Ducebantur autem & alij duo [37] nequam cum eo, vt interficerentur.
Et poſtquam venerunt in [38] locum qui vocatur Caluariæ, ibi cruci[39]fixerunt

SENS. LIT. IN CAP. XXIII.

31. Beda. femineus ſexus quaſi contemptibilior liberiùs quod ſentiret, oſtētabat. Cyril. femineus ſexus flexibilis ad pietatem. 32. Beda. cuius ſuā reſurrectio mortē ſoluere poteſt, cuius mors mortē deſtructura eſt, & mortis authorē. Theoph. eum qui vltrò patitur flere non oportet. 33. Cyril. ſignificat mulieres filiis orbandas, perituroſq; paruos & magnos irruente bello. s. Glo. i. Romanæ obſidionis & captiuitatis. 34. Theoph. erant feminæ crudeliter ſuos filios aſſaturæ & comeſturæ. 35. Beda. refert Ioſephus, inſiſtentibus ſibi Romanis, Iudæos cauernas montium, & collium ſpeluncas petiſſe. 36. Greg. 12. mor. cap. 4. Chriſtus in ſe diuinitatem habuit, ideò viride lignum ſe dicit, nos, qui puri homines ſumus, aridū appellamur. Theoph. q. d. ſi in me ita ſæuiunt Romani, quid non tentabunt in vos? Beda. q. d. ſi ego, qui peccatū non feci, lignumq; vitæ ſum ſine paſſionis igne, à mundo nō exeo, quæ tormēta manent fructibus vacuos? 37. Theop. curabat diabolus de Chriſto malā haberi opinionē. Glo. impletur illud, Et cum iniquis deputatus eſt. In morte deputatur cum iniquis, vt iniquos in reſurrectione viuificet.
38. Athan. vbi corruptū eſt genus humanū, ibi Chriſtus propriū corpus expoſuit; vt vbi ſeminata eſt corruptio, ibi incorruptio oriatur. hunc enim locū doctores Iudæorū aiunt eſſe ſepulchrū Adæ. Beda. extra portā locus, vbi capita damnatorū truncabantur, Caluariæ. i. decollatorium dicebatur. Glo. ibi crucifigitur, vt vbi erat area damnatorū, erigantur vexilla martyrij. 39. Euſeb. cauſa mortis Chriſti vna, ad demonſtrandū diuinam virtutē, altera, ad liberandum genus humanū; tertia, vt cōſpecta reſurrectione poſt mortē, diſcipuli in ſpē erigerentur, mortemq; contēnentes, agonē contra errores inirent alacriter. Chry. quia non ſuā mortē, cùm ſit vita, ſed hominum venerat conſumpturus, non propria morte corpus depoſuit, ſed ab hominibus illatā ſuſtinuit; nec erat cōueniens ſolui morbo eius corpus, qui venerat aliorū languores ſanare; ſi autē ſine morbo depoſuiſſet, & rurſū ſe obtuliſſet, nō crederetur reſurrexiſſe: itaq; oportebat palā mori, qui palā reſurrectionē prædicabat: elegit verò ignominioſam mortē, vt ſe oſtēderet habere virtutē contra quālibet mortē, mortiſq; dominiū omnino deſtrueret; volebat etiam portare quā incurreramus maledictionem, maledictam. ſ. crucis mortem ſuſcipiendo, moriens etiam in cruce, à dæmonibus expiat aërem, & aſcēſum nobis parat in cælum. Theoph. quia per lignum mors intrauerat, neceſſe erat per lignum exterminaretur, & per ligni dolores cōfutaretur delectatio prouenīēs ex ligno.

SENS. MYST. IN CAP. XXIII.

34. Beda. Beati qui ſe caſtrauerunt propter regnum cælorum. 35. Beda. memores fragilitatis ſuæ, ingruente tentatione, ſublimium virorum exemplis, monitis & precibus defendi quærunt. 39. Chry. non ei caput amputatur, vt Iohanni; nec ſecatur, vt Eſaias, ſed ſeruatur corpus integrum, & indiuiſibile, ne fiat occaſio volentibus Eccleſiam diuidere: moritur etiam expāſis manibus, vt altera veterem populum, alterā gentes trahat, vtroſque ſibi coniungens. Greg. Niſſ. figura crucis à medio in quatuor extrema partita, ſignificat virtutem, & prouidentiam eius, qui in ea pependit, vbique diffuſam. Aug. de q. nou. & vet. Teſtam. tale mortis genus elegit, vt latitudinis, altitudinis, lōgitudinis, & profunditatis, de quibus Apoſtolus loquitur, magiſter exiſteret: pertinet autem latitudo crucis ad bona opera, quia ibi extenduntur manus, longitudo ad longanimitatem, ibi enim perſiſtitur & perſeueratur, altitudo ad expectationem ſupernam, profunditas ad gratuitam gratiam.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXIII.

31. affectu non ſolùm humano, ſed etiā pio & grato. 32. vt ſuper impotentē, vel pro non tam ſuper me. i. mea cauſa, quàm veſtra ipſarum, & liberorū veſtrorum. 34. matres enim tum filiorum, malis maximè cruciabuntur, fletuq; impedientur, ne fugiant. 35. q. d. optabunt mortem potiùs, quàm in tantis malis verſari. 36. i. humidū ſ. gratia, & virtute. 37. Græ. κακοῦργοι, malefici, facinoroſi.

eum,

eum,[40] & latrones: vnum à dextris, & alterum à ſiniſtris. Ieſus autem dicebat, Pa-
ter,[41] dimitte[42] illis, non enim ſciunt quid faciunt. Diuidentes verò veſtimenta[43] eius,
miſerunt ſortes.[44] Et ſtabat[45] populus expectans:[46] & deridebant eum principes[47] cum
eis, dicentes: Alios[48] ſaluos fecit, ſe ſaluum[49] faciat, ſi hic eſt Chriſtus, Dei electus.
Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum[50] offerentes ei, dicentes: Si tu
es Rex Iudæorum, ſaluum te fac. Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta ſuper eum
litteris Græcis,[51] & Latinis, & Hebraicis: Hic[52] eſt rex Iudæorum. Vnus autem de
his qui pendebant latronibus, blaſphemabat[aa] eum, dicens: Si tu es Chriſtus, ſal-
uum fac te ipſum, & nos. Reſpondens autem

Sens. Lit. In Cap. XXIII.

40. Chryſ. vt eorum ſuſpicionis fieret particeps, ſed non ita euenit, de illis enim nihil dicitur. Crux Chriſti vbique honoratur, in regum purpuris, in diadematis, in armis, &c. 41. Chry. dixerat orandum pro perſequentibus, hoc ergo fecit crucem aſcendens, orat verò Patrem, cùm poſſit ipſe relaxare, vt nos doceat pro perſequentibus orare. Gloſſ. quia Lucas Chriſti ſacerdotium ſcribere diſpoſuit, rectè Dominus apud eum pro perſecutoribus iure ſacerdotis intercedit. 42. Chry. ſ. ſi pœnituerint. Beda. non eſt putandum fruſtra oraſſe, ſed in eis qui poſt eius paſſionem crediderunt quod orauit, impetraſſe, orauit verò pro his qui neſciebant quid facerent, zelum Dei habentes, ſed non ſecundùm ſcientiam.
43. Amb. victus eſt Adam qui veſtimenta quæſiuit, vicit ille qui tegumenta depoſuit, talis aſcendit, quales nos auctore Deo natura formauit, pulchrè verò aſcenſurus crucem, regalia veſtimenta depoſuit, vt ſcias quaſi hominem paſſum eſſe, non quaſi Deum Regem, etſi vtrumque Chriſtus. 44. Theoph. ad opprobrium videbantur hoc facere, quid enim erat pretioſum in veſtibus? 45. Theoph. qui petierat eum crucifigi. 47. Aug 3. de conſ. Euang Omnes primates generali nomine complexus eſt, vt poſſint intelligi Scribæ, & Seniores. 48. Beda. etiam nolentes confitentur, quòd alios ſaluos fecit.
49. Athanaſ. Dominus non ſaluando ſe, qui opus non habebat ſalute, ſed creaturam liberando volebat cognoſci Saluator: cognoſcitur enim medicus, cùm erga languidos artem probat. Gloſſ. Poterat quidem ſe ſaluare, ſed venerat pro omnibus crucifigendus. 51. Am. vt omnis lingua confiteatur quia Dominus Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris. Theop. vide dæmonis ſagacitatem; triplici lingua promulgat accuſationem, ne quiſquam tranſeuntium ignoret ideo ſuſpenſum, quia ſe Regem feciſſet.

Sens. Myst. In Cap. XXIII.

40. Beda. duo latrones, qui ſub fide Chriſti, vel agonem martyrij, vel continentiæ arctioris inſtituta ſubeunt, ſed qui hæc pro æterna gloria faciunt, dexteri latronis, qui autem pro humana laude, ſiniſtri actus imitantur. Gloſſ. Chriſtus bonus, in myſterio latro, qui inſidiatus eſt diabolo, vt vaſa eius auferret.
43. Amb. nudus aſcendat, qui ſeculum vincere parat, & ſeculi adiumenta non quærat. 44. Beda. In ſorte gratia Dei commendata eſt. 50. Græc. vt vice aceti vinum daret nobis, quod ſapientia miſcuit. Gloſſ. acetum erant Iudæi, à vino Patriarcharum degenerantes, quorum ſuggeſtione milites Chriſtum morti tradiderunt. v. Glo. titulus qui Chriſtum regem teſtatur, non infra, ſed ſupra crucem ponitur; etſi enim in cruce hominis infirmitate dolebat, ſuper crucem tamen Regis maieſtate fulgebat; nec per crucem perdidit, ſed roborauit imperium; eſt etiam ſupra poſitus, vt cunctis legere. i. credere volentibus, pateat. 51. Theop. ſignificatur potentiſſimos quales Romani, & prudentiſſimos quales Græci, & religioſiſſimos quales Iudæi, ſubiici debere imperio Chriſti. x. Beda. ablutorum per baptiſmum alij coronantur, alij dono, quod accepere, priuantur.

Addit. Auct. In Cap. XXIII.

t. id eſt, cum populo. x. ſ. qui à ſiniſtris, vt creditur. a a. id eſt, conuitiabatur, ſcilicet improperans quod ſe Chriſtum haberi voluiſſet.

[53] alter increpabat eum, dicens: Neque tu times Deum, qui in eadem[54] damnatione[bb] es?
Et nos quidem iuſtè[55], nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali[56] geſſit. Et dice-
bat ad Ieſum[57], Domine, memento mei cùm veneris in regnum tuum. Et dixit illi
Ieſus, Amen dico tibi: Hodie[58] mecum eris in paradiſo[cc]. Erat autem[59] ferè[dd] hora ſexta: &
tenebræ[60] factæ ſunt in vniuerſam[ee] terram, vſque in horam nonam[ff]. Et obſcuratus eſt
[61] ſol: & velum[62] templi ſciſſum eſt medium. Et clamans voce magna[63] Ieſus, ait: Pater,
[64] in manus tuas commendo ſpiritum meum. Et hæc dicens,

SENS. LIT. IN CAP. XXIII.

53. Int. fortè & ille conuiciatus prius eſt, ſed repentè conuerſus; nec mirum ſi conuerſo iſto ignoſcit, qui etiam inſultantibus veniam dabat. Amb. potuit de vno pluraliter dici à Matth. & Marco, qui duos conuiciantes inducunt, ſicut eſt illud, in pellibus caprinis ambulabãt, quod de Helia dicitur; & ſecti ſunt, quod de Eſaia. 54. Int. q. d. ſaltem hic deberes quærere liberationem. 55. Chryſ. fit hic confeſſio ad ſalutem. 56. Chry. q. d. nos viuentes occidimus, hic mortuos ſuſcitauit; nos aliena furati, hic & ſua iubet tribuere. 57. Chry. Crucifixum aſpicit, & Dominum profitetur, condemnati videt figuram, & Regis prædicat dignitatem. Greg. 18. mor. c. 25. manus, & pedes claui ligauerant, liberum cor, & lingua remanſerant, id ergo Deo totum obtulit, corde credens ad iuſtitiam, ore confitens ad ſalutẽ, credidit Chriſtum regnaturum Deum, ſpem habuit, regni aditum poſtulans, & charitatem tenuit, alterum de ſua iniquitate redarguens. Glo. magna virtus, confitetur quem videt humana infirmitate morientem, quem negabant Apoſtoli, qui viderant miracula diuina virtute facientem. 58. Amb. & vberior eſt gratia, quàm precatio: ſemper enim Dominus plus tribuit, quàm rogatur. Theop. prædatus Dominus diabolicarum prædarum portionẽ, latronẽ ſecum ducit in paradiſum. Chry. expulit diabolus de paradiſo Adam, Chriſtus latronem impulit, etiam ante Apoſtolos, ne quis poſt errores introitum deſperaret; vide celeritatem à cruce in cœlos. Legunt autem quidam ſic, Dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Gloſſ. eodem temporis articulo latroni pœnitenti, paradiſum reſerat, quo peccanti Adę occluſerat. 59. Int. ſ. quando crucifixus eſt. 60. Cyril. lugebat machina proprium Dominum, & obtenebrata eſt lux in meridie, ſecundum Amos. 61. Aug. 3. de ciuitate Dei, c. 15. non canonico curſu, erat enim tunc plena luna, regularis autem ſolis defectio in fine lunæ contingit. Dionyſ. epiſt. 7. apud Heliopolim præſentes lunam extra tempus coniunctionis, ſoli incidentem videbamus. Græc. Factum hoc prodigium, vt pateret, qui mortẽ ſuſceperat, gubernatorem eſſe totius creaturæ. Gloſſ. Sol retraxit radios, ne pendentem Dominum videret, & ne impij blaſphemantes eius luce fruerentur. Crucifigitur autem Chriſtus hora ſexta, reſurgit diluculo. 62. Beda hoc exſpirante Domino factum eſt, vt Matthæus & Marcus teſtantur, ſed Lucas præoccupando narrauit. ff. Theop. quia inerat ei poteſtas ponendi animam ſuam, & eam reſumendi.

63. Beda Patrem inuocando, Dei filium ſe declarat, ſpiritum commendando, confidentiam eiuſdem cum Patre poteſtatis inſinuat. 64. Amb. caro moritur vt reſurgat, ſpiritus Patri commendatur, vt pax fieret in cælo. Cyril. docet hæc vox ſanctorum animas apud Deum deinceps futuras, facto eius rei Chriſto principio. Greg. Niſſ. tempore paſſionis neutram partem humanitatis ſemel vnita diuinitas dimiſit. Damaſc. in ſepulchro erat ſecundùm corpus, in inferno ſecundùm animam, ſed ſicut Deus in paradiſo cum latrone, & in throno cum Patre, & Spiritu ſancto.

SENS. MYST. IN CAP. XXIII.

60. Chry. erat hoc indicium manifeſtum, quod eſſent paſſuræ caliginem crucifigentium animæ.

62. Theop. ſignificabatur ſancta ſanctorum non vlterius futura inacceſſibilia, ſed tradita in manus Romanorum inquinanda. Item velum quod nos ſequeſtrabat à cœleſtibus, ſ. Dei inimicitiam, & peccatum diſrupta. Amb. duorum populorum diuiſio, vel ſynagogę profanatio declaratur, ſcinditur velum vetus, vt Eccleſia noua fidei ſuæ vela ſuſpendat, itemque vt religionis interna myſteria reuelata cernamus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXIII.

bb. ſ. mortis, ſeu ſimili genere ſupplicij damnatus. q. d. timere deberes Deum, cùm ſis paulo pòſt moriturus, pœnaſq; tuorum criminum daturus. 55. ſ. patimur. cc. ſ. de viſione, cæleſtiumq; bonorum fruitione. dd. paulo poſt ſextam, vt patet ex Marco, itaque Chriſtus in cruce plus tribus horis pependit viuus, ante ſextam enim crucifixus. ee. ſynecdoche: de ſola enim Iudæa intelligitur. 64. velut depoſitum poſtea recepturus. Græc. παραθήσομαι, id eſt, deponam, fut. pro præſenti.

expirauit.

expirauit.[65] Videns[gg] autem Centurio[hh] quod factum fuerat, glorificauit[66] Deum, dicens: Verè hic homo iuſtus[67] erat. Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud,& videbant quæ fiebant, percutientes[68] pectora ſua reuertebãtur. Stabant autem omnes noti eius à longè[69]:& mulieres quæ ſecutæ eum erant à Galilæa hæc videntes.[70] Et ecce vir nomine Ioſeph[71] qui erat decurio[72],vir bonus[73] & iuſtus: hic non conſenſerat concilio,& actibus eorum, ab Arimathia[74] ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipſe regnum Dei,hic acceſſit[75] ad Pilatum,& petiit corpus Ieſu:& depoſitum inuoluit in ſindone[76],& poſuit[77] eum in monumento exciſo[78],in quo nondum quiſquam[79]

SENS. LIT. IN CAP. XXIII.

65. Amb.tradidit ſpiritum,quia non inuitus amiſit:quod enim emittitur,voluntarium eſt;quod amittitur, neceſſarium. g g. Gloſſ. quod ita haberet poteſtatem emittendi ſpiritum, quod non habet niſi conditor animarum. 66. Aug.4.de Trin.cap.13.maximè ſunt mirati, qui aderant continuo poſt illam vocem tradidiſſe ſpiritum,longa enim morte cruciabantur ligno ſuſpenſi.Idem 3.de con. Euang.dicens Lucas quod factum fuerat,incluſit omnia quæ facta erant. 67. Aug.3. de con. Euang. alius Euangeliſta;Filius Dei erat iſte,itaque vel vtrumque dictum eſt à Centurione, vel Lucas Centurionis ſententiam expreſſit,quod eum Dei Filium dixiſſet, non quia æqualem Patri intellexerat, ſed quia iuſtum crediderat. Theoph.Impletur illud, Cùm exaltatus fuero, omnia ad me traham. Attraxit enim latronem & Centurionem, & quoſdam Iudæorum. 68. Beda.vel quod dolerent iniuſtè occiſum, cuius vitam dilexerant,vel quod in morte glorificatum timerent,cuius mortem ſe impetraſſe meminerant. Ambroſ.ô duriora ſaxis pectora Iudæorum! Iudex arguit,credit miniſter,proditor ſcelus ſuum voluntaria morte condemnat,terra concutitur,&c. Iudæorum tamen duritia immobilis manet. 69. Int.Elongaſti à me amicum,& proximum,& notos meos à miſeria.Beda. 70. Theoph.ſic primæ fruuntur iuſtificatione, & benedictione, à paſſione profluente,ſic & reſurrectione. 71. Græ.fuerat occultus Chriſti diſcipulus, ſed vinculum timoris rupit, poſt feruentior factus. 72. Int.Decurio eſt,qui de ordine curiæ eſt,& officium curiæ adminiſtrat.Beda.qui etiam curialis à procurando munera ciuilia ſolet appellari. 73. Int. quia & ipſe diſcipulus Ieſu,ſed occultus, vitans prius inimicitias Iudæorum,ſed in hoc extremo officio minus curat de illis.Aug.de con.Euang. 74. Int.ipſa eſt Ramatha Elcanæ, & Samuelis ciuitas, in regione Thamitica,iuxta Decapolim. 75. Int.ſi ignotus eſſet, ad principem non accederet, nec corpus impetraret.Aug.de con Euang.fecit hoc fiducia dignitatis,qua præditus, poterat familiariter intrare ad Pilatum.Beda.per nobilitatem potentiæ ſecularis,dignus qui impetraret; per iuſtitiam meritorum, qui ſepeliret. 76. Beda ex ſimplici ſepultura Domini, ambitio diuitum condemnatur,qui nec in tumulis poſſunt carere diuitiis.Gloſſ.hinc mos Eccleſiæ habet,vt ſacrificium altaris nõ ſerico,nec tincto panno, ſed puro lineo celebretur. 77. Athanaſ.mortuorum corpora ſepelienda,etiam ſi ſancta ſint,quid enim ſanctius aut maius Domini corpore? 78. Beda.ſ.de petra, ne ſi ex multis eſſet lapidibus, ſuffoſſis fundamentis ablatus furto diceretur. 79. Beda.ne alius ſurrexiſſe putaretur.

SENS. MYST. IN CAP. XXIII.

67. Beda.per centurionem fides Eccleſiæ deſignatur,quæ Dei Filium, tacente ſynagoga, confirmat. 76. Beda.ille ſindone munda inuoluit Ieſum,qui pura mente ſuſcipit. 77. Amb.Chriſtus in iuſti monumento conditur,vt in iuſtitiæ habitatione requieſcat,qui in ſe bene humanerit Chriſtum,diligenter cuſtodiat,ne eum perdat. 79. Gloſſ.in monumento nouo ſepelitur, debet enim qui Chriſtum ſuſcipit,in nouitate vitæ ambulare.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXIII.

h h. id eſt,præfectus centuriæ quam habebat Pilatus Ieroſolymis. 68. in deteſtationem ſceleris, ſimulque timentes Dei vindictam. 72. Græc. βουλευτὴς, ſenator, ſeu conſul dicebatur in Municipiis,decuriones qui Romæ Senatores.

poſitus

poſitus fuerat. Et dies erat paraſceues[80] & ſabbathum[81] illuceſcebat.[ll] Subſecutæ[82] autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa viderunt[83] monumentum : & quemadmodum poſitum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata[84] & vnguenta : & ſabbatho quidem ſiluerunt[85] ſecundùm[86] mandatum.

Sen. Lit. In Cap. XXIII.

80. Int. Paraſceue, ſexta feria quæ præparabantur neceſſaria ſabbatho. Beda Paraſceue autem preparatio interpretatur: ſexta die factus homo, ea reparatus. 81. Beda. notis Ieſu, poſt depoſitum cadauer, ad ſua remeantibus, ſolæ mulieres, quæ arctius amabant, funus ſubſecutæ, vbi poneretur, inſpicere cupiebant. 83. Beda. vt ei tempore debito munus poſſent ſuæ deuotionis offerre. 84. Theoph. quaſi puro homini, nec enim debitam fidẽ adhuc habebant: ſolebant verò Iudæi talia exhibere defunctis. 85. Beda. quàm diu quidem licebat operari, id eſt, vſque ad ſolis occaſum vnguentis præparandis fuerunt occupatæ. 86. Beda. ſcilicet, à veſpera ad veſperam quieſcendi.

Sens. Myst. In Cap. XXIII.

81. Beda. Sabbatho in ſepulchro requieuit, qui ſeptimo die requieuerat ab opere ſuo. Sexta autem die crucifixus, & ſeptima quieſcens, ſignificat in ſexta mundi ætate oportere nos mundo crucifigi, ſeptima verò, id eſt, poſt mortem corpora quidem in tumulis, animas verò cum Domino requieſcere. 82. Beda. humiles animæ paſſionem Chriſti ſequuntur, vt imitentur ſedula curioſitate perpendentes quo ordine geſtabit, qua lecta, audita, & recordata, ſe ad paranda opera virtutum, quibus Chriſtus delectatur, conuertunt, vt finita præſentis vitæ paraſceue, reſurrectionis tempore Chriſto occurrant cum aromatibus ſpiritualium actionum.

Addit. Avct. In Cap. XXIII.

80. ſ. dies, in quo præparabant ad feſtum neceſſaria. ll. pro, incipiebat, à veſpera enim feſta incipiebant. vel, q. d. erat veſpera diei ſabbathi, quam cum nocte tranſacta ſequitur lux prima ſabbathi. 85. pro, quieuerunt, id enim etiam ſignificat verbum Græcum. 86. ſ. non operandi die ſabbathi.

CAPVT XXIIII.

VNA[1] autem ſabbathi valde diluculo[2] venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata : & inuenerunt lapidem reuolutum[3] à monumento. Et ingreſſæ non inuenerunt corpus Domini Ieſu.

Sens. Liter. In Cap. XXIIII.

1. IN T. id eſt, prima. 2. Beda. Sabbatho tranſacto. i. ſole occidente emerunt aromata, & cùm noctis articulo præoccupante monumentum adire non poſſent, venerunt prima ſabbathi, quã Chriſtiani Dominicam appellant, valde diluculo ad monumentum, in quo magnus quærendi & inueniendi Dominum feruor charitatis oſtenditur. Amb. Matthæus dicit, veſpera ſabbathi ad monumentum veniſſe, ſed de aliis loquitur mulieribus. Aug. 3 de conſ. Euang. Matthæus à prima noctis parte, quod eſt veſpere, noctem ſignificauit, cuius fine venerunt ad monumentum. 3. Theoph. reuoluerat Angelus, vt ait Matthæus. Chry. Amotus eſt poſt reſurrectionem, vt videntes mulieres monumentum vacuum, crederent Dominum reſurrexiſſe. Gloſſ. potuit clauſo exire ſepulchro, qui clauſo exiuit vtero.

Sens. Myst. In Cap. XXIIII.

2. BEda. Datur nobis exemplum, diſcuſſis vitiorum tenebris, ad Domini corpus accedendi, nam & ſepulchrum ſiguram habet altaris, in quo Chriſti corporis myſteria conſecrãtur in linteo puro: aromata ſignificant odorem virtutum, & orationum ſuauitatem quibus altari appropinquare debemus: reuolutio lapidis reſerationem Sacramentorum, quæ regebantur in lege ſcripta in lapide, cuius ablato tegmine, Chriſti corpus viuum euangelizatur: aſtant verò Angeli tẽpore conſecrationis corporis Chriſti, & nos humiliter oportet vultum in terram declinare propter angelicam præſentiam, ſeu ſacræ oblationis reuerentiam, cinerem nos & terram eſſe recolentes.

Addit. Avct. In Cap. XXIIII.

Et factum eſt dum mente conſternatæ eſſent[a] de iſto: ecce duo viri[4] ſteterunt ſecus illos in veſte fulgenti[5]. Cùm timerent autem, &[6] declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid quæritis viuentem[7] cum mortuis[8]? non eſt hic[9], ſed ſurrexit. recordamini qualiter locutus eſt vobis[b], cùm adhuc in Galilæa eſſet, dicens: Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia[10] reſurgere. Et recordatæ[c] ſunt verborum eius: & regreſſæ à monumento, nunciauerunt[11] hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria[12] Magdalenæ, & Iohanna[13], & Maria[14] Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apoſtolos[15] hæc. Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramentum verba iſta, & non crediderunt[16] illis. Petrus autem ſurgens cucurrit[17] ad monumentum, & procumbens[d] vidit linteamina

SENS. LIT. IN CAP. XXIIII.

a. Glo. quia & lapidem immenſæ magnitudinis reuolutum ſtupebant, & Chriſti corpus non inuentum, dolebant. 4. Cyril. propter amorem Chriſti, & adhibitam ſollicitudinem, meruerunt viſionem angelicam. Aug. 3. de con. Euan. poſſumus intelligere vnum Angelum viſum à mulieribus, vt ait Marc. & Matth. vbi eſſent ingreſſæ in aliquod ſpatium ſeptum ante ſaxet ſepulchri locum; deinde viſos duos alios Angelos ſtantes, vt ait Lucas, dum intus inſpicerent locum in quo iacebat corpus Domini. Gloſſ. ſicut poſt tentationem in ſolitudine Angeli miniſtrabant Chriſto, ita nunc poſt deuictam mortem gloriam triumphantis annunciant. 5. Euſeb. Iucunditatis id & gaudij indicium. Mites & hilares viſi ſunt, quales decebat conſpici in regno, & gaudio Dominicæ: ùm plagæ quidem Ægyptiis præpararentur, viſus Angelus à Moyſe in flamma ignis, & in paſſione eclipſatus eſt Sol in mœroris ſignum. 6. Beda. non in terram ceciderunt, nec legimus quenquam ſanctorum tempore Dominicæ reſurrectionis, vel Domino, vel Angelis viſis proſtratum adoraſſe, vnde mos Eccleſiæ vel in memoriam Dominicæ reſurrectionis, vel in noſtræ ſpem, vt omnibus Dominicis diebus, & toto quinquageſimæ tempore, non flexis genibus, ſed declinatis in terram vultibus oremus. 7. Int. ſ. iam reſuſcitatum à mortuis. 8. Int. id eſt, in monumento, qui locus eſt propriè mortuorum. Beda. 9. Int. ſ. præſentia corporis. b. Glo. apparet hinc etiam feminis prædixiſſe Chriſtum ſe reſurrecturum. 10. Beda. die enim paraſceue ſepultus, mane prima ſabbathi reſurrexit. Athanaſ. Poterat ſtatim reſurgere, ſed dixiſſet aliquis non plenè fuiſſe mortuum. 11. Cyril. femina quondam mortis miniſtra, reſurrectionis myſterium prima percepit, & nunciat. 12. Int. ipſa eſt ſoror Lazari, quæ vnxit Dominum vnguento. Beda. 13. Int. vxor Chuſæ procuratoris Herodis. Beda. 14. Int. mater Iacobi minoris, & Ioſephi ſoror matris Domini, vnde Iacobus frater Domini dicitur. 15. Beda. vt perpetui reatus apud viros mulier opprobrium non ſuſtineret, quæ culpam viro transfuderat, transfudit & gratiam. 16. Theoph. eſt naturaliter incredibile mortalibus reſurrectionis miraculum. Greg. in hom. hoc non tam illorum infirmitas quàm noſtra, vt ita dicam, futura firmitas fuit: illis enim dubitantibus reſurrectio per multa argumenta monſtrata eſt. 17. Euſeb. ſolus ipſe credit feminis dicentibus ſe Angelos vidiſſe; & cùm eſſet eximij affectus præ cæteris ſedulitatem promit. Aug. 3. de con. Euang. Lucas hoc recapitulando narrat; tunc enim cucurrit quando & Iohannes, cùm ſ. nunciatum eis eſſet à mulieribus de corpore ablato; poſtea autem facta ſunt illa de viſione Angelorum: commemorauit autem Lucas ſolum Petrum, quia ei primò Maria nunciauerat.
d. Aug 3. de con. Euang. primò procumbens vidit, ſed poſtea, vt ait Iohannes, ingreſſus eſt.

SENS. MYST. IN CAP. XXIIII.

10. Beda. vno die in ſepulchro, & duabus noctibus iacuit, quia lucem [illegible] mortis tenebris [illegible] ſolum paſſio duplæ noſtræ mortis adiunxit. c. Gloſſ. ſic nos inter Dominicæ paſſio[illegible] nis, ſed & reſurrectionis debemus recordari.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XX[illegible]

a. *Græcè τῷ διαπορεῖσθαι, dum hærerent* [illegible] *eſſent.* 4. [illegible] *Matth. &* *Marc. vel cùm duo eſſent* [illegible] *Græ*[illegible] *, ſeu ſin-* *guris inſ*[illegible]

ſola poſita, & abiit ſecum mirans quod factum fuerat. Et ecce duo ex illis ibant ipſa die in caſtellum quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalem, nomine Emaus. Et ipſi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum eſt dum fabularentur, & ſecum quærerent, & ipſe Ieſus appropinquans ibat cum illis, oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoſcerent. Et ait ad illos, Qui ſunt hi ſermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & eſtis triſtes? Et reſpondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei: Tu ſolus peregrinus es in Hieruſalem, & non cognouiſti quæ facta ſunt in illa his diebus? Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerunt: De Ieſu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in omni opere & ſermone coram Deo & omni populo: Et quomodo eum tradiderunt ſummi ſacerdotes, & principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. nos autem ſperabamus quia ipſe eſſet redempturus Iſraël: & nunc ſuper hæc omnia tertia dies eſt hodie quod hæc facta ſunt. Sed & mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt, dicentes ſe etiam viſionem

SENS. LIT. IN CAP. XXIIII.

18. Theoph. ſ. qualiter ſola linteamina derelicta, &c. 19. Theoph. quidam alterum horum dicunt Lucam eſſe. Amb. erant Amaon & Cleophas. 20. Aug. 3. de con. Euang. quam Marcus villam vocat. Beda. ipſa eſt Nicopolis ciuitas. 21. Beda. ſtadium octaua pars milliarij, itaque erant ſeptem millia paſſuum, & quingenti. 22. Theoph. non quaſi credentes, ſed ſicut ſtupentes. 23. Beda. vt in eis fidem reſurrectionis incenderet, & impleret quod promiſerat, ſcilicet, Vbi eſſent duo vel tres in eius nomine congregati, ibi ſe in medio eorum adfuturum. 24. Greg. in hom. hoc agebatur foris in oculis corporis, quod intus in oculis cordis: intus enim amabant & dubitabant, de ſe ergo loquentibus præſentiam exhibuit, de ſe dubitantibus cognitionis ſuæ ſpeciem abſcondit. Glo. apparuit quidem in ſpecie propria, ſed ſpeciem quam recognoſcerent, non oſtendit. 25. Greg. conferebant inter ſe quaſi non amplius expectantes Chriſtum viuentẽ. 26. Beda. peregrinũ putabant, cuius vultum non agnoſcebant. 27. Beda. Filium Dei tacent, vel nondum perfectè credentes, vel ne inciderent in manus Iudæorum perſequentium. 28. Theoph. primò opus, deinde ſermo, per illud enim hic comprobatur. 29. Theoph. primo placendum eſt Deo, deinde hominibus, vt. ſ. quantum eſt poſſibile, viuamus ſine ſcandalo. 30. Græc. Vox deſperantium, ſperabamus, inquiunt, non ſperamus. Beda. non credebant reſurrecturũ. 31. Theophil. ſ. ab ingruentibus malis, & Romanorum ſeruitute. 32. Inter promiſſam reſurrectionem tacent, timentes eum cui loquebantur. Theoph. videntur non omnino eſſe increduli, ſed meminiſſe quod eis dixerat ſe tertia die reſurrecturum. 33. Græc. non exiſtimabant firmum quod eis fuerat relatum, ſed ſtuporis & turbationis cauſam inde ſumebant. Glo. q. d. de non inuento corpore, plus mœſtitiæ adiderunt, quàm de nunciata reſurrectione gaudij attulerint.

SENS. MYST. IN CAP. XXIIII.

26. Beda Reuera eis peregrinus erat, à quorum naturæ fragilitate, reſurrectionis gloria longè diſtabat, & à quorum fide manebat extraneus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXIIII.

21. ſtadia octo f[...] milıare. f. id eſt, diſputarent, ſeu commentarentur. g. ſcilicet, Chriſto impediente. h. Græ. [...]σκυθρωποὶ, parum alacri vultu, ſeu triſti. 26. quaſi dicat, túne ſolus ſic es in Ieruſalem peregrinus, [...] ignores quæ acta ſint in ea, cùm nemo ſit qui ignoret? Solent peregrinis ignota eſſe res ciuitatis, 29. [...] eſt, probante Deo, & etiam populo. m. pro, id eſt Heb. 31. ſcilicet, à Romana tyrannide. 33. Græ. [...]ἐξέστησαν, id eſt, attonitos reddiderunt.

Angelorum vidiſſe,qui dicunt eum viuere. Et abierunt [34] quidam ex noſtris ad monu-
mentum : & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt;ipſum verò non inuenerunt.Et
ipſe dixit ad eos : O [35] ſtulti & tardi corde ad credendum in [36] omnibus quæ locuti ſunt
Prophetæ! Nónne hæc [37] oportuit pati Chriſtum,& ita [n] intrare in gloriam ſuam?Et in-
[38] cipiens à [o] Moyſe & omnibus Prophetis, interpretabatur [p] illis in omnibus Scripturis
quæ de ipſo erant. Et appropinquauerunt caſtello quò ibant:& ipſe ſe [39] finxit longiùs
ire. Et [40] coëgerunt illum,dicentes : Mane nobiſcum Domine,quoniam adueſperaſcit,
& [q] inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum eſt dum recumberet cum
eis,accepit panem, & [r] benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt [41] oculi eo-
rum,& cognouerunt eum : & ipſe [42] euanuit ex oculis eorum.Et [43] dixerunt ad inuicem,
Nónne cor noſtrum [44] ardens erat in nobis,dum loqueretur in via,

Sens. Lit. In Cap. XXIIII.

34. Græ.nec Petri teſtimonium certum æſtimabant, dum diceret ſe reſurrectionem Domini conjicere,ex eo quòd corpus eius in ſepulchro non eſſet. Aug.3.de con.Euang. indicat Lucas duos ad monumentum iuiſſe.ſ.Petrum.& Iohannem. 35. Theoph.ferè eadem hi dixerant, quæ illi qui aſtantes cruci dicebant,alios ſaluos fecit;ſeipſum non poteſt ſaluum facere. 36. Theoph.non ſufficit credere quædam quæ ſunt locuti Prophetæ,ſed oportet omnibus fidem adhibere. 37. Iſid.rei ſunt tamen qui crucifixerunt,non enim intendebant perficere quód Deus diſponebat : Deus veró eorum nequitiam in generis humani beneficium conuertit,quaſi vtens vipereis carnibus ad antidoti ſaluriferi confectionem.

38. Chry.Sacrificium quidem Abrahæ cum Iſaac dimiſſo immolatus eſt aries, & aliæ ſcripturæ propheticæ,crucis & reſurrectionis Chriſti myſteria continent. 39. Aug.2.de q. Euang. non omne quod fingimus,mendacium eſt;cùm enim fictio ad aliquam ſignificationem refertur, mendacium non eſt; alioqui figuratè dicta mendacia eſſent.ſicut autem dicta , ita & facta finguntur ſine mendacio, ad rem aliquam ſignificandam. Greg.in ho, quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat à fide,finxit ſe longiùs ire,fingere componere dicimus,vnde compoſitores luti figuli vocantur, nihil quidem veritas per duplicitatem fecit,ſed talem ſe exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. 40. Greg.in ho. peregrini ad hoſpitium non ſolùm inuitandi,ſed & trahendi ſunt. 41. Chry.i.mentis ſenſus.Aug. 3. de conſ. Euang.non clauſis oculis ambulabant , ſed inerat aliquid quo non ſinerentur agnoſcere quod videbant;nec incongruenter accipimus impedimentum in oculis eorum à ſathana fuiſſe, ne agnoſceretur Ieſus,quod ablatum eſt veritate corporis eius participata. Theop. Magnam & ineffabilem vim habet Domini caro,eamq; ſumentibus aperiuntur oculi. 42. Theoph. Non tale corpus habebat, vt diutiùs cum eis commorari deberet:augebat etiam hoc eorum affectum. Glo.Subtrahitur carnalibus oculis ſpecies infirmitatis,vt mentibus incipiat apparere gloria reſurrectionis. 43. Int. iam certi de reſurrectione. 44. Orig.Accendebant Chriſti ſermones cor ad amorem diuinum.

Sens. Myst. In Cap. XXIIII.

41. Aug.2.de q.Euan.hoſpitalitatis officio ad Chriſti cognitionem peruenitur. Greg.in hom.qui audita vult intelligere,quæ intellexit opere compleat;Ecce Dominus cùm loqueretur , non eſt cognitus; dum paſcitur,cognoſci dignatus eſt.Gloſſ.Veritas melius operando , quam audiendo intelligitur , nec agnoſcunt Chriſtum,niſi participes corporis eius,id eſt,Eccleſiæ;cuius vnitatem commendat Apoſtolus in Sacramento panis,dicens:Vnus panis, vnum corpus multi ſumus.

Addit. Avct. In Cap. XXIIII.

35. Gr.ἀνόητοι.i.amentes,inſenſati. Duriùs loquens reddit attentiores. 36. pro,omnia.Heb. n. pro regnū ſuum inire. o. i.libris Moyſi. p. i.ad ipſum pertinebant. 39. i.ſic ſe compoſuit,quaſi longiùs iturus, idq; vt ab illis detineretur.Gr.προσεποιεῖτο.i.præ ſe ferebat. q. ſ.ad occaſum, ſic dicunt rem exaggerantes,vt retineant,alioqui enim tantum adhuc temporis,vt poſſent poſt cœnam redire Hieroſolymam. r. i. gratias egit,vt aliàs ſolebat. 41. q.d.ſublatum impedimentum quo tenebantur,ne poſſent agnoſcere.

& aperiret nobis Scripturas? Et [45] ſurgẽtes eadem hora, [s] regreſſi ſunt in Hieruſalem : & inuenerunt congregatos [t] vndecim, & [v] eos qui cum illis erant, [46] dicẽtes: Quòd [x] ſurrexit Dominus verè & [47] apparuit Simoni. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Dum autem hæc loquuntur, [48] ſtetit Ieſus in medio eorum, & dixit eis: [49] Pax vobis, ego ſum, nolite timere. Conturbati verò & [50] conterriti exiſtimabant ſe ſpiritũ videre. Et dixit eis, [51] Quid turbati eſtis, & [52] cogitationes aſcendũt in corda veſtra? Videte manus meas, & pedes, quia ego ipſe ſum, [53] palpate, & videte: quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut me videtis habere. Et cùm hoc dixiſſet, oſtendit eis manus & [aa] pedes. Adhuc autem illis non [54] credentibus

Sens. Lit. In Cap. XXIIII.

45. Theoph. per plures tamen horas peruenerunt. 46. Aug. 3 de con. Euang. Iam fama erat reſurrectionis Christi à mulieribus facta, & Petro, cui iam apparuerat. x. Aug 3. de conſ. Euang. Erãt tamen aliqui qui non credebant, vt Marcus indicat. 47. Int. Primò omnium virorum apparuit Petro; quod etſi non dicit Euangeliſta quando, vel vbi factum; tamen quia factum ſit non tacet. Chry. Primò apparuit digniori, & qui primò confeſſus eſt eum Chriſtum, primò reſurrectionem videre meretur. Item, quia eum negauerat, ei primus voluit apparere ne deſperaret. 48. Cyrill. vndique reſurrectionis fama per Apoſtolos diuulgata, & affectu diſcipulorum erecto ad Chriſti viſionem, venit deſideratus. Aug. 3. de con. Euang. Intelligendum eſt exiiſſe Thomam antequam Dominus appareret: nam Iohannes ait non interfuiſſe: quod verò dixerat, Præcedam vos in Galilæam, ibi me videbitis; poſt multa cõpletum eſt, vel prophetice accipiendum eſt quod de Galilæa dictum eſt, ſcilicet, de populo Iſraël tranſmigraturos ad Gentes credituras, Domino viam in cordibus præparante. Galilæa enim tranſmigratio interpretatur; vel ſignificabatur viſuros illum ſicuti eſt in ea forma qua æqualis eſt Patri, cùm ex hoc ſeculo migrarent in æternitatem, quo præceſſerat: nam & Galilæa interpretatur reuelatio. Ambroſ. Mandauerat diſcipulis, vt in Galilæa eum viderent; ſed illis ob metum intra conclaue reſidentibus, primum ſe obtulit. Græc. non eſt hoc promiſſi tranſgreſſio, ſed feſtinata ex benignitate impletio propter puſillanimitatem diſcipulorum. Euſeb. Prius in Hieruſalem latitantibus viſus eſt ſemel, aut bis ad eorum conſolationem: in Galilæa verò cum multa poteſtate ſe oſtendit in multis ſignis, vt Lucas teſtatur in Actibus.

49. Theoph hoc eos verbo muniebat, cùm ad prædicandum mitteret. Cyrill. Pudeat nos pacem deſerere, quam Chriſtus, aſcendens, nobis reliquit. Pax Dei dicitur, & Deus pacis, & ipſe pax noſtra. Pax, bonum commendatum ab omnibus, obſeruatum à paucis. 50. Int. non carnem. Beda. Non credebãt tertia die potuiſſe veram carnem de ſepulchro reſurgere; putant ergo ſe videre ſpiritum quem emiſerat in paſſione. Amb. Etſi Petrus de reſurrectione crediderat, ſed poterant tamen turbari, quòd ſe Dominus, obſeratis veſtibulis, improuiſus infunderet. 51. Theoph. quia non fuerant per verbum pacis ſedati, iudicat ſe Filium Dei, qui mẽtis arcana cognoſceret. 52. Beda. ſ falſæ & pernitioſæ. 53. Greg. 13. moral. cap. 31. In reſurrectione non erit corpus impalpabile, & aëre ſubtilius, vt Eutichius dixit, ſed ſubtile quidem per effectum ſpiritualis potentiæ, palpabile autem per veritatem naturæ. a a. Beda. quibus indita clauorum veſtigia. oſtendit etiam, ſecundùm Iohannem, latus, vt oſtenſa vulnerum cicatrice, dubietatis eorum vulnus ſanaret: voluit quidem Dominus manere mortis ſuæ ſigna; primò, vt per hoc diſcipulis fidem ſuæ reſurrectionis aſtrueret; deinde, vt Patri pro nobis ſupplicans, genus mortis quod pro homine pertulit, ſemper oſtendat; tertiò, vt ſua morte redemptis, quàm miſericorditer ſint adiuti, inſinuet; poſtremò, vt in iudicio appareat quàm iuſtè damnentur impij. Cyrill. Oſtendit eis manus & pedes, & clauorum foramina. Gloſſ. Cicatrices ſeruauit, vt perpetuum victoriæ ſuæ triumphum circumferat.

54. Ambroſ. primò non crediderant, poſtea tamen crediderunt.

Addit. Avct. In Cap. XXIIII.

s. ſcilicet, celeriter; erant enim ferè octo milliaria. t. ſic vocabantur Apoſtoli, vt antea duodecim, etiamſi aliqui ex eo numero deeſſent. v. ſcilicet, diſcipulos alios. 54. Gra. coniungitur, cùm præ gaudio, ſcilicet, qui optant credere, timent; ne fortè fallantur, eiſq; illa voluptas eripiatur, ſolet etiam impedire iudicium, & obſcurare vehemens gaudium.

& mirantibus præ gaudio,dixit : [55]Haberis hic aliquid quod manducetur ? At illi ob-
tulerunt ei partem [bb]piſcis aſſi,& fauum mellis. Et cùm [56]manducaſſet coram eis,ſumēs
reliquias dedit eis, & dixit ad eos : Hæc ſunt verba quæ locutus ſum ad vos cùm ad-
huc [57]eſſem vobiſcum , [cc]quoniam neceſſe eſt impleri [58]omnia quæ ſcripta ſunt in lege
Moyſi,& Prophetis,& Pſalmis de me.Tunc aperuit illis [dd]ſenſum,vt intelligerēt Scri-
pturas,& dixit eis , Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum [59]pati, & re-
[60]ſurgere à mortuis tertia die , & [61]prædicari in nomine eius [ee]pœnitentiam , & remiſſio-
nem peccatorum in [62]omnes gentes,[ff]incipientibus ab [63]Hieroſolyma. [64]Vos autem teſtes
[gg]eſtis [65]horum.Et ecce [66]ego [67]mittam [68]promiſſum Patris mei in vos : vos autem

SENS. LITER. IN CAP. XXIIII.

55. Cyril.vult magis diſcipulos certificare.Beda.ad inſinuādam reſurrectionis veritatem,non ſolùm tangi à diſcipulis,ſed cum illis veſci dignatur. 56. Beda. poteſtate, & non neceſſitate , aliter abſorbet aquam terra ſitiens,aliter ſol calens,illa indigentia,iſte potentia,manducauit,non cibo indigens, ſed vt naturam corporis reſurgentis aſtrueret. Græc.comedit,non quaſi poſt reſurrectionem cibis vtēdum ſit, ſed ex quadam diſpenſatione,ſic reliquit clauorum foramina,& lateris cicatricem, cùm tamen ſit reſuſcitaturus noſtra corpora incorrupta. 57. Int.in eadem,ſed mortali carne.Beda. 58. Int.ſ.hæc verba. Aug.primo de conſ.Euang. qui Magicis artibus tribuunt Chriſti opera , attendant vtrum potuerit Magicis artibus Prophetas diuino ſpiritu antequam in terra naſceretur,implere. 59. Theop.ſ.per lignum crucis. 60. Beda.perdidiſſet Chriſtus fructum paſſionis,ſi non eſſet veritas reſurrectionis. 61. Beda. poſt commendatam ſui corporis veritatem,commendat Eccleſię vnitatem. e e. Euſeb.oportebat conuerſos expiari à quolibet contagio & macula Chriſti virtute,& ideo dicit prædicandam pœnitētiam, & remiſſionem peccatorum,veram enim pœnitentiā oſtendentibus,veniam cōmiſſorum donat.Theoph. In hoc etiam baptiſmatis meminit , in quo per depoſitionem priorum ſcelerum ſubſequitur venia peccatorum,non intelligitur autem in ſolo Chriſti nomine baptiſma fieri, ſed in Chriſti morte ; continet etiam Chriſti nomen in ſe,& Patrem quaſi vnctorem,& Spiritum ſanctum quaſi vnctionem,& Filium quaſi vnctum.ſ.ſecundùm humanā naturam. 62. Int.non in vna tantùm gente Iudæorū,vel in aliqua parte terrarū.Euſeb.Dictū erat,Poſtula à me,& dabo tibi gentes hæreditatē tuā. 63. Beda.Non ſolùm quia Iudæis credita eloquia Dei,& eorum eſt adoptio & gloria, ſed etiā vt Gentes hoc maximè indicio diuinæ pietatis in ſpem veniæ prouocentur,quod eis,qui filiū Dei crucifixerunt,venia cōcedatur.Chry. prius apud ipſos occiſores pandunt reſurrectionis ſigna,ſic enim hæc plurimum demonſtratur,cùm vel crucifixores credunt. 64. Int.qui vidiſtis,& audiſtis. 65. Int.ſ.quæ prædicanda ſunt.Euſeb.mortis,& reſurrectionis. 66. Int.vt ſufficiatis ad teſtandū,Theop. hoc ſubiungit ne turbarentur quod idiotæ eſſent,Gentibus & Iudæis prædicaturi. 67. Int ſ. vobis. 68. Int. ſ. auxilium, Spiritus ſancti gratiam. Theop.quod per Ioëlem promiſerat,dicens:Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem.

SENS. MYST. IN CAP. XXIIII.

b b. Beda.Piſcis aſſus,Chriſtus paſſus,latere enim dignatus eſt in aquis generis humani , & capi laqueo mortis noſtię,& quaſi tribulatione aſſari tēpore paſſionis,ſed fauus mellis extitit in reſurrectione, mel in cera,diuinitas in humanitate.Theop.Manducauit partē piſcis aſſi:naturā enim humanā in huius vitæ mari natātem,aſſans igne propriæ Deitatis, eiuſque humiditatem exſiccans à profundis vndis extractam fecit eſcam diuiuam,cibumque ſuauem, quod ſignificat fauus mellis:vel piſcis aſſus vita actiua conſumens noſtrā humiditatem laborum prunis:fauus mellis,cōtemplatio dulcis eloquiorū Dei. Greg. Niſſen.Legale Paſcha cum amaritudine edebatur, poſt reſurrectionem verò cibus fauo mellis dulcoratur.Gloſſ.qui hic aſſantur in tribulationibus pro Deo, vera poſtea dulcedine ſatiabuntur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXIIII.

c c hoc eſt quod eis locutus fuerat. d d. i.mentem. f f. ſ. Apoſtolis,videtur legiſſe ἀρξαμένων, nunc enim ἀρξάμενοι,incipiendo. g g. pro,eritis. 61. paſſionis ſcilicet,& reſurrectionis. 68. Græc. ἐπαγγελίαν , id eſt , promiſſionem.

[hh] ſedete in ciuitate quoadusque [69] induamini [ll] virtute ex [70] alto. [71] Eduxit autẽ eos foras in Be-
[72] thaniã, & [mm] eleuatis manibus ſuis [nn] benedixit eis. [73] Et factum eſt dum benediceret illis, re-
ceſſit ab eis, & [74] ferebatur in cælum. Et ipſi [oo] adorantes regreſſi ſunt in [75] Hieruſalem cum
[76] gaudio magno, & erant [pp] ſemper in [77] templo laudantes & [qq] benedicentes [78] Deum. Amen.

SENS. LIT. IN CAP. XXIIII.

69. Chry. non vult ad conflictum exeant, niſi armati. Theoph. integram tutelam ſpiritalis armaturæ indicat. 70. Theoph. i. virtute cæleſti, quare non præſente Chriſto, vel eo diſcedente ſtatim Spiritus venit? decebat fieri priùs rei cupidos, itemque naturam noſtram priùs cõparere in cælo, & fœdera conſummari; ne autem poſt eius reſurrectionẽ fugerent, hac expectatione quaſi quodam vinculo eos Hieroſolymis detinuit, nec expreſſit quando eſſet miſſurus, vt ſemper eſſent vigiles. Beda. de hac virtute, id eſt, Spiritu ſancto dicit etiam angelus Mariæ: Et virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Amb. at Iohannes ait accepiſſe illos Spiritum ſanctum, vel illis vndecim quaſi perfectioribus inſufflauit, & reliquis poſtea tribuendum promiſit, vel cùm ſint diuiſiones gratiarum, aliam ibi operationem inſufflauit, nempe gratiam remittendorum peccatorum, aliam hic pollicetur, linguarum. ſ. gratiam. Aug. 15. de Trinit. ca. 26. Dominus poſt reſurrectionem dedit Spiritum ſanctum; ſemel in terra propter dilectionem proximorum, & iterum de cælo propter dilectionem Dei. 71. Beda. prætermiſſis his quæ per quadraginta dies Dominus cum diſcipulis egit, primo diei reſurrectionis coniungit Lucas nouiſſimum, quo aſcendit in cælum. 73. Beda. quibus præcepta docendi tradiderat. Theop. Fortè vim conſeruatiuam influẽs vſque ad aduentum Spiritus, & nos inſtruens, vt quoties recedimus, benedictionibus ſubditos Deo commendemus. 74. Gratia promiſſa aſpectui ſubiicit Dominus, promiſerat reſurrectionem, reſurrexit; promittitur quòd in nubibus rapiemur in aëra; hoc etiam per opera oſtendit. Theoph. Aſcendit apparituros diuino conſpectui in ſuo corpore. Iam noſtra natura in Chriſto honoratur ab Angelis. 75. Int. vbi promiſſionem Patris iuſſi ſunt exſpectare. Beda. 76. Int. quia dominum poſt triũphum reſurrectionis etiam cœlos penetrare vident, Beda. 77. Theoph. Nondum aderat Spiritus, & iam ſpiritaliter conuerſantur, priùs erant recluſi, iam ſtant in medio Principum ſacerdotum, nec aliquo diſtrahuntur mundano, ſed omnibus contemptis, Deum iugiter laudant. Beda. Lucas per vitulum ſignificatus, quia Chriſti Sacerdotium cæteris ampliùs exponendum ſuſcepit, Euangelium quod à miniſterio templi cœpit, in templi deuotione compleuit; ibique Apoſtolos noui ſacerdotij miniſtros futuros, non in victimarum ſanguine, ſed in Dei laude & benedictione concluſit. 78. Theoph. & nos eos imitantes, in ſacra vita ſemper degamus laudantes, & benedicentes Deum, cui eſt gloria, benedictio, & virtus in ſecula. Amen.

SENS. MYST. IN CAP. XXIIII.

h h. Greg. in Paſtorali, exemplum ſequentibus dat, ne imperfecti prædicare præſumant, ſed in ciuitate ſedeant. i. intra mentium ſuarum clauſtra ſe conſtringant, vt virtute diuina perfectè induti, ad alios inſtruendos exeant. m m. Orig. oportet eum, qui aliis benedicit, variis eſſe ornatum operibus, ſic enim manus tolluntur in altum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXIIII.

h h. i. quieti manete, dicta hac die aſcẽſionis. 69. velut armatura. l l. i. fortitudine. 71. pro, eduxerat. 72. i. montem Oliueti, ad cuius latus Bethania. n n. i. bene precatus eſt, ſeu ſalutem illis precatus. o o. Græc. προσκυνήσαντες. i. cùm adoraſſent, ſeu ſe in terram inclinaſſent. ſ. poſt apparitionem Angelorum, de quibus Act. 1. p p. pro, aſſiduè. 77. id videtur intelligendum poſt aduentum Spiritus ſancti, antea enim domi ſe continebant. q q. id eſt, prædicantes, celebrantes.

EVANGELIVM SECVNDVM IOANNEM.

CAPVT I.

IN PRINCIPIO[1] erat[2] Verbum,[3] & Verbum[4] erat apud[5] Deum:& Deus[6] erat[7] Verbum. Hoc[8] erat in principio[9] apud Deũ. Omnia[10] per ipſum facta[11] ſunt:& ſine ipſo[12] factum eſt nihil.[13]

SEN. LIT. IN CAP. I.

.IN 1.id eſt in Patre,qui principium ſine principio eſt. vel in principio omniũ creaturarum, vel temporum,id eſt,cùm inciperent omnes creaturæ,vel tempora,iam erat Verbum , vel quia ab ipſo habent omnia principium exiſtendi.Aug.6.de Trinit.c.2.In principio,id eſt,ante omnia.Chry.alij Euangeliſtæ ab incarnatione incipiunt , Iohannes ab æterna generatione. Si quis verò dicat, cur Patrem dimittens , mox de Filio loquitur? erat ille manifeſtus omnibus,ſi non vt Pater; at vt Deus,vnigenitus autem ignorabatur; nec tamen Patrem tacuit,nam Filium Verbum vocauit. 2. Int. nota ex conſubſtantialitatis. 3. Int.id eſt,Filius,qui eſt principium de principio.Aug.lib.83.q.63. quod Græci λόγος, Latinè ratio & verbum,ſed hic melius verbum interpretatur,vt ſignificetur reſpectus ad Patrem , & ad facta per Verbum, nam & ratio dicitur etiamſi nihil per eam fiat.Idem 15.de Trinit.cap.x.& xj.qui poteſt intelligere Verbum,non ſolùm antequam ſonet , ſed etiam antequam ſonorum imagines cogitatione voluantur, poteſt videre aliquam verbi ſimilitudinem, quod erat in principio. Naſcitur Verbum quod loquimur,ex ſcientia quam memoria tenemus, & formata cogitatio à re quam ſcimus. Verbum eſt quod in corde dicimus;quod nec Græcum eſt,nec Latinum , nec alicuius linguæ , & verbum quod foris ſonat,ſignum eſt verbi intus latentis, propter quod & verbum dicitur. Idem 15. de Trinit. cap.13 Verbum Dei, vnigenitus Filius , qui de Patris ſapientia , ſeu qui de Patre ſapientia natus, eſt per omnia Patri ſimilis & æqualis,hoc enim eſt omnino quod Pater , non tamen Pater , ei noſſe de Patre eſt ſicut eſſe;noſſe enim & eſſe ibi vnum eſt,&.ideo Patri ſicut eſſe non eſt à Filio,ita nec noſſe, Pater tanquam ſeipſum dicens, genuit Verbum ſibi æquale per omnia, non enim ſe integrè & perfectè dixiſſet , ſi aliquid minus aut amplius eſſet in eius verbo quàm in ipſo, noſtrum verbum vtcunque diuino ſimile eſt, ſed

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

a. Ioannes patre Zebedæo.Matth.4.Marc.1 Luc.5.matre Salome,de qua Matt.27. Marc.15.ad Apoſtolatum vocatus admodum iuuenis,vixit enim poſt Chriſti paſſionem 68.annos ſecundùm Hier. Dan.9 & 1.cont. Iouin.Reuocatum à nuptijs quidam putant,vt Hier.1.cont.Iouin. & quidem ab illis quæ in Cana Galilææ.Beda in præf.in Ioan.& Ruper.lib.2.in Ioan.At illic iam vt Chriſti diſcipulus aderat , antea virgo vocatus. Virgo fuit , eoq; Chriſto præcipuè charus ſecundùm Hier. Aſia ei obtigit in prouinciarum diſtributione Epheſi Epiſcopus fuit.Incertum quot annos vixerit,etſi quidam putant cẽtum.Euangelium ſcripſit præcipuè contra Ebionem & Cherintum, Chriſti diuinitatem negantes. 1. id eſt,ante omnia ſic in principio dicitur creatum cælum & terra. 2. potius quàm fuit, ſic enim fuit,vt ſemper fuerit ſit,& futurum ſit.q.d.iam erat Verbum. 3. Filius λόγος,dicitur,id eſt,ratio,definitio,verbum,quod ſine paſſione à Patre procedat,vt ratio ſeu notitia ex animo,quodque Patri intimus,vt animo ratio.Et quod veluti definitio Patris naturam exprimat,& quod procedat à Patre vt à mente verbum.Græcè λόγος, ſcilicet,vnicum illud,& ſingulare verbum.

Quod

ſed valde diſſimile; quandoque enim formabile eſt, nondum formatum, tunc verò formatur & verum fit, cùm res ſcitur,& vt ſcitur,ſic etiam cogitatur;Dei autem verbum nõ ante formabile fuit quàm formatum,& ideo ita dicitur Dei verbũ, vt Dei cogitatio non dicatur, ne aliquid putetur volubile in Deo. Idem de verbis Domini,ſerm 38. Eſt Verbum Dei,forma quædam non formata, ſed forma omnium formarum,ſuperans omnia,exiſtens in omnibus. Quærunt verò quidam quomodo naſci potuerit Filius coæuus Patri? nónne ſi ignis æternus eſſet, coæuus eſſet ſplendor? itémque imago quæ de ſpeculo exiſtit,aut aqua, vt ſi aliquid ſuper aquam,exempli gratia,virgultũ ſemper fuiſſet, & imago de eo ſemper eſſet Baſil.in hom. in princip. Iohan. Verbum hoc quod erat in principio nec humanum erat, nec Angelorum, ſed ipſe Vnigenitus,qui Verbum dicitur,quia impaſſibiliter natus,& Generãtis imago eſt, totum in ſe Generantem demonſtrans: habet verò verbum noſtrum diuini Verbi ſimilitudinem quandam,declarat enim totam mentis conceptionem: & quidem cor noſtrum quaſi fons eſt, verbum prolatum quaſi riuulus ex ipſo manans:præuidit Spiritus ſanctus futuros qui gloriæ Vnigeniti inuidentes, dicerent antequam genitus eſſet,non erat;itaque ait, In principio erat Verbum. Chry. non ſimpliciter verbum dixit,ſed cum articulo à reliquis ipſum ſeparans. eſt enim quædam hypoſtaſis,ex Patre impaſſibiliter prouenientis;ſignificat verò hoc,In principio erat,ſemper & infinitè extitiſſe; nam de cælo & de terra non dicitur quod erant in principio,ſed quod in principio facta ſunt. Erat cùm de creaturis dicitur,tempus ſignificat,ſicut & eſt,cùm autẽ de Deo,æternitatem. Hilar 2. de Trinit. fit in principio, quod creatur, Verbum autem non tempore aliquo concluditur vt cœperit, erat enim,non fiebat. Orig. plura ſignificat principium,eſt enim principium itineris,generationis,diſciplinæ,&c. Hic autem principium accipi poteſt vt ſignificat agens ex quo, vt Verbum ſit in principio, id eſt Patre, qui eſt principium Filij,& creaturarum. Idem in hom. Verbum,ſum,aliquando ſignificat temporales motus, aliquãdo ſubſtantiam rei ſine vllo motu temporali,ideo ſubſtantiuum vocatur. Ex geſtis Concil. Epheſ. Dei Filius aliquando vocatur Filius,vt intelligatur vna Patris & Filij ſubſtantia;aliquando Verbum, vt natiuitatis impaſſibilitas demonſtretur;aliquando Splendor,ne putetur Patre poſterior,ſed coæternus. Alcui. cõtra eos qui propter natiuitatem temporalem dicebant Chriſtum non ſemper fuiſſe, incipit Euangeliſta ab æternitate Verbi. Gloſſ. verbum dicitur,& quod profertur,& ipſa cogitatio ſeu conceptio mentis, cuius ſimilitudine ratio Dei;& ſapientia ex Deo nata,Verbum dicitur. Et nota,quod cùm dicitur, In principio erat Verbum,ſignificatur æternitas;cùm dicitur,& Verbum erat apud Deum,diuinitas;cùm autem, hoc erat in principio apud Deum,coõmnipotentia,conſubſtantialitas, & coæternitas. 4. Int.i. Filius, Verbum non prolatum,ſed ſemper apud Deum manens. 5. Int. vt alia perſona, non tamen alia ſubſtantia. Chryſ poſuit quod eſt maximè Dei proprium,æternum,& ſine principio eſſe,addidit deinde id ne putaretur ingenitum, dixit verò erat apud Deum, hypoſtaſis æternitatem oſtendens. Hil. 2. de Trin. qui abeſt à tempore non abeſt ab authore. Orig. in hom. erat apud Deum, quia nunquam à patre ſeparatus. Theoph. ſubuerſus eſt ex hoc loco Sabellius,qui Patrem, Filium,& Spiritum ſanctum vnam perſonam dixit.hic enim Filius à Deo,id eſt Patre alius eſſe apertè declaratur. 6. Int. id eſt,ipſe Filius erat Deus,ne dicatur eſſe cum Deo,& non Deus. Baſil. excludens accuſationẽ blaſphemantium quærentium quid eſt Verbum,reſpondet, Deus erat Verbum. Theoph. oſtendit vnam naturã Patris & Filij,eſt enim vna Deitas Chry. non quia non eſt adiectus articulus, ideo minor eſt Patre, nam Paulus dicit magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti,item,qui eſt ſuper omnia Deus; & quidem Roman.s ſcribens,ſine adiectione articuli dixit,Pax à Deo Patre noſtro. 7. Int. id eſt,hoc idem Verbum nõ eſt nouus Deus, ſed erat apud Deum in principio, id eſt, in Patre exiſtens principium omnium cum Patre. 8. Int. ita erat vnum cum Patre, vt omnium creaturarum principium ſua præter eſſentia Alcui. ponit verbum ſubſtantiuum Erat,vt intelligas omnia tempora præueniſſe coæternum Deo Patri Verbum. 9. Hil. 2. de Trin. ſ. vnum ingenitum. Theoph. q.d. nunquam à Deo fuit ſeparatum. Chry. nunquam fuit ſolitarius à Patre,ſed ſemper Deus apud Deum. Orig. tres propoſitiones præmiſſas reſumit in vnum, dicens hoc Verbum Deus erat in principio apud Deum. 10. Int. id eſt,omnis creatura viſibilis & inuiſibilis,omnis forma, omnis compago, omnis concordia partium. Gloſſ. poſtquam dixit de natura Filij, dicit de operatione,omnia inquiens,id eſt,quicquid eſt in ſubſtantia,vel naturali proprietate,per ipſum factum eſt. 11. Hil. 2. de Trin. Infinitum eſt per quod fit omne quod factum eſt;& cùm ab eo ſint omnia etiam tempus ab eo eſt. Aug. t. ſuper Geneſ. ad lit. lib. 1. c. t. quod Deus ait: Fiat lux, æternũ eſt: æternum.n. eſt in verbo Dei,quando aliquid fieri debeat;ſit autem, quando fieri debuiſſe,in illo Verbo Eſt. Idem in Ioan. Factum non eſt per quod facta ſunt omnia;ſi enim factum eſt per quod aliud Verbum factum eſt? Idẽ 1. de Trin. cap. 6. ſi Verbum factum non eſt,creatura non eſt,ſed eiuſdem cum Patre ſubſtantiæ. Theoph. dixit per Verbum facta omnia à Patre,non quaſi Patris organum ſit,vt Arriani dicunt;ſed ne intelligeretur ingenitus,& ſine principio. Chry. neminem conturbare debet præpoſitio Per,nam & de Patre dicitur,per quem vocati ſumus in ſocietatem Filij eius. Item, Paulus Apoſtolus,per voluntatem Dei. Et quidem de Filio apertè in Pſalmo dicitur,quòd omnia fecerit. Initio tu Domine terram fundaſti, & opera manuum tuarum ſunt cœli. 12. Int. id eſt,nulla res ſubſiſtens ſine ipſo eſt facta. 13. Chryſoſtom. viſibile vel intelligibile, ne putares ſola per ipſum facta, quæ à Moyſe dicta ſunt. Hilari. cùm dicitur

ſine ipſo factum nihil, indicatur non eſſe ſolus,ſed eſſe alius, qui per ipſum omnia fecerit.Orig.in hom. Id eſt,nihil factum eſt extra ipſum;ſed omnia ambit & conſeruat. Idem in Iohan.prauitas quæ abſque Deo facta eſt,nihil dicitur. putant autem quidam diabolum non eſſe creaturam Dei:In quantum quidem diabolus creatura Dei nō eſt,ſed cui accidit eſſe diabolum,Dei eſt creatura,vt homo quatenus homo,non vt homicida.Aug.de q.nou.& vet.Teſt.q.97. Satis oſtendit Verbum non eſſe facturam ,cùm ſine ipſo Deus nihil feciſſe dicatur. Idem in Iohan.per ipſum non eſt factum peccatum quod nihil eſt, & nihil fiunt homines cùm peccant. Idem de natura boni cap. 25. Delirant qui dicunt nihil hoc loco aliquid ſignificare,quia poſitum eſt in fine ſententiæ,quaſi verò non idem ſit,ſine ipſo nihil factum eſt, & ſine ipſo factum eſt nihil.Gloſſ.oſtenditur non eſſe author malorum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

5. quaſi reſpondeat quærenti vbi erat? in ſinu Patris erat,& non apparebat , poſtea apparuit , iuxta illud 1.Iohan.1.erat apud Patrem,& apparuit nobis. erat verò apud Patrem vt perſona diſtincta , & indiuiſa.Gr. τὸν Θεὸν,ſcilicet,Deum illum qui Pater eſt. 6. Gra.καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος.& verbum illud erat Deus.ſignificatur autem identitas naturæ. 7. id eſt,hoc ipſum Verbum, vel id totum quod diximus. 13. Gra.οὐδὲ ἕν,ne vnum quidem,q.d.prorſus omnia per ipſum facta.

CAPVT I.

[14] Quod [15] factum eſt in [16] ipſo [17] vita erat: & vita erat [18] lux hominum [19] : & lux in tenebris [20] lucet, & [21] tenebræ eam non

SENS. LIT. IN CAP. I.

14. Int.pro,& omne. 15. Int.ſ.eum tempore. 16. Int.ſ.in ſpiritualis factoris ratione, ſemper viuit, & vixit.Hil.2.de Trinit.oſtēditur in eo factum,quod ſine eo factum eſt, omniáque per ipſum,& in ipſo creata eſſe. 17. Beda ne quis putaret mutabilem Verbi voluntatem , dicit in æterna Creatoris ſapientia,quando,& quos crearet,ſemper fuiſſe diſpoſitum.Aug.poteſt ſic diſtingui , quod factum eſt in ipſo, vita erat,ſed hoc modo omnia vitam habebunt : diſtinguendum ergo ſic eſt , quod factum eſt, in ipſo vita erat. Ratio enim qua factum eſt vnumquodque,vita eſt;ſic arca in opere non eſt vita , ſed in arte vita eſt,viuit enim anima artificis.Orig.in hom.ſignificatur omnia in ipſo vita eſſe,& vnū eſſe,ſubſiſtūt enim in ipſo cauſaliter.Chry.legendum ita eſt propter hæreticos,qui dicūt Spiritum ſanctum creatum, ſine ipſo factum eſt nihil quod factum eſt;& deinde,in ipſo vita erat;q.d. nihil factibilium ſine ipſo factum eſt,vbi excipitur Spiritus ſanctus,qui factibilis non eſt,additur autem,in ipſo vita eſſe,tanquam in fonte qui non minuatur:habet autem Filius vitam in ſeipſo ſine compoſitione vlla,ſicut & Pater. Orig. Inuenitur alia litera non incongruè habens,quod factū eſt in eo vita eſt.Gloſſ.Orig & Chry.ita diſtinguunt,ſine ipſo factū eſt nihil quod factum eſt.Aug.autē,quod factū eſt , in ipſo vita erat. Hil.ſine ipſo factum eſt nihil,quod factum eſt in ipſo. 18. Int.ſ.hæc ſapientia Dei. 19. Int. non aliarū rerū.Theop. q.d.lux iſta non eſt ſenſibilis , ſed intellectualis, illuminans animam : non dixit autem ſolùm Iudæorum, ſed omnium hominum ; omnes enim inde intellectum & rationem acceperunt. Orig. Lux eſt hominum,ſed non ſolorum;ſic Deus dicitur Abraham, Iſaac, & Iacob; per quod non excluditur quin ſit etiam aliorum. Eſt verbum lux omnis rationalis creaturæ.Chry.non adiecit,& Angelorum;eſt enim ſermo de natura hominum, quibus Verbum veniens Euangelizauit.Aug.Ex ipſa vita illuminantur homines qui poſſunt percipere ſapientiam,quod pecora non poſſunt. Glo. Lux erat quantum in ſe eſt, etſi iniqui non ſentiunt. 20. Int.tamen à tenebris non cernebatur. Orig.in hom. lux in tenebris fidelium animarum lucet,à fide inchoans,ad ſpem trahens.noſtra natura per ſe conſiderata,tenebroſa eſt, ſed capax lucis ſapientiæ.Chry.Tenebras dicit mortem,& errorem , prædicatio enim Chriſti in medio erroris regnantis fulſit,& eum diſparere fecit,mortemque in vitam mutauit. Glo.lucet hæc lux quantum in ſe eſt,etiam in tenebris,ſicut ſol ſuper cæcum. 21. Int.ſ.ante incarnationem , ſicut nec cæcus comprehendit lucem ſuper ſe lucentem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

15. quidam hic finiunt orationem,q.d.nihil ex his quæ facta ſunt,ſine ipſo factum eſt. Eſt autem more Hebraico repetitio eiuſdem per negationem,vt Eſa.39.Ierem.4. 16. Quidam , vt Hilar. hic finiunt ſententiam,vt ſuprà notatum num.17. 17. quam vt hominibus communicaret factus eſt homo. iuxta illud Iohan.10.Ego veni,vt vitam habeāt.Vide 1.Iohan.cap.1.& 5.Quidam aiunt ſignificari ab ipſo vitam accipere quæcunque viuunt,vt eſſe accipiunt,quæcunque ſunt. 21. id eſt , hominibus qui in tenebris, id eſt,peccatis ſunt.Sic Epheſ.5.Eratis aliquando tenebræ,q.d.Cùm lux ſoleat in tenebris lucere , at lucem hanc multorum hominum tenebræ recipere noluerunt.

comprehenderunt. Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium: vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera: quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat,

SENS. LIT. IN CAP. I.

22. Aug. ſtulta corda peccatis aggrauata, lucem iſtam capere non poſſunt; cæcus in ſole, ſoli abſens eſt, ſic ſtultus cæcus eſt, etſi præſens eſt illi ſapientia. Origen. in hom. Lux hæc omni creaturæ incomprehenſibilis eſt. Chryſ. Chriſti prædicationem neque mors, neque error ſuperauit. Orig. hanc lucem perſequutæ ſunt tenebræ, ſed non inualuerunt, nec apprehenderunt; vel quia celeritatē curſus lucis ſequi non valent, vel quia fugantur luce appropinquante. Aduertendum autē ſumi tenebras aliquando in bonam partē, iuxta illud: Poſuit tenebras latibulū ſuum, nempe ſunt ignota diuina. Glo. Tenebræ ſi comprehenderent, tenebræ non eſſent. Aug. 10. de ciu. Dei cap. 29. hoc Euangelij initium vſque ad hæc verba: Et tenebræ, &c. Quidam Platonicus aureis literis ſcribendum, & in locis eminentiſſimis per omnes eccleſias proponendū dicebat. 23. Int. q. d. ſed vt etiā tenebræ comprehenderent fuit, &c. 24. Int. ſ. Præcurſor humanati verbi. Aug. quia latebat in Chriſto Deus, miſſus eſt ante illum magnus homo, per cuius teſtimonium inueniretur pluſquàm homo. Theoph. homo, non Angelus. 25. Aug vt poſſet verbum de Deo dicere. 26. Int. non ab hominibus. Chry. non ſua loquitur, ſed quæ miſſ[illegible]; vnde & Angelus dictus eſt à Propheta: Ego, inquit, mitto Angelum meum. Eſt autem Iohannes miſſus à deſerto ad baptizandum, ait enim: Qui me miſit baptizare, &c. 27. Int. non ab homine impoſitum, ſed à Deo. 29. Int explicat cur miſſus. 30. Int. agens libera volūtate. 31. Int. cuius rei? vt teſtimonium, &c. 32. Int. quicunque contradiceret. 33. Int. i. Chriſto nato, iam nomen Verbi mutauit in Lumen. 34. Int. quare? vt omnes, &c. 35. Int. ſ. lumen Chriſtum eſſe. 36. Int. teſtificantem. Beda. non dicit vt omnes crederent in illum, ſed per illius teſtimonium in Lucem. Chry. Lumen quidē non indigebat teſtimonio, ſed præconem hominem miſit, vt cognatam vocē audientes, faciliùs accederent. Theoph. Si aliqui non crediderunt, ipſi ſibi cauſa fuerūt, ſolis radiū nolentes recipere. 37. Int. Magnus quidem erat iſte, non tamen ex ſe lucens, ſunt tamen Sancti lux illuminata. Chry. hoc addit, ne quia teſtimonium perhibuit, maior, & fide dignior crederetur. Theoph. poteſt Iohannes & Sancti dici lux, ſed ſine articulo; habent enim lucem ſecundum participationem. 38. Int. ſubaudi, miſſus erat. 4[illegible]. Int. ſ. Chriſtus. Aug. de quo lumine Iohannes teſtimoniū perhibeat, oſtēdit. 42. Int quia eſt & nō vera lux. ſ. quæ non ex ſe, ſed aliunde lucet. Aug. homo illuminatus dicitur lux, ſed vera lux eſt quæ illuminat, nam & oculi noſtri lumina dicuntur, ſed niſi alia lux adſit, fruſtra patent. 43. Int. etiā ipſum Iohannem. Aug. omnes ad quos veneṛat Chriſtus, minus erant idonei eū videre, radiauit Iohannē, & per eum cognitus eſt ille qui illuminat; ſic ab oculis ſauciis videtur ſol in aliquo corpore radiato. Int. non quod omnem, ſed quia nullus ſine illo illuminatur. Aug de peccator. mer. & rem. ſſ. cap. 25. ¶ Chry. Illuminat omnem hominem quantum ad eum pertinet: ſed quidam mentis oculos claudunt. 44. Int. i. qui à Deo recedens, & cadens in mundum, cæcatus eſt: alioquin non indigeret illuminari. Aug. ſi illinc non recederet vbi poterat eſſe illuminatus, non eſſet illuminandus. Theoph. Erubeſcat Manichæus, qui nos conditoris maligni & tenebroſi aſſerit creaturas: non enim illuminaremur, ſi veri luminis creatura non eſſemus. Orig. in hom. loquitur de his qui per regenerationem veniunt in mundum virtutū. Gloſſ. quorum vita & conuerſatio in cœlis eſt, quaſi in alio mundo ſunt, in his ergo, quaſi in quodam mundo ſuperiori vera lux lucet. 45. Int. ſub. & hæc lux. 46. Int. ſ. præſentia Deitatis, omnibus creaturis infuſus, regens, quas fecit. Orig. in hom. Eſt in mundo ſicut artifex regens quod fecit.

SENS. MYST. IN CAP. I.

28. INt. id eſt, gratia, qui totum à gratia habet, & gratiam prædicat. Alcui. Gratiā Dei vel in quo eſt gratia; qui gratiam noui Teſtamenti, id eſt, Chriſtum primum mundo innotuit; vel Iohannes, id eſt, cui donatum eſt, nempe Chriſtum præcurrere, & baptizare.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

23. *Gra. ἐγένετο, id eſt, exſtitit. quaſi dicat, Exſtitit quidam homo, non vt cæteri, ſed diuinitus datus, & miſſus.* 32. *non quòd Chriſtus egeret, ſed propter homines.* * *Gra. τὸ φῶς, Lux illa.* 42. *per naturam non per participationem.* 43. *ſcilicet, quicunque illuminatur, vel quantum in ſe eſt, vel dando omnibus lumen naturale.* 44. *ſcilicet, per natiuitatem, In mundum venire, eſt naſci; exire, mori, quidam putant ſignificari prorſus omnem.*

& mundus.

& mundus per ipſum[47] factus eſt[t], & mundus[48] eum non cognouit. In propria[49] venit,[50] &
ſui[51] eum non receperunt.[52] Quotquot autem[r] receperunt[53] eum, dedit[54] eis poteſtatem[55] fi-
lios[56] Dei fieri,[57] his qui[58] credunt in nomine[59] eius. Qui[60] non ex ſanguinibus,[61] neque ex vo-
luntate[62] carnis,[*] neque ex voluntate viri,[63] ſed ex Deo[64] nati[65] ſunt. Et Verbum[66]

SEN. LIT. IN CAP. I.

47. Orig.in hom.Deus non extrinſecus fabricat ſicut faber, ſed mundo infuſus, & vbique exiſtens. Chry.hoc additum eſt, ne putaretur in mundo eſſe velut ei contemporaneus. Theoph.Subuertitur hic Martionis rabies,qui malignum conditorem cuncta produxiſſe dicebat, & Arrij,Filium Dei creaturam dicentis. 48. Int.i.dilectores mundi.Aug.per ipſum factus mundus,id eſt, creaturæ,non cognouit verò mundus i.mundi dilectores,qui amando mundum,dicuntur mundus (qui enim mundum non diligunt,corde inhabitant cælum)ſic ſolemus dicere,domus illa mala eſt,aut bona;non parietes intelligentes,ſed inhabitantes.Chry.etiam ante corporalem præſentiam cognouerunt eum Dei amici,vnde,Abraham exultauit vt videret diem meum,non ergo vt objiciunt Gentiles, præteritis temporibus homines neglexit,omnibus enim dignis cognitus erat;etſi eum non cognoſcerent qui mundo affixi ſunt, & quæ mundi ſunt ſapientes. 49. Int.i.in mundum qui ſuus eſt. Theoph.in mundum,ſeu Iudæam.Int.in humanam naturam. 50. Int.ſ.Chriſtus per carnem. Aug. qui dum hic eſſet per diuinitatem,à ſtultis,cæcis,& iniquis videri non poterat, de quibus dictum eſt: Tenebræ eam non comprehenderunt. Chry. quia in mundo exiſtens,non putabatur adeſſe, dignatus eſt induere carnem. 51. Int.i.quicunque homines,præſertim Iudæi,quos omnibus prætulit.Chry.Iudæos ſuos dicit, vt populum peculiarē. Int.non quia nulli,ſed quia rari. 52. Int.ſiue Iudæi,ſiue Gentiles.Chry.ſiue ſerui,ſiue liberi,ſiue inſipientes,ſiue ſapientes,ſiue mulieres,ſiue viri,ſiue pueri,ſiue ſenes.Glo.ab initio mundi fuerunt diuini verbi receptores. 53. Int.ſ.per fidem. 55. Chry.non dicit,fecit filios Dei fieri,ſed dedit poteſtatem;oſtendens multo eſſe opus ſtudio vt acceptā in baptiſmo adoptiouis imaginē incontaminatā ſemper cuſtodiamus; ſimul oſtendens poteſtatem hanc nullum nobis auferre poſſe,niſi nos ipſos; denique gratiam hanc aduenire volentibus, & ſtudentibus, eſt enim in poteſtate liberi arbitrij, & gratiæ operatione filios Dei fieri. Theoph.Dedit poteſtatem conſequendi perfectiſſimam in reſurrectione filiationem. 56. Int. ſ.adoptiuos,vt ſint fratres eius,& cohæredes per gratiam, ſicut & ipſe Filius vnigenitus per naturam;vt iam non ſit ſolus.Aug.Magna beneuolentia, vnicus natus eſt,& noluit manere vnus,non timuit habere cohæredes;hæreditas enim eius non fit anguſta ſi eam multi poſſederint. 57. Int.pro.ſ.his. 58. Int.ſ. Deum eſſe & hominem.Chry.Dei eſt dare gratiam,hominis præbere fidem. 59. Int.i.in re eius nominis.¶ i.Emanuel, quod interpretatur nobiſcum Deus. 60. Aug.quomodo naſcantur filij Dei.ſubdit.
61. Int pluraliter,vt ſignificet maris & feminæ materiam. Aug. quia Græcè poſitum eſt pluraliter,maluit interpres minus Latinè loqui ſecundùm Grammaticos,& tamen explicare veritatem; ex ſanguinibus enim maris & feminæ homines naſcuntur.Beda.Sanguis pluraliter in Scripturis peccatum ſignificare ſolet,vnde:Libera mé de ſanguinibus. 62. Int.i.concupiſcentia. * Aug.carnem pro femina poſuit. Caro (inquit Adam) de carne mea. ſic aliquando ponitur ſpiritus pro marito, quia ille imperare debet, iſta ſeruire.Beda.carnalis generatio à complexu coniugij ducit originem, ſpiritualis verò Spiritus ſancti gratia miniſtratur. 64. Int.ſ.operāte per baptiſmum. 65. Int.homines ex Deo,& Deus ex homine.
66. Int.id eſt,Filius Dei.Aug ne miraremur,& horreremus tantam gratiam, & nobis incredibile videretur homines ex Deo naſci,quaſi ſecuritatem faciens,hoc dixit, q. d. quid miraris homines ex Deo naſci,attēde ipſum Deum ex hominibus natum.Chry.prædicti honoris cauſam ſubjicit, factus eſt enim Filius Dei Filius hominis, vt filios hominum faceret filios Dei.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

48. i.maior hominum pars. 49. Gra.τὰ ἴδια,ſua. 51. ſ.homines ab ipſo facti non ei crediderunt, nec obedierunt.poſitum autem cum,pro id.ſ.verbum,niſi malis ſub.Deum. 52. ſ.cuiuſcunque ſexus, etatis, conditionis. 55. Gra.ἐξουσίαν,authoritatem,dignitatem,preeminentiam.ſic Rom.13. non eſt poteſtas niſi à Deo. Significatur verò hoc ipſo quod ipſum recipiunt,per fidem charitate formatam, Dei filios fieri,ſeu eſſe.eſt enim Gra.γενέσθαι,quod ſignificat & fieri,& eſſe. 56. ſ.per charitatem,vel gloriam celeſtem,
59. Gra.εἰς τὸ ὄνομα,in nomen.pra,in ipſum.Heb. 61. q.d.nō ex ſanguine & carne.i.carnaliter,nec opera viri,ſed ex Deo,ſeu ſupernaturaliter,& ſpiritualiter nati. Eſt autem illud,nec ex voluntate viri,precedentium explicatio. Quidam per voluntatem intelligunt concupiſcentiam. q. d. non ex concupiſcentia carnali.ſolet quidē Scriptura carnalia ſignificare nomine carnis & ſanguinis.ſic illa: Caro & ſanguis non reuelauit tibi.Caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt.Non acquieui carni & ſanguini. poſitum verò ſanguinibus,pro ſanguine,more Hebræo. 65. ἐγεννήθησαν,geniti ſunt.

[67] caro [68] factum eſt : & [69] habitauit in nobis,& [70] vidimus [71] gloriam eius,gloriam [72] quaſi [73] vnigeniti [*] à Patre,[74] plenum [75] gratiæ & [76] veritatis.[77] Iohannes [78] teſtimonium [*] perhibet [79] de ipſo:& [80] clamat, dicens : [b] [81] Hic erat [82] quem dixi,

Sens. Lit. In Cap. I.

67. Int.i.homo.Aug.cont.ſerm.Arrianorum cap.9.Caro pro homine poſita eſt, ſic:Ad te omnis caro veniet,&:Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. Theoph. volens oſtendere inenarrabilē Dei benignitatem,carnis meminit,alioqui etiam animam aſſumpſit; quod enim non aſſumpſit,non ſanctificauit,neque decebat omitti quod principalius eſt. 68. Chry.non ſubſtantiam conuertit in carnē, ſed manens quod eſt,ſerui formam aſſumpſit.Aug.15.de Trinit.cap.11. Sicut verbum noſtrum vox fit , nec mutatur in vocem:ita Dei Verbum caro factum eſt,non mutatum in carnem.Ex geſtis Concilij Epheſ. Vt cùm ſermo induerit litteras & elementa, viſibilis fit & tractabilis; ſic verbum Dei tractabile inuentur. Theoph.Apollinarius in hoc verbo hæreſim ſtatuit, dicens Chriſtum animam rationalem non habuiſſe,ſed carnem tantùm,& pro anima diuinitatem;ſubuertitur autem hinc Neſtorius , qui dixit non Deum ipſum factum hominem, ſed coniunctum homini ex Virgine concepto , ſecundùm gratiam & amorem;at Euangeliſta dixit ipſum Verbum factum hominem ; itaque Dei genitrix nuncupatur , tanquam quæ Deum genuerit.Cyril.ad Neſtorium epiſt.8.Carnem animatam anima rationali vniens verbum ſibi ſecundùm ſubſiſtentiam,ineffabiliter factus eſt homo.Hil.10.de Trinit. Verè Dei Filius, verè hominis Filius natus eſt,ex Virgine corpus,& ex ſe ſibi animam aſſumens. Gloſſ. Verbum factum eſt caro,quaſi mutatum in lac propter paruulos. 69. Chry.hoc dixit, ne ſuſpicaretis diuinitatis conuerſionem : quod enim habitat,aliud eſt ſecundùm naturam ab habitaculo , nec enim ſubſtantiarum confuſio facta eſt,neque deſtructio.Alcui.id eſt,inter homines conuerſatus eſt. 70. Int. ſ.nos,qui os eius,cognouimus Deum eſſe glorioſum.Chry.non vidiſſemus,niſi per conſortium humanitatis apparuiſſet, quomodo enim aliter inacceſſibilem diuinitatem ſufferre poſſemus? Aug.Natiuitate iſta collyrium fecit,vnde tergerentur oculi cordis noſtri; eius gloriam nemo poſſet videre , niſi carnis humilitate ſanaretur;caro te obcæcauerat, caro te ſanat;ſic venit medicus,vt de carne vitia carnis extingueret. 71. Int. i.altitudinem,& maieſtatem eius per humanitatem in qua docuit,& miracula fecit , in qua transfiguratus eſt,in qua ſurrexit. 72. Greg.18.mor.cap.4. In ſacro eloquio quaſi, aliquando non pro ſimilitudine ponitur , ſed pro veritate. 73. Int.non vt cuiuſlibet Sancti. Chry.q.d.non vt Prophetæ,aut alterius hominis,vel Angeli,ſed quaſi ipſius naturalis Filij,qualem decebat habere Vnigenitum,ſic ſolemus dicere Regis apparatum narrantes. Quid multa? quaſi Rex ibat. Apparebant enim Angeli vt ſerui; ſtella Magos vocauit;puer exultauit in vtero; Pater de cælis teſtatus eſt , & ſuper ipſum Paracletus aduenit; fugiebant dæmones,morbi ſoluebantur, ſuſcitabantur mortui,& animæ à malitiis ad virtutes conuertebantur. 74. Int.ſ.illum hominē.Orig.in ho.poteſt accipi de humanitate,& diuinitate,vt plenitudo gratiæ ad humanitatē referatur,ſecundùm quā eſt caput Eccleſiæ;plenitudo verò veritatis referatur ad diuinitatē,vel vtrumque ad nouum Teſtamentū,vbi & plenitudo gratiæ donata, & legaliū ſymbolorum veritas impleta. 75. Int.ſecundùm humanitatē. 76. Int.ſecundùm Deitatē.Theop.Erant Chriſti verba gratioſa,& (cùm Prophetæ in figura operati ſint) in veritate. Glo. nullis præcedentibus meritis fuit Deitas in Chriſto,implens hominē illū omni plenitudine,hæc autē gratia dicitur,& veritas,quia quod fuerat olim promiſſum,exhibitum eſt. 77. Int.q.d.non ſolùm ego dico,ſed etiam Iohannes Baptiſta. Chry.ſæpe meminit teſtimonij Iohannis,erat enim in multa admiratione apud Iudæos. 78. Int.ſ.quòd Verbum caro factum eſt , quia ipſe præmiſſus ei,teſtatur & celſitudinē humanitatis & æternitatem diuinitatis. 79. Int.ſ.Chriſto. 80. Int.apertè,non obſcurè,vt lex. Chry.cum libertate. Aduertendū autem Iohannem non ſtatim Iudæos ad alta duxiſſe, ſed paululum à terra euolare docuiſſe , dicens eum ſe meliorē,&c. b. Glo apparet hinc Chriſtum tunc adfuiſſe , ſæpè enim adhuc ignotus antequam baptizaretur,& prædicaret,ad Iohannem ſolitus erat venire. 81. Int.ſ.ab æterno. 82. Int.ſ.vobis quærentibus an eſſem Chriſtus.Chry.dixerat de Chriſto antequam appareret, vt faciliùs ſuſciperent.

Addit. Auct. In Cap. I.

*67 Carnis nomine potiùs vſus,quàm hominis.1.ad demonſtrandam Dei benignitatem,qui ſe ad carnem vſque demiſerit.2.ne incredibile putaretur homines Dei filios fieri.3.vt intelligatur verè factus homo,non apparenter.4 vt indicaretur caro etiam per Chriſtum reparata. 68. ſignificatur vna eademq; perſona eſſe Dei & hominis. 69. i.in noſtra natura velut tabernaculo.Gr.ἐσκήνωσεν.Indicatur autem diuerſitas naturarum poſt factam vnionē,vel habitauit in nobis.i.inter nos,iuxta illud Zach.2. Habitabo in medio tui. 70. Gr ἐθεασάμεθα,ſpectauimus velut rem nouam,& admirandam. * ſub datam:ſic 2.Pet 1.Accipiens à Deo Patre honorem,& gloriam. vel coniūge cum vnigeniti. 74 coniūgi poteſt cum illo,Verbum caro factum eſt.vel illo,Habitauit in nobis.vt reliqua per parentheſim legantur. * pro, perhibuit,certè quod ſequitur,clamat. Gr κέκραγε,Clamauit,ſcilicet publicè & liberè,Chriſtum prædicans.*

Qui[83] poſt me venturus eſt,[84] ante me factus eſt:[85] quia[86] prior me erat,[87] & de[88] plenitudine eius nos[c] omnes accepimus, &[89] gratiam pro[90] gratia,[91] quia lex per Moyſen[92] data eſt: gratia[93] & veritas per[94] Ieſum Chriſtum[95] facta eſt.[96] Deum[97] nemo vidit vnquam.[98] Vnigenitus Filius qui eſt in[99] ſinu Patris: ipſe[100] enarrauit.

SENS. LIT. IN CAP. I.

83. Theop. ſex enim menſibus prior Iohannes natus eſt. Chry. de aduentu Chriſti loquitur ad prædicationem. Gloſſ. poſt me venturus in prædicatione, in morte, ſed non in reſurrectione. 84. Int. i. mihi præpoſitus eſt, etiam in humanitate. Aug. ante poſitus eſt mihi Chryſ. clarior eſt, & honorabilior.
85. Int. enim quia, &c. 86. Int. ſ. æternitate Deitatis. Chryſ. ex hoc apparet illud, Ante me factus eſt, de honore intelligi; ſi enim de productione intelligeretur, potius dicendum erat, prior me erat, quia ante me factus eſt. 87. Orig. verba ſunt Baptiſtæ vſque ad, ipſe enarrauit. Chryſo. coniungit teſtimonium ſuum Baptiſtæ teſtimonio; ſunt enim hæc verba Euangeliſtæ. Gloſ. Expoſito teſtimonio Præcurſoris, redit Euangeliſta ad teſtimonium ſuæ aſſertionis. 88. Int. quia illi Spiritus eſt datus, non ad menſuram, nobis ab eo ſecundùm menſuram Orig. q. d. ex hoc coniecto eum me priorem, quia de plenitudine eius ego, & ante me Prophetæ gratiam accepimus. c. Chryſoſt. ſuos duodecim, & omnes fideles.
90. Int. i. pro bono bonum. Aug. Primò accepimus fidem, quæ gratia vocatur; quia gratis datur, & pro gratia hac, in qua ex fide viuimus, recepturi ſumus aliam. i. vitam æternam, quæ quaſi merces eſt fidei, non erat iſta gratia in veteri Teſtamento, lex enim minabatur, non opitulabatur, iubebat, non ſanabat, languorem oſtendebat, non auferebat, ſed præparabat medico venturo cum gratia & veritate. Gloſ. pro fide quæ per dilectionem operatur, ex qua iuſtus viuit, gratiam. i. beatitudinem, quæ merces iuſtitiæ dicitur, & etiam gratia, quia meritum ex gratia. Chry. pro gratia veteri, nouam, pro typo, veritatẽ gratiæ enim etiam fuit legem ſuſcipere. 91. Int. verè ab eo accepimus, quia lex mala non tollit, ſed oſtendit, & reos conuincit, vt humilient ſe medico. 92. Chryſoſt. quod erat miniſtrantis. 93. Aug. 13. de Trin. cap. 19 Gratia ad ſcientiam refertur, veritas ad ſapientiam, in rebus. n. per tempus ortis, illa ſumma gratia eſt quod homo in vnitate perſonæ coniunctus eſt Deo; in rebus verò æternis, ſumma veritas rectè tribuitur Dei verbo. Chry. Gratia, quia cum poteſtate remittebat peccata, & regenerabat, &c. Veritas autem quia figuras adimpleuit. 94. Int. qui eſt Dominus liberans. Gloſ. per Moyſen ſeruum prænunciatio, per Dominum Ieſum ſalutis impletio. 95. Chry. quod eſt Regis cum poteſtate operantis.
96. Int. hæc gratia per Chriſtum omnibus eſt data. i. videre Deum qui nunquam viſus eſt. 97. Int. i. nullus homo, nec Moyſes. Gloſ. nullus purus homo viuens in hoc corpore, vidit Deum vt eſt, vnde: non videbit me homo, & viuet. Apparuit autem Deus aliquibus per ſubiectam creaturam. Gregor. 18. mor. c. 37. & 38. Quandiu hic viuitur, videri per quaſdam imagines Deus poteſt, ſed per naturæ ſuæ ſpeciem non poteſt; nec Iacob Deum vidit, ſed Angelum, & Moyſes qui cum Deo loquebatur, petit vt videat; cœperat enim per imagines videre, & naturæ claritatem cernere cupiebat, quiſquis autem Deum videt, vt videri poteſt à viuentibus in hac corruptibili carne, huic vitæ funditus moritur, ne iam eius amore teneatur: fuere tamen qui negarent Deum in regione beatitudinis in natura ſua videri, ſed ſunt decepti. Aug. ad Paulinam epiſt. 12. Nemo Deum vidit in hac vita ſicut eſt; nec Dei plenitudinem quiſquam aliquando ipſa mente comprehendit. Idem x i i. ſuper Geneſ. ad litt. cap. 27. Niſi quis ab hac vita quodammodo moriatur, ſiue omnino exiens de corpore, ſiue alienatus à ſenſibus, non in illam ſubuehitur viſionem. Chry. Antiqui Patres Deum viderunt, non quidem eius naturam ſicuti eſt, ſed ſicut poſſibile eis erat videre. 98. Int. ſub. ſed. Hil. 6. de Trinit. Adoptionis ſuſpicio excluditur Vnigeniti nomine.
99. Int. i. in ſecreto. Chryſ. Nullus Deum nouit vt Filius, qui in ſinu conuerſatur, & nihil ignorat, ſignificauit enim Euangeliſta per ſinum, Filij familiaritatem, & coæternitatem cum Patre. Aug. quia ſinus noſter intus eſt, ſecretum Patris ſinus vocatur. 100. Chryſ. Maiorem doctrinam per vnigenitum accepimus. Beda. Homo factus, enarrauit quid de veritate Trinitatis ſentiendum, qualiter ad eius contemplationem properandum, quibus actibus perueniendum ſit, enarrabit etiam cùm electos ad claritatem ſuæ viſionis inducet.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

86. q. d. meritò quidem mihi prælatus, me enim multo erat præſtantior. 87. verba Euangeliſtæ coniungenda cum, Plenum gratiæ & veritatis. c. ſ. quæcunque accepimus. 89. pro, nempe gratiã pro gratias, pro operibus ex gratia gloriam. 92. non facta. 97. ſ. in natura ſua dum hic viueret, qui enim leguntur vidiſſe, per ſpeciem aliquam viderunt. 99. eſt velut explicatio illius, erat apud Deum, ſignificaturque coniunctiſſimus Patri & conſubſtantialis Græc. 100. ἐξηγήσατο, latentia in lucem protulit, ſcilicet, expreſſius, & certiùs declarauit.

[101]Et hoc [102]eſt teſtimoniũ [103]Iohannis; [b]quãdo [104]miſerũt Iudæi ab Hieroſolymis [105]Sacerdotes & Leuitas ad eũ, vt [106]interrogarẽt [107]eum. Tu [d]quis es? Et [108]cõfeſſus eſt: & non [109]negauit: & con-[110]feſſus eſt, [e]Quia non ſum ego Chriſtus. Et [111]interrogauerunt eum, [112]Quid ergo? [113]Helias es tu? Et dixit: [114]Non [115]ſum. [116]Propheta es tu? Et [117]reſpondit, non. [118]Dixerunt ergo ei, [119]Quis es? vt [120]reſponſum demus his qui miſerũt nos. Quid dicis de te ipſo? [121]Ait, [122]Ego [123]vox clamãtis in [124]deſerto: [125]Dirigite [126]viam Domini, ſicut dixit Eſaias Propheta. [127]Et qui miſſi fuerant, erant ex [128]Phariſæis. Et [129]interrogauerunt eum, & dixerunt ei: [130]Quid ergo baptizas, ſi tu nõ es

SENS. LIT. IN CAP. I.

101. Int. iterum. Orig. hoc eſt ſecundum Baptiſtæ teſtimonium. Theop. dixerat teſtificatũ de Chriſto nunc ſubiungit quando id fecerit. Gloſ. hæc, & cætera ſequentia teſtimonia Iohannis exhibita ſunt poſt baptizatum Chriſtum. 103. Int. vt lucernæ. 104. Int. cùm eius auctoritatis excellentia mouerentur, quia auſus eſt baptizare. Aug. 105. Int. i. ſapientes in lege. 106. Int. vt confeſſione ipſius Iohannis ſcirent quis eſſet. Chry. tantum ei tribuebant, vt de ſeipſo dicenti crederent. 107. Int. quid? quod ſequitur. 108. Int. ſ. quod non eſt Chriſtus. Orig. aderat iam tempus aduentus Chriſti, idque legiſperiti ex Scripturis colligebant; itaque Theudas & Iudas Galilæus quaſi Chriſti, magnam multitudinem congregarunt. Chry. indignum putabant Iudæi ſubijci Iohãnem Chriſto, qui eſſet genere ſacerdotali illuſtris, & ſanctitate, cùm Chriſtus genere humilis haberetur, victuque & veſtimentis communibus vteretur; malebant ergo Iohannem habere magiſtrum, itaque eum alliciebant vt confiteretur ſe Chriſtũ, & ideo miſerunt honorabiliores; Iohannes ergo ad eorum mentem reſpondit. Glo. Putabant Iudæi Iohannem eſſe Chriſtum in lege promiſſum. 109. Int. ſ. quòd erat præcurſor. 110. Chry. repetit Euangeliſta, indicans Baptiſtæ virtutem, & malitiam Iudæorum. 111. Int. remota priori opinione. Chry. niſi mẽs eorum fuiſſet eum attrahere vt ſe diceret Chriſtum, dixiſſent ad eius reſponſionem, non hæc venimus interrogaturi, deprehenſi ergo ad aliud tranſeunt. 112. Int. ſ. es. 113. Aug. nouerant Heliã præceſſurum Chriſtum. Orig. vel Iudæi credebant migrationem animarum, vel quærunt an ſit ipſe Helias qui aſſumptus eſt, vel an ſit qui prænunciet Chriſtum venturum. 114. Greg. in ho. 7. Iohannes in ſpiritu Helias erat, præuenit enim primum Chriſti aduentũ, ſicut Heliãs ſecundum præueniet, in perſona Helias non erat. 116. Int. ſ. Heliſæus. Orig ille de quo Moyſes, Prophetam ſuſcitabit vobis Deus, &c. vnde articulus additur, putabant verò Iudæi eum Prophetam, alium à Chriſto fore. 117. Int. quia non prænuncio, ſed oſtendo. Non ſum Propheta, quia plus quàm Propheta, non ſum vnus de illis Prophetis, de quibus me eſſe putatis. 118. Chry. vehementiùs inſiſtunt. 119. Int. q. d. dic, quis es? ne abſque reſponſo redeamus ad illos qui nos miſerunt. 120. Int. audiuimus de Chriſto te prædicare, ſed de te ipſo nil manifeſtum aſſeris. 121. Int. ſ. ſum 122. Int. ſ. Verbi incarnati. Greg. homil. 4. per Iohannis miniſterium Dei verbum ab hominibus auditum eſt, vox priùs ſonat, vt verbum poſſit audiri. 123. Int. ſ. in me. Origen. Chriſti ſe dicit vocem, qui clamabat: Si quis ſitit, veniat ad me. 124. Int. i. deſertæ Iudææ ſolatium annuncians. Greg. hom. 7. 125. Int. i. parate in vobis. 126. Int. ſ. per fidem, per opera, per quæ Dominus ingreditur Greg. Via Domini ad cor dirigitur, cùm veritatis ſermo humiliter auditur. 127. Int. iterum miſſum eſt à Phariſæis, eſt enim hoc tertium teſtimonium. Interrogauerant autem Sacerdotes & Leuitæ manſuetè, iſti verò contumelioſè, nec quaſi ſcire volentes, ſed prohibere à baptiſmo; ad quem tamen leguntur acceſſiſſe, verùm non credentes, ſed ex hypocriſi, cùm populum timerent. Chryſ. ipſi iidem Sacerdotes & Leuitæ ex Phariſæis erant, cùm ergo blanditiis ſupplantare non valuiſſent, accuſationem intentant. 128. Gloſ. Venerunt hi ad Ioannem, quia audiunt prædicaſſe reſurrectionẽ quam credebant. 129. Int. ex inuidia quærebant. 130. Int. q. d. audaciæ eſt. ¶ hic planè inuidia patet.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

d. ſ. munere, officio, dignitate. Sciebant enim filium Zacharia. 108. ſ. veritatem. 109. frequens in Scriptura repetitio, idq́; interdum addita poſt affirmationem negatione, ſic ſuprà, Et ſine ipſo factum eſt nihil. Et infr. Et tenebra in eo non ſunt vlla. e. apparet id eos interrogaſſe. 113. videntur Iudæi credidiſſe παλιγγενεσίαν. Itaque Chriſtum multi putabant Eliam, aut Ieremiam. 116. Græc. ὁ προφήτης, ille. ſ. de quo Deut. 18. 117. Prophetarum ferè officium futura prædicere, talis Ioannes non erat. 125. Græc. εὐθύνατε, quod aliàs vertit, rectas facite.

Chri

Chriſtus,[131] neque Helias,[132] neque Propheta? Reſpondit[133] eis Iohannes dicens:Ego bapti-[134]zo in aqua:[135] medius[136] autem veſtrum ſtetit,[137] quem vos neſcitis.[138] Ipſe eſt qui[139] poſt[140] me ven-turus[141] eſt,qui ante[142] me factus eſt:cuius ego non ſum dignus vt ſoluam[143] eius corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania[145] facta ſunt trans Iordanem[146], vbi erat Iohannes baptizans. Altera[147] die[148] vidit[149] Iohannes Ieſum venientem[150] ad ſe,& ait:Ecce agnus[151]

Sen. Lit. In Cap. I.

131. Int.qui habet auctoritatem baptiſmi. Glo. intelligebant ex Scripturis Chriſtum baptizaturum. 132. Int. ſ. Heliſæus. Glo. Sciebant Heliam & Heliſæum qui ſiccis pedibus Iordanem tranſiecerant, figuram baptiſmi geſſiſſe,vnde eos ſurrexiſſe putabant. 133. Int.etiam inuidis,ex bonitate veritatem dicit,Greg.hom.7.Sanctus enim quiſque, etiam cùm peruerſa mente requiritur, à bonitatis ſuæ ſtudio non mutatur. 134. Int.i.lauo. 135. Greg. hom.7.Peccata ſoluere non valebat,ſed qui naſciturum naſcendo præuenerat,baptizaturum baptizando præuenit. 136. Int. id eſt, præſens vobis apparet. Orig. præſens eſt cuilibet,& per totum orbem diffuſus eſt , etiam in medio hominum, cor enim in medio corporis eſt. 137. Int.ſ.corpore. 138. Int.quia humilis,& ideo ego lucerna præaccendor.Aug. ¶ Gre. Dominus viſibilis exſtitit corpore, inuiſibilis maieſtate. Chry. neſciebant quis,& vnde eſſet. Theoph. Scripturas non intelligebant,nec ſciebant illum eſſe Mediatorē,qui eos Deo volebat coniungere.Orig. illud,Ego baptizo in aqua,& reſponſum ad,Quid ergo baptizas?hoc autem,ad illud:Si tu non es Chriſtus,quem iſti neſciebant,quia hominem tantùm putabant futurum Chriſtum. 139. Int.i.ante tempora definitum eſt,quod poſt me veniret. 140. Int.ſicut naſcendo,ita prædicando. 141. Orig.apparaturus.Chry.q.d.ſi meum baptiſma perfectum eſſet,alius non veniret poſt me aliud baptiſma daturus; ſed hæc præparatio eſt illius.Greg.poſt Iohannem venit,quia poſt eum natus. 142. Int.i.mihi præpoſitus eſt dignitate.Greg.in hom.7.Orig. 143. Chry.i.in infimis miniſtrem. 145. Chry. quia res quæ non ita pridem contigerant,narrat,loci meminit;quædam autem exemplaria certiùs habent Bethabora,Bethania enim non vltra Iordanem,nec in deſerto,ſed prope Hieroſolymam. Glo.duæ ſunt Bethaniç,vna trans Iordanem,altera non longè ab Hieruſalem. 146. Chry.non in domo,neque in angulo,ſed Iordanem tranſiens in media multitudine,Chriſtum prædicabat. 149. Int.ſ.intuitu mentis & corporis.

150. Orig.Iuerat Maria ad Elizabeth,Chriſtus ad Iohannem,maiores ad minores, in quo exemplum datur opitulādi minoribus,& modeſtiæ:venit autem de Galilæa,vt Matthæus ait. Chry.Matthæus ſcripſit aduentum ad baptiſmum,Iohannes autem poſt baptiſmum;vnde:Vidi,inquit,Spiritum Dei aſcendentem,&c. Venit autem Chriſtus vt amoueret ſuſpicionem, quòd fuiſſet ſicut alij baptizatus , ſcilicet, ad pœnitentiam;itaque Iohannes eam ſuſpicionem correxit. 151. Int.id eſt,innocens, immolandus; præfiguratus in agno Paſchali.Aug ſolus ille Agnus qui non in iniquitate conceptus.Orig. noſtros languores accipiens, mortem quaſi baptiſmum ſuſcepit.

Sens. Myst. In Cap. I.

137. Orig.Stat verbum Dei ad ſaluandum continuò. 143. Greg.hom.7.mos erat,vt ſi quis,quæ ſibi competeret,accipere vxorem nollet,ille ei calceamentū ſolueret,qui ad hanc ſponſus iure propinquitatis veniret;Chriſtus autem Eccleſiæ Sponſus,Iohannes ergo dicit ſibi ſponſi nomen non vſurpare,vel ſe dicit non ſufficere inueſtigare incarnationis myſterium , Incarnatus enim Dominus , quaſi calceatus apparuit,mortalitate noſtra aſſumpta,calceamenta enim ex mortuis animalib. fiunt,corrigia ergo calceamenti,eſt ligatura myſterij.Gloſ.non dicit,non ſoluā,multa enim de diuinitate & humanitate Chriſti aperuit,ſed indignum ſe ad hoc agendum reputat.Orig.quidam ſic intelligunt,nec ineptè,non tanti ego ſum,vt cauſa mei deſcendat,& carnem quaſi calceamentū ſuſcipiat. 145. Int.i. in domo obedientiæ baptizat,vt ſignificet obedientiā cōuenire baptizatis,Alcui. ¶ Orig.Bethabora interpretatur domus præparationis,& conuenit cum baptiſmo, qui præparat Domino plebem perfectam. 146. Orig. Iordanis,i.deſcenſus eorum:ſignificat verò Chriſtum,per quem mundari conuenit.Hic ſegregat ſortes donatas à Moyſe,à donatis per Ieſum,huius riuuli lętificant ciuitatē Dei,latet in Ægyptiaco fluuio draco, in iſto Deus,hic mundamur à lepra , & loti præparamur ad perceptionē hæreditatis opprobrio Ægypti depoſito. 147. Gloſſ.altera die.i.poſt legē cognoſcit Iohannes.i.populus gratiæ, agnū quo redimitur.

151. Orig.Agnus quotidie immolabatur,& quotidiana oblatio noſtra debet eſſe verbum vigens.Gloſ. miniſtrat Agnus poſſidentibus ſe lac, ſimplicis doctrinæ , quo paruuli nutriuntur, lanam, id eſt, incrementa virtutum,eſum carnis ſuæ.

Addit. Auct. In Cap. I.

137. pro,ſtat,vt legit Cyp.& Hier. 145. hanc Ioſeph.17.Antiq.Bethaneam vocat. 147. Græc. τῇ ἐπαύριον, poſtridie eius diei.

Dei,

Dei,[151] [152] ecce qui [153] tollit [154] peccatum [155] mundi. [156] Hic eſt de quo ego [157] dixi, [158] Poſt me [f] veniet [159] vir,qui [160] ante me factus eſt:quia [161] prior me erat. [162] & ego [163] neſciebam eum ; ſed vt [164] manifeſtetur in Iſraël:propterea veni ego in [165] aqua baptizans. [166] Et teſtimonium perhibuit Iohannes, dicens:Quia vidi Spiritum [167] deſcendentem quaſi [168] columbam de [169] cælo,& [170] manſit

Sens. Lit. In Cap. I.

152. Theoph.dantis Filium ſuum pro noſtra ſalute in mortem. Orig. hunc Agnum obtulit Deus in homine reconditus,magnus ſacerdos qui dixit:Nemo tollit animam ſuam à me, ſed ego pono eam.

153. Int.quid confert Tollit,&c. 154. Int.non de loco ad locum,ſed vt omnino non ſint. Theop.non dixit tollet,ſed tollit; ſemper enim hoc facit.Greg.8.mor.cap.22. Tunc plenè peccatũ tolletur , cùm per incorruptionis gloriam noſtra corruptio permutabitur ; non enim poſſumus eſſe liberi à culpa quamdiu in corporis morte tenemur.Aug.qui de natura noſtra peccatum nõ aſſumpſit , ipſe eſt qui tollit noſtrum peccatum. 155. Theoph.i.omne peccati genus. Beda. Originale, quod eſt cõmune totius mundi,quod Chriſtus etiam ſuperaddita per gratiam relaxat. 156. Int. hic determinat quis ille medius ſit, de quo ſuprà dixit. 157. Int.ſ.id quod ſequitur. 158. Int.natiuitate , & cæteris. ¶ poſt Præconem Iudex.Aug.poſterior natus eſt. 159. Theoph.perfecta enim ætate baptizatus eſt,eſt etiam ſpiritualis animæ vir,& Eccleſiæ Sponſus,vnde:Deſpondi vos vni viro,virginem caſtam exhibere Chriſto. Gl.Chriſtus eſt vir,in quo nobis congruit,& pro nobis ſoluit, & Filius Dei in quo Patri congruit,& peccata dimittendo nos ei reconciliat. 160. Int.ſ.dignitate.Aug.i.prælatus eſt mihi. 161. Int.ſ.Deitate.Gregor. hom.7. Sine tempore à Patre generatus.Theoph.auſculta Arrie,non dixit,Creatus eſt,ſed erat;audiat & Samoſathenus,ſi enim ex Maria primordium ſumpſit,quomodo prior extitit præcurſore? 162. Chry. hoc addit , ne videatur propter cognationem ei teſtimonium perhibere. 163. Chry. Fuerat enim in deſerto , apparent autem hinc ſigna illa quæ quidam dicunt à Chriſto facta in pueritia, mendacia eſſe, & fictiones, alioqui nec Iohannes Chriſtum ignoraſſet , nec populus eguiſſet eius teſtimonio.

164. Int.ſcilicet,vſu baptizandi,& oſtenſione humilitatis Chriſti. Chry. Iſta via facilior erat ad inducendum turbas,non enim concurriſſent omnes,ſi ſine baptiſmate prædicaret. Auguſt.demonſtratus eſt Dominus humilis,qui vt daret nobis humilitatis exemplum,ſuſcepit baptiſmum ſerui , & ne præponeretur baptiſmus ſerui baptiſmo Domini , baptizatos baptiſmo ſerui oportebat baptizari baptiſmo Domini , non contrà. Gloſſ.ne baptiſma Iohannis ſanctius putaretur baptiſmo Chriſti,non ſolus Chriſtus eo baptizatus eſt. 165. Int.non in ſpiritu peccata tollens. 166. Chry.poſſet aliquis dicere, quomodo tu cognouiſti eum? reſpondet per deſcenſum Spiritus ſancti. 167. Auguſt.15.de Trin.cap.27.non tunc vnctus eſt Spiritu ſancto,quando ſuper eum velut columba deſcendit ; ſed tunc Eccleſiam ſuam præfigurare dignatus eſt, in qua baptizati accipiunt Spiritum ſanctum. 168. Int. ſcilicet corporali ſpecie columbæ. Auguſt. de agone Chriſtiano cap.22. non erat difficile Spiritui ſancto, verum corpus columbæ, ſine aliarum columbarum miniſterio figurare, ſicut ei non fuit difficile verum corpus in vtero Virginis ſine virili ſemine fabricare. Idem in Iohan. Apparuit ibi ſancta Trinitas, Pater in voce, Filius in homine,Spiritus ſanctus in colũba.In iſta Trinitate miſſi ſunt Apoſtoli baptizare. 169. Int.vt Iohannes excellentiùs de Chriſto intelligeret. 170. Greg.2.mor. cap.41. in ſolo Mediatore Spiritus ſanctus ſemper ſingulariter permanet,manet etiam in electis omnibus, in his donis, ſine quibus ad vitam perueniri non poteſt,vnde illud:Apud vos manebit,in aliis autem aliquando ſe ſubtrahit,vt humiliùs eius virtutes habeantur.

Sens. Myst. In Cap. I.

168. Aug.duobus modis viſibiliter oſtendit Dominus Spiritum ſanctũ , per columbam ſuper Chriſtum,in quo ſimplicitas demonſtratur, ne. ſ. in Spiritu ſanctificati, dolum habeant, & per ignem ſuper diſcipulos, vbi feruor oſtenditur,ne.ſ.ſimplicitas frigida remaneat , debet eſſe quiſque ſimplex ſicut columba,& pacem habere cum fratribus,quam ſignificant oſcula columbarum , gemunt etiam columbæ in amore,& Spiritus ſanctus nos gemere facit,dum peregrinamur à Domino, ſignificatur itaque etiam humilitas per auem ſimplicem,& gementem.

Addit. Avct. In Cap. I.

152. Græc.ò ἀμνὸς, Agnus ille,de quo.ſ.Iſa.53.à Deo deſtinatus ad victimam,pro ſalute hominum.

154. & in ſe recipit,& penitus tollit,tollit verò perpetuò, idq́; propria virtute , ſic ſolemus dicere : id purgat choleram.i.purgandi vim habet. 155. fortaſsè poſitum pro,peccata. f. præſens eſt. 163. id,ne quis putaret ob familiaritatem,tam præclarum de Chriſto teſtimonium dediſſe.

ſuper[g] eum.Et ego[171] neſciebam[172] eum.Sed qui miſit me baptizare in aqua,ille mihi dixit:
Super quem videris Spiritum deſcendentem,& manentem ſuper eum,hic[173] eſt qui[174] ba-
ptizat in Spiritu[175] ſancto.Et ego vidi,[176] & teſtimonium perhibui quia hic eſt Filius[177] Dei.
Altera[178] die iterum ſtabat[179] Iohannes, & ex diſcipulis eius duo.[180] Et reſpiciens[181] Ieſum am-
bulantem,[182] dicit:[183] Ecce[184] Agnus[185] Dei. Et audierunt[186] eum duo[h] diſcipuli loquentem : & ſe-
quuti[187] ſunt Ieſum.Conuerſus autem Ieſus,& videns eos ſequentes ſe,dixit eis:

Sens. Lit. In Cap. I.

g. Chry.quia Pater vocem emiſit,ne eam quis putaret dictam de Ioanne,venit Spiritus ſanctus ſuper caput Christi,ſed quomodo Iudæi non crediderunt ſi viderunt Spiritum?opus eſt non ſolùm oculis corporis,ſed magis viſionem mentis;nam & miracula videntes non crediderunt; quidam verò dicunt non omnes vidiſſe Spiritum,ſed Iohannem ſolum, & eos qui deuotiùs diſpoſiti erant. 171. Chry.oſtendit Spiritus ſancti deſcenſum,ſolum fuiſſe ad manifeſtationem. 172. Int.ſ.comparatione huius cognitionis;nam ex viſu & auditu,licet corporali,multum proficiebat in cognitione maieſtatis,& poteſtatis,reuelatis oculis.Aug.quomodo neſciebat eum à quo miſſus eſt?nouerat certè cùm diceret,Ego à te debeo baptizari;nouerat quidem Dominum & Filium Dei,& quòd baptizaret in Spiritu ſancto,neſciebat autem baptiſmi poteſtatem ſibi retenturum (ne quis diceret baptiſmus meus, ſicut Euangelium meum) ſed miniſterium trāſiturum in bonos & malos;quid faciat tibi malus miniſter vbi bonus eſt Dominus? poſt Ioannem baptizatum eſt, poſt homicidam non eſt baptizatum, quia ille dedit baptiſmum ſuum, hic baptiſma Chriſti, quod tam ſanctum eſt, vt nec homicida miniſtrante polluatur.Chry.ſ.cùm dicit, neſciebam,tempus dicit ante baptiſma, non illud quo prohibebat illum,dicens : Ego à te debeo baptizari.Aug.at ex aliis Euangeliſtis conſtat columbam poſt baptiſma deſcendiſſe. 173. Int.non alius.

174. Int.ecce quid didicit. 175. Int.in quo eſt remiſſio.Gloſſ.Baptizat Chriſtus in Spiritu , non ſolùm remittendo peccata in aqua , ſed & poſt purgando, amorem accendendo , & donis implendo.

176. Int.ſcilicet illum Spiritum. 177. Int.ſ.vnicus vnde poteſt baptizare. Augu.vnicus habet poteſtatē,adoptati miniſterium. 178. Chry.quia multis dictis Iohannis nō attenderant , iterū eos excitat.

179. Chry.Stabat circa flumen,exſpectans vt oſtenderet venientē:ſi enim circuiens Galilæam hoc dixiſſet,videretur factum humano ſtudio,& eſſet ſuſpectum teſtimonium. 180. Int.firmiter eius adhærentes magiſterio. 181. Int.ex dilectione.Theoph.quaſi oculis innuens gaudiū quod habebat de Chriſto. 183. Int.ſ.diſcipulis. 184. Int.q.d.quid me ſequimini? illum ſequimini qui eſt Agnus Dei,pretiū mundi.Aug.Ioannes non quęrebat gloriam ſuam,noluit ergo diſcipulos apud ſe remanere,ſed oſtendit quem ſequerentur.Chry.non longum facit ſermonem, ſolum enim volebat Chriſto cōiungere.Inquirit autem cum admiratione præſentis Chriſti,& nota, quod Chriſtus nihil loquitur, nam Sponſus cum ſilentio adeſt,alij eum inducunt,& Sponſam in manu eius ponunt;quam cùm acceperit,de ea diſponit; Chriſti Sponſa Eccleſia,& ſicut in nuptiis non puella ad ſponſum vadit,ſed contrà : ſic Chriſtus ad homines deſcendit, & ad domum paternam duxit. 185. Chry.additur articulus ad excellentiā oſtendendam.Aug.iſte ſingulariter Agnus,ſolus ſine macula,hunc lupi timent, hic leonem occiſus occidit.Beda. vellus dedit,ex quo veſtem nuptialem facere poſſemus, id eſt,exempla viuēdi,quibus in dilectione caleſieremus. 187. Int.ſ.imperio Magiſtri.Chry.ſ.Aduerte fuiſſe,alios Iohannis diſcipulos , qui non ſunt ſequuti, nempe qui meliores erant, ſequuti ſunt.Aug.de conſ. Euan.lib.2.cap.17. non ei inſeparabiliter adhæſerunt,ſed ad propria remearunt.

Sens. Myst. In Cap. I.

179. Int.Immobilis in culmine perfectionis.Beda.ho.vigil.S.Andr.illam virtutum arcem conſcenderat,à qua tentationibus nullis dejici poſſet.Alcui.Stat Iohannes,ceſſat enim lex,venit Ieſus, id eſt, gratia Euangelij,cui lex teſtimonium perhibet. 182. Int.in carne ad nos venientem.Glo.ambulat Ieſus, id eſt,gratia hinc inde colligens. h. Gloſſ.qui ſequuntur,gemina charitate debent accendi. 187. Int. ſequentes Euangelium,legem amiſerunt,cuius vſi teſtimonio. l. Glo.de maieſtate deſcendit,vt poſſet videri.Theoph.ſequentibus ſe faciem conuertit, niſi per bonam operationem Chriſtum ſequutus fueris,ad viſionem faciei eius nunquam pertinges,nec ad domum eius poteris peruenire.

Addit. Avct. In Cap. I.

178. ſcilicet, ſequenti. nam Græc.τῇ ἐπαύριον. 179. indicat conſtitiſſe vt Chriſtum ad ſe venientem, aut illac tranſeuntem,intueretur.

[189] Quid quæritis? [190] Qui dixerunt ei, [191] Rabbi, quod dicitur interpretatum [192] Magiſter, vbi habitas? [193] Dicit eis, [m] Venite, & videte. Venerunt, & viderunt vbi [194] maneret: & apud eum [195] manſerunt [196] die illo: hora autem erat quaſi [197] decima. Erat autem [198] Andreas frater [199] Simonis Petri [200] vnus ex duobus qui audierant à Iohanne, & ſequuti fuerant eum. [n] Inuenit hic primum fratrem ſuum Simonem, & dicit ei, [201] Inuenimus [202] Meſſiam, quod eſt interpretatum [203] Chriſtus, & [204] adduxit eum [205] ad Ieſum. [206] Intuitus autem eum Ieſus dixit:

SENS. LIT. IN CAP. I.

189. Int. dat fiduciam interrogandi. Chry. vide diſcipulorum ſtudium cùm verecundia, non mox interrogant, neque publicè, ſed ſingulariter ei loqui volebant, interrogat verò Chriſtus vt eos magis familiares faciat, & fiduciam det, & oſtendat auditione dignos, cùm bene velle incœperimus, dat nobis Deus multas ſalutis occaſiones. Gloſſ. non dicit quem, ne ſe videatur oſtendere. 191. Int. hoc nomine fidem ſuam indicant. ¶ Iam ſequuntur vt Magiſtrum. 193. Int. nolunt eo tranſitoriè vti, ſed ſcire locum quò frequenter veniat, & ſecretò inſtrui. Gloſſ. ſecuti ſunt, non penitus adhærentes, ſed vt videant vbi habitet, perfectè verò ſunt ſecuti, quãdo de naui vocati ſunt. 194. Chry. nõ habebat Chriſtus vbi caput reclinaret, quia habitaculum proprium non habebat, ſed erat ei tamen vbi maneret. 196. Aug. Quàm beatum diem, quàm beatam noctem duxerunt? 197. Theoph. docet hoc doctrinam non eſſe propter tempus prætermittendam. Chry. ſignificatur magnum eorum ſtudium, qui nec auerſi ſunt, cùm ſol eſſet ad occaſum. 199. Gloſſ. frater iunior prior credidit, non enim eſt ordo fidei in annis, & fortè ad dignitatem dicitur frater eius, ſuper quem erat fundanda Eccleſia. 200. Chryſ. quare alterius nomen non ponit? quidam dicunt, quia eſt ipſe qui ſcribit, alij, quia ille non erat inſignis. Alcui. alter erat Philippus. n. Gloſſ. ſtatim inuentum theſaurum, annunciat fratri. 201. Int. hoc verbo innuit, quòd diu eum quæſierunt. Chryſoſt. hoc verbum eſt patientis moleſtiam poſt abſentiam, & exultantis poſtquam apparuit quod expectabatur, non refert autem Euangeliſta quæ eis Chriſtus dixerit, ſed hinc apparet eis perſuaſiſſe. 202. Chryſ. additur articulus. 204. Auguſt. Hebraicè Meſſias, Græcè Chriſtus, Latinè Vnctus, ille ſingulariter vnctus eſt. vnde, Vnxit te Deus oleo exultationis præ participibus tuis.
205. Int. non dedignatur maior ſequi minorem. Chryſ. conſidera ex ipſo principio obedientem Petri mentem, ſtatim enim cucurrit, nec in eo videri debet facilis, intelligendum enim eſt prius à fratre diligenter audiſſe de Chriſto, præterea ad Chriſtum ibat à quo poſſet diſcere. 206. Int. ſ. ſecretum cordis, ex quo cognito, mutat nomen. Beda. hom. 1. temp hyem. Æterno diuinitatis intuitu vidit cordis eius ſimplicitatem, animi ſublimitatem, quibus meritò cunctæ Eccleſiæ præferendus eſſet.

SENS. MYST. IN CAP. I.

193. Glo. volunt ſibi oſtendi in quibus Chriſtus habitet, vt ſe illis aſſimilent, vel qui incarnationem vident, piè quærunt ſibi oſtendi æternam manſionem, quomodo ſit apud Patrem. m. Gloſſ. quaſi dicat, non poteſt ſermone explicari, ſed opere demonſtratur, venite credendo & operando, & intelligetis. Orig. dicens, venite, ad actionem inuitat, dicens autem, videte, ad contemplationem. 195. Int. Non eſt nox vbi eſt lumen Chriſtus, ad quem poſtquam peruenitur, ibi eſt manendum. 197. Aug. iſte numerus eſt legis, data enim hæc in decem præceptis, & tempus veniebat, vt impleretur per dilectionem, quæ à Iudæis impleri non poterat per timorem. Gloſſ. Decalogus ad Chriſtum miſit, neque alius legem docet, niſi qui eam dedit. 198. Int. id eſt virilis, quia conſtans & fortis. 199. Int. id eſt, obedientis.
201. Beda. hom. 1. temp. hyem. hoc eſt, verè Dominum inuenire, vera illius dilectione feruere, & fraternæ ſalutis curam gerere.

ADDIT. AVCT. IN CAP. I.

191. id eſt, Magiſter mi Oſtendunt ſe velle eſſe diſcipulos. 193. volunt eſſe familiares, & domeſtici. m. Non differendum, Sæpe nocuit differre paratis. 196. vel per reliquam diei partem, vel vſque ad diei ſequentis veſperam, ſaltem per totam noctem. 200. veriſimile eſt alterum non fuiſſe Apoſtolum, etſi quidam putant fuiſſe Iacobum fratrem Iohannis. n. præſens eſt: ſignificatur autem primus omnium ei occurriſſe Simon. 202. Græ. τὸν μεσσίαν, illum Meſſiam, ſcilicet, tam diu expectatum. Hebr. משיח, id eſt, Vnctus. vngebantur autem Sacerdotes, Prophetæ, & Reges.

Tu es Simon[207] filius Iona[208]: tu vocaberis[209] Cephas,quod interpretatur Petrus. In craſti[210]num[211] voluit[212] exire in Galilæam[213]: & inuenit Philippum[214]: Et dicit ei Ieſus:Sequere[215] me. Erat autem Philippus à Bethſaida[216], ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanaël[217],& dicit ei:Quem ſcripſit[218] Moyſes in Lege & Prophetæ:Inuenimus Ieſum filium Ioſeph[219],à Nazareth[220]. Et dixit ei Nathanaël[221];A Nazareth poteſt[222] aliquid boni eſſe?

Sens. Lit. In Cap. I.

208. Glo.Iona dicitur & Ioanna;Iona,columba; Ioanna, gratia interpretatur. 209. Int. nondum ponit nomen,ſed præſignat.Alc.tunc enim ei impoſitum,cùm dictum eſt à Domino, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram,&c.Chry.Incipit Dominus reuelare Deitatem, futura enim prædicare eum certitudine maximè opus Dei;quod neque imitari dæmones poſſunt. Aug. non eſt magnum quod Dominus dixit,cuius filius eſſet,illud magnum quod mutauit ei nomen,& fecit de Simone Petrum.Idem de con. Euan.hic Petrus nomen accepit,non vbi ei dixit Dominus, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. 210. Beda.ho.t.temp.hyem. idem eſt Græcè & Latinè Petrus,quod Syriacè Cephas.vocatur autem Petrus ob firmitatem fidei,quia illi petræ adhæſit, de qua petra autẽ erat Chriſtus; quique ſperantes in ſe,ab hoſtis inſidiis tutos reddit, & ſpiritualium chariſmatum fluenta miniſtrat. Chry.nomen mutauit,vt ſe oſtenderet eſſe qui vetus Teſtamentum dedit,& nomina mutauit,vt Abraham,& Saræ. Quibuſdam à natiuitate nomina impoſuit,vt Iſaac, Samſon,&c.quorum.ſ.virtus à prima ætate debebat clareſcere,quorum autem poſtea debebat augeri,eis poſtea nomẽ poſitum eſt. 212. Int. ſ.à Iudæa vbi erat Iohannes baptizans.Alcui.voluit verò deferre honorem Baptiſtæ; ne videretur eius magiſterium minuere, dum ſtatum habebat.Chry.vbi accepit duos illos diſcipulos, venit ad cõuertendum alios.ſ.Philippum,& Nathanaël. 215. Chry.Philippum vocat ſibi magis notum, erat enim in Galilæa nutritus;audiſſe verò Philippum à Iohanne de Chriſto intelligendum eſt, vel Chriſti vox hoc operata eſt, vt ſtatim ſequeretur.Theop.Chriſti verba inflammabant fidelium corda ad eius amorem, & in corde Philippi cogitatio inerat de Chriſto,& in libris Moyſi aſſidua lectio vt eum expectaret;itaque ſtatim vt vidit,credidit;forte autem ab Andrea & Petro aliquid de Chriſto audierat, quod videtur Euangeliſta innuere,dum dicit ex eadem patria fuiſſe. 216. Chry.apparet Chriſti virtus qui à terra nullum ferente fructum(à Galilæa enim Propheta non ſurgit)inclytos diſcipulorum elegit. 217. Int. fratrem ſuum. 218. Chry.meditabatur continuè quæ ſunt Moyſi, & exſpectabat aduentum Chriſti; facit verò credibilem ſuam prædicationem,quòd circa Legẽ & Prophetas ſollicitus erat, & omnia perſcrutatus cum veritate.Aug. Nathanaël eruditum & peritum legis noluit Dominus inter diſcipulos ponere, quia idiotas elegit,vnde confunderet mundum; volens enim ſuperborum frangere ceruices, non quæſiuit per oratorem piſcatorem,ſed de piſcatore lucratus eſt Im[...]ratorem,magnus Cyprianus orator,ſed priùs Petrus piſcator,per quem poſtea crederet,non tantum Orator, ſed Imperator. 219. Int.id eſt,de ſemine Dauid. 220. patriam ponit,vt notet eum,de quo Propheta, Nazaræus vocabitur. Theoph. In Nazareth erat nutritus,quod multis erat cognitum,generatio autẽ m[...]is incognita.Chry. Nazaræum, eum vocant Prophetæ,ab educatione,& conuerſatione. 222. A[...] poteſt dupliciter intelligi, vel vt ſit confirmantis,vel vt ſit dubitantis vox.Chry.audierat in Scriptur[...] [e]x Bethleem exiturum Chriſtum,itaque dubitauit,& interrogauit,ſciens Philippum poſſe circa locum falli.

Sens. Myst. In Cap. I.

207. Int.ſ.per ſpiritum obedientiæ. 208. Int.i.columbæ.ſ.ſancti Spiritus, ex quo humilis, dũ maior ſequitur minorem. 211. Int.poſt reſurrectionem ad Gentes. 213. Alcui.i.tranſmigrationem,vel reuelationem,docens ſuos exire,& proficere in virtutibus, & per paſſiones ad gaudia trãſmigrare debere. Glo. vbi quis de vitiis ad virtutes trãſmigrauerit,& de virtute in virtutẽ fieri ei reuelatio vt videat Deum deorum in Sion. 214. Int.i.os lampadis. 216. Int.i.venationis domus.Alcui.domus erat venatorũ,nempe erant capturi animas. 221. Glo.Nathanaël.i.donum Dei,eſt vetus populus Iſraël dono Dei.

Addit. Auct. In Cap. I.

209. ſcilicet,poſt hac. 210. Πέτρος.Gra.idem quod πέτρα,Hebr. כֵּף. Chal.כֵּיפָא. Cui deinde Græci ad.lunt S,vt ſit Cephas. 211. reſpectu,ſcilicet diei quo Petrus ad Chriſtum venit. 214. quem animo quærebat, vt Apoſtolum ſu.eret. 217. ſcilicet,diligenter à ſe quæſitum. Quidam putant hunc fuiſſe Bartholemæum,quòd ſemper Philippo connumeretur, vt Petrus [&] Andrea. & quòd eius mentio fiat inter Apoſtolos Ioh[a]n.vlt. Alii tamen id eſſe nomen proprium, Bartholemæum verò vt Bar.Iona. 222. q.d. poteſtne à tam ignobili loco aliquid boni prodire?

Dicit ei Philippus, Veni[223], & vide. Vidit Ieſus Nathanael venientem ad ſe, & dicit de eo: Ecce, verè Iſraëlita in quo dolus[224] non eſt. Dicit ei Nathanael, Vnde[p] me noſti? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Priuſquam te Philippus vocaret, cùm eſſes ſub ficu[225], vidi[226] te. Reſpondit ei Nathanael, & ait: Rabbi, tu[227] es Filius[228] Dei, tu es Rex[229] Iſraël. Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Quia dixi tibi, Vidi[230] te ſub ficu, credis: maius[231] his videbis. Et dicit ei: Amen, amen dico vobis, amodo videbitis[232] cælum apertum[q], & Angelos Dei aſcenden[233]tes, & deſcendentes ſupra Filium[234] hominis.

Sens. Lit. In Cap. I.

223. Chry. trahit ad Chriſtum, ſciens eum non contradicturum, ſi verba & doctrinam illius guſtet.

224. Chry. quia nihil ad gratiam, vel odium loquebatur. Auguſt. An peccator non erat? aut medicus illi non erat neceſſarius? abſit: nemo ſic natus eſt, vt medico Chriſto non egeret, ſi ſe iuſtum diceret, dolus eſſet in ore eius: laudatur ergo in Nathanaële confeſſio peccati, nō iudicatur non eſſe peccator. Glo. Dolus in eo non eſt, id eſt, ſimulatio; ſi enim habet peccata, confitetur. Pharisæi doloſi, qui ſe bonos prædicant, cùm ſint mali. p. Gloſſ. non ex indignatione quærit, ſed admirando. 225. Int. id eſt, ſub arbore fici. 226. Chry. vidi te deſuper cognoſcens vt Deus, vidi morum tuorum manſuetudinem, cùm ſolus eſſes cum Philippo; oſtendit ſe Chriſtum eſſe, per hoc quòd præſens erat loquentibus. 228. Int. Ecce eadem vox Nathanaëlis & Petri; vnde & Petrus meruit vocari. Aug de verb. Dom. ſerm. 40. agnouit in illo diuinitatem. Chry. verba eadem locutus eſt Petrus & Nathanaël, ſed non eadem mente, Petrus enim confeſſus eſt Filium Dei, & verum Deum, vnde & beatificatur tanquam à Patre reuelationem acceperit, hic autem vt hominem nudum dicit Filium Dei, vnde addit, Rex Iſraël, Dei autem Filius totius orbis Rex eſt, itaque Chriſtus eum ad maiora educit, ne ſcilicet vltrà exiſtimet purum hominem ſolum, cui Angeli miniſtrant. 229. Chryſo. quaſi dicat, Tu es qui expectabaris, tu es qui quærebaris. Oſtendit verò Nathanaël in mora priori diligentiam, in poſteriori autem confeſſione deuotionem.

231. Int. quia per iſtud paruum veniſti ad fidem, venies ad maiora. Aug. Plus eſt quòd nos *Dominus* vocatos iuſtificauit, quàm quòd vidit iacentes ſub vmbra mortis. 232. Int. hoc maius *Gloſſ. ſæpè hoc* miraculum apparuit, quod Angeli aſcendebant, & deſcendebant ſuper Chriſtum. q. Gloſſ. Poſtquam homo Deus aſcendit, credentibus in eum aperitur aditus cæli. 233. Aug. de verb. Dom. ſerm. 40. Si ad illum aſcendunt, & deſcendunt, & ſurſum eſt, & deorſum, ſurſum in ſe, deorſum in ſuis. cùm Iacob vidiſſet in ſomnis ſcalam, & Angelos aſcendentes, & deſcendentes, &c. Intelligens quod videat, lapidem vnxit, agnoſcitis chriſma, agnoſcite Chriſtum. Ipſe eſt lapis quem reprobauerūt ædificantes, ſomnium ergo Iacob, qui Iſraël dictus eſt, in Nathanaële verè Iſraëlita apparuit. Idem in Iohan. Angeli Dei, boni prædicatores, qui aſcendunt ſicut Paulus ad tertium cęlum, & deſcendunt ad lac potum paruulis dādum. Gloſſ. Prædicatores nunc arcana Deitatis conſiderant, & prædicant, nunc infimis ſe contemperant, & humana de eo prædicant. 234. Gloſſ. Chriſtus ſe dicit hominem, Nathanaël eius diuinitatem confitetur, ſic vtraque natura in Chriſto confirmatur.

Sens. Myst. In Cap. I.

225. Int. id eſt, ſub legis litera. Gre. 18. mor. cap. 23. ¶ Aug. Cùm Adam & Eua peccaſſent, de foliis ficus ſuccinctoria fecerunt: folia ergo ficulneæ intelliguntur peccata, quaſi ergo dicat Chriſtus, ô quiſquis ſine dolo es, & fidelis, antequam per Apoſtolos vocarem te, cùm eſſes ſub vmbra mortis, & me non videres, ego te vidi. 226. Int. id eſt, elegi. Greg. 18. mor. cap. 23.

Addit. Auct. In Cap. I.

224. quaſi dicat, Iacob refert probitate morum, & animi candore. 233. quaſi dicat, videbitis ei inſeruientes Angelos, ſcilicet, ad eum à cælo deſcendentes, eoq; ipſo iubente, reuertentes. Id verò quando factum, incertum.

CAPVT II.

E[a]T [b]tertia die nuptiæ factæ ſunt in [1]Chana Galilææ: & erat [2]mater Ieſu ibi. [3]Vocatus eſt autem & Ieſus, & diſcipuli eius ad nuptias. Et [4]deficiente vino, [5]dicit mater Ieſu ad eum, [c]Vinum non habent. Et dicit ei Ieſus, [6]Quid mihi & tibi eſt [7]mulier? nondum venit [8]hora mea.

SENS. LIT. IN CAP. II.

a. GLoſſ. oſtenſus per teſtimonia Ioannis, & ſe ipſe oſtendit miraculo. 1. Alcui. vitulus eſt. 3. Chry. vocarunt eum non tam magnificum aliquem, ſed tanquam notum, & vnum multorum, ſicut enim matrem vocauerant, ita & filium, ſed qui non eſt dedignatus formam ſerui accipere, non eſt dedignatus ad nuptias venire ſeruorum. Aug. de verb. Dom. Ser. 41. Erubeſcat homo eſſe ſuperbus, quoniã factus eſt humilis Deus, ecce venit ad nuptias, qui cùm apud Patrem eſſet, inſtituit nuptias. Beda. confirmat hic aduentus fidem rectè credentium, Tatiani, Martionis, & eorum qui nuptiis detrahunt: perfidiam damnat, ſi nuptiis debita caſtitate celebratis culpa ineſſet, non ad eas Dominus veniſſet bona caſtitas coniugalis, melior continentia vidualis, optima perfectio virginalis, itaque Chriſtus ex virgine naſcitur, à prophetico viduę Annę ore benedicitur, ad nuptias inuitatus venit. 4. Beda. vt meliore per Chriſtum facto, eius gloria manifeſtaretur. 6. Int. Aug. q. d. quid eſt commune Deitati meæ, & tibi matri ſecundùm carnem? Chry. ita loquitur, ne ſuſpectũ eſſet miraculũ, ab his enim qui indigebant rogari oportuerat, non à matre. Aug. Secundùm quod Deus matrem non habebat, miraculum autem ſecundùm diuinitatem facturus erat, non ſecundùm infirmitatem humanã, quaſi ergo dicat, non tu genuiſti Deitatem meam, quæ facit miraculum. 7. Int. eſt nomen ſexus. Aug. 8. Int. i. opportunitas oſtendendi naturam, quam ex te habeo, ſed oſtenſa diuina per miracula, oſtendetur & humana natura per paſſionem. Aug. q. d. cùm infirmitas pendebit in cruce, cuius mater es, tunc te agnoſcam: commendauit enim tunc matrem diſcipulo, non eſt autem quod hîc Mathematici occaſionem ſumant erroris, quaſi Chriſtus ſub fato fuerit, nec enim ſub neceſſitate ſyderum eſt eorum Conditor, in poteſtate habebat quando moreretur, ſed ea vti nondum erat opportunum, vocandi erant diſcipuli, annunciandum regnum cælorum, faciendæ virtutes, commendanda diuinitas in miraculis, & humilitas in paſſione mortalitatis, vbi verò tantum fecit, quantum ſufficere iudicauit, venit hora, non neceſſitatis, ſed voluntatis, non conditionis, ſed poteſtatis, Chryſ. nondum venit hora. i. nondum ſum cognitus his qui adſunt, nec ſciunt defeciſſe vinum, ſine eos primùm hoc ſentire, qui enim neceſſitatem non præſenſit, nec beneficium magnopere ſentiet.

SENS. MYST. IN CAP. II.

b. BEda. prima dies ſeu ſeculum, ante legem, Patriarcharum exemplo, ſecunda ſub lege, Prophetarum ſcriptis, tertia, ſub gratia, præconiis Euangelicis, quaſi luce refulſit, & in hac die Dominus incarnatus apparuit. 1. Beda. in Cana Galilææ. i. zelo tranſmigrationis nuptiæ celebrantur, nempe digni ſunt Chriſti gratia qui zelo feruent piæ deuotionis, & de vitiis ad virtutes, & de terrenis ad æterna tranſmigrant. 2. Int. Mater eſt figura ſynagogæ. 3. Aug. Venit & in hunc mundum ad nuptias, Verbi enim ſponſa humana caro, thalamus, vterus Virginis, vbi ſibi eam coniunxit, pignuſque dedit Spiritum ſanctum. Gloſſ. vocatus deſiderio præcedentium patrum. 4. Gloſſ. Senſus legis per carnalem expoſitionem Phariſæorũ, à priſca virtute cœperat deficere, ſed Chriſtus quæ carnalia videbantur, ſpiritualia oſtendit, & qui in Prophetis nondum manifeſtarus, quaſi vinũ in aqua latuit, cùm aperuit ſenſum vt intelligeret Scripturas, mẽtes vino inebriauit, & à carne alienauit. Aug. fecit de aqua vinum Chriſtus, cùm aperuit ſenſum, & expoſuit Scripturas. Sic enim ſapit quod non ſapiebat. 5. Alcui. Prouocat ſynagoga Chriſtum ad faciendum miraculum, familiare enim Iudæis miracula quærere.

ADDIT. AVCT. IN CAP. II.

b. tertia ab aduentu in Galilæam, vel à die quo ad Chriſtum venerat Nathanaël, erat autem 13. à natiuitate. Anno 30. vitæ Chriſti, etſi Epiphan. putat contigiſſe id die Natiuitatis. 1. ſ. In tribu Aſſer, erat enim altera Galilæa iuxta Sidonem. 2. ſ. mortuo iam Ioſephe, vt ait Epiphanius. 3. ſ. tanquam notus, & amicus. 4. i. dum inciperet deficere, quanquam. Græc. ὑστερήσαντος. i. cùm defeciſſet. c. ſufficiens ſcilicet. 6. i. omitte me. Hebr. ſic Matth. 8. vide etiam 2. Reg. 16. & 4. Reg. 9. Quidam tamen interpretantur, Quid mihi tecum, ſeu, Quid tibi mecum? 8. id eſt, opportunitas: oportebat enim apparere prius neceſſitatem, vel nondum tempus eſt paſſim edendi miracula, quod tamen anteuertit in gratiam matris, & ne videretur tempori ſubiici.

[9] Dicit mater eius miniſtris. [10] Quodcunque dixerit vobis, facite. Erát autem ibi lapideæ [11] hydriæ ſex poſitæ, [12] ſecundùm purificationem Iudæorum: capientes ſingulæ [13] metretas [14] binas vel ternas. [d] Dicit eis Ieſus, Implete hydrias aqua. [15] Et impleuerunt eas vſque ad ſummum. Et dicit eis Ieſus, [16] Haurite nunc, & [e] ferte architriclino. Et tulerunt. Vt autem guſtauit [17] architriclinus aquam vinum factam, & non [18] ſciebat vnde eſſet: [19] miniſtri

SENS. LIT. IN CAP. II.

9. Int. etſi videtur negare Filius, ſcit mater pietatem eius, & ideo fiducialiter imperat miniſtris. 10. Beda. q.d. licet videatur negare, tamen faciet, nouerat enim eum pium, & miſericordem. Chry. etſi dixit nondum veniſſe horam, tamen fecit, oſtendens ſe non eſſe ſubiectum horæ, ſimul etiam propter honorem matris, ne ei contradicere videretur, eamque faceret tot præſentibus erubeſcere, adduxerat enim illa miniſtros, vt à pluribus fieret petitio. 11. Int. i. vaſa aquatia. Beda. Græcè enim aqua ὕδωρ. Chry. replebant hydrias aqua, vt eam haberent propè cùm fierent immundi, nec opus eſſet ad flumina currere. 12. Alcui. inter alias Phariſæorum traditiones, hoc etiam obſeruabant, vt ſe crebro lauarent. Chry. ne quis ſuſpicaretur fæce vini intus remanente, aqua deinde immiſſa, vinum factum, oſtendit illa vaſa nunquam vinum habuiſſe. 13. Int. metron Græcè, Latinè menſura dicitur. Aug. metretas. i. menſuras. q.d. vrnas, ſeu amphoras. 14. Beda. eædem capiebant binas, vel ternas, non aliæ binas, aliæ ternas.

d. Chry. non ex nihilo facit miraculum, ſed ex creatura, ne contrarius putetur mundi conditori. ſi enim contrarius eſſet, non eius operibus vteretur ad ſuæ virtutis demonſtrationem. 16. Chry. non ipſe haurit, ſed iubet hoc miniſtros facere, vt teſtes ſint miraculi. Hil. 3 de Trin. qui infuderunt, hauriri aquã exiſtimant, qui hauriunt, vinum infuſum arbitrantur. e. Chry. huic iuſſit ferri, & non diſcumbentibus, ne quis diceret conuiuas ebrios diſcernere non potuiſſe, aqua eſſet an vinum. At hi quibus adminiſtratio conuiuarum credita eſt, ſobrij ſunt, vt omnia ordinatè diſponant. 17. Int. i. princeps triclinij. Alcui. triclinium ordo trium lectorum, κλίνη enim lectum ſignificat. olim enim in lectis diſcumbebant, Architriclinus autem primus inter conuiuas, vnde quidam intelligunt fuiſſe aliquem ex Sacerdotibus Iudæorum, qui nuptiis intereſſe poterant, vt eos inſtrueret quemadmodum nuptiis vti deberent.

SENS. MYST. IN CAP. II.

11. Aug. hydriæ ſex, ſex ætates. ſ. ab Adam ad Noë, hinc ad Abraham, inde à *David*, inde ad tranſmigrationem Babylonis, inde ad Ioannem Baptiſtam, inde ad finem ſeculi, impletæ Propheriæ. plenæ ſunt hydriæ, metretæ binæ, vel ternæ, nominato enim Patre & Filio, etiam Spiritus ſanctus intelligitur, vel quia in duobus hominum generibus. ſ. Iudæis & Græcis, tres Noë filij ſignificantur. Alcui, miniſtri, doctores noui Teſtamenti, qui Scripturas ſpiritualiter interpretantur. Architriclinus, aliquis legiſperitus, vt Nicodemus, Gamaliel, Saulus, cui dum Euangelij verbum committitur, quaſi vinum de aqua factũ Architriclino propinatur: tres verò ordines diſcumbentium, tres in Eccleſia fidelium ordines, coniugatorum, continentium, & doctorum. Gloſ. aqua, Lex, Prophetæ, & Pſalmi, quæ ſecundùm litteram aqua inſipida, ſecundùm ſpiritum, vinum, hydriæ ſex, in ſex mundi ætatibus corda hominũ receptina ſcripturarum, parata & propoſita in exemplum viuendi & credendi, vt in prima Abel, in ſecunda Noë, &c. lapidea. i. fortia in Chriſto lapide, ſecundùm purificationem Iudæorũ: lex enim Iudæis data, gratia per Chriſtum omnibus facta, metretæ binæ, vel ternæ, binæ, dum Patre Filio nominato Spiritus intelligitur, ternæ, dum nominato etiam Spiritu, manifeſtiùs trinitas intelligitur, vt cùm dicitur: Baptizantes eos in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti, aqua vinum fit dum aufertur velamen, & Chriſtus apparet.

d. Aug. ſi iuſſiſſet aquam effundi, & ipſe vinũ mitteret, videretur ſcripturas veteres improbaſſe, cùm autem aquam conuertit in vinum, oſtendit Scripturam veterem ab ipſo eſſe, in qua tamen nihil ſapit, ſi non Chriſtus intelligatur. Gloſ. Voluit non ex nihilo, ſed ex aqua vinum facere, vt doceret ſe non ſoluere legem, ſed implere, nec in Euangelio alia facere vel docere, quàm quæ prophetia prædixit.

15. Int. quia nullum tempus fuit à ſalutari doctrina vacuum. 18. Int. vt Paulus prius neſciuit ſpiritum in litera. 19. Int. vt Eſaias, & cæteri.

ADDIT. AVCT. IN CAP. II.

9. Fortè ſpiritu Prophetico, quid Chriſtus facere vellet, prævidit. 12. ſ. introductam à Iudæis. vide Mar. 7. 13. i. Cados. Cadus autem continet congios decem. Congius autẽ ſex ſextarios. Sextarius autẽ 12. cyathos, quamquam alij maiores faciunt. Cyathus, vnciæ duæ. e. i præfecto conuiuij. Eſt autem triclinium locus tribus conſtratus lectis ad diſcumbendum, olim enim in lectis accumbebant.

autem

autem ſciebant qui hauſerant aquam:[f] vocat ſponſum architriclinus, & dicit ei: Om-
nis [20] homo primum bonum vinum ponit, & cùm [21] inebriati fuerint, tunc id quod dete-
rius eſt. Tu autem ſeruaſti [22] bonum vinum vſque [23] adhuc. Hoc fecit [24] initium ſignorum
Ieſus in Chana Galilææ: & manifeſtauit [25] gloriam ſuam, & [26] crediderũt in eum diſcipuli
eius. Poſt hæc [27] deſcendit [28] Capharnaum ipſe & mater eius, & [29] fratres eius, & [30] diſcipuli
eius: & ibi [31] manſerunt non [32] multis diebus. Et propè erat Paſcha [33] Iudæorum, &

Sens. Lit. In Cap. II.

22. Chry. nõ ſimpliciter vinum, ſed optimum Chriſtus fecit, talia enim ſunt Chriſti miracula, vt his quæ per naturam fiunt ſpecioſiora, & vtiliora fiant. 23. Chryſ. veriſimile eſt ſponſum aliquid reſpondiſſe, ſed Euangeliſta hoc prætermittit, tangens ſolùm quòd eſt neceſſarium ſcire. ſ. vinum ex aqua factum. 24. Chry. tunc maximè neceſſarium ſigna facere, cùm diſcipuli congregati erant, & attendentes his quæ fiebant: eſt autem hoc initium ſimpliciter miraculorum Chriſti, nec enim antè miraculum fecit. Aug. miraculum hoc mirum non eſt eis qui nouerunt Deum feciſſe, ille fecit vinum illo die in hydriis, qui omni anno facit in vitibus; ſed hoc aſſiduitate amiſit admirationem; itaque ſeruauit ſibi inuſitata quædam quæ faceret, vt tanquam dormientes homines ad ſe colendum mirabiliter excitaret.

25. Int. ſ. latentem Deitatem. Aug. id eſt, ſe Regem gloriæ, qui ſicut Dominus elemẽta mutabat. Chry. manifeſtauit quantum eſt ex parte ſua, etſi tunc multi non cognouerunt, ſed tamen omnes poſtea miraculum erant audituri. 26. Aug. de con. Euang. lib. 2, cap. 17. ſic dictum eſt vocatos diſcipulos ad nuptias, vt illud, Paulus Apoſtolus in Tharſo Ciliciæ natus, nec enim tũc erat Apoſtolus, ita diſcipuli Chriſti dicuntur ad nuptias inuitati, non qui diſcipuli eſſent, quandoquidem in eum nondum credebant, ſed qui diſcipuli futuri erant. 27. Chry. quia paulo poſt aſcenſurus erat Hieroſolymam, Capharnaũ adiit, ne vbique fratres & matrem ſecum ducat. Aug. de con. Euang. lib. 2. cap. 17. tres alij Euangeliſtæ prætermiſerũt primum Domini aduentum in Galilæam, poſtquam baptizatus eſt, quando aquam conuertit in vinum; ſed meminerunt eius qui fuit poſt Iohannem traditum in carcerem. Euſeb. in hiſt. lib. 3. ca. 24. tres alij Euangeliſtæ ea enarrauerunt quæ geſta ſunt anno quo Iohannes in carcerem incluſus eſt, itaque ab illis omiſſa Iohannes conſcripſit. 29. Int. i. cognati. Aug. fratres in Scriptura dicuntur, non ſolùm qui ex eodem vtero aut patre naſcuntur, vnde Abraham & Loth, Iacob & Laban fratres dicuntur.

40. Int. ſ. qui non fratres. Aug. de con. Euang. lib. 2. c. 17. Incertum eſt an illi iam adhæſerant Petrus & Andreas, & Filij Zebedæi, & Scriptura diſcipulos appellat non ſolùm illos duodecim, ſed omnes qui in Chriſtum credentes, ad regnum cælorum magiſterio eius erudiebantur. 31. Chry. nullum ibi tunc miraculum operatus eſt. Erant enim homines valde corrupti, acceſſit eò tamen, & manſit propter matris honorem. 32. Beda. Appropinquabat enim feſtum Paſchæ. 33. Orig. eſt enim quoddam aliud Paſcha in ſpiritu & veritate.

Sens. Myst. In Cap. II.

20. Int. carnalis à veris ad falſa deſcendit. 21. Int. mundana prudentia prius docet homines blanda, deinde ſubdit inutilia, & inhoneſta. 22. Int. quia olim bonum, etſi in figuris quaſi cum aqua occultum; nunc verò in Euangelio manifeſtum. Alcui. dilatum Euangelium vſque ad ſextam ætatẽ. 28. Int. i. villa pulcherrima, vel ager conſolationis Orig. oportebat poſt vini alacritatem ad agrum conſolationis venire Chriſtum, conſolaturum in agrorum multitudine ſuſcipientes eius diſciplinam. Alcui. Capharnaum villa pulcherrima, ſcilicet, mundus in quem verbum Patris deſcendit. Gloſſ. deſcendit in mundum Filius Dei, ſecundùm quod habet matrem, & fratres. 32. Beda. non multo tempore cum hominibus conuerſatus eſt.

Addit. Auct. In Cap. II.

f. apparet ſponſum non recubuiſſe cum cæteris, quod ſi quis velit accubuiſſe etiam ipſum menſa, vocauit poſitum pro compellauit. ſ. ad illum accedens, non illum ad ſe vocans. 21. Hebr pro egregiè biberint.

23. i. vſq; nunc ἕως ἄρτι. 24. ſignificatur id fuiſſe primum omniũ Chriſti miraculorum. 25. i. potentia claritatem. 26. i. perfectiùs. 27. ſ. antequam Ioannes in carcerem conyceretur. Itaq; aliud eſt de quo Matt. 4. 29. ſ. Iacobus minor, Ioſeph, Simon, & Iudas, filij Alphæi & Mariæ Cleophæ ſ. filia, quæ ſoror erat matris Domini. 33. Non id Paſcha de quo Matt. 21. Marc. 11. Luc. 19. hoc enim in primo prædicationis anno, illud in vltimo, dicit verò Iudæorum, ad differentiam Paſcha Chriſtianorum.

aſcen

[34] aſcendit Ieſus Hieroſolymam, & inuenit in [35] templo vendentes oues & [36] boues,& columbas,& [37] numularios ſedentes.Et cùm feciſſet quaſi [38] flagellum de funiculis, omnes [g] eiecit de templo,oues [39] quoque & boues,& numulariorum effudit [40] æs, & [41] menſas ſubuertit.& [42] his qui [43] columbas vendebant, dixit: [h] Auferte iſta hinc, & [44] nolite facere domum [45] Patris mei domum [46] negotiationis.

Sens. Lit. In Cap. II.

34. Int.docet nos ſeruare inſtituta illius Eccleſiæ ad quam venimus,ſi non fuerit contra fidem. Alcui. bis legitur aſcendiſſe,ſemel anno quò Iohannes nondũ miſſus in carcerem,de quó nunc agitur; iterum anno quo eſt paſſus,ſi autem Dei Filius legis decreta ſeruat,celebrans ſolennitates cùm cæteris, quanto nos ſtudio oportet ſolennitates celebrare? 35. Beda.continuo templum oraturus adiit, exemplũ dans quocunque properemus,domum Dei priùs ingrediẽdi orationis cauſa. 36. Int.ſ.vt in ſacrificiis offerrentur.Aug.talia populo illi ſacrificia data ſunt,quibus teneretur,ne ad idola deflueret. 37. Int.ſ.ne deeſſent pretia emptoribus.Beda.quia de longinquò venientes,quæ immolarentur ſecum ferre non poterant,pretia deferebant,itaque Scribæ & Phariſæi in templo vendi animalia inſtituerunt, & vt inter emptores & venditores prompta eſſet pecunia,numularij ſedebant. 38. Aug. Flagellandus ab eis, prior eos flagellauit. g. Aug.Ecce templum illud figura erat; Et eiecit Dominus inde vendentes neceſſaria ad ſacrificia;quid ſi ibi ebrioſos inueniſſet?ſi negotiationis non debet fieri domus Dei, potationis fieri debet? 39. Int.ſ.eiecit. 40. Int.ſ.materiam venditionis. 41. Theoph.ſ.numularias. 42. Orig.Maior hic demonſtrata potentia quàm in miraculo mutationis aquæ in vinum; illic enim inanimata ſubſiſtit materia,hic verò hominum domantur ingenia.Aug.de con. Euan. Fecit hoc bis Dominus, ſemel vt narrat Iohannes,atque iterum vt narrant cæteri. 45. Int. hîc apertè ſe Filium Dei dicit. Beda commendatur vtraque Chriſti natura;humana,quia matrem comitem dicitur habuiſſe, diuina, quia verus Dei Filius demonſtratur. Chry.Patrem vocat,& non iraſcuntur, putãt enim cũ ſimpliciter dicere,poſtea verò cùm manifeſtiùs loqueretur,ſæuiebant. Aduertendum autem quòd cùm Dominus multa eſſet facturus,quæ eis viderentur legis tranſgreſſio,fecit rem hanc,dans intelligere quòd qui periculis ſe exponit pro bono ornatu domus,Dominum eius non contemnit, itaque non dixit domum ſanctam, ſed dumum Patris mei. 46. Chry.Veniens ad paſſionem (vt Matthæus narrat) cùm eos de templo ejiceret,dicebat:Nolite facere domum meam ſpeluncam latronum,durioribus ſermonibus vtens,nunc verò in principio ſignorum non ita aſperè loquitur.

Sens. Myst. In Cap. II.

34. Glo.Paſcha agimus dum à vitiis ad virtutes tranſimus, ad hæc venit Chriſtus, dum Eccleſiam quotidie viſitat,& actus cuiuſque conſiderat. 38. Int. qui peccata peccatis addit,quaſi funem conuectit quo flagelletur & ligetur. Aug. quando ergo aliquid patiuntur homines propter iniquitates ſuas, agnoſcunt,quia Dominus facit flagellum de reſticulis; & admonet vt mutent ſe, alioqui audiẽt in fine, Ligate illi manus & pedes. 42. Orig.ſignificantur diſſoluenda, & diſpergenda, quæ ſecundùm legis ſcripturam honeſta videbantur,tranſlato regno ad gentes.Aug.vendentes in Eccleſia ſunt, qui ſua quærunt,non quæ Ieſu Chriſti;in columba ſignificatur Spiritus ſancti gratia, in bobus Apoſtoli & Prophetæ,qui nobis Scripturas diſpenſarunt,in ouibus plebes. Qui ergo Scripturis fallũt populos à quibus honores quærunt,vendunt boues,vendunt & oues.i.ipſas plebes,idque diabolo. Beda. columbas vendunt, qui gratias non gratis(vt præceptum eſt)ſed ad præmium dant,oues autem qui humanæ laudis gratia, pietatis opera exercent,numularij qui apertè rebus terrenis in Eccleſia deſeruiunt.Faciunt etiã Dei domum negotiationis,hi qui gratiam perceptam,non ſimplici intentione, ſed cura humanæ retributionis exercent. Eiiciuntur verò omnes de templo. i. de parte ſortis Sanctorum, itemque oues & boues, quia talium vita,pariter & doctrina reproba oſtenditur. Effunditur æs, quia damnatis in fine rerum quas dilexerunt,figura tolletur.Orig. Templum anima ſtudioſi,in qua ante doctrinam Chriſti,boues. i. terreſtres motus,oues.i.motus inſenſati,columbæ.i.inconſtantia mentis,æra,id eſt,quæ bona videntur.Gloſ. boues vendunt,qui pro quæſtu temporali prædicant. 43. Int.ſpecialiter Simoniaca damnatur hæreſis. h. Beda.gratiam Spiritus ſancti quæ gratis accipitur,gratis dari vult. 44. Int.Gratiam Spiritus prohibet vendi,quia gratia eſt.

Addit. Avct. In Cap. II.

35. i.atrio templi. 37. Qui pecunias commutabant maiores.ſ.minoribus,vel contrà.Græ.κερματιστὰς, κέρμα enim æris minutia. 38. Græc. φραγέλλιον,voce Latina aliquantum mutata.

Recor[47]dati ſunt verò diſcipuli eius quia ſcriptum eſt: Ze[48]lus domus tuæ comedit me. Reſpon[49]derunt ergo Iudæi, & dixerunt ei: Quod [50]ſignum oſtendis nobis qui*a hæc facis? Reſpondit Ieſus, & dixit eis: So[51]luite [52]templum hoc, & in tri[53]bus diebus exci[54]tabo illud. Dixerunt ergo Iudæi, Qua[55]draginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dice[56]bat de tem[57]plo corporis ſui.

Sens. Lit. In Cap. II.

47. Int.ſ.hoc viſo. 48. Int.quia zelo domus Dei eiecit impios, Beda. ¶ Alcui. Zelus cùm in bono accipitur, eſt quidam feruor animi, quo mens relicto humano timore, pro defenſione veritatis accenditur. Aug. comeditur zelo domus Dei, qui quæ ibi peruerſa videt, cupit emendare, & ſi non poteſt tolerat, & gemit, non eſt patiendum in domo Dei quicquam peruerſi, ſed ſi amicus eſt, admoneatur leniter, ſi vxor, ſeueriſſimè frenetur, ſi ancilla, etiam verberibus compeſcatur. 49. Int. non audentes ſibi reſiſtere, quia viderunt diuinum quid in facie eius irradiare. 50. Chry. quid opus erat ſignis, vt quæ malè fiebant, facere ceſſarent? an non zelus talis pro domo Dei magnum erat ſignum virtutis? dolebant autem iſti de ſuo turpi lucro impedito, eumque prohibere volebant. 51. Int. non imperat, ſed quaſi diceret, vos ſoluetis. Theoph. non illos ad homicidium prouocat, ſed hoc eis affectantibus, non ſibi eſſe abſconditum demonſtrat. Beda. q. d. ſicut templum inanimatum veſtris commerciis & ſceleribus mea expio poteſtate, ita hoc corporis mei templum, cuius iſtud ſignum geſtat, veſtris manibus diſſolutum tertia die reſuſcitabo. 54. Int. ego vt Deus cum Patre. Aug. Reſuſcitauit eum & pater, cui dicit, excita me, & reddam illis, ſed quid fecit Pater ſine Verbo? Theoph. audiant Ariani Dominum mortis deſtructorem, excitabo, inquit, ſ. virtute propria. Chryſ. hoc ſignum maximè oſtendebat eum non eſſe purum hominem. 55. Alcui. prima ædificatio à Salomone perfecta eſt ſeptem annis, reædificatio autem ſub Zorobabel, quadraginta & ſex annis. 56. Aug. Ille ſpiritualiter loquebatur, Iudæi quia caro erant, carnalia ſapiebant. 57. Orig. ſicut templum gloriam Dei continebat in ipſo habitantem, ſic corpus Chriſti vnigeniti, qui eſt imago Dei & gloria.

Sens. Myst. In Cap. II.

51. Orig. & corpus Ieſu, & templum exemplar Eccleſiæ, quæ ex viuis lapidibus conſtruitur, & quamuis videatur diſſipari aduerſitatibus tribulationum, inſtaurabitur tamen die tertia. 53. Int. ſ. in virtute Trinitatis. 55. Orig. quatuor elementa mundi, & homo ſexta die creatus eſt. Aug. 4. de Trin. cap. 5. numerus hic perfectioni corporis Chriſti congruit, quadrageſies. n. ſexies ſeni, ducenta ſeptuaginta ſex. ſ. nouem menſes, & ſex dies, tanto autem tempore perfectio corporis Chriſti ad partum perducta, conceptus enim octauo Kal. Aprilis, quo & paſſus, natus octauo Kal. Ianuarij. Idem lib. 83. q. 56. dicitur conceptio humana ſex primis diebus lactis habere ſimilitudinem, ſequentibus nouem conuerti in ſanguinem, deinde duodecim ſolidari, reliquis 18. perfectè formari, deinde vſque ad partum augeri. qui numerus facit 45. addito vno 46. quæ multiplicata per ſenarium qui eſt huius ordinationis caput, fiunt ducenti ſeptuaginta ſex, itaque quot anni fuerunt in fabricatione templi, tot fuerunt in perfectione corporis Domini. Idem in Ioan. Chriſtus de Adam corpus accepit, Græcè autem ἀνατολὴ Oriens, δύσις Occidens, ἄρκτος Septentrio. μεσημβρία Meridies, quorum primæ literæ faciunt nomen Adam, nempe à quatuor ventis colligendi electi, cùm venerit Dominus ad iudicium. Habent & literæ nominis Adam numerum 46. ſecundùm Græcos, α enim vnum, δ quatuor, rurſum α vnum, & μ quadraginta. ita fiunt quadraginta ſex.

Addit. Avct. In Cap. II.

*48. id eſt, ſtudium ardentiſſimum gloriæ domus tuæ, ſimile illud Pſal. 118. Defectio tenuit me, &c. & illud: Tabeſcere me fecit zelus meus. poteſt & zelus pro indignatione iuſta accipi ob indignè ſ. habitam domum Domini. 49. pro, dixerunt. Heb. 50. quaſi verò paruum ſignum fuiſſet ſic omnes eijcere, nemine reſiſtere audente. * i. quod auctoritatem habeas id faciendi. 51. pro, ſoluetis. Heb. q. d. Tum dabo cùm ſoluetis, &c. 55. à primo anno Cyri quo facta poteſtas templum ædificandi vſque ad 6. Darij Hiſtaſpis quo perfectum eſt, 45. anni numerantur. Nam Cyrus regnauit 30. Cambiſes 8. Magi vnum, addunt verò Iudæi vnum quod ſeptimo Darij inchoante perfectum. Alij aliter. ſ. cœptum ædificari templum primo anno Cyri perfectum ſexto Darij. Imperaſſe enim Cyrum annis 20. & totidem ſucceſſorem Aſſuerum, atque huic Darium ſucceſſiſſe. Varij enim ſunt doctiſſimorum virorum de Perſarum regibus ſententiæ, quot, quive fuerint, & quanto quiſque tempore regnauit.*

Cùm ergò reſurrexiſſet à mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius quia hoc dicebat: & crediderunt Scripturæ, & ſermoni quem dixit Ieſus. Dùm autem eſſet Hieroſolymis in Paſcha in die feſto: multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna eius quæ faciebat. Ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis, eo quòd ipſe noſſet omnes: & quia opus ei non erat, vt quis teſtimonium perhiberet de homine. Ipſe enim ſciebat quid eſſet in homine.

SEN. LIT. IN CAP. II.

l. Glo. Apoſtoli quod intelligere nō poterant, patienter tolerabant vſque ad Spiritus ſancti reuelationem: vnde exemplum accipimus, vt humiliter expectemus, orantes, & exercentes mētes noſtras, donec intelligamus. Latent quædam in Scriptura, ne cito intellecta in fastidium generent, & exercitio acquiſita delectent, carnali ſenſui clauduntur, ſpiritualiter laboranti, & diligenter attēdenti dantur. 58. Int. Corpus ſuum morte ſoluendum, & à ſe ſuſcitandum. 59 Int. ſ. Prophetarum, qui dixerunt Chriſtum tertia die reſurrecturum Alc. ante reſurrectionem non intelligebant ſcripturas, quia nondum acceperant Spiritum ſanctum. 60. Int. ſ. Soluite templum hoc. 62. Orig. vide an in miraculis deputandum ſit, quod cunctos de templo eiecit. Chry. prudentiores diſcipuli, qui ad Chriſtum acceſſerunt, non propter ſigna, ſed propter doctrinam; craſſiores per ſigna trahuntur, rationabiliores per prophetias ſeu doctrinam.
63. Int. non quod eſſent aliquid facturi nolenti; qui habet poteſtatem ponendi animam ſuam, &c. ſed quia occulta in eis nouit, & ſciebat eos non firmiter credere. Chry non confidebat in eis, vt in diſcipulis perfectis, neque cōmittebat eis omnia dogmata, vt iam firmiter fidelibus fratribus. 65. Int. ſ. vt Deus.
67. Int. q. d. ita noſſet, vt à nullo quicquam acciperet, cùm ſciret de homine, quod non ipſe homo de ſe. 68. Chry. Scire ea quæ ſunt in corde hominum, eſt Dei qui corda plaſmauit. Aug. plus nouerat artifex quid eſſet in opere ſuo, quàm ipſum opus. Beda. nunquam ſimus de noſtra conſcientia ſecuri, ſed ſemper ſolliciti formidemus, quod enim nos latet, æternum arbitrium latere non poteſt.

SENS. MYST. IN CAP. II.

l. Orig. Complementa fidei attingemus in magna reſurrectione totius corporis Ieſu, i. Eccleſiæ eius.

ADDIT. AVCT. IN CAP. II.

m. id eſt, magis firmiterq; crediderunt. Adde quod intelligebant quod prius non intellexerant. n. pro, in die feſto Paſchæ ſ. 7. illis diebus, vt quidam interpretantur. 61. pro in eo. Notandum verò apud Euangeliſtas pro eodem ſumi, credere Chriſto, in Chriſtum, in Chriſto, in nomen Chriſti. vide Ioan. 3. 5. 6. 1. Ioan. 5. Exod. 14. Act. 8. 63. ſ. non illis fidebat qui ſciret facilè mutandos. o. pro, de aliquo Hebr.

CAPVT III.

ERAT autem homo ex Phariſæis Nicodemus nomine, Princeps Iudæorum. Hic venit ad Ieſum nocte, & dixit ei:

SENS. LIT. IN CAP. II.

1. IN t. qui credunt reſurrectionē, per hoc ab aliis diuiſi. 2. Aug. erat iſte ex his qui credebāt in nomine eius. 3. Int. i. vnus de Principibus. 4. Beda. cupiebat ſecreta locutione plenius diſcere myſteria fidei, cuius iam rudimenta ſignorum oſtenſione perceperat. 5. Chryſ. Adhuc Iudaica detinebatur infirmitate, timens in die venire, vnde alibi: Ex principibus multi crediderunt in eum, ſed propter Iudæos non confitebantur, &c. Gloſſ. fortè cùm eſſet Magiſter in Iſraël, palàm diſcere erubeſcebat.

SEN. MYST. IN CAP. III.

2. GLo. Nicodemus, victoria populi, vel victor populi, figura eorum qui ex Iudæis credentes, per fidem vincunt mundum. 4. Int. Lucem. 5. Aug. nondum erat natus, vnde in nocte dicitur veniſſe; renatus ab Apoſtolo dicitur, fuiſtis aliquando tenebræ, nunc lux in Domino. Aimo. hom. in octau. Pentec. tenebris ignorantiæ obnubilatus, nondum eo peruenerat vt perfectè crederet, nox enim in Scriptura pro ignorantia ponitur. Glo. figura erat iſte catechumenorum, qui fidem habent, ſed nondum baptizati in quadam nocte Sacramentorum accedunt, vel eorum qui perfectè credunt, ſed lucem perfectorum operum nondum habent.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

a. pro, quidam. Hebr. 3. Principes dicebantur, vel capita familiarum, vel nobiliſſimi.

Rabbi,

Rabbi[6], ſcimus quia à Deo[7] veniſti Magiſter,[b] nemo[8] enim poteſt hæc ſigna[9] facere quæ
tu facis, niſi fuerit Deus cum eo. Reſpondit[10] Ieſus,& dixit ei: Amen, amen dico tibi,
niſi quis renatus[11] fuerit denuò,[12] non poteſt[13] videre[c] regnum[14] Dei. Dicit ad eum Nicode-[15]
mus, Quomodo[d] poteſt homo renaſci, cùm ſit ſenex?[16] nunquid[17] poteſt in ventrem ma-
tris ſuæ iterato introire & renaſci? Reſpondit Ieſus,[18] Amen,[e] amen dico tibi, niſi quis[19]
renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto, non poteſt introire[20] in regnum Dei. Quod[21]
natum eſt ex carne,[*] caro[22] eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus[23] eſt.

SENS. LIT. IN CAP. III.

6. Aimo. Magiſtrum appellat,& Deum tacet, credebat enim à Deo miſſum, ſed Deum non cognoſcebat. 7. Int. à Deo ad cæleſte magiſterium veniſſe credebat, & cùm illo Deũ eſſe, ſed ipſum Deum eſſe non cognouit. Chry. adhuc humanam de Chriſto mentem habẽs, vt de Propheta loquitur, Et alreno auxilio indigenti. 8. Aug. hinc apparet ex illis fuiſſe qui crediderant in nomine eius. Glo. quia prudenter ſigna notauerat, plenius myſteria fidei requirit, ideo meruit doceri de Chriſti Deitate, vtraque Natiuitate, Paſſione, Reſurrectione, Aſcenſione, &c. 9. Int. quæ vidit in Paſcha fieri ab eo. 10. Gloſſ. Secundam ei natiuitatem exponit, ne crederet ſolam fidem qua ob ſigna viſa, in Chriſtum crediderat, ſufficere ad ſalutem abſque regeneratione. Item quia putabat Chriſtum purum hominem, cœpit eum inſtruere de regeneratione qua intelligat eum eſſe Filium Dei,& ſe poſſe filium Dei fieri. 11. Aug. his qui nati fuerint denuò, ſe credit Ieſus. 12. Int. Græcè de ſurſum. 13. Chry. q. d. niſi natus fueris deſuper, longè es à regno cælorum; in quo ſe ipſum oſtendit, & indicat non tantum eſſe quod videtur, ſed aliis oculis opus eſſe ad eum videndum. 15. Int. qui ſolùm carnalem natiuitatem nouit, quæ non poteſt denuò fieri, ideo modum ſecundæ quærit. Chry. Veniens ad Chriſtum vt ad hominem,& audiens maiora quàm ab homine, erigitur ad altitudinem eorum quæ dicuntur; Infert ergo impoſſibilitatem vt in apertiorem doctrinam prouocet; admirabatur verò natiuitatem talem, & regnum; nec enim audita erant apud Iudæos, ſed circa prius inſiſtit, quod eius mentem maximè concutiebat. d. Chry. quærere quomodo, eſt eorum qui non valde credunt,& multi ſic quærentes, à fide exciderunt. 16. Beda. Senex erat, & ideo de ſe protulit exẽplum, quaſi dicat, quomodo ego poſſum iterũ renaſci? 17. Aug. Spiritus loquitur,& ille carnem ſapit, nouerat natiuitatem ex Adam & Eua, ex Deo & Eccleſia non nouerat; ſic tamen tu intellige natiuitatem ſpiritus, quomodo ille natiuitatem carnis, vt enim vterus non poteſt repeti, ſic nec Baptiſmus. 18. Int. modum ſecundæ natiuitatis oſtendit. Chry. 19. Aug. propter hæreditatem patris hominis temporalis, naſcitur aliquis ex viſceribus matris carnalis; propter hæreditatẽ Patris Dei ſempiternam, naſcitur ex viſceribus Eccleſiæ. Glo. Neceſſarium eſt viſibile Sacramentum aquæ ad ablutionem viſibilis corporis, ſicut eſt neceſſaria doctrina inuiſibilis fidei ad ſanctificationem animæ inuiſibilis. Chry. Sicut in principio ſubjiciebatur elementum terra, opus verò totum plaſmantis erat, ita nunc ſubjicitur elementum aqua, totum verò eſt Spiritus,& gratiæ; tunc datus paradiſus in conuerſationem, nunc cælum aperitur; perficiuntur verò in aqua diuina ſymbola, vt enim in ſepulchro quodam ſubmerſis capitibus in aqua, vetus homo ſepelitur & occultatur, deinde nouus aſcendit; quod ergo matrix fœtui, hoc eſt, fideli aqua, niſi quod illic plaſmatur tempore indigens, hic omnia in momento fiunt; ex quo itaque à Iordane Dominus aſcendit, animas ſpirituales aqua reddit. 20. Int. idem eſt, intrare quod videre; qui enim videt, intrat,& qui intrat videt. Aug de Baptiſmo paruulorum cap. 30. vnde imago Dei non intrat in regnum Dei, niſi impedimento prohibente peccati? 21. Aimo. hom. in oct. Pent. Tanta myſteria capere non valenti, ex carnali natiuitate ſimilitudinem dat. 22. Int. id eſt, carnale eſt, habens naturam generantis. Glo. nomine carnis carnalis homo ſignificatur, & Spiritus nomine ſpiritualis. 23. Int. id eſt, ſimile ſpiritui. Aimo. vbi ſuprà: Sicut caro carnem procreat, ita ſpiritus ſpiritum. Chry. quod natum eſt ex ſpiritu ſpirituale eſt. Glo. natus eſt ex Adam ad mortem, verbo & ſacramento naſcitur filius Dei ad vitam.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

*b. nominatiuus eſt. 10. apparet hinc illũ interrogaſſe de reb. ad ſalutẽ neceſſarys, etſi ſcriptũ non eſt, aut Chriſtus reſpõdit intelligẽs quid ille vellet. 11. Gr. natus γεννηθῇ ſic inf. naſci γεννηθῆναι. 12. Græ. ἄνωθεν, quod etiã ſignificat è ſupernis, ſed hic pro iterũ accipi apparet ex reſponſo Nicodemi. c. pro particeps eſſe. He ſic inf. c. 8. & Pſ. 15 & Luc. 2. 16. propter ſe id dicit. e. i. verè, ſic Mar. 12. & Luc. 21. Alibi tamen ſignificat, ſeu ita ſit, optantis modo, vt Num. 5. Deut. 27. Pſal. 40. 71. 88. 105. & aliquando idem quod verus, ſeu veritas, vt Iſa. 65. Geminatur autem more Hebræo ad confirmationem, vel ad faciendum ſuperlatiuum, quo Hebræi carent faciuntq́; geminato nomine, vel aduerbio. Itaq; amen amen idẽ eſt quod veriſſimè. 19. nemo; etiam paruulus. *. i. carnali generatione. 22. i. carnalis. 23. i. ſpiritualis.*

Non mireris[24] quia dixi tibi,oportet vos naſci denuò[25]. Spiritus[26] vbi[27] vult ſpirat: & vo-
cem[28] eius audis[*], ſed neſcis[29] vnde veniat, aut quo vadat[£]: ſic[30] eſt omnis qui natus eſt ex
Spiritu[31]. Reſpondit[32] Nicodemus, & dixit ei, Quomodo poſſunt hæc[33] fieri? Reſpon-[34]
dit Ieſus, & dixit ei, Tu[35] es magiſter[*] in Iſraël, & hæc ignoras[36]? Amen, amen dico ti-
bi, quia quod ſcimus[37] loquimur, & quod vidimus[38] teſtamur[39]: & teſtimonium no-
ſtrum non accipitis[40].

Sens. Lit. In Cap. III.

24. Int.q.d.non putes impoſſibile.Chry.dicendo ne mireris, oſtendit animi eius turbationem.
25. Int.id eſt,ſpiritualiter. 26. Chry.quaſi dicat,ſi ventum nullus detinet,ſed quo vult fertur,multo magis ſpiritus actionem naturæ leges detinere non poterunt. 27. Int.id eſt,in quibus vult operatur,& quando. Beda. Spiritus ſanctus in poteſtate habet, cuius cor gratia ſuæ viſitationis illuſtret. Theoph. Confundatur Macedonius qui ſeruum Spiritum aſſeruit,propria enim poteſtate vbi vult,& qualiter vult operatur. 28. Chry.id eſt,ſonitum. * Beda.ſcilicet,cùm te præſente loquitur is qui Spiritu ſancto repletus eſt.Aug.cùm ſonat Pſalmus,Euangelium,& ſermo diuinus,vox ſpiritus eſt. 29. Int. ſcilicet, quamuis vocem eius audias.Chry.q.d.ſi venti quem ſentis viam neſcis, quomodo diuini Spiritus operationes ſciueris? Alcui.quia etſi te præſente Spiritus ad horam quempiam repleuerit,non poteſt videri quomodo in eum intrauerit,vel quomodo redierit. Aimo. quomodo credentes ad fidem introducat, ignoras;& quomodo fideles ad ſpem perducat.Gloſſ.neſcit infideles, qua gratia veniat quis in adoptionem filij, & vadat in regnum Dei. £. Gloſſ.id eſt,ad quam perfectionem ducat naſcentem ex ſe.
30. Aimo.quaſi dicat,Spiritus ſanctus inuiſibilis eſt,ita qui ex ſpiritu naſcitur,inuiſibiliter naſcitur.
31. Int.quod nondum es tu. 32. Aimo.non animo reprehendentis, ſed affectu diſcentis Dominum interrogat. 33. Int.ſ.quod dicis,vocem eius audis,& neſcis vnde veniat,aut quo vadat. 34. Chry.quia adhuc in Iudaica vilitate manet, & propoſito tam manifeſto exemplo, adhuc interrogat, aſperiùs ad eum Chriſtus loquitur. 35. Aug.volebat Dominus illum naſci de Spiritu; nemo autem ex Spiritu naſcitur,niſi humilis fuerit,ille autem magiſterio inflatus erat,deponit ergo eius ſuperbiam,vt poſſit naſci de Spiritu.Chry.non eius nequitiam accuſat,ſed inſipientiam & ruditatem. 36. Int.quaſi dicat,inflatus neſcis,humilis ſcies.Chry.miracula facta per aquam, vt quod Heliſæus ferrum de aqua eduxit;& Iudæi mare tranſierunt;& Naaman in Iordane purgatus eſt,natiuitatem ſpiritualem figuraliter perſonabant. Itémque illa: Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua,&:Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates.hunc natiuitatis modum oſtendunt;& Iſaac etiam figura erat huius natiuitatis. 37. Int.ego, ſcilicet,cum Prophetis & Apoſtolis.Chry.de certiſſima cognitione loquitur,& quod ait ſcimus,de ſe ſolo dicit. Aim.hoc dicit oſtendens Patrem in Filio,& Filium in Patre, & Spiritum ſanctum ab vtroque procedentem. Alcui.ſcimus ego,ſcilicet,& qui modo ſpiritu ſunt renati.Gloſſ.ipſe eſt ſcientia, locutio, & ſermo Patris; ipſe viſio & verum teſtimonium, & veritas Patris, quod verò pluraliter loquitur, myſterium Trinitatis innuit. 38. Int. ſcilicet, in abſcondito Dei. Alcui. apud patrem in abſcondito.
39. Int.ſcilicet,foris mundo.Alcui. 40. Iot. id eſt, teſtimonio noſtro vos carnales non creditis. Alcui. ¶ Theoph. non de Nicodemo dicit, ſed de genere Iudæorum qui vſque ad finem in perfidia permanſerunt.

Sens. Myst. In Cap. III.

36. Int. litera occidit.

Addit. Auct. In Cap. III.

*24. coniungenda hæc cum ſuperioribus,quaſi dicat,Ne ergo mireris quod dixi, oportere denuò naſci, loquebar enim de natiuitate quæ fit ex ſpiritu,non de carnali. 28. ſic tonitrui vox dicitur,id eſt ſonus. 29. ſ.determinatè: 30. Itaque non mirum ſi non percipitur ſenſu,vt pote res ſpiritualis. 33. ſcilicet, quæ dixiſti de noua natiuitate. * ὁ διδάσκαλος,doctor ille.ſ.celebris. 36. de quibus tam multa in Scriptura,& dicta,& figurata,vt in tranſitu maris rubri,ablutione Naamā,purgatione diuina,vt Pſalm.50. 122.Ezech.21.36.Zach.13. 37. ſ.Ego & Spiritus ſanctus & Pater. Itaque paulo pòſt vocat teſtimonium, vel plurale pro ſingulari. Eſt autem ſenſus,ea ſolemus affirmare quæ ſcimus. Itaque ne dubita quæ tam aſſeueranter affirmaui vera eſſe. 39. Teſtimonium autem fidem facit,non ſcientiam. 40. vel Iudæos intelligit,vel eos qui cum Nicodemo venerant,dixit enim iſ ſuprà,Scimus quia à Deo,&c.*

[41] Si terrena dixi vobis,& [42] non creditis,quomodo ſi dixero vobis cæleſtia, credetis? Et
[43] nemo [44] aſcendit in cælum, niſi qui [45] deſcendit de cælo, [46] Filius hominis [47] qui eſt in cælo.
[48] Et ſicut Moyſes exaltauit [49] ſerpentem in deſerto, [50] ita exaltari oportet Filium hominis:
vt omnis qui [51] credit in ipſo non pereat,ſed habeat vitam

SENS. LITER. IN CAP. III.

41. Int.i.ſi terreni corporis ſolutionem, & reſurrectionem non credis, quid quæris aperiri myſteria ſpiritualis natiuitatis? Aug.ſi non creditis quod templum à vobis deiectum poſſum ſuſcitare, quomodo credetis per Spiritum ſanctum homines regenerari? Chry.Baptiſmum terrenum dicit,quia in terra perficitur;& comparatione natiuitatis ex ſubſtantia Patris, terrena eſt gratiæ natiuitas. Gloſſ. Cæleſtis eſt Chriſti aſcenſio ad vitam,terrena exaltatio in cruce ad mortem. 42. Chry.non dicit, non intelligitis, cùm enim aliquis non poteſt intelligere,amentię vel ignorantię deputatur,cùm autem nõ credit,quod fide ſolum ſuſcipiendum eſt,infidelitatis eſt accuſatio,dicebantur autem hæc,etſi non credebantur,quia poſteri ea erant ſuſcepturi. 43. Int.q.d.attamen dicam cæleſtia. Chryſ.ne putaretur à Nicodemo, qui dixerat,à Deo veniſti Magiſter: Magiſter eſſe vt multi Prophetarum de terra,hoc ſubiungit. 44. Int. Aſcendit Chriſtus ſecundùm quod homo.Gloſ. 45. Int.ſecundùm quod Deus.Greg.27. Mor. c.11.quia nos vnum cum illo facti ſumus,qui ſolus venit in ſe,ſolus etiam redit in nobis. 46. Int. quia & idem eſt Filius Dei,Aug.de peccat.mor.& remiſſ.Diuinitatem ſuam qua in cælo manens deſcẽdit ad terram, non indignam cenſui: nomine Filij hominis: ſicut carnẽ ſuam dignatus eſt nomine Filij Dei,per vnitatem enim perſonæ qua vtraque ſubſtantia vnus eſt Chriſtus,& Filius Dei ambulabat in terra,& idem ipſe Filius hominis manebat in cælo,fit ergo credibiliorũ fides ex incredibilioribus creditis; ſi enim diuina ſubſtantia potuit propter nos ita noſtram ſuſcipere,vt vna perſona fieret,quanto credibiliùs Sancti ſiunt cum homine Chriſto vnus Chriſtus? vt omnib. aſcendentibus,ipſe vnus aſcendat,qui de cælo deſcendit. Theop.non caro deſcendit de cælo, eſt enim hoc hæreticorum dogma, Chriſti corpus de cælo ſumptum tranſiſſe per Virginem. Chry.à minori ſubſtantia totum nominauit,vt aliquando ſolet à diuinitate totum vocare. Beda.ſi quis nudus de monte deſcendat, & aſſumptis veſtimentis, aſcendat, rectè idem qui priùs deſcendit,aſcendiſſe dicetur. 47. Int.ſ.ſecundùm quod Deus. Hil.x.de Trinit.quod hominis Filius eſt, ſuſceptæ in Virgine carnis eſt partus; quod autem in cælis eſt, naturæ ſemper permanentis poteſtas eſt,in forma enim ſerui manens,ab omni intra extráque cæli mundique circulo,cæli & mundi Dominus non abfuit. Aug. Si Paulus ambulabat in terra & conuerſabatur in cælis, Deus cæli & terræ non poterat eſſe in cælo & in terra? Chry.non ſolùm in cælo eſt,ſed vbique,& omnia replet.

48. Chry.Inducit baptiſmi cauſam.ſ.Crucem.Beda. Magiſtrũ legis ad eius ſpiritualẽ ſenſum inducit, veterẽ hiſtoriã in ſuæ paſſionis figuram,& humanæ ſaluationis factam ediſſerens. 50. Int.ſ.in cruce. Theop.ſ.vt ſanctificaret aërem qui terram,ambulando in ea,ſanctificauerat,intellige etiã per exaltationem,gloriã,Crux enim Chriſti gloria facta eſt,in quo enim voluit indicari, qui peccatum non fecerat, mundi Principem iudicauit,& Adam à morte liberauit. 51. Int.i.vera fide intuetur in ipſum.

SENS. MYST. IN CAP. III.

49. Aug.de pecca.mor.l.1.c.32. Exaltatus ſerpens,eſt mors Chriſti,à ſerpente quippe mors venit,qui peccatum homini perſuaſit,Dominus autem in carnem ſuam non ſerpentis venenum.i. peccatum tranſtulit,ſed mortẽ,vt eſſet in ſimilitudine carnis peccati pœna ſine culpa,vnde & pœna ſolueretur, & culpa. Theoph. in illo ſerpente ſpecies quidem beſtiæ, ſed non venenum, ſic in Chriſto ſimilitudo carnis peccati,non peccatum. Gloſſ. Igniti ſerpentes ſignificabant incentiua vitiorum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

41. q.d. ſi non capitis quæ dixi de his quæ in terra hac,& vita præſenti fiunt,quomodo capietis ſi velim dicere de his quæ ſunt in cælo? Fortè ſignificat quæ per parabolas è terra ſumptas aliquando docuerat,poſſunt enim & cæleſtia intelligi quæ proximè dixerat. 42. Græc.οὐκ πιστεύετε,nõ crediſtis. 43. q.d. Poſſum verò etiam de cæleſtibus loqui vt nemo alius. Nullus enim hominum in cælum adhuc aſcendit. At ego de cælo deſcendi,ſemperq́; in cælo ſum,vbi non ſe dicit in cælum aſcendiſſe,nec id ex eius verbis colligitur neceſſariò,ſolum enim illo dicendi modo ſignificat quæ diximus,quod ſi quis contendat apertè ſignificare ſe in cælum aſcendiſſe,cõcedi poteſt,eo quòd anima beatus erat,quæ magna eſt in cælum,imò in cælum cælorum aſcenſio. 44. præteritum eſt. 45. naturam. ſ. humanam aſſumendo,nec enim cælum deſeruit,ideoq́; ſequitur, Filius hominis qui eſt in cælo. 46. apparet hic vna Filij Dei & hominis perſona. 47. poterat verti,qui erat in cælo,ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ.

[52] æternam. [g] Sic enim Deus [53] dilexit [54] mundum, vt Filium ſuum [55] vnigenitum [56] daret: vt omnis qui credit in eum, non [17] pereat, ſed habeat vitam æternam. [58] Non enim miſit Deus Filium ſuum in [59] mundum, vt [h] iudicet mundum, ſed vt [60] ſaluetur mũdus per ipſum. Qui credit in eum, [61] non [62] iudicatur, qui autem non credit, iam [63] iudicatus [64] eſt: quia non credit in nomine [65] vnigeniti Filij Dei. Hoc eſt autem [66] iudicium: quia [67] lux [68] venit in mundum, & [69] dilexerunt [70] homines magis [71] tenebras quàm [72] lucem, [73] erant enim [74] eorum

Sens. Lit. In Cap. III.

52. Int. hoc per Filium hominis, quia idem eſt Filius Dei ex dilectione Dei ad hoc miſſus, ſic enim Deus, &c. Aug. de peccat. mor. l. 1. c. 32. vt qui exaltatum ſerpentem conſpiciebat, à veneno ſanabatur, & à morte liberabatur, ita qui conformatur ſimilitudini mortis Chriſti per fidem & baptiſmum, à peccato per iuſtificationem, & à morte per reſurrectionem liberatur, & quid opus eſſet vt morti Chriſti per baptiſmum conformaretur paruulus, ſi morte ſerpentis non eſſet venenatus? Chryſ. Paſſionem obumbratè propoſuit, ne contriſtaretur auditor, fructum verò manifeſtè. Si autem qui credunt in crucifixum non pereunt, multo magis non perit qui crucifixus eſt. 53. Chryſ. ne quis mortem quam occultè ſignificauerat, exiſtimaret non eſſe ſalutarem, Filium Dei dicit eum qui dator ad mortem, eiuſque mortem cauſam eſſe vitæ æternæ. q. d. Ne mireris quòd debeam exaltari, vt vos ſaluemini, & Patri enim hoc videtur, qui ita vos dilexit, vt pro ſeruis Filium dederit dicendo autem, Sic Deus dilexit, amoris vehementiam indicat, itemque ea quæ ſequuntur non enim ſeruum dedit, non Angelum, ſed Filiũ, eumque vnicum. Gloſ. aperit cauſam humanæ ſalutis, dilectionem ſ. Dei Patris. 54. Int. i. humanam naturam.

55. Theop. propter vnam perſonam in Chriſto, quæ Dei ſunt attribuuntur homini; vt cùm dicitur deſcendiſſe de cælo, & quæ hominis de Filio, vt cùm dicitur datus in mortem. 56. Int. ſ. in mortem.

58. Int. verè ſalus per Filium Dei, non enim alia cauſa venit, niſi vt ſaluet, non vt iudicet. i. damnet. Alcui. 59. Int. i. in humanam naturam. h. Gloſſ. iudicium intelligitur æterna damnatio. 60. Int. vnde Saluator mundi dicitur. Aug. ergo quantum in medico eſt ſanare venit ægrotum, ipſe ſe interimit, qui præcepta medici ſeruare non vult. Chry. duo Chriſti aduentus, prior, vt dimittat peccata *per baptiſmum* primò, & poſtea per pœnitentiam, ſecundus, vt iudicet. 61. Chryſ. quid ſi vitam habeat *immundam*? talis non fidelis eſt ſecundùm Paulum, qui confitetur ſe noſſe Deum, factis autem negat, ſignificatur ergo in eo quod credit, non iudicandum, nec infidelitatis cauſa torquendum, operum tamen pœnã ſuſtinebit. Alcui. In eum credit qui ei adhæret, vt membrum capiti. 63. Aug. nondum apparuit iudiciũ, & iam factum eſt iudicium, nouit enim Dominus qui ad coronam, & qui ad flammam permaneant. Chry. ipſum diſcedere, & extra lumen eſſe, maximum ſupplicium eſt, vel quod futurum eſt prænunciat: ſicut enim homicida etſi nondum ſententia, rei tamen natura condemnatus eſt, ita incredulus, ſic & Adã qua die comedit de ligno, mortuus eſt. Greg. 26. mor. ca. 24. in extremo iudicio eorum cauſa non diſcutitur, qui cum damnatione ſuæ infidelitatis diſcedunt, at qui fidem habeũt & non opera, redarguuntur vt pereant. 65. Int. in quo ſolo eſt ſalus. Aug. de peccat. mor. li. 1. c. 33. Paruulos baptizatos, inter eos ponimus qui crediderunt, hoc enim eis acquiritur per virtutem Sacramenti, & offerentium reſponſionem.

66. Gloſſ. i. cauſa damnationis. 67. Int. ſ. Verbum in carnem. Beda. Lucem ſeipſum appellat, de qua ſuprà: Erat lux vera: tenebras verò peccata. Gloſſ. Venit lux homines excitans, & admonens cognoſcere ſua mala. 68. Chry. q. d. non ipſi eam quæſierunt, vel laborauerunt vt inuenirent, ipſa ad eos venit, nec ei occurrerunt. 69. Chry. omni eos priuat excuſatione. Quis eius qui non vult accedere miſerebitur?

70. Int. ſ. carnales. 71. Int. ſ. peccata quæ habebant. 72. Int. ſ. peccata arguentẽ. 74. Int. quę ex ſe.

Sens. Myst. In Cap. III.

69. Beda. & illi magis tenebras diligunt quàm lucem, qui prædicatores bene docentes odiis & detractionibus inſequuntur.

Addit. Avct. In Cap. III.

g. verba Chriſti, vel Euangeliſtæ. h. id eſt, condemnet. 62. id eſt, non eſt condemnationi obnoxius. 66. id eſt, condemnationis cauſa.

mala

mala[75] opera.[76] Omnis enim qui malè[77] agit, odit lucem,[78] & non[79] venit ad lucem, vt non ar-
guātur opera[80] eius. Qui autem facit veritatem,[81] venit ad lucem vt manifeſtentur opera
eius: quia in Deo[82] ſunt facta. Poſt hæc[83] venit Ieſus & diſcipuli eius in terram Iudæam:[84]
& illic morabatur cum eis,[85] & baptizabat.[86] Erat autem & Iohannes[87] baptizans[88] in En-
non[1] iuxta Salim:[89] quia aquæ[90] multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur.[91] Non-[92]
dum enim miſſus fuerat Iohannes in carcerem.[93]

Sens. Lit. In Cap. III.

75. Beda. ſi veniſſet ad iudicium, haberet hoc aliquam rationem, fugiunt enim malorum ſibi conſcij, iudicem, at parcenti qui deliquerunt, occurrunt, itaque publicani & peccatores veniebant ad Ieſum.
77. Int. i. cui placet malum. Alcui. ¶ Beda. qui eligit in malitia permanere. 78. Int. quæ aperit mala. Alc. ¶ Aug. quia falli nolunt, & fallere volunt; amant eam cùm ſe indicat, oderunt cùm eos indicat, ſed inde retribuerit eis, vt eos nolentes manifeſtet, & eis ipſa non ſit manifeſta 79. Int. non coniungitur luci, ſed fugit eam. 80. Int. mala quæ diligit. 81. Int. i. bona opera quæ veritas iubet. Aug. quomodo quidam fecerunt veritatem, ſi omnia opera Deus mala inuenit? dilexerunt quidem peccata multi, ſed ea confeſſi ſunt; Initium operum bonorum eſt confeſſio malorum; & tunc facis veritatem, quia nõ te palpas, non tibi blandiris, venis autem ad lucem, quia hoc quod tibi diſplicuit peccatum tuum, non tibi diſpliceret niſi Deus tibi luceret, facit & quis veritatem confeſſionis, etiam propter illa quæ videntur minuta peccata, ſed minuta plura ſi negliguntur, vt multæ guttæ obruunt, & vt multa arenæ grana opprimunt, & venit ad lucem in operibus bonis quibus agitur, ne obruant peccata, gemendo, ieiunando, tribuendo, ignoſcendo. 82. Aug. de peccat. me. li. 1. c. 33. Intelligit enim iuſtificationem ſuam, non ad ſua merita, ſed ad Dei gratiam pertinere. 83. Int. ſ. quæ hic narrauit facta. Beda. non ſtatim poſt diſputationem cum Nicodemo, quæ facta eſt Hieroſolymis, ſed poſt aliquantum temporis de Galilæa in Iudæam rediit. 84. Chry. nihil veritate apertius, neque fortius, quæ nec latêre vult, neque periculum formidat. Dominus in ſolemnitatibus Hieruſalem aſcendebat vt plures doceret. 85. Int. id eſt, diſcipulis, vel credentibus in eum Iudæis. 86. Int. ſcilicet per Apoſtolos. Chry. ¶ Int. ſuo baptiſmo, non eo quo baptizatus eſt. Aug. Baptizatus eſt enim à ſeruo, oſtendens humilitatis viam, & perducens ad baptiſmum Domini. i. ſuum. 87. Int. præcurrens, & præparans baptiſmo Chriſti. 88. Beda. non debuit præcurſor ceſſare, donec veritas manifeſtaretur. 89. Int. eſt ciuitas. Beda. oppidū eſt iuxta Iordanem, vbi olim Melchiſedech regnauit. Hieron. ad Euang. non refert vtrum Salem, an Salim nominetur, vocalibus enim in medio literis raró vtuntur Hebræi, & pro voluntate lectorum ac regionum varietate, eadem verba diuerſis ſonis & accentibus proferuntur. 91. Beda. quantum catechumenis nondum baptizatis prodeſt doctrina fidei, tantum profuit baptiſma Iohannis ante baptiſmum Chriſti; vt enim ille prædicabat pœnitentiam, & ad baptiſmum Chriſti & veritatis cognitionem attrahebat; ſic miniſtri Eccleſiæ primò docent fidem, póſt peccata redarguunt, & eorum per baptiſmum remiſſionem promittunt, &c. 92. Chry. ſignificat euſque baptizaſſe Ioannem dum in carcerem coniiceretur, in quo miniſterio non ſibi gloriam, ſed Chriſto acquirebat, eratque eius teſtimonium ſine ſuſpicione, & maioris apud omnes authoritatis quàm diſcipulorum Chriſti. exiſtimo verò ob hoc ſublatum de medio Iohannem, vt omnis multitudinis affectio ad Chriſtum tranſiret. 93. Beda. Expoſuit Iohannes facta Chriſti ante Iohannem Baptiſtam incarceratum, quæ alij prætermiſerunt.

Sens. Myst. In Cap. III.

84. Int. ſignificat cõfitentes quos viſitat Chriſtus. Alcui. vbi. n. eſt peccatorū confeſſio, vel diuinatum lauacrū, illuc venit Chriſtus, & diſcipuli. i. doctrina eius, & illuminatio, & ibi moratur, purgando à vitiis.
92. Int. nondum erat conſummatio literæ legis, ſed dum pendens in cruce dixit, Conſummatum eſt.

Addit. Auct. In Cap. III.

78. ſ. quatenus malè agit, peccatum enim luci aduerſatur. 81. pro. iuſtitiam. Hebr. ſic 4. Reg. 20. 82. pro. ſecundùm Deum, vel Dei inſtinctu, adeòq; ei grata. 84. ſ. vnde diſceſſerat poſt ſermonem cum Nicodemo habitum, vel ex Ieroſolymis in reliquam Iudæam. 86. ſ. per diſcipulos, vt poſtea dicitur. l. ciuitas eſt. 89. Eſt enim alia Ennon terminus Damaſci, vt dicitur Ezech. 47. Salim autem ſeu Salem vrbs Sichimorum, de qua Gen. 33. ... Rex Melchiſedec, ſecundùm Hieron. quāquam alij de hoc aliter, vide Scholia noſtra in Gen. ſ

Facta

Facta eſt autem quæſtio ex [94] diſcipulis Ioannis cum [95] Iudæis de purificatione. Et venerunt ad [96] Iohannem,& dixerunt ei: [97] Rabbi, [98] qui erat tecum trans Iordanem, cui teſti- [99] monium perhibuiſti, ecce hic [100] baptizat, & [101] omnes [102] veniunt ad eum. [103] Reſpondit Ioannes,& dixit: Nón [104] poteſt [105] homo accipere quicquam, niſi fuerit ei [106] datum de cælo. [107] Ipſi vos mihi teſtimonium perhibetis, quod dixerim, Non ſum ego Chriſtus: ſed quia [108] miſſus ſum ante illum. [109] Qui habet [110] ſponſam, ſponſus eſt: [111] amicus autem ſponſi qui [112] ſtat & [113] audit eum, [114] gaudio gaudet propter [115] vocem ſponſi.

SENS. LIT. IN CAP. III.

94. Int.defendentibus baptiſmum Magiſtri, & putantibus Iohaonem maiorem Chriſto.Glo.Dum Iohanoes prædicaret,& ſchola eius duraret, Chriſtus latenter prædicabat & operabatur, ſed palàm baptizabat,vt oriretur quæſtio de baptiſmo,& Iohanois teſtimooio ſolueretur. 95.Int.diceotibus meliorem baptiſmum Chriſti ad quem Iohaooes inuitabat homines, noo Ieſus ad Iohanoem.Aug.dicebaot Iudæi Chriſtum maiorem,& ad eius baptiſma debere concurri. 96. Int.vt ſolueret hanc quæſtionem.
97. Iot.quaſi ioſtigarent io iouidiam contra Ieſum. 98. Int.q.d.quem baptizaſti.Chry.oon dixerũt verò,quem tu baptizaſti,quia coacti eſſent memioiſſe voeis ſuper eum delatæ, ſed qni erat tecom.q.d. qni diſcipuli ordinem habebat. 99. Int.dicens,Ecce Agnus Dei.Chry. q.d. qnem tu clarum oſtendiſti.
100. Int.vnde valde miramur.q.d.quid tibi de hac præſumptione videtur? 101. Int.ſ.in Iudæa.
102. Int.te dimiſſo,qui eum baptizaſti.Alcui. 103. Chry.non vehementer diſcipulos increpauit, ne ab eo ſeparati,aliquid ſecus facerent. 104. Chry.q.d.noo eſt quod miremini, Deus enim eſt qni hæc facit,nec ſunt humanitus adioueota, ſed diuinitus ordioata; terret ergo eos, & oſtendit ad impoſſibilia cooari.Gloſſ.q.d.putatis me vltra homines eſſe quia natus ſum ex pareotibus pronectæ ætatis, ſcitote quia purus homo ſum,& ille Deus,á quo habeo quicquid habeo. 105. Aug.de ſe dicit. q d.de cælo accepi vt aliquid eſſem,inanem me voltis eſſe vt loquar contra veritatem? 107. Chry. quod illi propoſuerant io Chriſti ſubuerſionem,id io eos conuertit. 108. Int.maior ergo illo?Non,ſed miſſus ante vt præco,& ſeruus,parare viam ei.Chry.q.d.miniſter ſum, & Patri eius qui me miſit miniſtrans.
109. Int.Quid ergo es tu?quid ille?ego amicus ſponſi,qni zelo ſponſam ei,non mihi. 110. Int.ſ.Eccleſiam,quæ generat, & virgo permanet. Beda. Sponſam hanc Chriſti in thalamo vteri virginalis ſibi ſociauit,eamque ſuo ſanguine redemit.Theoph.Animæ ſpooſus Chriſtus, ſponſalium locus Eccleſia, Arrha peccatorum remiſſio per Spiritus ſancti communionem, perfectiora verò io futuro ſeculo retribuet,Paranymphi doctores. 111. Alc.Ile ſponſus eſt, ego amicus ſpooſi, miſſus vt per me ſponſa præparetur ſuo ſponſo; ſponſa verò Eccleſia, ex omnibus geotibus congregata, quæ virgo eſt iotegritate mentis, perfectione charitatis, &c. Beda. Sponſam ſuam Dominus amico,id eſt,ordini prædicatorum cõmendauit.Chry.qui ſe dixit ooo eſſe dignũ ſoluere corrigiã calceamenti, nunc amicũ vocat,nõ propter æqualitatẽ honoris,ſed vt magnitudinẽ gaudij repræſentet,ſimul vt corũ imbecillitati cõdeſcendat.
112. Chry.iodicat ſua iam ceſſaſſe,& ſe de reliquo ſtare oportere,& audire. 114. Int.oon de ſe,ſed de Deo.Aug.qui vult gaudere de ſe,triſtis erit,qui de Deo ſemper gaudebit,Deus eoim ſempiternus eſt.
115. Int.i.Teſtimoniũ quo perhibet ſe Filiũ Dei,& Spõſum Eccleſiæ.Aug. Nõ gaudeo,inquit,propter vocem meam,ſed propter vocẽ Sponſi,gaudeo ego io audieodo,ille in dicendo;ego auris,ille verbum; ſi cuſtos ſponſæ vel vxoris amici ſui ſe amari pro amico voluerit,quàm deteſtandus eſt? Chryſ.indicat ſponſalia fieri per vocem & doctrinam,fides enim ex auditu,auditus autem per verbum Dei.

SENS. MYST. IN CAP. III.

112. Auguſt.ooo cadit, quia humilis eſt. Non ſum, inquit, dignus corrigiam calceamenti ſoluere.
113. Int. iotus doccotem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

94. ſ.cæpta diſputatio à diſcipulis Ioannis ſuper purificatione.i.baptiſmo.Eſt enim baptiſmus quadam purificatio,& quidem Marc. 7. vocantur baptiſmata etiam purificationes legales.Hic verò diſputabatur vter potior eſſet,baptiſmus ne Chriſti, an Ioannis. 104. vel de Chriſto dicit,vel de ſe potius. 105. pro, quiſquam. Hebr. 110. potius quàm vxorem,quia conſeruat virginitatem, aut quia in cælo velut conſummabitur matrimonium vbi perfecta fruitio.

[116] Hoc ergo gaudium meum [117] impletum eſt. [118] Illum oportet [119] creſcere, me autem minui.
[120] Qui [121] deſurſum [122] venit, [123] ſuper [124] omnes eſt. [125] Qui eſt [126] de terra, [127] de terra eſt, & de terra [128] loqui-
tur. [129] Qui de [130] cælo [m] venit, [131] ſuper omnes eſt. & quod [132] vidit & [133] audiuit, hoc [134] teſtatur: & teſti-
monium eius [135] nemo accipit. [136] Qui autem acceperit eius teſtimonium [137] ſignauit, quia
[138] Deus [139] verax eſt. [140] Quem enim miſit Deus, verba Dei loquitur: non enim [n] ad menſuram

SENS. LIT. IN CAP. III.

116. Int. quaſi dicat, ita ergo & ego gaudeo ad vocem Sponſi, quia ipſe me illuminat. 117. Int. quaſi dicat, habeo gratiam meam, ſufficit mihi gratia mea, plus mihi non aſſumo, ne quod accepi amittam. Auguſt. ¶ Chry. i. perfectum eſt à me opus quod fieri oportebat. Theophyl. Gaudeo quod omnes illum attendunt. Glo. in hoc gaudium meũ plenum eſt, quod factus ſum amicus Sponſi, & quia ſto, & audio.
118. Int. & ne miremini quia plures baptizat, quàm ego. Illum, &c. Chry. quaſi dicat, noſtra ſteterunt, & ceſſauerunt, de reliquo quæ ſunt illius, creſcunt. 119. Aug. At Deus neque creſcit, neque minuitur, & Iohannes & Ieſus quod ad carnem attinet, coæui erant, ſex enim menſes qui interferant, nullam diſtinguunt ætatem, magnum eſt hoc Sacramentum, antequam veniret Dominus gloriabantur de ſe homines, venit ille vt minueretur hominis gloria, & augeretur gloria Dei: ſic enim venit, vt dimitteret peccata, & homo confiteretur, cõfeſſio hominis, humilitas; miſeratio Dei, altitudo Dei, creſcat in nobis Dei gloria, & minuatur noſtra, vt in Deo creſcat & noſtra. quanto magis intelligis Deum, videtur in te creſceres ſic videtur lux creſcere ei qui curatur ex priſtina cæcitate, & videre incipit, pluſquam in dies videt. Theoph. vt aliorum luminarium lumen adueniente Sole exſtingui videtur, quia occultatur; ſic præcurſor minui dicitur; creſcit autem Chriſtus non in virtutibus, ſed ſe per miracula manifeſtans. Glo. ille inuenietur eſſe Chriſtus, qui putabatur eſſe Propheta, ego Propheta inueniar, qui Chriſtus putabar.
120. Int. ſ. Chriſtus. Chry. vana gloria nutriẽtem ſe animam perdit, vt vermis ligna, & ærugo ferrum; ideo multo ſtudio opus eſt vt hanc deſtruamus; & Ioannes multis rationibus vtitur ad diſcipulos ſuos, hac paſſione laborantes. 121. Int. i. de Patre. Theoph. ¶ Chry. de cælo. Alc. de altitudine humanæ naturæ, quam habuit ante peccata, inde enim naturam aſſumpſit. 122. Int. ſ. in mundum. 123. Int. ideo merito creſcit. 124. Int. ſ. homines, & Angelos. 125. Int. ſ. Iohannes. 126. Int. ſ. natus. Glo. de terrenis parentibus natus, à quibus peccata, & pœnam peccati contraxit, ex ſe nihil eſt niſi terra. 127. Int. id eſt, terrenus eſt ex ſe. Chry. ſignificat ſe paruum eſſe velut in terra natum. 128. Int. ſ. ex ſe terrena ſapit, & dicit: ſi verò diuina, ex illuminante eſt. 129. Chry. extincta diſcipulorum paſſione apertiùs multo de Chriſto loquitur. 130. Int. hoc eſt quod ante de ſurſum. Aug. de Patre. m, Int. ſ. Chriſtus.
131. Aug & ſuper omnia, eſt enim Patri æqualis. 132. Int. ſ. apud Patrem. Chry. rurſus ad humiliora ſermonem ducit, ſignificat autem omnia quæ à Chriſto dicuntur, vera eſſe, & ipſi ſoli manifeſtè nota, itaque ſe indigere ab eo audire. 133. Int. ſ. à Patre. Theoph. Non à Patre indiget diſcere, ſed ſignificatur omnia quæ nouit, à Patre habere. 134. Int. ſ. de Deitate ſua. Aug Quomodo tu verbum, id eſt, rei quam vis dicere, conceptionem in corde habes, ſic Deus edidit Verbum, id eſt, genuit Filium; is ergo cùm verbum Patris nobis locutus eſt, ſe eſt locutus. 135. Int. ſ. de populo ſiniſtræ. Aug. de populo præparato ad iram Dei, & cum diabolo damnando; vidit. ſ. Iohannes duos populos, infidelium, & fidelium. Chry. nemo, id eſt, pauci. tangit verò in hoc diſcipulos ſuos nondum in eum credentes; ſimul & Iudaicam oſtendit inſenſibilitatem, ſicut in principio dictum eſt, Sui eum non receperunt. 136. Int. ſ. de populo dextræ. 137. Chry. id eſt, monſtrauit. Alcui. Signum poſuit in corde ſuo, quaſi ſingulare aliquid & ſpeciale, hunc eſſe verum Deum qui ad ſalutem humani generis paſſus eſt. 138. Int. ſ. ipſe qui de cælo deſcendit, & ſuper omnes eſt. 139. Int. verè verax, quia loquitur verbum Dei. Aug. Deus verax, homo mendax; nec poteſt veritatem dicere, niſi illuminetur ab eo qui mentiri non poteſt; Chriſtus autem Deus, & miſit illum Deus, & ambo vnus Deus. Chry. timorem auget, oſtendens qui non credat, falſi Deum arguere qui miſit illum. 140. Int. ſcilicet, Chriſtum.

SENS. MYST. IN CAP. III.

118. Aug. hanc veritatẽ ſuis paſſionibus Chriſtus & Iohannes ſignificauerunt; Iohannes enim capite minutus eſt, itemque natus cùm inciperent dies minui; Chriſtus autem in cruce exaltatus, & natus cùm inciperent dies creſcere. Gloſſ. Iohannes figura legis, Chriſtus veritas, lux minuitur apparente veritate.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

119. ſcilicet, auctoritate. 124. homines, vel res. 126. id eſt, terrenus. 127. pro, vt qui terrenus ſit. 128. id eſt, terrena, & humilia. 133. id eſt, à Patre accepit. 137. id eſt, ſigno confirmauit Deum ſtare promiſſis, vt qui ſigillo addito, certã rem facit. n. i. parcè, vel non omnibus certa & æquali menſura.

[141] dat Deus [142] ſpiritum. [143] Pater [144] diligit Filium, & [145] omnia dedit in manu eius. Qui [146] credit in [147] Filium, habet vitam [148] æternam: [149] qui autem incredulus eſt Filio, non videbit [150] vitam, ſed [151] ira [152] Dei [153] manet [154] ſuper eum.

SENS. LIT. IN CAP. III.

141. Int.ſ.Filio.Aug. Chriſtus quæ dat non ad menſuram accepit. 142. Chry.i.Spiritus ſancti actionem, quomodo itaque ſuſpectus erit Chriſtus qui nihil dicit, quod non Dei ſit, & quod non Spiritus ſit. 143. Int.pro quia Pater,&c. 144. Int.ſingulariter, non vt adoptiuos.Aug. 145. Int.ſ.vt tantus ſit Filius, quantus & Pater, æqualem enim ſibi genuit Aug.¶ Theoph.Secundùm diuinitatem omnia dedit natura, non gratia, dedit etiam omnia ſecundùm humanitatem, dominatur enim omnium. 146. Beda.ſ.fide quæ operibus adimpletur.Chry.non ſufficit fides ad ſalutem, ſed opus vita & conuerſatione recta.ait enim: Non omnis qui mihi dicit Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum. 147. Int.quis eſt vita æterna. 149. Chry. Sciens non ita promiſſione bonorum, multos adduci vt terribilium minis, ita ſermonem concludit. 150. Int.ſ.ipſum Filium.Chry.hoc dixit, ne quis exiſtimaret mortem eſſe temporaneam. 153. Aug.de qua Apoſtolus: Eramus natura filij iræ,&c. 152. Chryſ.non dixit filij, quamuis ipſe ſit iudex, ſed ad Patrem reducit, ſupplicij ſermonem magis terrere volens. 153. Aug.non dixit venit; omnes enim qui naſcuntur mortales, habent ſecum iram Dei quam accepit primus Adam. 154. Chryſ.ſcilicet nunquam ab eo recedet.

ADDIT. AVCT. IN CAP. III.

141. ſ.Filio. e. i.poteſtate. 148. nempe ius ad vitam æternam. 149. Gra.ἀπειθῶν, inobediens ſeu, vt vertit Cyp.dicto non audiens. p. pro, particeps non erit. Hebr. 151. i.ſempiterno ſupplicio addictus erit Dei iudicio.Hebr.

CAPVT IIII.

VT ergo cognouit Ieſus quia audierunt [1] Phariſæi quod Ieſus [2] plures diſcipulos facit,& baptizat, quàm Iohannes: quamquam Ieſus non [3] baptizaret, ſed diſcipuli eius, [4] reliquit Iudæam,& abjit iterum in

SENS. LIT. IN CAP. IIII.

1. INT. Quorum conſilio Iohannes eſt captus, vel diſcipuli Iohannis, qui maximè fuerunt de Phariſæis. 2. Int.vnde magis inuidebant.Chry.non Chriſtus baptizabat, ſed æmuli ad conciliandā inuidiam hoc dicebant; non baptizabat autem Chriſtus, quia nondum Spiritum ſanctum dabat, ſed diſcipuli id agebant, volentes multos ad Chriſtum adducere, nihil autem amplius eorum habebat baptiſma, quàm Iohannis, vtrumque enim expers gratiæ, & vtriuſque cauſa vna.ſ.ad Chriſtum adducere.Alcui. dabatur quidem Spiritus ſanctus in baptiſmo diſcipulorū Chriſti, licet non ea manifeſtatione qua poſt aſcenſionem in linguis igneis datus eſt. 3. Int.Aug.baptizabat Chriſtus, i.mundabat, ſed non baptizabat, i.non tingebat, ſed diſcipuli.Idē ad Seleucianum epiſt.108.intelligimus diſcipulos Chriſti iam fuiſſe baptizatos, ſiue baptiſmo Iohannis (vt quidam arbitrantur) ſiue, quod magis credibile eſt, baptiſmo Chriſti. 4. Aug.quia cognouit eorum ſcientiam, ſimul & inuidentiam; non enim didicerant vt ſequerentur, ſed vt perſequerentur, poterat quidem præſens non teneri ab his ſi nollet, ſed vt homo, hominibus in ſe credituris, ſe præbebat in omnibus exemplum. non peccat qui ſecedit in alium locum, videns furorem ſe perſequentium, fecit ergo hoc vt doceret, non quia timeret.Chry.conueniebat hoc facere, ne ſi retentus effugiſſet, in dubium veniret veritas carnis.fecit etiam, vt eorum inuidiam mitigaret.Glo. Reliquit Iudæam, id eſt Phariſæos incredulos, qui eum perſequi cogitabant, ob baptiſma quod creſcebat,& doctrinam qua legem euacuari intelligebant.

SENS. MYST. IN CAP. IIII.

4. INT. ſignificat tranſitum de Iudæis ad Gentes Gloſſ.poſtquam paucos ex Iudæis ſuſcepit, reliquit incredulos, legis literā ſequentes, quæ neminem ad perfectum ducit: & abjit in Galilæam, i.ſpiritualem literæ intelligentiam.Hîc transfiguratio, i.humanæ naturæ tranſmutatio in priſtinam gloriam. Hîc data doctrina in monte, per quam ad vitam tranſitur. Alcui.relictis infidelibus, abit per Apoſtolos in Galilæam, id eſt mundi huius volubilitatem, docens ſuos migrare de vitiis ad virtutes.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IIII.

1. ſ.Qui Chriſtum odio perſequebantur. 3. q.d.ita audierunt, quaſi Chriſtus ipſe per ſe baptizaret, qui tamen per diſcipulos ſolùm baptizabat, alijs.ſ.grauioribus occupatus, vt docendo, & miracula faciendo. Baptizauit tamen ipſe Apoſtolos ſecundùm Aug.

Galilæam.[5] oportebat[6] autem eum transire[7] per mediam Samariam.[8] Venit ergo in[9] ci-
uitatem Samariæ quæ dicitur Sichar[10]: iuxta prædium[11] quod dedit Iacob Ioſeph[12] filio
ſuo. Erat autem ibi fons[13] Iacob. Ieſus autem fatigatus[14] ex itinere[15], ſedebat[16] ſic[17] ſupra
fontem. Hora autem erat quaſi[18] ſexta[19]. Venit[20] mulier[*] de Samaria haurire[21] aquam.

SENS. LIT. IN CAP. IIII.

5. Int. quia de Galilæa venerat in Iudæam. 6. Int. oſtendit quod ſicut prædicauit Iudæis, prædicauit & gentibus Chry. vt Apoſtoli expulſi à Iudæis ad gentes venerunt, ita Chriſtus ad Samaritanos accedit; ſed omnem à Iudæis auferens excuſationem, non ad eos principaliter vadit, ſed quaſi tranſiens, quod Euangeliſta occultè indicat. 7. Beda. ſita enim Samaria inter Iudæam & Galilæam. 8. Beda. à Samaria inſigni prouincia Paleſthinæ ciuitate tota regio ei ſociata Samaria dicta. Chry. mons Samariæ Somer dicebatur, ab eo qui poſſedit. indeque nominata Samaria, quam habitauerant prius Iſraëlitæ, poſtea Samaritani, eò miſſi à rege Aſſyriorum. 10. Chry. locus erat vbi pro Dina Leui & Simeon grauem cædem fecerant. Theoph. hanc ciuitatem deſertam dedit Iacob in ſortem Ioſeph, dicens: Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli, &c. 11. Int. id eſt, agrum. 13. Aug. puteus erat, ſed omnis puteus fons, non omnis fons puteus. Theoph. fit de prædio & fonte mentio, vt memineris, cùm mulier dicit datum ſibi fontem à Iacob. Item vt intelligas quæ Patriarchæ ob fidem adepti ſunt, Iudæos propter impietatem perdidiſſe, & eorum loca gentibus tradita. 14. Int. Suſcepit enim omnia quæ ſunt noſtræ infirmitatis ſine peccato. Chry. Chriſtus delitioſam vitam abjiciens, laborioſam ſequens; ſic incedit, vt ex itinere fatigetur. Aug. Ieſus fortis, quia in principio erat Verbum, ſed infirmus, quia Verbum caro factum eſt, itaque ex itinere fatigatur. 16. Theop. ne quis incuſaret Dominum quod in Samariam veniſſet, qui hoc diſcipulis prohibuerat, dicitur ſediſſe illic de itinere feſſum. Chry. ſedebat ob laborem, & vt diſcipulos expectaret. 17. Chry. non in throno, aut puluinari, ſed ſimpliciter, vt contingebat, ſuper terram. 19. Chry. ne putaretur Chriſtus facere contra ſuum præceptum, Samaritanis loquens; ponit Euangeliſta multas cauſas collocutionis cum muliere; & quidem ad ſe venientem expellere non oportebat.

SENS. MYST. IN CAP. IIII.

9. Int. id eſt, collectionem fidelium ex gentibus. 12. Int. in figura Chriſti, qui eſt legitimus hæres Patriarchæ, habens hæreditatem in gentibus. Alc. Ioſeph Chriſti figura, quem verè ſol, luna, & omnes ſtellæ adorant. 13. Int. ſ. naturalis intellectus Gloſſ. Naturalis ratio non aliundè ſurgit, niſi à cauſa omnium bonorum, ideò fons Iacob dicitur, id eſt, à Patris altitudine procedens. 15. Int. iter Chriſti, incarnatio. Aug. iter ipſius, caro pro nobis aſſumpta; ideo fatigatus ab itinere, quia fatigatus in carne. Gloſſ. homo, Dei potentia creatus, eius infirmitate leuatus eſt. 16 Aug. lib. 83. q. quod ſedet, humilitatem ſignificat, vel magiſtri perſonam demonſtrat; ſolent enim ſedere Doctores. 18. Int. per quam ſignificatur feruens fides Samaritanorum. Aug. ſcilicet, ætate ſeculi ſexta. Vna ætas ab Adam vſque ad Noë; ſecunda, ad Abraham; tertia, ad Dauid; quarta, ad trãſmigrationem Babylonis; quinta, ad baptiſmũ Iohannis; inde ſexta agitur. Idem lib. 83. q. q. 64. venit ad puteum hora ſexta, id eſt, in mundi infimas partes, ſexta humani generis ætate, tanquam ſenectute veteris hominis, quo iubemur exui, vt induamur nouo; prima enim ætas, infantia; ſecunda, pueritia; tertia, adoleſcentia; quarta, iuuentus; quinta, grauitas, ſexta, ſenectus. Venit etiam ſexta hora, id eſt, medio die, vnde ſol incipit declinare in occaſum, nobis enim vocatis à Chriſto, viſibilium delectatio minuitur, vt inuiſibilium amore homo interior recreatus, ad interiorem lucem, quæ nunquam excidit, reuertatur. 20. Aug. hæc mulier, forma Eccleſiæ non iuſtificatæ, ſed iam iuſtificandæ: venit autem ab alienigenis; ventura enim Eccleſia de Gentibus. Gloſſ. Eccleſia prius hauriebat aquam, id eſt, voluptatem de profundo ſeculi: vel mulier, id eſt Synagoga venit haurire aquam, id eſt, diſcere hiſtoriam literæ legis. 21. Gloſſ. aqua, voluptas ſeculi, quaſi de profundo extracta; ſubmiſſis ad eam & inclinatis hominibus, præmiſſa cupiditate quaſi hydria.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IIII.

*8. Id nomen primum montis in ſorte Ephraim, à Somer poſſeſſore, deinde ciuitatis in eo ædificatæ. 3. Reg. 16. quæ diruta, ædificata Sebaſte, ſeu Auguſta, aliquando tamen Samaria nomine ſignificat Scriptura decem tribus. 9. Propè ciuitatem. 10. eadem & Sichem dicta à filio Hemor. Ge. 34. 17. ſ. vt ſe offerebat locus, vel ſic fatigatus: vel ſic. pro itaque, vel ergo. vt Pſ. 60. Sic Pſalmum dicam nomini tuo. * i. Samaritana: erat autem de Sichem; nam vrbs Samaria longè aberat.*

Dicit ei Ieſus, [22] Da mihi bibere. [a] Diſcipuli enim eius abierant in ciuitatem, vt [23] cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: Quomodo tu, [24] Iudæus cùm ſis, bibere à me poſcis, quæ ſum mulier Samaritana? [25] non enim [26] coütuntur Iudæi Samaritanis. [27] Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si ſcires [28] donum Dei, & [29] quis eſt qui dicit tibi, [30] Da mihi bibere: tu forſitan [31] petiſſes ab eo, & [32] dediſſet tibi aquam [33] viuam. Dicit ei mulier, Domine, nec in quo [b] haurias habes, & puteus [34] altus eſt: vnde ergo habes [35] aquam viuam? Nunquid tu [36] maior es [c] patre noſtro Iacob, qui dedit nobis [37] puteum: & [38] ipſe ex eo [39] bibit, & [40] filij eius, & [41] pecora eius? [42] Reſpondit Ieſus & dixit ei, Omnis qui bibit ex [43] aqua hac, [44] ſitiet iterum: qui autem biberit ex aqua [45] quam ego dabo ei,

SEN. LIT. IN CAP. IIII.

22. Theoph. ſitiebat propter laborem & æſtum. Aug. lib. 83. q. q. 64. ſitiebat autem mulieris fidem.

23. Chry. vide circa cibaria negligentiam, non enim deferebant ſecum diſcipuli. vide etiam Chriſti humilitatem, qui ſolus relinquebatur. 24. Int. ex habitu eum cognouit. Chry. Iudæum æſtimauit à figura & locutione. 25. Int. cur hoc dixit? Non enim, &c. 26. Int. quia de loco orationis diſcrepabant. Chry. Iudæi à captiuitate reuerſi, ſe habebant ad Samaritanos vt alienigenas, & impugnatores. Prophetas enim non ſuſcipiebant, ſed ſolum ea quæ Moyſis. Aug. non vtebatur Iudæi vaſculis Samaritanorum, itaque mirata mulier Chriſtum à ſe aquam petere. Chry. petiit Chriſtus, quia indifferens erat de reliquo tales obſeruantias præterire. Glo. execrabãtur Iudæi Samaritanos, quod ſe hæreditate Iacob priuaſſent.

27. Glo. pedetentim, & ſimplicibus verbis inſtruit, vt tandem donum Dei poſſit accipere. 28. Int. quod eſt Spiritus Dei. 29. Int. dator Spiritus. 30. Int. id eſt, petit à te fidem. 31. Int. ſub. aquam viuam. i. ſpiritum, per quem daretur etiam fides. Orig. quaſi dogma quoddam eſt, neminem accipere diuinum donum ex non quærentibus illud. vnde, Petite, & dabitur vobis. 32. Int. meritò fidei. Aug. li. 83. q. q. 64. in quo oſtendit ſe non talem aquam petiiſſe, qualem ipſa intellexerat; ſed quia ipſe ſitibat fidem eius, eidem ſitienti, Spiritum ſanctum dare cupiebat. 33. Aug. vulgò aqua viua dicitur, quæ de fonte exit. Chry. gratia ſpiritus quandoque ignis dicitur, quia peccata conſumit; quandoque aqua, quia purgat, & refrigerat. 34. Int. i. profundus. 35. Int. quæ niſi hauriatur de imo putei, haberi non poterit. 36. Int. maius aliquid nobis dando. c. Theoph. vide vt ſe in Iudaicam nobilitatem intrudat. Beda. vocat patrem Iacob, quia ſub lege Moyſi vixerat, & Iacob prædium poſſidebat. 37. Int. ſ. hunc. 38. Chry non alium dedit nobis, alio ipſe meliore vſus eſt. 39. Int. ſ. hauritorio aquam extrahens. 41. Theoph. ſignificatur abundantia aquarum quæ pecorum multitudini ſufficeret. 42. Chry. non ſe dicit maiorem Iacob, ne videatur gloriari, ſed hoc per ea quæ ſubdit, oſtendit. 43. Int. ſ. figurali. 45. Int. promittit ſatietatem ſpiritus, quæ fiet in reſurrectione, quia apud eum eſt fons vitæ, quo inebriabuntur.

SENS. MYST. IN CAP. IIII.

23. Glo. cibi, corda quæ prædicatione fidei Deo præparantur. 30. Glo. petit Ieſus à primitiua Eccleſia potum fidei, qua in eum credatur: & à natura potum rationis, qua conditor inueſtigetur. 34. Glo. puteus altus, profunditas myſteriorum legis. 40. Int. i. perfectiores in Eccleſia. 41. Int. i. minores, vel prorſus ignorantes. Orig. fons Iacob, Scripturæ; vbi ſimplices & rudes bibunt more pecorum Iacob. Gl. de puteo. i. ratione; bibunt quidam vt homines, qui. ſ. ea ad bonum vtuntur, qui autem ad malum, vt philoſophi, bibunt vt pecora: ratio autem quia deprauata, & obſcurata, magno labore foditur, & exercetur.

44. Int. ſ. voluptatem ſeculi, quam talis aqua ſignificat. Aug. aqua in puteo, voluptas ſeculi in profunditate tenebroſa, quam hauriunt homines hydria cupiditatum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IIII.

a. quaſi dicat, ſolus erat, ideo potum ab illa petijt: vel, enim, pro, autem. 26. i. commercium habent.

28. i. qua ſoleat Deus donare: vel quantum tibi collatum ſit mea præſentia; id quod ſtatim explicat, dicens: Et quis eſt, &c. q. d. non ſum ſolum homo Iudæus, vt tu putas, ſed etiam Deus. 33. id eſt, vitalem.

b. Græc. ἄντλημα, hauſtrum.

non

[46] non ſitiet in æternum: ſed aqua quam ego dabo ei, [47] fiet in eo fons aquæ [d] ſalientis in vi-
tam æternam. Dicit ad eum mulier, Domine, [48] da mihi hanc aquam, vt non [49] ſitiã: neque
[50] veniam huc haurire. Dicit ei Ieſus, Vade, voca [51] virum tuum, & veni huc. Reſpondit
mulier, & dixit: Non habeo virum. Dicit ei Ieſus, Bene [52] dixiſti, quia non habeo vi-
rum: [53] quinque enim viros habuiſti: & nunc quem habes, non eſt tuus vir. hoc verè
dixiſti. Dicit ei mulier: Domine, [54] video [55] quia [56] Propheta es tu. [57] Patres noſtri in monte
hoc adorauerunt, & [58] vos dicitis quia Hieroſolymis eſt [59] locus vbi

SENS. LIT. IN CAP. IIII.

46. Aug. quomodo ſitient qui inebriabuntur ab vbertate domus Dei? 47. Chry. qui intra ſe habet fontem, non afficitur ſiti. Theop. aqua quam Chriſtus dat, ſemper multiplicatur: ſemina enim, & principium boni Sancti ſumunt per gratiã, ipſi verò negotiantur, & operantur ad eius augmentũ. Orig. habet quilibet Angelorum in ſe fontem aquæ ſcaturientis in vitam æternam ab ipſo verbo. Glo. qui prædicationi Chriſti cor accommodat, & gratiæ donum cognoſcit, fides quæ per dilectionem operatur, in eo naſcitur, & ſic tandem tranſibit in vitam æternam. d. Gloſ. aqua corporalis deorſum fluit, ſpiritualis ſurſum ſalit, & in æternam gloriam bibentes ſubuehit. 48. Chry. vide vt paulatim ducitur ad dogmatum altitudinem. 49. Aug. adhuc mulier carnem ſapit, putabat ſibi hoc ſecũdùm carnem promiſſum. 50. Aug. ad laborem indigentia cogebat, laborem infirmitas recuſabat, & quidem illud dicebat Ieſus, vt iam non laboraret, ſed illa nondum intelligebat. 51. Theop. hoc dicit, quaſi oſtendens & illũ oportere his participare. 52. Int. quia verè dixiſti. Glo. non bonum opus, ſed veritatis laudat confeſſionem. 53. Int. dum dicit quod ab ea non audiuit probat ſe ex diuinitate ſcire. 54. Chry. reprehenſa, non eſt cõtriſtata, nec abiit, ſed admiratur, & immoratur. 55. Int. pro, quod. 56. Int. verè es Propheta, qui omnia noſti. Chry. in hoc quod mihi occulta dicis, oſtẽderis Propheta eſſe. 57. Int. ſ. Iacob, & filij eius. Aug. incipit quærere, quod illam ſolebat mouere, erat enim de adoratione contentio inter Iudæos & Samaritanos. Chry. Patrem intelligit Abraham. 58. Int. i. Iudæi. 59. Int. ſ. templum.

SENS. MYST. IN CAP. IIII.

51. Int. i. rationalem intellectum. Orig. ſecundùm Apoſtolum, vir animæ, lex eſt. Aug. videns illã non intelligere, Voca, inquit, virum tuum. i. præſentem intellectum tuum: loquebatur Lux cum muliere, ſed in illa intellectus non aderat. Gloſ. q. d. quæ dico, non carnaliter, ſed ſpiritualiter ſunt intelligenda, ideóque para mihi intellectum. 53. Aug. quinque viri priores, quinque corporis ſenſus, quibus quiſque regitur antequam poſſit vti ratione, cuius capax anima, aliquando regitur ab errore, vt iſta, quæ adhuc errabat: error autem non eſt legitimus vir, ſed adulter, nec regit, ſed perdit. Idem 83. q. q. 64. quidam intelligunt per viros quinque, libros quinque Moyſis, & illud, hunc quẽ habes, non eſt tuus vir. i. in me, quem audis, nondum credis: verùm & illa adhuc librorũ illorum copulatione tenebatur, nec illi relinquuntur tranſeuntibus ad Chriſtũ, ſed ſpiritualiter intelligũtur. Gloſ. quinque viri, leges quinque naturę humanæ datæ: prima in paradiſo ante peccatũ, in prohibitione ligni, ſecũda, poſt prçuaricationẽ, & expulſionem, de multiplicatione humanę propaginis: tertia, ante diluuiũ, de fabricanda arca, quarta, poſt, de diuiſione gentiũ, quinta, de circuncisione, his legibus humana anima vſque ad Moyſen ſubiecta, poſtea data lex quæ nullam ſalutem contulit: dicuntur & quinque ſenſus viri, quia in minori ætate legitimi, naturaliter enim regitur illa ætas ad iſta temporalia appetenda ſi mulcent, vitanda, ſi offendunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IIII.

46. non enim conſumitur, aut corrumpitur gratia vt aqua, vt neceſſe ſit iterum bibere, ſed ſemel accepta ſitim ſedat, & perducit in vitam æternam: niſi quis peccato illam amittat, ſed id vitio proprio fit, non gratiæ natura. 52. negauerat illa ſe virum habere, fortè vt ſtatim à Chriſto acciperet quod ei promittebat, non expectato viro ſuo, cuius Chriſtus præſentiam requirebat. Et ſi antẽ decipere voluit Chriſtum, tamen verum dixit imprudens, nam illum ipſa pro viro habebat: quod ſi ſciebat non eſſe virum legitimum, negauit tamen ſe virum habere, ſeu verum ſeu putatum. q. d. ſola ſum. 53. an iſti fuerint legitimi, incertum, ferè doctores putant legitimos. Chry. tamen in Pſal. 13. aut fuiſſe adulteros, eodemq́ tempore à muliere iſta habitos.

adorare [60] oportet. Dicit ei Ieſus, [61] Mulier, crede mihi, [62] quia [63] veniet * hora, quando neque in monte [a] hoc, neque in Hieroſolymis [e] adorabitis Patrem. Vos [64] adoratis quod neſcitis: [65] nos adoramus [66] quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis [67] eſt. [68] Sed venit [69] hora, & [70] nunc eſt, [71] quando [72] veri adoratores adorabunt Patrem [73] in ſpiritu & [74] veritate. Nam & Pater [75] tales [76] quærit, qui adorent eum. [77] Spiritus eſt Deus, [f] & eos qui adorant eum, [78] in ſpiritu & [79] veritate oportet [80] adorare. [81] Dicit ei mulier, Scio, [82] quia Meſſias [83] venit,

Sens. Liter. In Cap. IIII.

60. Int. quaſi alibi nemo poſſit placere Deo. 61. Int. quia iam cœpit intelligere, ſuperaddit. Chryſ. non ſtatim quæſtionem ſoluit, ſed ad altiora trahit. 62. Aug. cœpiſti adeſſe intellectu, ſed niſi credideris, non intelliges. Chry. vbique opus eſt nobis fide bonorũ matre, ſine qua, qui magna volunt poſſidere perinde agunt, vt qui nauigant ſine naui, citóque merguntur. 63. Iot. cùm ablata vmbra, lux veritatis irradiauerit, vt appareat in locis non eſſe Deum, ſed in puris mẽtibus. 64. Int. quia veri Iudæi non eſtis. Glo. nullus adorat Patrem, niſi Filium adoret, per quem ad notitiam Patris venitur. 65. Int. quorum patribus promiſſus eſt Chriſtus. 66. Iot. per Legem & Prophetas. Chryſ. Samaritani quod neſciebant adorabant. Deum enim localem æſtimabant, ideoque eius cultum cum dæmonum cultu miſcuerunt, quo errore liberati erant Iudæi, quibus ſe connumerat ſecundùm opinionem mulieris, dicitque adoramus, cùm ipſe ſit qui ab omnibus adoratur. 67. Chry. Scire Deum, & idola deteſtari, aliaque einſmodi dogmata à Iudæis principium habuerunt, & Chriſtus ex Iudæis eſt, ex quibus, inquit Paulus, eſt Chriſtus ſecundùm carnem, vide autem vt ſe oſtendit non eſſe legi cõtrarium. Gloſ. Ex Iudæis orta eſt fides, & primitiua Eccleſia. Aug. multum dedit Chriſtus Iudęis, ex quorum perſona dicit, nos adoramus quod ſcimus, ſed ex perſona non reproborum, ſed quales Apoſtoli & Prophetæ. 68. Chry. q. d. verum & hic adorationis modus iam finem habebit. 69. Int. ſ. cùm Spiritus poſt reſurrectionem meam dabitur.

70. Chry. q. d. res inſtat, & in ianuis eſt. Orig. bis dicitur venit hora, & in primo notatur adoratio in perfectione futura, & non additur, & nunc eſt, ſicut in ſecundo quo notatur vitæ præſentis adoratio.

72. Chry. falſi ſunt qui temporalia & caduca quærunt in oratione, & qui contra hoc quod orant, agere non ceſſant. 73. Orig. vnde Paulus, Cui ſeruio in ſpiritu meo. 74. Int. non de vanis. Gloſ. non in templo, non in hoc monte, ſed in intimo templo cordis, & in veritate cognitionis. 75. Int. ſ. adorantes in ſpiritu, & veritate agnitionis. Chryſ. olim conceſſit figuram condeſcendens, & per hoc ad veritatem inducens. 76. Orig. ſ. per Ieſum, qui venit quærere & ſaluare quod perierat. 77. Int. ſub. quia. Chryſ. Incorporeus Deus eſt, talémque oportet eſſe eius cultum. i. animæ & intellectus puri, Iudæi animã negligebant, multum circa corpus occupati. 78. Hil. 2. de Trinit. libertatem adorantium oſtendit, vbi enim Spiritus Domini, ibi libertas. 79. Chry. priora figura erant, nunc totum veritas. Theoph. Adorandus eſt Chriſtus in veritate, & non vt fit ab hæreticis; vel per ſpiritum actio inſinuatur, per veritatem contemplatio, vel contra Samaritanos qui localiter adorabant Deum, ſpiritu, contra Iudæos qui ſub figura tantùm & vmbra, in veritate dicit Deum adorandum. 80. Aug. quærebas montem fortè ad adorandum, vt Deo eſſes propinquior, ſed qui in altis habitat, humilibus appropinquat. 81. Chryſ. eorum quæ dicta ſunt altitudine fatigata. 82. Aug. Latinè Vnctus, Græcè Chriſtus, Hebraicè Meſſias. Sciebat iſta quis eam poſſet docere, ſed iam docentem nondum agnoſcebat. 83. Int. pro, veniet. Chryſ. Nouerant Samaritani Chriſti aduentum ex lege Moyſi, illic enim eſt: Non deficiet Princeps de Iuda, &c. &, Prophetam ſuſcitabit vobis Deus. Orig. Surrexit aliquando ex Samaritanis quidam Doſitheus nomine, qui ſe Chriſtum aſſerebat.

Addit. Auct. In Cap. IIII.

*60. id eſt, colere cultu à Moyſe præſcripto, ſcilicet, ſacrificijs: nam ſimpliciter adorare vbique licebat. * ſcilicet, tempus Euangelicæ doctrinæ. e. de omnibus id hominibus dictum. 65. nos, id eſt, Iudæi, quaſi dicat, Iudæi bene adorant, vos autem cum errore. 67. quaſi dicat, Deus qui ex Iudæis natum miſſurus erat Saluatorem, & ſalutem mundi, illis dedit ſui veram cognitionem, vel id dictum, quia Chriſtus ex Iudæis qui ſalus mundi. Adde quod vera Dei cognitio ex Iudæis ad alios manauit. f. pro, ideò. Heb. 83. i. propè eſt vt veniat, fortè etiam rumor ſparſus erat iam veniſſe, & prædicare in Iudæa, eſt autem venit, præſentis temporis.*

qui dicitur Chriſtus [84], cùm ergo venerit ille, nobis nunciabit omnia [85]. Dicit ei Ieſus,
[86] Ego ſum qui loquor tecum. Et con[g]tinuò venerunt diſcipuli eius, & mirabantur [87] quia
cum muliere loquebatur: Nemo [88] tamen dixit, Quid quæris, aut quid [h] loqueris cum
ea? Reliquit [89] ergo hydriam [90] ſuam mulier: & abjit in ciuitatem, & dicit illis hominibus:
Venite * , & videte hominem [91] qui dixit mihi omnia quæcunque [92] feci, nunquid [93] ipſe eſt
Chriſtus? Exierunt [94] ergo de ciuitate [95], & veniebant [96] ad eum. Interea rogabant [97] eum di-
ſcipuli [98], dicentes: Rabbi, manduca [99]. Ille autem dixit eis. Ego cibum [100] habeo manducare
quem vos neſcitis [101]. Dicebant ergo diſcipuli ad inuicem, Nunquid [102]

Sens. Lit. In Cap. IIII.

84. Int. Finis Legis & Prophetarum. 85. Int. ſ. quæ ad cultum ſuum, & Patris pertinent. 86. Gloſſ. quaſi dicat, quem venturum expectas, veniſſe cognoſce. Chry. ſi hoc in principio dixiſſet, videretur ex vanitate loqui, nunc verò paulatim in memoriam Chriſti adducens, opportunè ſe reuelauit: & quidem Iudæis quærentibus, Si tu es Chriſtus, dic nobis palam, non ſe aperte reuelauit, quia non diſcendi cauſa, ſed iniuriandi quærebant. Hæc verò ſimplici mente loquebatur. 87. Chry. Mirabantur ſuperabundantem Chriſti manſuetudinem, & humilitatem. Aug. bonum mirabantur, non malum ſuſpicabantur. Gloſſ. non mirantur quod cum muliere loquatur, id enim conſueuerat, ſed quod cum alienigena, ignorantes myſterium Eccleſiæ de gentibus futuræ. 88. Chry. Chriſtum timebant, & venerabantur; alibi quidem confidenter interrogant ad ſe pertinentia; id verò quod fiebat, nihil ad eos pertinebat.

89. Orig quaſi quodam Apoſtolo vſus eſt Chriſtus hac muliere ad ciues illos. 90. Int. hydor Græcè, aqua Latinè: inde hydria, quaſi aquarium. Chry. ſicut Apoſtoli vocati dimiſerunt retia, ita hæc hydriam: & Euangeliſtarum opus fecit. Orig. omittenda corpora, & negligenda, ad impartiendum aliis animæ vtilia. I. Chry. volebat, vt ipſi etiam audirent Chriſtum, nec dubitabat illos, cùm guſtaſſent de fonte, eadem paſſuros quæ & ipſa. 91. Orig. conuocat ad videndum hominem, continentem verbum ſupra hominem. Alc. paulatim adducit, primò vocans hominem, ne ſi diceret Chriſtum, nollent illi exire. 92. Chry. non eſt verecundata hoc dicere, anima enim diuino igne incenſa, ad nihil terrenorum aſpicit. 93. Chry. nec apertè nunciat Chriſtum, nec omnino tacet. 96. Int. nota facilitatem gentium ad fidem, & duritiam Iudæorum. 97. Int. aliàs interrogabant. Chry. erat hoc amoris cura circa Magiſtrum. 98. Int. qui attulerant cibos. Augu. 99. Orig. putabant opportunum tempus ad prandium poſt receſſum mulieris, & ante acceſſum Samaritanorum. ideo Euangeliſta dixit, interea. 100. Int. ſ. conuerſionem Samaritanorum. Chry. vt nobis concupiſcibile eſt comedere, ita Chriſto ſaluare nos; vide autem vt non ſtatim reuelat, ſed vbique in quæſtionem immittit auditorem, vt incipiens quærere, & laborans, maiori ſuſcipiat deſiderio. 101. Theop. neſcitis quòd cibum voco ſalutem hominum, vel quòd Samaritani credituri ſunt. 102. Aug. quid mirum ſi mulier non intelligebat aquam, ecce diſcipuli non intelligunt eſcam. Chryſoſt. conſuetam reuerentiam Magiſtro præbent inter ſe loquentes, non ipſum præſumentes interrogare. Gloſ. non ſunt auſi interrogare Dominum, timentes ne reprehenderentur, ſi incautè interrogarent.

Sens. Myst. In Cap. IIII.

84. Aug. lib. 83. q. q. 64. fortè vt indicaretur, quinque corporis ſenſus, quinque virorum nomine ſignificati: poſt quinque carnales reſponſiones, ſexta nominatur Chriſtus. 89. Gloſ. diſcant euangelizaturi priùs deponere curam, & onus huius ſeculi. Aug. lib. 83. q. q. 64. oportet Chriſto credentes ſeculo renunciare, & relinquere cupiditatum hydriam. 94. Int. Exitur à ciuitate, cùm exitur à mundanis. Orig. vbi quis reperit verbum ſincerum, relinquit alias diſciplinas, quaſi dogmatum ciuitatem. 95. Int. ſ. ignorantiæ. 99. Orig. alendum verbum, vt corroboratum perſeueret apud eos qui ipſum nutriunt, non autem idem cibus omnibus congruit, ſed infantes appetunt lac: perfectorum eſt ſolidus cibus, qui dicere poſſunt infirmis, cibum habeo manducare quem neſcitis.

Addit. Avct. In Cap. IIII.

g. Græc. ἐπὶ τούτῳ, in hoc. i. dum hæc dicerentur. 87. fortè quod ſolus cum ſola: vel quod cum muliere præter morem: vel quod cum Samaritana. h. pro, cur loqueris. 93. relinquit illi examinandum quod ipſa iam crediderat.

aliquis

aliquis [103] attulit ei manducare? [104] Dicit ei Ieſus, Meus cibus eſt vt faciam [m] voluntatem eius qui miſit me, vt [105] perficiam opus eius. [106] Nonne vos dicitis quòd [n] adhuc quatuor menſes ſunt, & [107] meſſis venit? Ecce dico vobis, [o] leuate [108] oculos veſtros, & videte [109] regiones : quia [110] albæ ſunt iam ad meſſem. [111] Et qui metit, mercedem accipit, & [p] congregat fructum in vitam [q] æternam: vt [112] qui ſeminat, [113] ſimul gaudeat & qui metit. [114] In [r] hoc enim eſt [115] verbum verum: quia [s] alius eſt qui [116] ſeminat, & alius eſt qui metit. Ego miſi [t] vos metere quod vos non [117] laboraſtis : alij [u] laborauerunt, & vos in [118] labores eorum [119] introiſtis. Ex ciuitate autem illa [120] multi crediderunt in eum, Samaritanorum,

Sens. Lit. In Cap. I.

103. Theoph. ſolebat ab aliis oblatos cibos ſuſcipere, qui dat eſcam omni carni, vt deferentes meritum conſequerentur, & ne quis erubeſcat paupertatem, nec graue putet ab aliis nutriri ; proprium enim & neceſſarium doctoribus alios habere procuratores ciborum, vt ipſi de nullo curantes, verbi miniſtrationem procurent ſolicitè. 104. Aug. audiuit cogitationes diſcipulorum, inſtruit ergo eos non per circuitum, vt mulierẽ, ſed apertè. m. Int. ſ. iſtos credere. Glo. voluntas Patris eſt, vt credatur in Filiũ quem miſit, opus Patris noſtra ſalus. Facit ergo voluntatem docendo credere in ſe; facit opus, maturando opus redemptionis. 105. Int. ſ. per mortem, & paſſionem. Orig. Solus Filius perfectè operatur paternam voluntatem. Theoph. Perfecit Chriſtus opus Dei, noſtram naturam in ſe oſtendens perfectam & incorruptam; perfecit etiam Legem corporali cultu in ſpiritalem reducens. 106. Chry. oſtendit quæ ſit voluntas Patris. n. Glo. q. d. putatis quatuor menſes eſſe vſque ad meſſem, ſed ego aliam meſſem oſtendo vobis albam, & paratam. 107. Theoph. ſ. materialis. Ego autem dico vobis quòd intelligibilis adeſt. o. Orig. ſæpè hoc in Scripturis legitur, iubente nobis verbo diuino extollere conſiderationes. Glo. q. d. conſiderate tranſacta hyeme. i. infidelitate, adeſſe calorem fidei, & eſſe parata corda ad iuſtitiæ opera, iuuate ergo ad implendum Patris voluntatem. 108. Int. ſ. mentis. Chry. & etiam corporis, videbant enim multitudinem Samaritanorum venientem. 109. Int. ſ. corda hominum. Chry. regio & meſſis hic indicant multitudinem animarum, quæ præparatæ erant ad prædicationis ſuſceptionem. 110. Int. q. d. ſicut iam vicina eſt meſſis terræ, & ita meſſis hominum. Chry. præparationes hominũ regiones albas vocat, ſpicæ enim albæ ad meſſem paratæ; loquitur verò ita, vt ſub viſũ proponatur dicta, & vt dulcior ſit narratio, & permanentior dictorum memoria. Orig. albeſcunt regiones illuſtrante Dei verbo. 111. Aug. in opus feruebat, & operarios mittere feſtinabat. Glo. quos mittit, exhortatur propoſita mercede. 112. Int. id eſt, Prophetæ. 113. Chry. hoc dicit ne quis putaret Prophetas ſeminantes priuandos mercede, in ſenſibilibus quidem aliter accidit, non enim ſimul ſeminans & metens lætantur. 114. Int. id eſt, Apoſtoli, qui (etſi diſpares temporis labores) tamen eandem mercedem habuerunt. Aug. ¶ Orig. in futuro ſeculo ſimul gaudebunt Prophetæ & Apoſtoli, transfigurato Chriſto ſimul cum Petro, Iacobo, & Iohanne, Moyſe & Elia. 115. Chry. Sermonem prouerbialem inducit, hoc enim vulgariter dicebatur. s. Gloſſ. niſi eſſent parati per Prophetas, non audirent Apoſtolos. 116. Int. ſ. Prophetæ, qui præparauerunt, vnde & iſta mulier iam præparata dixit: Scio quia Meſſias venit. Orig. in qualibet doctrina ſeminat, qui principia iacit; & in arte artium ſeminatores ſunt Moyſes & Prophetæ, ſemen, reuelatio myſterij, regiones, Propheticæ ſcripturæ nondũ albæ his qui aduentus verbi non erant capaces. 117. Aug. iam in Iudæa meſſis erat, quando tot milia hominum pretia rerum ſuarum offerebant ad pedes Apoſtolorum, Chriſtumque expediti ſequebantur; de qua meſſe eiecta pauca grana, ſeminarunt orbem terrarum. Chry. q. d. quod laborioſius erat, fuit Prophetarum, vobis maior delectatio reſeruata, oſtendit autem Prophetarum voluntatem fuiſſe homines ad ſe adducere, multamque eſſe cognationem noui ad vetus Teſtamentum. v. Int. ſ. ad fidem Chriſti inuitando. 118. Aug. in omnibus Prophetarum laboribus, eſt prophetia Chriſti. Gloſ. multa paſſi ſunt Patriarchæ & Prophetæ, quaſi in frigore ſeminationis. 119. Int. ſ. imitatos Iudæos ad fidem congregando. 120. Chryſoſt. vt in meſſe cum facilitate fructus congregantur, & in momento area manipulis repletur, ita & nunc fit.

Addit. Avct. In Cap. IIII.

p. pro, nam. Heb. q. ſ. congregantis, & congregati. r. q. d. huc poteſt accommodari illa vulgaris ſententia. t. miſiſſe dixit, pro, deſtinaſſe mittere, ſic Matth. 10. dicitur miſiſſe, & Marc 3. dediſſe poteſtatem, pro, paraſſe mittere, & dare. 117. id eſt, coluiſtis.

propter

[121] propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcunque feci. Cùm veniſſent ergo ad illũ Samaritani, rogaue[122]runt eum vt ibi mane[123]ret. Et [124] manſit ibi [125] duos dies. Et multò plures crediderunt in eũ propter ſermonẽ [126] eius. Et mulieri dicebant. Quia ia[x]m non propter tuam loquelã credimus: ipſi enim audiuimus, & ſcimus quia hic eſt verè Salua[127]tor mũdi. Poſt duos autẽ [128] dies exiit inde: & abjit in Ga[129]lilæam. Ip[130]ſe enim Ieſus teſtimoniũ perhi[131]buit, quia Propheta in ſua patria hono[aa]rẽ nõ [132] habet. Cùm ergo veniſſet in Galilæã, excaperũt eũ Gali[133]læi, cùm omnia vidiſſent[134] quæ

Sens. Lit. In Cap. IIII.

121. Chry. conſiderabant mulierem non eum grataenter fuiſſe admiratutam, qui eius delicta redarguebat, niſi magnus aliquis eſſet & excellens. 122. Chryſoſt. iſti nullum ſignum viderant, & rogant vt apud ſe maneat; Iudæi miracula videntes, eum abiecerunt. ſ. nihil inuidia deterius, nihil inani gloria difficilius. 123. Int. gratiam eis impartiendo. 124. Orig. illud, In viam gentium ne abieritis, ſignificat vitanda eſſe gentilia dogmata; ciuitatem autem Samaritanorum non intrare, eſt non acceptare falſam doctrinam recipientium Scripturam; nam cùm deſeruerint propriam doctrinam, & venerint ad Ieſum, licet cum eis manere. 126. Chryſ. Quare hæc verba Euangeliſtæ non ſcripſerunt? vt ſcias eos multa magna tranſcurrere; ſuaſit verò Chriſtus per ea quæ dixit toti ciuitati, vbi autem auditores non perſuadentur, tunc Euangeliſtæ dicta narrant, ne quis illud imputet defectui prædicantis. 127. Chryſ. Intellexerunt venire vt orbem terrarum liberaret, quanquam ad communem ſalutem veniens, non debebat in Iudæis ſuam concludere prouidentiam, ſed vbique ſeminare ſermonem; fatentur etiam mundum perditum, vereque Chriſtum ſaluare, qui non ſolum temporalem ſalutem, ſed & æternam tribuat. dicunt autem ſe ſcire non ſuſpicari, ſolùm verba audierunt, & hoc dixerunt, quid ſi miracula multa & magna vidiſſent? 128. Int. ſcilicet, quibus moratus eſt in Samaria. 129. Int. ſcilicet, in patriam ſuam, vbi nutritus fuerat. 130. Aug. hoc addit quia cùm in Samaria biduo fuiſſet, crediderunt in eum Samaritani, cùm autem diu fuiſſet in Galilæa, non crediderunt Galilæi. Chryſ. hoc adiectum, quia non in Capharnaum abjit, quæ eius patria dicta, quod in ea plus fuerit conuerſatus. Theoph. poſſet quis dubitare, cur non ſemper in Galilæa maneret? huic ergo quæſtioni Euangeliſta reſpondet. Orig. patria Prophetarum Iudæa, vbi conſtat honorem non fuiſſe conſecutos, iuxta illud: Quem Prophetarum non ſunt perſecuti Patres veſtri? 131. Int. id eſt, affirmauit. 132. Chryſ. honorantur & quidam apud ſuos, ſed hoc raro contingit, & ſi qui in propria patria honorantur, multo magis in aliena, facit facilè conſuetudo homines contemptibiles. 133. Chryſ. vides qui mali dicebantur maximè ad Chriſtum accedere, ob Galilæos enim dictum. Propheta ex Galilæa non ſurgit, ob Samaritanos verò: Samaritanus es, & dæmonium habes, ſed ecce Samaritani & Galilæi credunt in confuſionem Iudæorum. 134. Int. ſcilicet miracula.

Sens. Myst. In Cap. IIII.

125. Int. duo præcepta caritatis. Aug. 126. Aug. ſic hodie agitur cum his qui foris ſunt, tanquã enim muliere, id eſt, Eccleſia nunciante, ad Chriſtum veniunt, multoque plures, & firmius in eum credunt.
x. Glo. poſtquam Dominus, carnis præſentia, Iudæis ſpiritualiter edoctis, gratiam ſuæ cognitionis infudit: mulieri, i. Legi, dicebant: Iam non propter tuam loquelam credimus. 129. Beda. ſolidatis in fide gentibus, duobus charitatis præceptis, Chriſtus circa finem mundi reuertetur ad patriam. i. ad Iudæos.
aa. Glo. patria Chriſti, populus Iudæorum, vbi ſine honore eſt, quia pauci de his credunt. 134. Orig. principium recipiendi Dei Filium, videre ſingula quæ peragit.

Addit. Avct. In Cap. IIII.

126. id eſt, doctrinam. x. quaſi dicat, potiùs ob eius verba, quàm ob tua credimus. ſic illud: Miſericordiam volo, & non ſacrificium. id eſt, miſericordiam potiùs quàm ſacrificium. 127. Meſſiam confitentur. & qui ſalutem mundo afferat toti. 129. ſub. relicta Nazareth. 131. id Chriſtus aliquando dixit, vt patet Matth. 13. Marc. 6. Luc. 4. 132. ſcilicet, vt plurimum. 133. quod Iudæi non fecerant, exceperunt hi Chriſtum libenter, honorificè & vt Prophetam, ſeu virum ſanctum.

[135] fecerat Hieroſolymis in die feſto : & ipſi enim [136] venerant ad diem feſtum. [137] Venit ergo iterum in [138] Chana Galilææ vbi [139] fecit aquam vinum. Et erat quidam [140] regulus cuius filius infirmabatur [bb] Capharnaum. [141] Hic cùm audiſſet quia Ieſus adueniret à Iudæa in Galilæam, abjit ad eum, & rogabat eum vt deſcenderet, & ſanaret filium eius, incipiebat enim mori. [142] Dixit ergo Ieſus ad eum, Niſi ſigna & [143] prodigia videritis, non [144] creditis. Dicit ad eum regulus, Domine [145] deſcende [146] priuſquam moriatur filius meus. Dicit ei Ieſus, [147] Vade, filius tuus [cc] viuit. [148] Credidit homo ſermoni quem dixit ei Ieſus, & ibat.

Sens. Lit. In Cap. IIII.

135. Orig. ſcilicet ejiciens vendentes de templo, in quo non minor eius potentia oſtenſa, quam ſanatis cæcis & ſurdis, fecit etiam illic & alia ſigna. 137. Aug. cùm conuertit aquam in vinum, ſoli diſcipuli crediderunt; redit ergo vt qui per priora non crediderant, modò credant. Chryſ. venerat eò primum vocatus ad nuptias, nunc autem ſponte propria, patria dimiſſa, vt magis attrahat, & vt fidem priori miraculo in eis initiatam fortiorem faciat ſua præſentia. 139. Theoph. meminit Euangeliſta huius miraculi, vt oſtenderet Galilæos, non ſolum propter miracula facta Hieroſolymis, recepiſſe Chriſtum, & Regulum propter hoc miraculum crediſſe. 140. Orig. Erat hic fortè de familia Cæſaris, exercens tunc temporis aliquid in Iudæa. Chry. Regulus dicitur, aut quia generis regalis, aut quia dignitatem aliquam principatus habens; aut quia ſic vocabatur. Quidam putant hunc eſſe Centurionem, de quo eſt apud Matthæum, ſed alius eſt; ille enim volentem ad ſe Chriſtum ire, rogat vt maneat; hic ad domum trahit; ille ad Ieſum deſcendentem de monte in Capharnaum venit; hic ad venientem in Chana; illius puer paralyti, huius filius febre detinebatur. 142. Aug. arguit hominem in fide tepidum, aut frigidum, aut omnino nullius fidei, ſed tentare cupientem qualis eſſet Chriſtus, quantumque poſſet. 143. Aug. prodigium, quod porrò dicat, & futurum aliquid portendat. 144. Int. & tamen ſine ſignis, & prodigiis crediderunt Samaritani? 145. Greg. hom. 28. minus in illum credidit, quem non putauit poſſe ſalutem dare, niſi præſentem corpore. Chry. nihil mirum, non credentem veniſſe & rogaſſe, conſueuerunt enim Patres loqui etiam medicis, de quibus non confidunt, nihil volentes prætermittere eorum quæ ad ſalutem filiorum pertinent, ſi hic Chriſti virtutem valde credidiſſet, non neglexiſſet etiam in Iudæam ire. 147. Gre. vbi ſuprà indicans ſe non deeſſe, vbi inuitatur, ſolo iuſſu ſalutē reddidit, retunditur hic ſuperbia noſtra, qui in hominibus, non naturam, qua ad imaginem Dei facti ſunt, ſed honores & diuitias veneramur, Chriſtus ad filium Reguli ire noluit, ad ſeruum Centurionis ire paratus fuit. Chryſ. illic fides confirmata erat, ideo promiſit Chriſtus ire, hic adhuc imperfecta erat. 148. Int. Iam incipit credere quod ſermone ſanet: & ſic meruit ſalutem filio, & ſibi. Chry. credidit, non tamen integrè.

Sen. Myst. In Cap. IIII.

140. Theoph. Regulus eſt omnis homo, non ſolùm quia regi vniuerſorum propinquus ſecundùm animam, ſed quia ſuper omnia principatum ſumpſit, eius filius, mens febricitans voluptatibus prauis, & deſideriis, deſcenſus Chriſti, condeſcenſus miſericordiæ: dicit autem, vade, id eſt, profectum continuum circa bonum oſtende, & tunc filius viuet, alioquin morietur, ſi ambulare ceſſaueris. Glo. Regulus, gentis Iudaicæ doctor, qui poſt plenam Eccleſiæ gentium conuerſionem, pro Iudaico populo orat, vt de longa perfidiæ infirmitate ſanetur. b b. Orig. in agro conſolationis curatur filius reguli. ſ. genus quoddam debilium non tamen omnino fructibus priuatorum. 141. Int. iſte regulus, eſt figura Iudæorum difficile ad fidem venientium. 144. Gloſſ. per huius duritiam ſignificatur duritia Iudæorum, qui nec viſis miraculis credunt, contrà, per Samaritam, fides Gentium, quæ ſolo verbo credidit.

Addit. Avct. In Cap. IIII.

140. quidam Gentilem fuiſſe putant, alij, quod eſt probabilius, Iudæum, id quod ex eius parua fide apparet. Græ. Βασιλικὸς, regalis, ſeu regius, ſcilicet; regio genere, vel regis miniſter ſeu de aula regia, vel potens aliquis, & clarus vir, vel denique, qui Cæſaris nomine magiſtratu fungeretur. Interpret videtur legiſſe βασιλίσκος. 144. quaſi dicat, miraculis opus eſt, vt ad fidem adducamini, qui aliter credere non vultis. Eſt autem prodigium, vt quibuſdam placet, in re præter naturam, vt mortui ſuſcitatio: ſignum verò, in re naturali, vt ægroti curatio. c c. pro, incolumis eſt. Heb. ſic viuificare, pro liberare à malis.

Iam autem eo deſcendente,[149] ſerui[150] occurrerunt ei,& nunciauerunt,[151] dicentes:quia filius eius viueret. Interrogabat[152] ergo horam ab eis in qua meliùs habuerit.[dd] Et dixerunt ei, Quia heri hora ſeptima[153] reliquit[154] eum febris. Cognouit[155] ergo pater,quia illa hora erat qua dixit ei Ieſus , Filius tuus viuit. & credidit[156] ipſe,& domus[157] eius tota. Hoc[158] iterum[159] ſecundum ſignum fecit Ieſus cùm veniſſet[160] à Iudæa in Galilæam.

SENS. LIT. IN CAP. IIII.

150. Orig.oſtenditur eius dignitas,& officium;ex hoc quod ei ſerui occurrerunt. 151. Chry.æſtimantes iam eſſe ſuperfluam Chriſti præſentiam. 152. Int. non diffidit de miſericordia Domini,ſed deſiderat vt virtus diuina,ſeruorum confeſſione plurimis innoteſcat.Chry.apparet non integrè crediſſe; interrogat enim, volens ſcire vtrum caſu,an præcepto Chriſti hoc factum eſſet. 154. Chry. ſ. repentè, & ſimul. 155. Int.comparauit horam nunciantium,horæ prænunciantis,ſcilicet Chriſti. 156. Aug.ſi propterea credidit, quando rogabat,nondum credebat. Beda. datur intelligi eſſe in fide gradus,ſicut in alijs virtutibus,quibus eſt initium,incrementum,& perfectio : huius fides initium habuit, cùm filij ſalutem petiit; incrementum, dum credit ſermoni Domini;perfectionem verò obtinuit, nũciantibus ſeruis. 157. Aug.ad ſolum ſermonem crediderunt plures Samaritani:ad illud miraculum ſola illa domus. 158. Chry.hoc addit,oſtendens ſecundo ſigno facto,nõdum ad altitudinem Samaritanorum,nullum ſignum videntium, Iudæos perueniſſe. 159. Orig.duplex ſenſus ; alter Chriſtum duo feciſſe miracula cùm veniſſet à Iudæa in Galilæam ; alter duo in Galilæa miracula feciſſe;& eorum ſecundum,cùm veniſſet à Iudæa in Galilæã:& hic ſenſus verus eſt.Glo.de omnibus miraculis à Chriſto factis ante Iohannis mortem,non facit Iohannes mentionem niſi de iſtis,& de diſputatione Chriſti cum Iudæis, de qua ſuprà;cæteri enim Euangeliſtæ,quæ hic reticet,planè dixerunt.

SENS. MYST. IN CAP. IIII.

153. Int.in figura ſancti Spiritus ſeptiformis,in quo omnis ſalus.Orig.Septenarius.numerus eſt quietis.Alc.per ſeptiformem ſpiritum eſt remiſſio peccatorum ; ſeptenarius enim in tria & quatuor diuiſus, ſignificat ſanctam Trinitatem in quatuor mundi partibus. 160. Orig.quod Chriſtus bis in Galilæam venit,ſignificat duplicem in mundum aduentum; alterum miſericordiæ,quo vino facto conuiuas exhilaret;alterum quo ad mortem penè deductum, ſuſcitet filium Reguli.i.populum Iudæorum, qui ſaluabitur in fine.Chriſtus magnus Rex regum,qui conſtitutus eſt à Deo in monte Sion; reguli autem , qui eius diem viderunt,& gauiſi ſunt, vt Abraham:fuit verò præcedentibus ſanctis carne exutis,Iſraëliticus populus curæ:vnde legitur in Machabæis : Hic eſt Ieremias Propheta Dei, qui plurimum orat pro populo. Abraham igitur obſecrat adiuuari à Saluatore populum infirmum. Poſſunt & ſignificari duo aduentus Chriſti ad animam:alterum quo facto vino , præbet animæ gaudium ſpiritualis conuiuij : alterum quo omnes languores & mortis reliquias amputat.

ADDIT. AVCT. *dd. pro,habuiſſet. 159. ſcilicet,in Galilea.*

CAPVT V.

POST[1] hæc erat dies feſtus[2] Iudæorum,& aſcendit[3] Ieſus Hieroſolymam. Eſt autem Hieroſolymis

SENS. LIT. IN CAP. V.

1. AVG. de conſ. Euang. lib. 4. cap.10. poſt factum miraculum in Galilæa, redit Hieroſolymam.2. Chry.ſcilicet Pentecoſtes;ſolet verò Chriſtus in feſtis aſcendere Hieroſolymam, vt cum Iudæis feſtos dies agens , non videatur Legi contrarius ; ſimul vt multitudinem ſimplicem , quæ tunc maximè ſolebat concurrere , per ſigna & doctrinam attrahat. 3. Int. ſolennitatem celebrat cum hominibus homo.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

2. *ſcilicet Pentecoſtes,ſecundùm Chry.ſecundùm Iren.& alios,Paſcha.*

probatica[4] piſcina,quę cognominatur Hebraicè Bethſaida[a],quinque porticus habens. In his iacebat multitudo[b] magna languentium,cæcorum,claudorum,aridorum[c],expectantium aquæ motum[6]. Angelus[7] autem Domini deſcendebat ſecundùm tempus[d] in piſcinam: & mouebatur aqua. Et qui[8] prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi triginta[10] & octo annos habens in infirmitate ſua. Hunc[11]

Sens. Lit. In Cap. V.

4. Alc. [illegible],probaton Græcè,ouis:probatica ergo pecualis, vbi ſacerdotes cadauera hoſtiarum abluebant. 5. Chry. Baptiſmatis imago erat in piſcina,& in aliis pluribus, vt in aqua purgante corpora à ſordibus contractis,à funere & lepra,&c. 7. Chry. non ſanabat aquá niſi in Angeli deſcenſione,ſic baptiſmi aqua non operatur,niſi cùm Spiritus ſancti gratiam ſuſceperit;tunc verò omnia ſoluit peccata. Deſcendebat ergo Angelus,& ſanatiuam imponebat virtutem, vt diſcerent Iudæi multo magis Angelorum Dominum omnes animæ ægritudines ſanare poſſe. 8. Chry. Nunc vnuſquiſque accedere poteſt,etſi orbis terrarum vniuerſus veniat;gratia non conſumitur, vt nec lux ſolis minor fit ob multam communicationem. 11. Aug. plus eſt quod Chriſtus ſanauit vitia animarum, quàm quod languores corporum moriturorum;ſed quia anima non eum nouerat à quo ſanãda erat, & oculos habebat in carne,vnde corporalia videret,& nondum in corde ſanos habebat,vnde Deum latentem cognoſceret, elegit Chriſtus vnum quem ſanaret,fecitque quod videri poterat, vt ſanaretur vnde videri non poterat: & quidem ſi humano ingenio conſideremus miraculum hoc,& quod ad poteſtatẽ pertinet non magnum aliquid fecit,& quod ad benignitatem parum fecit; poterat quippe vno verbo omnes erigere,ſed poteſtas illa & bonitas magis agebat,quid animæ in factis eius pro ſalute æterna intelligerent, quàm quid pro temporali ſalute corporis mererentur. Animæ ergo credituræ,cuius peccata dimittere venerat, de hoc languido ſanato magnum ſignum dedit.

Sens. Myst. In Cap. V.

4. Beda. Iudæorũ populus ouis nomine ſignificatur, iuxta illud: Nos populus tuus,& oues gregis tui. Aug. Aqua illa.i.populus ille,quinque libris Moyſi,tanquã quinque porticibus claudebatur, ſed illi libri prodebant languidos,non ſanabant;lex enim peccatores conuincebat,non abſoluebat. Glo. populus Iudæorum,vt aqua,modò quietus,modò ventis tentationum turbatus. b. Beda. multa genera languentium,illic cæci.i.ſcientiæ lumine carentes:claudi.i.ad ea quæ viderunt implenda, vires non habentes:aridi.i.ſupernæ dilectionis pinguedine carentes. 6. Int.i.mortẽ Chriſti,& inde redemptionem. Aug. venit Chriſtus ad populũ Iudæorum,& faciendo magna,docendo vtilia,turbauit aquã.i.peccatores præſentia ſua,& excitauit ad paſſionem ſuã,ſed latẽs turbauit;ſi enim cognouiſſent, nunquã Dominum gloriæ crucifixiſſent. Deſcendere in aquã turbatã,eſt humiliter credere in Domini paſſione:quod verò ſanatur vnus, ſignificatur Eccleſiæ vnitas;ſi quis poſtea venit.ſ.præter veritatem ſit, ſanari non poteſt. 8. Int. etſi plures ſanãtur morte Chriſti,propter vnitatem tamẽ vnus dicitur ſanari. 10. Int. ſignificat multis,& magnis peccatis oppreſſum. Aug. hic numerus ad languorem pertinet, quadragenarius enim numerus nobis in quadã perfectione cõmendatur;lex enim in decẽ præceptis data, prædicanda erat per totum mũdum,qui quatuor partibus cõmendatur:& Euãgelium per quod impletur lex, quatuor libros habet:ſi ergo in quadragenario legis perfectio,& hęc non impletur niſi in gemino præcepto charitatis, mirũ nõ eſt lãguere,qui quadraginta minus duos habebat. Chriſtus itaq; duo quædã iubẽdo,quod minus erat impleuit;in duobus enim Dñi iuſſis,duo præcepta charitatis ſignificata ſunt, Dei dilectio prior ordine pręcipiendi,proximi autẽ prior ordine faciendi:dicit ergo ei,tolle grabatũ,q.d.cùm eſſes languidus,portabat te proximus tuus, ſanus factus porta proximum tuum: dicit etiã,ambula.ſ.ad Dominum Deum tuum:porta eum cum quo ambulas,vt ad eum peruenias cum quo manere deſideras.

Addit. Avct. In Cap. V.

4. Gra. [illegible]*,in probatica,ſeu ſuper probatica. Hier. tamen & Theoph. legunt ſine præpoſitione:erat ergo piſcina in qua oues lauabantur. Alij fuiſſe forum ouium,alij locum vbi oues aſſeruarẽtur offerenda. 5. Gr.* [illegible]*.i.natatoria,erat autem locus in quo aqua pluuia colligebatur. a. ſic legit Hier. Alij Betheſda.i.domum,ſed locum effuſionis,quod,ſcilicet,in eam aqua aliũde influeret. c. id eſt, contractorum,ſeu aliquam partem corporis habentium aridam. 7. Gra. Angelus enim. d. i.certo quodam tempore,ſed hominibus ignoto,ideoq; multi illic diu expectabant.*

cùm vidiſſet Ieſus iacentem, & cognouiſſet quia iam multum[e] tempus haberet, dicit ei, Vis ſanus fieri? Reſpondit ei languidus: Domine[f], hominem[13] non habeo, vt cùm turbata fuerit[12] aqua, mittat me in piſcinam: dum venio enim ego, alius ante me deſcendit. Dicit ei Ieſus: Surge[14], tolle[15] grabatum tuum, & ambula[16]. Et[17] ſtatim ſanus factus eſt homo ille: & ſuſtulit grabatum ſuum, & ambulabat. Erat autem ſabbathum in die illo. Dicebant ergo Iudæi illi qui ſanatus fuerat: Sabbathum[18] eſt, non licet tibi tollere[g] grabatum tuum. Reſpondit eis: Qui[19] me ſanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Interrogauerunt[20] ergo eum, Quis eſt ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula? Is autem qui ſanus fuerat effectus[h], neſciebat quis eſſet. Ieſus enim declinauit[21] à turba conſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Ieſus in templo[22], & dixit illi: Ecce ſanus factus es, iam[i] noli

SENS. LIT. IN CAP. V.

12. Gloſſ. accendit ad amorem ſanitatis, de qua iam deſperabat. Chryſoſtom. non ſtatim ſanat, ſed primum familiarem ſibi facit, per interrogationem, futuræ fidei faciens viam: non expectat verò fidem, vt in aliis, qui eius virtutem agnouerant; hic enim nondum eum nouerat manifeſtè quis eſſet: interrogat etiam, vt oſtenderet iſtius patientiam, qui nihil turbatus ad talem interrogationem, manifeſtè reſpondit: vnde intelligere licet, cur aliis dimiſſis, ad hunc venerit. 13. Chryſoſtom. fortè putabat Chriſtum vtilem fore ad mittendum eum in aquam. 14. Auguſtin. Tria dixit, ſurge, quod fuit operatio ſanitatis, & tolle grabatum tuum, & ambula, quæ duo ſano imperauit.

15. Chryſoſtom. hoc iuſſit, vt credibile fieret miraculum, nec putarent apparentiam eſſe quod factum erat, niſi enim certiſſimè, & vehementer compacta eſſent membra, lectum ferre non poſſent.

17. Chryſoſt. non deriſit Chriſti imperium languidus, quod cùm Angelus deſcendens, & aquam turbans, vnum ſolum ſanaret, Chriſtus, qui homo eſſet, ſolo verbo ſperaret plus ſe poſſe Angelis, ſed audiuit, & non fecit incredulus. 18. Auguſtin. non calumniabantur Chriſto, quia ſanum fecerat ſabbatho, poſſet enim reſponderi, & iumentum in puteum cadens poſſe inde extrahi die ſabbathi; ſed quod portaretur grabatum die ſabbathi. 19. Aug. q. d. quare non acciperem iuſſionem à quo acceperam ſanitatem? 20. Chryſoſt. malignè, nec dicunt, quis eſt qui te fecit ſanum, ſed hoc dicunt quod videbatur transgreſſio. 21. Chryſoſt. vt eo abſente teſtimonium ſine ſuſpicione eſſet, & ne plus accenderetur eorum furor ſi præſens eſſet; ſolet enim eius qui inuidetur præſentia, inuidentium animos accendere. 22. Chry. curatus homo non ſeceſſit ad nundinas, nec ſe voluptati dedit; ſed in templo conuerſabatur, quod maximè religionis eſt ſignum.

SENS. MYST. IN CAP. V.

13. Auguſt. homo illi ad ſanitatem neceſſarius erat, ſed homo qui & Deus eſſet. 14. Int. à vitiis.

16. Int. de virtute in virtutem. Beda. Surge à torpore, & ignauia in quibus prius iacebas, & in bonis operibus proficere ſtude. Gloſ. diligendo Deum, feſtinanſque ad viſionem eius, nec fratrem propter amorem eius ad quem pergis deſerens, nec propter fratrem ab illo quærendo ceſſans. h. Aug. Et nos credimus in eum quem non videmus, & vt non videatur, declinat à turba. Quadam ſolitudine intentionis videtur Deus, turba ſtrepitum habet, viſio iſta ſecretum deſiderat. Gloſſ. qui vult ad viſionẽ Dei peruenire, fugiat turbam ſuorum affectuum, & malorum hominum, & adeat templum internæ orationis. Cæcus in turba poſitus, Ieſum non agnouit, ſed poſt in templo.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

e. id eſt, diu fuiſſe morbo vexatum. f. honoris cauſa, more Hebræo, etſi Chriſtum non noſſet.
15. id eſt, tolle lectum tuum. g. id eſt, geſtare. h. Græc. μηκέτι, ne poſthac.

peccare,[23] ne[24] deterius tibi aliquid contingat. Abijt[25] ille homo,& nunciauit[26] Iudæis,quia Ieſus eſſet qui fecit[27] eum ſanum. Propterea perſequebantur[28] Iudæi Ieſum,quia hæc faciebat in ſabbatho. Ieſus autem reſpondit eis, Pater[29] meus vſque[30] modò operatur, & ego[31] operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere; quia non ſolùm ſoluebat[32] ſabbathum,ſed & Patrem ſuum dicebat Deũ, æqualem[33] ſe faciens[34] Deo. Reſpondit[35] itaque Ieſus, & dixit eis: Amen, amen dico vobis, non poteſt[36] Filius à ſe

SENS. LIT. IN CAP. V.

23. Chryſ. apparet ex peccatis natam ei ægritudinem; ſolet Deus corpus punire pro his quæ anima delinquit. Vide verò vt hic pro peccato diu cruciabatur; nec enim temporis menſura peccata vindicantur,ſed ipſa delictorum natura. Nec verò miremur ſi non omnes pro peccatis hic torquentur,nihil enim hic pro peccatis pati, ſignum eſt maioris illic futuri ſupplicij. Accidunt autem & ægritudines propter probationem,ſicut in Iob,&c. Aduerte autem Chriſtum ſe oſtendere Deum,qui omnia ſciat quæ ab iſto facta fuerant delicta. Gloſ. iſtum Ieſus,ſicut exterius,ita intus ſanauit. 24. Chry. ſi graue ſuſtineamus pœnam pro prioribus peccatis,deinde in eadem incidamus, meritò grauiora patiemur. 25. Int. noto Ieſu non eſt piger in annunciando. 26. Int. iſte nunciat ſalutem vt ſequantur, ſed illi è contrà perſequuntur. 27. Chry. non maligna mente dicebat: ſi enim detrahere vellet, ſanitatem tacens, id dixiſſet quod videbatur Iudæis transgreſſio. 28. Aug. ille annunciabat,iſti inſaniebãt. 29. Aug. q.d. ne putetis ſabbatho ita requieuiſſe Patrem meum, vt ex illo non operetur; operatur enim ſine labore, & ego operor. Ideo autem dicitur requieuiſſe Deus, quia iam creaturam nullam condebat, quod quietem vocat Scriptura,vt nos admoneat poſt opera quieturos: nec ſperandam requiem, niſi redeas ad ſimilitudinẽ in qua factus es; quieuit enim Deus poſt factum hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuam. Idem 4. ſuper Gen. poteſt intelligi requieuiſſe Deus,quia vltrà non condidit aliqua genera noua rerum; operatur verò vſque nunc rerum adminiſtratione: ſi enim eius potentia à mundi gubernatione ceſſaret, omnia continuò dilaberentur,nec enim ſicut ſtructuram ædium cùm fabricauerit quis,abſcedit,illoq; ceſſante, ſtat opus eius,ita mundus à Deo conditus eſt. Glo. operatur Deus ſemper gubernando, ſuſtentando, renouando,propagando,vt permaneant condita. Itaque conſtat Sacramentum eſſe quod de requie ſabbathi legitur. 30. Aug. 4. ſuper Gen. ad litt. c. 12. ſignificatur continuatio quædam operis eius,quæ vniuerſam creaturam continet,& adminiſtrat,ex quo condita eſt. 31. Int. Sapiẽtia per quam facit Pater omnia. Aug. Quid expectatis vt non operer ſabbatho? per me enim facta ſunt omnia, verbo enim facta,& ego Verbum: per me fecit cùm fecit Pater mundum,per me regit cùm regit. Chry. Chriſtus cùm diſcipulos excuſat,Dauid conſeruum eorum in medium adfert,cùm autem de ipſo erat accuſatio,ad patrem confugit,notandùm verò ſe excuſare quandoque vt hominem,quandoque vt Deũ,vt hoc loco, vtrunque enim credi volebat: vocat ergo Patrem ſuum ſingulariter,ſeque eadẽ dicit cum illo agere. Aug. Pater ſine Filio non operatur. Chry. q.d. ſicut Pater operans ſabbatho abſolutus eſt à crimine, ita & Filius, cuius par dignitas eſt cum Patre. 32. Int. quantum ad opinionem illorum. 33. Int. non vt nos,qui Patrem eum vocamus,ſed æqualem ſe faciens Deo. Aug. Ecce intelligunt Iudæi,quod non intelligunt Arriani. Chry. verè hoc ſignificabat Chriſtus,& non Iudæi inaniter ſuſpicabantur,alioquin mentẽ illorum correxiſſet. 34. Aug. non ipſe ſe faciebat æqualem,ſed Pater illum æqualem genuerat. 35. Hil. 7. de Trin ſuprà reſpondit ſuum opus Patris eſſe,nunc natiuitatem ſuam confirmat,& naturæ virtutem.

36. Int. i. Filius ſecundùm hoc quod eſt homo,nihil poteſt,niſi quod Pater dat,& docet. Aug. non vt Arriani volunt,ſe negat hoc loco æqualem Patri,ſi enim Deus erat Verbum,& eſt Deus maior,& Deus minor,duos Deos colimus,non vnum Deum: hoc ergo ſignificat,ita ſe æqualem,vt à Patre ſit, & ab eo vt ſubſtantiam,ita potentiam habeat. Chry. i. nihil contrarium Patri, nihil ab eo alienum Filius facere poteſt: quod non Filij imbecillitatem, ſed multam virtutem oſtendit, vt cùm dicimus Deum peccare non poſſe. Aug. cont. ſermonem Arrianorùm, non deficientis hoc eſt, ſed in eo quod de Patre natus eſt permanentis,non enim deficienter non poteſt,ſed potenter.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

26. ſimplici animo,tanquam diuinum hominem. 32. ſ. illorum opinione. 33. dum ſe ſ. dicit proprium eius Filium. Græcè enim ἴδιον,vbi dicitur ſuum,vel quia ſe dicebat perinde vt Patrem operari.

facere quicquam, [*] niſi quod [37] viderit Patrem [m] facientem. [38] quæcunque enim ille fecerit, [39] hæc & [n] ſimiliter. Filius facit. [40] Pater enim diligit Filium, & [41] omnia demonſtrat ei quæ [o] ipſe facit, & [42] maiora his [43] demonſtrabit ei [p] opera, vt vos [44] miremini. Sicut enim Pater ſuſcitat [45] mortuos, & [46] viuificat, [*] ſic & Filius [47] quos vult viuificat. [48] Neque enim Pater iudicat quicquam, ſed [49] omne iudicium [50] dedit Filio, [51] vt omnes [52] honorificent Filium,

Sens. Lit. In Cap. V.

37. Aug. videre Filij eſt natum eſſe de Patre: non alia viſio eius, alia ſubſtantia, totum quod eſt, de Patre eſt. Hilar. 7. de Trin. non corporalibus modis Deus videt, ſed viſus ei omnis in virtute naturæ eſt.
39. Int. à Patre habet quod poſſit; quia à Patre habet quod ſit. Aug. ne quis putaret quaſi duos fabros, vnum magiſtrum, alterum diſcipulum, qui illum imitetur, non dicit, ſimilia facit, ſed hæc eadem addit vero ſimiliter, ne alius error naſceretur, quod facerent diſſimiliter, vt cùm idem facit animus & corpus, ſed ille vt Dominus, hoc vt ſeruus. Hil. 7. de Trin. omnia & eadem dixit ad oſtendendam eandẽ naturam; ſimiliter verò ad excludendum ſolitudinem operãtis: itaque eadem facta naturam, ſimiliter facta natiuitatẽ teſtantur. 40. Aug. pertinet hoc ad id quod ſupra dictum eſt, niſi quod viderit Patrẽ facientem. 41. Int. ſicut ſuprà ait, Viderit Patrem facientem. Aug. vbi demõſtrat Filio quod facit, niſi in ipſo Filio per quem facit: non prius faciendo demonſtrat Filio, ſed videt Patrem Filius demonſtrantem antequam aliquid fiat, & ex demonſtratione Patris, & viſione Filij fit, quod fit à Patre per Filium: dicit Pater Filio, & ipſe Filius eſt verbum Patris. demonſtrans Pater Filij viſionem gignit: demonſtratio quippe generat viſionem: nec aliud eſt Pater, aliud eſt demõſtratio; aliud Filius, aliud eius viſio: videre Patrem, hoc eſt, illi eſſe Filium, vidẽdo natus eſt, & ab eo eſt illi videre à quo eſſe. Hilar. 7. de Trinit. demõſtratio operum nihil aliud nobis quàm natiuitatis fidem ingerit; vt ſubſiſtentem Filium, ex ſubſiſtente Deo Patre credamus. 42. Int. ſ. corporalibus curationibus. Aug. maiora opera ſunt mortuos ſuſcitare, quàm languidos ſanare. 43. Glo. demonſtrabit ei. i. per eum faciet. 44. Int. quaſi de æquali Patri quẽ non creditis æqualem. 45. Int. ſ. quos vult. 46. Int. ſ. in animabus. 47. Aug. ne quis putaret minus potentem Filium, aut tanquam miniſtrum agere; eadem enim Patris & Filij poteſtas, & voluntas.
48. Aug. ſignificat ſe de reſurrectione illa loqui, quæ futura eſt in iudicio: vel ſuprà de reſurrectione animarum locutus, nunc de reſurrectione corporum loquitur: vide autem vt Chriſti verbum mentem noſtram verſando exerceat, vt exercendo, mundet; mundando, capaces reddat; capaces factos, impleat; paulo enim antè videbam quaſi Patrem facientem, & Filium expectantem: modò video Filiũ faciẽtem, & quaſi Patrem vacantem. 49. Aug. 1. de Trin. cap. 13. Pater ſecundùm hoc quod æqualem genuit Filium cum Filio iudicat, vnde de illo dicit Filius, Eſt qui quærat & iudicet: ſed dicitur non iudicare, ſed omne iudiciũ dediſſe Filio; quia Filius in iudicio nõ in Dei, ſed Filij hominis forma apparebit: nõ iudicat ergo Pater, ſed Filius; nemo enim in iudicio videbit Patrem, ſed omnes Filium. Hil. 7. de Trin. in eo quod omne iudicium datũ eſt, natiuitas demonſtratur; quia omnia habere ſola natura poteſt indifferẽs, nec natiuitas aliquid habere poteſt, niſi datum ſit. 50. Chry. ſicut dedit vitam. i. genuit viuentem, ita dedit iudicium. i. genuit eum iudicem, poſitum enim Verbum, dedit, ne ingenitum Filium ſuſpiceris, aut duos Patres: dicit verò omne iudicium, quia Dominus eſt & puniendi, & honorandi, vt voluerit. Hil. 7. de Trin. non eſt ademptum Patris iudicium, Filij enim iudicium ex iudicio eſt paterno. 51. Chryſoſt. ne audiens Patrem habere authorem, diſſimilitudinem ſubſtantiæ putares, & honoris, eundem oſtendit eſſe honorem Patris, & Filij. Auguſt. prius Filius videbatur vt ſeruus, Pater honorabatur vt Deus: apparebit Filius æqualis Patri, vt omnes honorificent Filium, ſicut honorificant Patrem. 52. Int. non vt minorem, ſed ſicut honorificant Patrem.

Addit. Auct. In Cap. V.

** pro, ſed ſolum, ſic Ioan. cap. 15. & Gal. 2. & Matt. 12. 37. ſ. à Patre habet vt faciat. m. ſ. ſecum ſimul. n. ſ. quantum ad potentiam, libertatem, ſcientiam, &c. 41. i. communicat, vel ſignificatur Filium videndo ſimul accipere faciendi poteſtatem, & quidem ei idem eſt videre quod poſſe, & Patri idem oſtendere, quod communicare. p. ſ. ſuſcitare mortuos, iudicare mundum, iuſtificare peccatores. 45. vt dicitur 1. Reg. 2. Deuter. 32. Pſal. 67. * pari, ſcilicet, cum Patre, non ſolùm poteſtate, ſed etiam libertate.*
48. Ex ſumma re ſibi communicata probat ſuperiora, proprium enim Deo mundum iudicare. Dicitur verò Pater non iudicare; ſcilicet, modo ſenſibili vt Filius qui in iudicio apparebit. 49. id eſt, vniuerſale, vel de omnibus.

ſicut

ſicut honorificant Patrem.[53] Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui [54] miſit illum. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & [55] credit ei qui [56] me miſit, habet [57] vitam æternam, & in iudicium non [58] venit, ſed tranſiet [59] à morte in [60] vitam. Amen, [61] amen dico vobis, quia venit hora [62] & nunc eſt, quando [64] mortui [65] audient [66] vocem [67] Filij Dei, & qui [68] audierint, viuent. [69] Sicut [70] enim Pater habet vitam in [71] ſemetipſo; [72] ſic dedit [73] & Filio habere vitam in

Sen. Lit. In Cap. V.

53. Aug. ſi Filium tanquam minorem honorificas, ibi tollis honorem Patris, vbi minorem das Filios quaſi Pater æqualem Filium generare aut noluerit, aut non potuerit: ſi noluit, inuidit, ſi non potuit, defecit. Glo. honorat Deum, qui credit Creatorem, Omnipotentem, Æternum, honorat Patrem, qui credit eum habere Filium æqualem ſibi, honorat Filium, qui credit eum eſſe æqualem Patri. 54. Aug. miſſionem audi, non ſeparationem, Pater qui miſit Filium, nõ receſſit à filio. vnde: Non ſum ſolus, quia Pater mecum eſt. Idẽ 4 de Trinit. non ideo miſſus dicitur, quòd de Patre natus, ſed vel quia apparuit mundo, Verbum caro factum. vnde, A Patre exiui, & veni in mundum, vel quia ex tempore alicuius mente percipitur. vnde, Mitte illum vt mecum ſit, & mecum laboret. Hil. 7. de Trinit. concluſa ſunt omnia aduerſum hæretici furoris ingenia, Filius eſt, quia à ſe nihil; Deus eſt, quia eadem facit quæ Pater; vnũ ſunt, quia exæquantur in honore; non eſt Pater ipſe, quia miſſus eſt. r. Int. id eſt, intelligit. Gloſ. id eſt, qui credit me Filium, & cum Patrem: hæc eſt enim vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, &c.

55. Int. ſ. me miſſum ad ſalutem hominum. 56. Aug. non dixit mihi, ſed ei qui miſit me, ſignificans verbum eius eſſe in ſe, q. d. cùm illi credit, verbo eius credit, mihi credit; quia Verbum Patris ſum. Chry. non dixit, credit mihi, ne putaretur tumor, & gloriatio; ſed ei qui me miſit, vt ſuſceptibilis ſermo fieret.

57. Int. ex Patre, cui credit, & ſimiliter ex me, qui ſum vna vita cum eo: & hoc eſt quod dicit, & qui audierint, viuent. 58. Int. ſ. damnationis. Aug. Secundùm iudicium diſcretionis oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Chriſti: hic verò iudicium damnationis intelligitur. 59. Aug. non nunc tranſit, ſed iam tranſiit, à morte infidelitatis, ad vitam fidei; à morte iniquitatis, ad vitam iuſtitiæ; vel ne quis putaret credendo non ſe moriturum ſecundum carnem, hoc dicitur, cùm enim perſolueris mortem veteris hominis, quæ debetur ſupplicio Adam, tranſitum facies de morte ad vitam æternam, quæ ſola vera vita eſt. 60. Aug. de verb. Dom. Si tanto labore & cura agitur, vt aliquanto plus viuatur, quomodo agendum eſt vt ſemper viuatur? etſi prudentes ſunt qui omnibus modis agunt vt mortem differant, & viuant paucos dies; quàm ſtulti ſunt qui ſic viuunt vt perdant æternum diem? 63. Aug. adhuc agitur hora iſta, & vſque ad finem ſeculi ipſa hora vna agitur, vt Iohannes dicit, nouiſſima hora eſt.

64. Chry. hoc addit, ne longum forte ſuſpiceris tempus. Theoph hoc dixit de mortuis, quos erat ſuſcitaturus; vt filio archiſynagogi, filio viduæ & Lazaro. 65. Int. ſ. ſine fide in peccatis. 66. Int. ſ. credendo. Aug. i. obedient; qui enim credunt, & ſecundùm veram fidem agunt, viuunt. 67. Aug. de verb. Dom. ſ. Euangelij. 68. Int. ſ. obediendo. 69. Int. nunc & ſemper. Aug de verb. Dom. iuſtificabuntur.

70. Aug. oſtendit Filium vitam habere vnde viuant credentes. Hil. lib. de Synodis, quidam Filio tribuunt, vt Patri tantùm virtute ſimilis ſit, non autem natura non intelligentes, non niſi ex naturæ ſimilitudine, ſimilitudinem eſſe virtutis, poteſt Filius idem cum Patre, quæcunque enim Pater facit, &c. habetque naturæ ſimilitudinem, ſicut enim Pater habet vitam, &c. in vita enim naturæ, & eſſentiæ ſignificatio eſt, quæ ſicut habetur, ita data eſſe docetur ad habendum: eſſentia quæ de eſſentia naſcitur, non diſſimilis naſcitur. 72. Aug. Ipſe ſibi vita eſt, non particeps vitæ, quæ non ſit quod ipſe. 73. Auguſt. 15. de Trin. c. 27. ſ. gignendo ſine tempore. Hil. 7. de Trinit. habet Filius natiuitatis perfectionem ſine nouitate naturæ. Aug. dedit Filio, tale eſt, ac ſi diceretur genuit Filium, generando enim dedit. Hil. lib. de Synodis. Diſcernitur perſona accipientis, & dantis. Gloſ. dedit. i. vita genuit vitam.

Addit. Auct. In Cap. V.

53. i. eodem honore. q. i. doctrinam. 57. ſ. ſpe, & merito. 59. Græc. præteritum eſt, ſed pro futuro, vel ſignificatur tranſiiſſe iam à morte anima ad vitã. ſic 1. Ioan. 3. tranſlati ſumus de morte ad vitã, &c.

62. i. aduentat, appropinquat. 64. i. propè eſt, vel ſignificatur incœpiſſe iam nouiſſimam horã. i. tempus, ſic enim vocatur ætas Euangelij. 65. vt Lazarus, & alij. 66. i. ſentiens vim vocis, vel obedient veluti ſi audiſſent. 72. tanquam fons vitæ.

ſemetipſo:[74] & poteſtatem[75] dedit ei iudicium facere;[76] quia Filius hominis eſt.[77] Nolite mirari[78] hoc,quia venit hora[79] in qua omnes[80] qui in monumentis[81] ſunt,audient vocem Filij[82] Dei,& procedent[83] qui bona[84] fecerunt,in reſurrectionem[85] vitæ.[s] qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij[86] Non[87] poſſum ego à me ipſo facere quicquam. Sicut audio,[88] iudico:*& iudicium[89] meum iuſtum eſt,quia non quæro voluntatem meam,[90]ſed voluntatem eius[91] qui miſit me.

Sen. Lit. In Cap. V.

74. Aug.vt ipſe eſſet plenitudo vitæ,vnde credẽtes viuerent,dum viuerent,hoc tamen intereſt,quia Pater dedit,Filius accepit.Glò.Pater eſt vita non naſcendo, Filius eſt vita ex Patre naſcendo. 75. Glo. poſtquam dixit de reſurrectione animæ, ſubdit de reſurrectione carnis. 76. Chry. continuè circa hæc verſatur,Iudicium,dico Reſurrectionem,& Vitam; hæc enim maximè poſſunt, etiam inflexibilem auditorem permouere, perſuaſus enim ſe reſurrecturum, & peccatorum pœnas daturum, benignum ſibi curabit iudicem facere. 77. Chry.ita legendum,quia Filius hominis eſt, nolite mirari, & non vt Paulùs Samoſatenus legit, dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis eſt, non enim ſuſcepit iudicium, quia homo eſt, ſed quia ineffabilis Dei Filius,ideo iudex.Augu.animas ſuſcitat Deus per Chriſtum Filium Dei,corpora verò per eundem Filium hominis:vnde additur, quia filius hominis eſt, nam ſecundùm quod Dei Filius eſt, ſemper habuit.Idem de verb.Dom. Serm.64. ad iudicium ventura eſt forma hominis:forma illa iudicabit, quæ iudicata eſt:ſedebit iudex,qui ſtabat ſub iudice: conueniens erat vt iudicandi viderent iudicem,formaque ſerui bonis, & malis oſtenderetur, at forma Dei ſolis bonis ſeruatur. 78. Int.ſ.quod Filius hominis habet poteſtatem iudicij, mirum enim videtur, cum hoc magis conueniret Filio Dei.Chry.cauſam ſubdit quare non ſit mirandum, ea ſubiungens, quæ declarent eſſe Filium Dei,& Deum,reſurrectio enim proprium Dei opus. 79. Int.ſ.in fine ſeculi.Aug.de verb.Dom. Ser.64.itaque non addidit,& nunc eſt. 80 Int.ſ.tam boni quàm mali.Aug.ſuperiùs non dixit,omnes mortui; loquebatur enim de iniquis, Non omnes autem iniqui obediunt Euangelio. 81. Int.ſ.corpora, non animæ.Aug. 82. Int. non vt viuant ſicut ſuprà, ſed vt reſurgant. 83. Int. adhuc indiſcretio. Aug non dixit,& viuent,vt ſuprà,vbi vitam æternam intelligebat,& beatam, quam non omnes habebunt. 84. Int.ecce diſcretio iudicij.Chry.quia ſuprà dixerat,Qui audit ſermonem meum, & credit ei qui miſit me,in iudicium non venit, ne quis putaret fidem ſufficere ad ſalutem, adiecit hoc. 85. Int.vt videant Deum ſicuti eſt. 86. Int.ſ.damnationis.Aug.iudicium pro pœna poſuit. 87. Aug.oſtendit ſe ſecundùm Patrem iudicaturum. Chryſ.oſtendit impoſſibile eſſe ſe aliud velle quàm Pater velit, ſeque ita iudicaturum, ac ſi Pater ipſe eſſet, qui iudicaret.Glo.qui non eſt à ſe, non facit à ſe, & ita qui culpat eum de opere ſabbathi,culpat Patrem. 88. Aug.loquens ſuprà de reſurrectione animarum,vſus verbo video, nunc verbo audio; loquitur enim vt homo.Idem in Serm.cont.Arrianos in illa incommutabili, & ſimplici natura,quæ ſic eſt Filij,vt tamen ei de Patre ſit, non aliud eſt audire, aliud videre, aliud eſſe: vnde ab illo eſt ei audire & videre,à quo & ipſum eſſe;& ideo ſicut audit,iudicat,quia ſicut genitum eſt verbum vt idem ſit veritas,ita ſecundùm veritatem iudicat.Glo.audio,i.ſcio;non eſt enim aliud audire, quàm ſcire, vel eſſe. 89. Int.quo iudico cum Patre; quia non quæro voluntatem meam, i.propriam Filij hominis, ſed quæ cum Patre Filio eadem eſt. 90. Int.ſ.hominis.Aug.Serm.cont.Arr.cap.18. hoc dicens,ad illum hominem voluit referre intentionem noſtram, qui voluntatem ſuam quærendo, non eius à quo factus eſt, non habuit iuſtum iudicium de ſeipſo, ſed iuſtum iudicium habitum eſt de ipſo; dicitur autem Chriſtus non quærere voluntatem ſuam, non quia eius in iudicando nulla voluntas eſt, ſed quia non eſt à voluntate Patris aliena.Idem in Ioan.Non quæro voluntatem meam propriam,quæ reſiſtat Deo:vel hoc dicit, quia non eſt de ſe, ſed de Patre: Filius vnicus dicit, non quæro voluntatem meam, & homines volunt facere voluntatem ſuam? 91. Int.ſ.Dei Patris. Glo.quæ eſt de ſalute hominum; quia ad hoc me miſit,i.incarnari fecit. loquitur Chriſtus aliquando ſecundùm quod eſt æqualis Patri,vt probetur in eo vera Deitas:aliquando ſecundùm quod minor,vt probetur vera humanitas.

Addit. Avct. In Cap. V.

*77. quatenus homo eſt,coniungendum cum præcedentibus, accepit enim vt homo poteſtatem iudicandi. Filius hominis pro homine. Heb. 78. eoq; minus credere. 81. pro, mortui. 82. de qua 1. Cor.15.1. Theſſ.4. Matt.25.formabitur autem miniſterio Angelorum. 83. Gr. ἐκπορεύσονται, prodibunt ſ.è monumentis. s. ſ.beata. 87. oſtendit ſe iuſtè iudicaturum. 88. ſ.à Patre. * pro,propterea.Heb. 90. quæ ſcilicet,ſit aliena à Patris voluntate.*

Si[92] ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum.[93] Alius[94] eſt qui teſtimonium perhibet[95] de me : &[t] ſcio quia verum[96] eſt teſtimonium eius quod perhibet de me. Vos[97] miſiſtis ad Ioannem,& teſtimonium perhibuit[98] veritati.[99] Ego autem[100] non ab homine teſtimonium accipio[101], ſed[102] hæc dico vobis, vt vos ſalui ſitis. Ille[103] erat[104] lucerna[105] ardens[106], & lucens[107] : vos autem voluiſtis ad horam[108] exultare[u] in luce[109] eius. Ego autem habeo teſtimonium maius Ioanne[x] ; Opera[110] enim quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea:ipſa opera quæ ego facio,teſtimonium perhibent[111] de me,quia Pater[112] miſit me[113] : & qui miſit[114] me Pater, ipſe teſtimonium perhibuit[115] de me. neque[116] vocem[117] eius vnquam audiſtis[118], neque ſpeciem[119] eius vidiſtis[120],

Sens. Lit. In Cap. V.

92. Int.ſ.homo.Alc.ſi ego homo, de me teſtimonium perhibeo. 93. Int.id eſt, vobis incredibile videbitur.Chry.loquitur quantum ad illorum opinionem:itaque teſtes inducit eorum quæ dicta ſunt, opera à ſe facta, Patris teſtimonium, & Ioannis prædicationem.Auctor.Vide additionem. 94. Int.ſ. Pater,quod poſt aperiet ibi,qui miſit me Pater.Chry.ſ.Ioãnes.Aug.de verb.Dom.Serm.43.nouerat ipſe verum eſſe de ſe teſtimoniũ ſuum,ſed propter infirmos,& incredulos,qui fulgorem Solis ferre non poterant,quærebat Sol lucernas:ideo quæſitus eſt Ioannes,qui teſtimonium perhiberet veritati.ſed ſi diligentius inſpicimus,quando martyres perhibent Chriſto teſtimonium, ipſe ſibi perhibet teſtimonium, habitat enim in martyribus,vt perhibeant teſtimonium veritati. 95. Int.vt in baptiſmo, & in monte.
96. Int.quia eſt à veritate,quę eſt Deus. 97. Int.ſ.Sacerdotes & Leuitas.Chry.q.d.non miſiſetis,niſi eum dignum fide opinaremini. 98. Int.q.d.Ioannes etiam, qui ex Deo eſt, teſtatur de me. 99. Int. non ſibi. 100. Int.quaſi dicat,non ſum contentus teſtimonio Ioannis. 101. Beda.id eſt, indigeo.
102. Chryſ.q.d.Ego quidem humano teſtimonio non egebam ; ſed quia ei magis attenditis, vobis eius teſtimonium commemoro. 105. Int.propter quod debetis ei credere. ¶ non lux.Chryſ. oſtendit non ex ſe habuiſſe lumen,ſed à Spiritus ſancti gratia.Alcui.Erat Ioannes lucerna,illuminatus à Chriſto luce; ardens fide & dilectione; lucens verbo & actione,qui præmiſſus eſt, vt inimicos Chriſti confunderet,ſecundùm illud:Paraui lucernam Chriſto meo,inimicos eius induam cõfuſione.Glo.omnes Prophetæ & Apoſtoli ſunt lucernæ:Chriſtus verum lumen,qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. 106. Int.ſ.Spiritu charitatis.Glo.qui me exterius oculis hominum viſibilem exhibuit, interius corda hominum ad me cognoſcendum accendit. 107. Int.ſ.lumine veritatis. 108. Chry.facilitatem credendi oſtendit,& quàm citò ab eo reſilierint:quod ſi non feciſſent, citò eos ad Ieſum manu duxiſſet. 109. Int.cùm ipſe tamen ſequi ſolem moneret. 110. Int. verè maius. 111. Int.quia talia opera non niſi à Deo poſſunt fieri. 112. Int. qui opera dedit. 113. Hil. 6. de Trin.quia opera non ſufficiunt incredulis ad teſtimonium. 114. Beda.miſſio, incarnatio eius debet intelligi. 115. Int.inuiſibiliter in cordibus hominum. 116. Int.ſed vos. Alcui.poſſent dicere Iudæi, nos ſoliti ſumus Dominum audire in Syna,& eum vidimus in ſpecie ignis : ſi ergo de ſe teſtimonium perhiberet, intelligeremus vocem eius. 117. Int.quæ non ante carnali, ſed tantùm ſpiritualiter capitur.Chry.oſtendit circa Deum nec vocem eſſe,nec ſpeciem,ſed ſuperiorem eſſe figuris & loquelis. 118. Alc.vocem ſpiritualem non audierant; quia eum amare, & præceptis eius obedire nolebant. 119. Int. quia ſubſtantia diuinitatis eſt inuiſibilis. 120. Alcui.fide,& dilectione videtur.

Addit. Avct. In Cap. V.

93. quaſi dicat.Ego ſi de me teſtimonium perhibeam, ſcio quod dicetis, vt ſoletis, Teſtimonium tuum non eſt verum. 94. ſ.Ioannes, vel Pater. t. nec veſtrãm incredulitatem moror. 101. ſ.mea cauſa.
105. accepto lumine fulgens. Gra.ὁ λύχνος, illa lucerna fortè de qua Pſal.131.paraui lucernam Chriſto meo. 108. id eſt,ad breue tempus,poſtea enim dicebant.q.d.eius lucem magno cum gaudio,ſed ad breue tempus excepiſtis, multum eius teſtimonio tribuentes. v. vt quibus tantus vir contigiſſet. x. id eſt, Ioannis teſtimonio. 117. Dei enim non eſt propriè vox, vt nec os,aut labia,nam qua in vet.Teſt.audita aliquando Patribus, Angelorum opera in aëre formabatur.

[121] & verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem miſit ille, [122] huic vos non
creditis. [123] Scrutamini Scripturas, [124] quia vos [aa] putatis in ipſis vitam æternam habere: [bb] &
illæ ſunt quæ teſtimonium perhibent de me, [125] & [126] non vultis [127] venire ad me [128] vt vitam
[129] habeatis. [130] Claritatem ab hominibus non [131] accipio. [132] Sed cognoui vos, quia dilectionem
Dei non habetis in vobis. [133] Ego veni in [134] nomine Patris mei, & non [135] accepiſtis me: ſi
[136] alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis. [137] Quomodo vos poteſtis credere, qui
gloriam ab inuicem accipitis; & [138] gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? [139] Nolite
[140] putare quia ego accuſaturus ſum vos apud Patrem: [141] eſt qui accuſat vos, Moyſes, in
quo vos ſperatis. [142] Si

SENS. LIT. IN CAP. V.

121. Int. quod erat in principio. Chry. Præcepta, Legem, & Prophetas. 122. Int. quia his quæ auditis à me, non creditis, nec amatis. Alc. Verbum quod erat in principio non habent in ſe manens, qui verbum Dei quod audiunt, memoria tenere, & opere implere contemnunt. 123. Alc. q. d. vos qui me quaſi contrarium Moyſi repudiatis, eius teſtimonio me Deum eſſe intelligere poteſtis. Chry. poſſent illi dicere, ſi vocem eius non audiuimus, qualiter de te Deus teſtatus eſt? per Scripturas, inquit, de me eſt teſtatus: teſtatus quidem erat in Iordane, & in monte; ſed hanc vocem illi non audierunt: factam verò in Iordane audierunt, ſed non attenderunt; ideo ad Scripturas mittit: dicit verò, ſcrutamini; erant enim de ipſo dicta in Scripturis recondita, veluti theſaurus quidam. 124. Chry. oſtendit illos non magnum fructum capere ex Scripturis, ſola lectione ſe putantes ſaluari, cùm fide eſſent priuati. 125. Int. pro, & tamen. 126. Int. ſ. per illas. 127. Int. id eſt, credere in me. Beda. quod venire, pro credere ponatur, illud oſtendit, accedite ad eum, & illuminamini. 128. Int. quam in Scripturis quæritis. 129. Beda. Si anima quæ peccat morietur, ipſi mortui erant: promittebat ergo illis vitam animæ: vel felicitatis æternæ.
130. Int. id eſt, humanam laudem non quæro, nec honorem, qui veni dare ſpiritualem. Chry. quia meminerat Iohannis, & Dei teſtimonij, & operum ſuorum; probabile erat multos ſuſpicari illum per hæc humanam gloriam captare. 131. Chry. non indiget ſol lucernæ lumine. Alc. non veni vt honorem ab hominibus carnalem acciperem, ſed eis darem ſpiritualem: non itaque loquor gloriam quærens, ſed vobis errantibus condoleo, & reducere volo ad viam veritatis. 132. Chry quaſi dicat, ideo hoc dixi, vt conuincam vos, quòd propter Dei amorem me nō perſequimini, ipſe enim mihi atteſtatur, & per opera, & per Scripturas. 133. Chry. oſtendit illos Deum non amare. 134. Alc ſ. vt per me glorificetur nomen Patris; quia Patri omnia attribuo. 135. Alc. quia Iudæi noluerunt accipere Chriſtum, pœna peccati huius conguiet vt recipiant Antichriſtum; & qui nolunt credere veritati, credant mendacio.
136. Alc. ſ. Antichriſtus. Int. qui dicet ſe eſſe Deum. 137. Chry. ponit cauſam infidelitatis eorum.
138. Alc. magnum vitium iactantia, & humanæ laudis ambitio. Beda. hoc vitium melius caueri non poteſt, quàm ſi nos puluerem eſſe conſideremus: etſi quid boni in nobis eſſe deprehendimus, Deo aſcribamus. Glo. humilitas ſolius Dei gloriā quærit, & ei ſoli placere appetit. 140. Int. quia non veni damnare, ſed ſaluare. Chry. 141. Int. quia voci eius non creditis; qua ait: Prophetam ſuſcitabit vobis Deus, ipſum audietis ſicut me. 142. Chry. dicerent qualiter nos accuſabit, quid tibi, & Moyſi commune, qui ſabbathum ſoluiſti? Ideo id ſubdit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

121. quaſi dicat, ex eo apparet Dei verba non eſſe in cordibus veſtris inſculpta, non altè infixa, quia mihi non creditis. 123. & Græcè & Latinè poteſt eſſe indicatiuum & imperatiuum. a a. ſcilicet, per earum intelligentiam, fidem & obſeruantiam. b b. pro, etenim illa. Hebr. 130. Græc. δόξαν, gloriam, quaſi dicat, non indigeo, non requiro, non magni facio. 134. id eſt, illius nomine, & ad eius gloriam faciens omnia. 136. q. d. ſi quis ad vos propheta falſus venerit, illum recipietis. 139. q. d. non erit opus vt ego vos accuſem, ipſa vos Moyſi lex, cui tantopere fiditis accuſabit vt tranſgreſſores, & qui et de me prædicenti non credatis.

enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan[143] & mihi. de me[144] enim ille ſcripſit.[145] Si autem illius litteris[146] non creditis,quomodo verbis meis[147] credetis?[148]

SEN. LIT. IN CAP. V.

145. Alc. Prophetam ſuſcitabit vobis Deus,&c.Chri.ſcripſit oportere ei obedire,ſigna facienti, & ad Deum ducenti, futuráque cum veritate prædicenti,quæ omnia Chriſtus fecit. Aug.contra Fauſt.lib.16. cap.9.quicquid Moyſes ſcripſit de Chriſtoeſt,id eſt,ad Chriſtum pertinet: ſiue quod eum figuris prænunciet, ſiue quod eius gratiam,gloriámque commendet. 146. Int.ſ. quæ de me teſtantur. Theoph. Libros reliquit,vt facilè recordari poſſetis.Chry.ſi attenderent his quę dicebantur,oportebat iſtos quęrere,& à Chriſto diſcere quæ illa eſſent quæ Moyſes de ipſo ſcripſiſſet;ſed ſilent,talis enim eſt nequitia, vt quicquid aliquis dicat,vel faciat,maneat proprium venenum conſeruans. 147. Int.qui à Lege prædictus ſum. 148. Alc.ex hoc colligitur, qui Legis præcepta implere negligunt, Euangelij dicta, quæ perfectiora ſunt,non poſſe implere.

ADDIT. AVCT. IN CAP. V.

145. Gen.40.Deut.18. 146. cuius tanta apud vos auctoritas. 147. quem præ Moyſe nullius eſſe pretÿ putatis.

CAPVT VI.

POST[1] hæc abiit[2] Ieſus trans[3] mare[4] Galilææ[5] quod eſt Tyberiadis:& ſequebatur eum multitudo[a] magna: quia videbant ſigna[6] quæ faciebat[7] ſuper his qui infirmabantur.[8] Subiit[9] ergo in montem Ieſus, & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.Erat autem proximum[10] Paſcha,[b] dies

SENS. LIT. IN CAP. VI.

1. IN T. ſ.interfecto Iohanne. 2. Chry. iacula vbi in durum aliquid inciderint, cùm magno impetu reſiliunt;ita audaces ſi durius tractes,ſæuiunt magis:ſi cedas,facilè mollitur eorum inſania.Chriſtus ergo furorem ex præmiſſis ſermonibus natum ſecedendo mitigat. 3. Chry. non ad eadem loca vnde Hieroſolymam aſcenderat.Theoph.tranſit Chriſtus de loco ad locum,probando populi voluntatem,& auidiorem,ſolicitioremq; reddens. 4. Alc.Hebraico more congregationes aquarum maria vocantur. 5. Alc.Galilææ dicitur à prouincia,Tyberiadis autem à ciuitate. Gloſſ. Tyberias & Capharnaū in eodem littore ex parte vna:in oppoſito verò littore, locus eſt vbi miraculum iſtud factum. 6. Chry. ſignis mouentur magis qui craſſiori mente ſunt.vnde Paulus: Signa non fidelibus, ſed infidelibus. Sapientiores autem, vt eſt apud Matthæum,ſtupebant in doctrina eius. 7. Chry. non dicit Euangeliſta, quæ illa fuerint; maiorem enim partem libri in Domini ſermonibus conſumere inſtituit. 8. Alcui. quoſcunque in corpore ſanabat,omnes reformabat in anima. 9. Chry. Aſcendit in montem propter ſignum quod fieri debebat;nos etiam erudiens à tumultibus, & ea quæ in mundo eſt turbatione ſecedere;apta enim ad philoſophiam ſolitudo. 10. Chry.vide vt integro anno Euangeliſta de ſignis Chriſti,paralyticum ſanatum,& filium reguli tantùm, nos docuerit. b. Beda.apparet vnius anni ſpatium fuiſſe inter decollationem Iohannis,& paſſionem Domini;Dominus enim, ſicut ait Matthæus, audita nece Iohannis, ſeceſſit in deſertum,vbi turbas pauit:erat verò(vt ait Iohannes) proximum Paſcha, qua feſtiuitate euoluto anno, paſſus eſt Chriſtus.

SENS. MYST. IN CAP. VI.

4. ALC. mare,turbidum ſeculum,quod Chriſtus adiit naſcēdo,calcauit moriendo, tranſiit reſurgendo;ſequutæ autem ſunt eum turbæ,credendo,& imitando. 9. Aug. Dominus in monte, Verbum Dei eſt in alto. Beda. ſubiit in montem quando cælum aſcendit. Alcui. quod turbis inferioribus relictis ad altiora cum diſcipulis aſcendit, oſtendit ſimplicibus minora præcepta committenda,perfectioribus altiora.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

a. Græc. ὄχλος πολύς, id eſt, turba multa,ſic infrà.

feſtus

[11] feſtus Iudæorum. Cùm [12] ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad [13] Philippum, [14] Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc autem [15] dicebat [16] tentans eum; ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. [17] Reſpondit ei Philippus, Du[c]centorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſque modicum quid accipiat. Dicit [18] ei vnus ex diſcipulis eius, [d] Andreas frater Simonis Petri. Eſt [19] puer vnus hic qui habet quinque panes [e] [20] hordeaceos, & [*] duos piſces: [21] ſed hæc

Sens. Lit. In Cap. VI.

11. Chry. non aſcendit ad diem feſtum, paulatim enim ſoluebat legem, occaſionem capiēs à Iudaïca nequitia. Theop. quia Iudæi cum perſequebantur, occaſionem receſſus accipiēs, legem abrogare cœpit, innuens veritate adueniente ceſſare figuras, ſeque legi non ſubiici. 12. Beda. non ſolebat oculos engere huc atque illuc, ſed pudicè ſedebat attentus cum diſcipulis. Chry. loquebatur cum his diligēter, eos ad ſe conuertens. 13. Chry. indigebat iſte ampliori doctrina, itaque eum priùs erudit. Aug. de conſ. Euāg alij Euangeliſtæ narrant rogatum à diſcipulis Dominum vt turbas dimitteret, quibus reſpondit, ſecundùm Matthæum, non habent neceſſe ire: poſt quæ verba intelligendum eſt inſpexiſſe multitudinem, & dixiſſe Philippo quod Iohannes commemorat. Chry. alia ſunt illa, alia hæc, non eiſdem facta tēporibus. 14. Chry. priùs cogit confiteri inopiam, vt certiùs diſcat miraculi magnitudinem, ſi enim ſimpliciter eſſet factum, non tantum appareret. 15. Alc. vt diſcipulo rudi propriam tarditatē oſtenderet, quam ipſe in ſe perpendere non valebat. 16. Int. fidem illius de futuro miraculo conſulens. 17. Theop. humanis adhuc ſubiacens paſſionibus. Alc. tarditatem ſuam oſtēdens, alioquin non diffideret de creatoris potentiæ largitate. Aug. de con. Euang. Marcus dicit reſponſum à diſcipulis: vel ergo ex ore cæterorū Philippus reſpondit, vel Marcus pluralem numerum poſuit pro ſingulari. 18. Int. eadem ſimplicitate qua Philippus. d. Auguſt. de conſ. Euang. cæteri Euangeliſtæ pluralem numerum pro ſingulari ponentes, quod Andreas ſubiecit, ex diſcipulorum perſona retulerunt. 19. Int. puer hic, vel vnus ex diſcipulis fuit, vel aliquis de turba. 20. Int. audierat Eliſeum paui ſſe de viginti panibus hordeaceis centum homines: aſcendit igitur mente in aliquod excelſum, ſed ad ſummum non potuit peruenire. Videāt autem qui voluptati attendunt, quid comedebant mirabiles illi, quantaque illis menſæ frugalitas. 21. Int. neque iſte adhuc perfectus in fide. Chry. putabat de paucioribus pauciora, de pluribus plura facturum: at Chriſtus nec materia ſubiecta indigebat, ſed ne viderentur creaturæ alienæ eſſe ab eius ſapientia, eis vtitur ad miracula. Theoph. confundantur Manichæi, qui dicunt panes, & alia huiuſmodi creata à malo Deo, nam ſi creaturæ malæ eſſent, nunquam bonus mala multiplicaſſet.

Sens. Myst. In Cap. VI.

13. Gloſ. Philippus, qui interpretatur os lampadis, figuram gerit prædicantiū, quibus in altitudine cum Chriſto conſtitutis, de carnalium hominum turba paſcenda, Dominus quotidie loquitur. 16. Aug. quia ignorantia populi erat in Lege, propterea tentatio Domini ignorantiā diſcipuli demōſtrabat. c. Gloſſ. Centenarius duplicatus, perfectio bonæ actionis, & rationalis ſcientiæ, quæ erudiendis in fide non ſufficiūt, niſi theologiæ altitudo addatur, quæ animas purgatas per bonam operationem, & per creaturarum ſcientias illuminatas, ad refectionis ſpiritualis plenitudinem perducit. 19. Gloſ. puer Moyſes qui vnus vnitatem Eccleſiæ præfigurabat, hic. i. in veteri Teſtamento. 20. Aug. lib. 83. q. q. 61. Quinque panes hordeacei, lex vetus, ſiue quod adhuc carnalibus data. i. quinque corporis ſenſibus deditis. Nam & turba quinque milia hominum, ſiue quia quinque libris ſcripta, & in lege quidem vt in hordeo medulla palea tegitur. Nempe vitale alimentum animæ corporalibus ſacramentis tegebatur, & populo nondum ſpoliato carnali deſiderio, tanquam palea cordi eius inhærebat. Idem ſuper Ioann. portabat puer. i. puerili ſenſu Iſraëliticus populus legem, nec manducabat, illa enim ſacramenta clauſa onerabant, non paſcebāt Beda. hordeum iumentorum pabulum, & cibus ſeruorum, & lex ſeruis data, & iumentis. i. carnalibus. * Aug. lib. 83. q. q. 61. Duo piſces ſuauem ſaporem pani dantes, duæ illæ perſonæ quibus Iudæus populus regebatur, & Chriſtus figurabatur, regia. ſ. & ſacerdotalis. 21. Int. non perfectè intelligentes legem dicent, quid confert lex ſaluti? Beda. Lex vetus parum proficiebat, quouſque eam Chriſtus ſuis manibus ſuſcepit. i. opere impleuit, & eam ſpiritualiter intelligendam docuit.

Addit. Avct. In Cap. VI.

13. veluti rudiorem, & qui opus haberet ſic erigi ad ſublimia, & excitari. c. faciunt viginti aureos

quid ſunt inter tantos? [22] Dicir ergo Ieſus, Facite homines diſcum[23]bere. Erat autem fœ-
[24] num multum in loco. [25] Diſcubuerunt ergo [26] viri numero quaſi [e] quinque millia. Accepit
ergo Ieſus panes, & cùm [27] gratias egiſſet, [28] diſtribuit diſcumbentibus: ſimiliter & ex
piſcibus quantum volebant. Vt autem [*] impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis: [29] Colligite quę
ſuperauerunt [30] fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo, & impleuerunt [31] duodecim
[f] cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaceis, & duobus piſcibus quæ
ſuperfuerant his qui manducauerant. Illi ergo [32] homines cùm vidiſſent quod Ieſus
fecerat ſignum, dicebant: Quia hic eſt verè [33] Propheta

SENS. LIT. IN CAP. VI.

22. Chry. nondum apparentibus panibus; vocat enim ea, quæ non ſunt (vt Paulus ait) tanquam ea quæ ſunt. 23. Alcui. olim homines iacendo comedebant. 24. Theoph. viridis erat herba; Paſcha enim in primo menſe veris. 26. Theop. ſolos viros nominat, legali conſuetudine. 27. Chry. nec paralyticum ſanans, nec ſuſcitans mortuos, nec mare quietans, orat, ſed hic, docens. ſ. ante cibum gratias agere oportere, item orat in minoribus, vt ſcias quod non propter indigentiã orat (alioquin in maioribus hoc multo magis feciſſet) ſed condeſcendens nobis, & vt multitudini præſenti ſuaderetur, non enim Deo contrarium, ſed ſecundùm eius voluntatẽ aduenisse. Itaque cùm occultè miraculum faciebat, non orabat. Gloſ. oſtendit ſe de noſtra refectione & ſalute gaudere. 28. Int. per ſe, & per Apoſtolos. Hil. 3. de Trin. Surrepunt in frangentium manus quædam fragmentorum procreationes, & eſt quod non erat, videturque quod non intelligitur, ſolum ſupereſt, vt Deus omnia poſſe credatur. Aug. inde multiplicauit quinque panes, vnde multiplicat de paucis granis ſegetes: poteſtas erat in manibus Chriſti, panes autem illi quaſi ſemina. Quia miracula quibus Deus totum mundum regit, aſſiduitate viluerunt, ſeruauit ſibi quædam quæ faceret opportuno tempore præter vſitatum curſum naturæ, vt non maiora, ſed inſolita videndo ſtuperent, quibus quotidiana viluerunt, maius enim miraculum gubernatio totius mũdi, quàm ſaturatio quinque millium hominum de quinque panibus, & tamẽ hoc nemo miratur, illud mirantur homines, non quia maius, ſed quia rarum. 29. Chry. non id ad oſtentationem, ſed ne apparentia exiſtimaretur quod factum erat, idcirco etiam ex materia ſubiecta miraculum fecit: iuſſit verò, non turbam, ſed diſcipulos fragmẽta portare, hos enim orbis terrarũ magiſtros futuros maximè erudire volebat. 31. Chry. miror non ſolum multitudinem panum, ſed & rem hanc, tantum enim ſuperfuit quantum voluit. ſ. duodecim cophini, iuxta numerum duodecim Apoſtolorum. 32. Beda. nondum Chriſtum Deum eſſe cognoſcentes. 33. Alc. Prophetam vocant, quia nondum Deum dicere nouerant. Aug. Chriſtus Propheta, & Dominus Prophetarum, ſicut Angelus, & Dominus Angelorum.

SENS. MYST. IN CAP. VI.

23. Gloſ. Magiſter veritatis prius in ſimplicitate literæ, & viſibilis creaturæ quaſi in infimis locis auditores erudit, vt ſic in altitudinẽ contemplationis erigantur. 24. Int. Legis litera multiplex in ſymbolis.

25. Int. adhuc in eis caro viuebat. Aug. carnaliter ſapiebant, & in carnalibus quieſcebãt, nam caro fœnum. Gloſſ. quibus venit Chriſtus, carnem calcant, vt ſpiritualiter reficiantur. 26. Theoph. in lege viri ſoli numerantur, quod enim virile, dignum & honorabile apud Deum. e. Alc. quinarius ad quinque ſenſus corporis refertur, mille ad perfectionẽ, qui verò quinque ſenſus corporis perfectè regunt, viri dicuntur, quos feminea mollities non corrumpit, & cæleſtis ſapientiæ dulcedine merentur recreari.

28. Aug. frangendo panes multiplicati ſunt, quinque enim libri Moyſi, multos libros cùm exponũtur tanquam frangendo. i. diſſerendo fecerunt. Idem lib. 83. q. q. 61. Dominus tanquam frangendo, & aperiendo quod durum erat, & clauſum in lege, per diſcipulos impleuit, cùm eis poſt reſurrectionem aperuit ſcripturas. Alcui. quod nouos panes noluit facere, ſed allatos cumulauit, ſignificat quod veterẽ ſcripturam non reprobauit, ſed aperiendo patefecit. * Aug. implentur de panibus Domini, qui, quod auribus audiunt, operibus implent. 30. Int. illa ſubtilia ſacramẽta, quæ nõ poſſunt imperfecti capere, committũtur Apoſtolis. Aug. f. Alc. cophanis ſeruilia implentur officia; cophani igitur Apoſtoli, & eorum imitatores, qui licet in pręſenti ſint deſpicabiles, ſpiritualiũ Sacramentorum diuitiis ſunt interiùs referti.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

33. *Grac. ὁ προφήτης, ille, ſcilicet, Propheta promiſſus & expectatus, nempe Meſſias.*

[34] qui venturus eſt in mundum.Ieſus ergo cùm cognouiſſet quia venturi eſſent vt rape-
rent eum,& [35] facerent eum Regem,[36] fugit [37] iterum in [38] montem ipſe ſolus. Vt autem [39] ſerò
factum eſt,deſcenderunt diſcipuli eius ad mare.Et cùm aſcendiſſent nauim,[40] venerunt
trans mare in [g] Capharnaum.& [41] tenebræ iam factæ erant:[42] & non venerat ad eos Ieſus.
[43] Mare autem,[44] vento magno flante,[45] exurgebat.Cùm [46] remigraſſent ergo quaſi ſtadia vi-
[47] gintiquinque aut triginta,[48] vident Ieſum ambulantem ſupra mare, & proximum naui
fieri, & [49] timuerunt. Ille autem dicit eis:

Sens. Lit. In Cap. VI.

34. ſ.magnæ ſalutis mundo præco futurus.Chry.Prophetam quendam principalem expectabant;& ideo in Græco Prophetæ hîc additur articulus. 35. Int.pro miraculo panum,volentes ſub hoc eſſe,ſub quo non videbantur egere. Chry.quanta eſt gulæ vis , nec illis iam de ſabbathi tranſgreſſione cura eſt, nec pro Deo zelant amplius,omnia remota ſunt vētre repleto,etiam apud eos Propheta erat, & regem eſſe volebant:fugit autem Chriſtus, docens nos mundanas contemnere dignitates. Beda. intellexerant pium,& potentem,talem verò volunt homines Regem habere,pium ad regendum,potentem ad tuendum. 36. Beda.aſcendit celeriter.Aug.de con.Euan.non repugnat quod Matthæus dicit:Aſcendit ſolus orare,nec enim cauſæ orandi,contraria cauſa fugiendi, quandoquidem Dominus hinc docet, hanc eſſe nobis magnam cauſam orandi,quando eſt cauſa fugiendi. Idem in Iohann. Rex erat Chriſtus,ſed non qui ab hominibus fieret,ſed qui eis regnum daret.Int.fugit nunc,qui poſt occurrit crucifixoribus.
38. Int.à quo deſcenderat paſcere turbas. 39. Aug.de con.Euan recapitulando dixit Iohannes,poſtea factum à diſcipulis, quod iam Ieſus iuſſerat(vt eſt apud Matthæum)antequam fugiſſet in montem.
40. Int.ſummatim proponit,quod poſtea explicabit. Aug. g. Chry.veniebant eò,exiſtimantes ſe illic eum inuenturos. 42. Int.exponit quid veniendo contigerit. 49. Chry.dimiſerat , maiorem amorem excitans, apparet verò ſuam oſtendens virtutem.Theoph.non in principio periculi aſtitit, ſed in fine;permittit enim nos in mediis eſſe periculis,vt certantes probatiores fiamus, & ad ipſum ſolum recurramus,qui potens eſt liberare,& liberat cùm intellectus humanus ſibi prouidere non poteſt,

Sens. Myst. In Cap. VI.

38. Int.docens proſpera mundi fugere,& contra ea orare. Aug.fugiendo ſignificauit non potuiſſe eius altitudinem intelligi. 39. Gloſſ.ſerò mundi eſt poſt Chriſti aſcenſionem , in quo diſcipuli deſcendunt ad labores mundi, & regunt nauem, id eſt Eccleſiam. 41. Int. meritò tenebræ ſunt, quia lux nondum venerat. Aug.quantum accedit finis mundi,creſcunt errores & iniquitas. Lux charitas eſt , ſecundùm illud:Qui odit fratrem ſuum, in tenebris eſt:ipſi fluctus nauem turbantes,& tempeſtates,& venti,clamores ſunt maledicorum,inde charitas refrigeſcit,augētur fluctus,& nauis turbatur,ſed nec mergitur, nec impeditur quo minùs promoueatur. 43. Int.i.mundus. 44. Int.i.omni genere tentationū. 45. Int.ſ. aduerſus Eccleſiam. 46. Int.non deſiſtebant pro aduerſis , quia qui perſeuerauerit vſque in finem,ſaluus erit.Beda.nauicula hæc non torpentes vehit,ſed fortiter remigantes, in Eccleſia enim non deſidioſi & molles,ſed fortes,& in bonis operibus perſeuerantes,ad æternæ ſalutis portū perueniunt. 47. Aug. quinarius numerus ad legē pertinet,quinque enim libri Moyſis:legem ergo ſignificat numerus viginti-quinque,quinquies enim quinque,vigintiquinque,ſed Legi antequam Euangelium veniret deerat perfectio,quæ in ſenario numero comprehenditur:quinque ergo per ſex multiplicentur, vt lex per Euangelium impleatur,fiantque triginta.Ad eos igitur qui legem implent,venit Ieſus calcās.Fluctus.i.tumores mundi ſub pedibus habens,& altitudines premens , & tamen tantæ ſunt tribulationes , vt etiam ipſi qui credunt in Ieſum,expaueſcant,ne deficiant. 49. Int.non in ſeipſis confidentes. Gloſſ.adhuc hodie multi in Eccleſia cùm audiunt ſibi perſuaderi, vt præſentia & caduca pro æternis dimittant, timent, & ſe deceptos credunt.

Addit. Avct. In Cap. VI.

34. i.de quo prædictum,eſſe venturum,ſeu qui venturus erat. 36. Græc.ἀνεχώρησε,ſeceſſit,ſeu ſubduxit ſe, fortè ſe faciendo inuiſibilem,itaq; nemo ſecutus. g. ſed prius , vt alij Euangeliſtæ dicunt , in Bethſaida. 47. adeoq; maiorem partem lacus,eſt enim quadraginta ſtadiorum latitudo (ſtadium autem octaua pars miliarij)longitudo verò centum.

Ego[50] ſum,[51] nolite timere. Voluerunt[52] ergo eum accipere[53] in nauim:& ſtatim[54] nauis fuit
ad terram quam ibant. Altera die,[55] turba quæ ſtabat trans mare[56], vidit quia nauicula
alia non erat[57] ibi, niſi vna, & quia non introiſſet[58] cum diſcipulis ſuis Ieſus in nauim,[59]
ſed ſoli diſcipuli eius abijſſent:aliæ verò ſuperuenerunt naues[60] à Tyberiade, iuxta lo-
cum vbi manducauerant[61] panem, gratias[62] agentes Deo. Cùm ergo vidiſſet[h] turba quia
Ieſus[63] non eſſet ibi,neq; diſcipuli[64] eius, aſcenderunt in nauiculas,[65] & venerunt Caphar-
naum,quærentes Ieſum.Et cùm inueniſſent eũ trans mare, dixerunt ei:Rabbi,quan-[66]
do[67] huc veniſti?[68] Reſpondit ei Ieſus,& dixit,Amen,amen dico vobis,quæritis me,non
quia vidiſtis[69] ſigna,[70] ſed quia manducaſtis ex panibus,& ſaturati eſtis. Operamini[71]

SENS. LIT. IN CAP. VI.

50. Beda.Non dixit,ego ſum Ieſus,facilè enim poterant ex voce cognoſcere. 52. Int.agnoſcentes. 53. Chry.noluit nauim aſcendere,vt maius miraculum fieret. 54. Chry.tranquillam præbuit eis nauigationem. 56. Int.vnde venerant diſcipuli. 57. Int.ſcilicet,in præcedente veſpera. 58. Chry. dedit Dominus turbæ ſuſpicari,quod ſupra mare ambulaſſet. Aug. inſinuatum eſt illis tam magnum miraculum. 59. Int.illam. 60. Int.quibus ipſæ turbæ tranſportarentur. Aug. 61. Aug. & adhuc ibidem erant. 62. Int.quia naues habent. 63. Int.qui non intrauerat nauim. 64. Int.qui intrauerāt nauim. 65. Int.quæ venerant à Tyberiade. 66. Chry.non interrogant qualiter pertranſierit. nec curant miraculum addiſcere,niſi, quando , pro qualiter poſitum ſit , conſideranda verò inſtabilis iſtorum mens: qui enim dicebant,hic eſt Propheta,& Regem facere volebant, inuenientes eum,nihil tale moliuntur 67. Int.quia nauem non intraſti. 68. Int.non ad quæſtionem,ſed ad intentionem. Aug.quorum ſatiauit panibus ventrem,ſatiat ſermonibus mentem. Alc.qui dedit exemplum fugiendæ laudis,& terreni imperij,dat exemplum doctoribus inſiſtendi prædicationi. Chry. redarguendo reſpondit. blandientibus manſuetudo,& leuitas non ſemper vtilis, ſed ſtimulo aliquando opus eſt ad deſides. 69. Int.quibus potuiſtis me cognoſcere. 70. Int.i.non propter ſpiritum, ſed propter carnem, ne oporteat vos laborare.Aug.multi non quærunt Ieſum,niſi vt illis benefaciat, vix quæritur Ieſus propter Ieſum.
71. Int.operibus meremini.Chry.poſt reprehenſionem doctrinam adiungit, q.d.vos eſcam exquiritis temporalem,ego autem corpora veſtra nutriui,vt per hoc exquireretis eſcam , quæ tribuit vitam æternam:eſt autem operari cibum qui perit,affici ſecularibus rebus.

SENS. MYST. IN CAP. VI.

50. Glo.timentes ne deficiant,conſolatur Ieſus, dicens, Ego ſum. 51. Theoph.cùm homines , vel dæmones nos per timorem nituntur mouere,audiamus Chriſtum dicentem , Ego ſum.i.ſemper exto & ſicut Deus permaneo,& nunquam pertranſeo,nolite timere. 53. Iut.de fluctu ad ſoliditatem portus quæ eſt in æterna pace. 54. Theop.Si Chriſtum in nauicula noſtra.i.corde ſuſceperimus,ſtatim inueniemur in terra ad quam ire volumus. i. cælo. 55. Alcui. altera die. i. poſt aſcenſionem Chriſti turba ſtans in bonis operibus,non in terrenis voluptatibus iacens,expectat,vt veniat ad eos Ieſus , nauis vna vna Eccleſia,aliæ autem quæ ſuperueniunt hæreticorum conuenticula,qui ſua quærunt,non quæ Chriſti:vnde eis dicitur,quæritis me,quia manducaſtis ex panibus. h. Beda.ſignificantur illi,qui cognoſcentes errores hæreticorum,relinquunt eos,& ad veram fidem veniunt. 70. Gregor. 25.mor.ca.7 per horum perſonam deteſtatur dominus eos qui in ſacris ordinibus non virtutum merita , ſed vitæ præſentis ſubſidia quærunt.Beda.qui in oratione non quærunt æterna, ſed temporalia, Ieſum non propter Ieſum,ſed propter aliud quærunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

54. eo ſcilicet in nauim ſuſcepto. 55. Græc. ἐπαύριον, poſtridie. 69. q.ex illis perſuaſi quis ego ſim loquitur verò ad carnales. 71. id eſt,operando quærite ſeu date operam vt quæratis & paretis:ſic Paulus,veſtram ſalutem operamini.

[72] non cibum,qui perit, ſed qui [73] permanet in vitam æternam, quem [74] Filius hominis da-
bit vobis.[75] Hunc enim Pater [76] ſignauit Deus.[77] Dixerunt ergo ad eum , [78] Quid faciemus vt
operemur [l] opera Dei ? [79] Reſpondit Ieſus , & dixit eis:Hoc eſt opus [80] Dei , vt [81] credatis in
[82] eum quē miſit ille.Dixerunt [83] ergo ei:[84] Quod ergo tu facis ſignum, vt [85] videamus,& cre-
damus tibi?quid operaris?[86] Patres noſtri [m] manducauerũt manna in deſerto,[87] ſicut ſcriptũ
eſt:Panem de cælo dedit eis mãducare.[88] Dixit ergo eis Ieſus:Amen amen dico vobis,
nõ Moyſes dedit vobis panē de [89] cælo : ſed Pater meus dat vobis [90] panē de cælo [91] verum.

Sens. Lit. In Cap. VI.

72. Int.non panes,vt prius. 73. Int.ſ.Verbum quo viuunt Angeli.Aug.quaſi dicat,quærite me propter me : ſeipſum enim cibum iſtum inſinuat, vt in ſequentibus patet. 74. Int.nullus alius ; ipſe enim & per ſacerdotes vobis dat.Aug.ſicut Samaritanæ dixerat,ſi ſcires qui petit à te bibere, &c.& daret tibi, &c.ita dicit quem Filius hominis,&c.Alc.Sacerdos diſpenſator eſt huius cibi,non author. 75. Int.verè Filius hominis vobis dabit;hunc enim,&c.Alc.quaſi dicat,iſte Filius hominis,eſt etiam Dei Filius; itaque nolite contemnere quia Filius hominis ſum. 76. Int.præ conſortibus ſuis.Alc.ſignare,eſt ſignum ponere; ſignauit autem Pater,id eſt,proprium aliquid dedit, vt per me liberaretur humanum genus.Gl. proprio ſigno à cæteris diſcreuit.Chry.id eſt, in hoc miſit,vt hãc vobis eſcam ferret;vel ſignauit,id eſt, reuelauit per ſuum teſtimonium.Hil.8.de Trin.ſignaculorum natura eſt,vt omnem in ſe impreſſę ſpeciei formam explicent,nihilq́ue eo minus habeant, vnde ſignantur.& Filius omnem in ſe paternæ formæ plenitudinem continet. 77. Int.quia intellexerunt cibum illum eſſe opus Dei. Alc.. 78. Int.quid obſeruando hoc præceptum facere poterimus?Beda ¶ Chry.hoc dicunt, non vt diſcant, & faciant, ſed ad cibi exhibitionem eum inducere volentes. 79. Theoph.ob communem vtilitatem , illis enim videbat non profuturum. 80. Int. non hominis,ne quis hoc ſe putet habere niſi à Deo. Aug. non dixit, hoc eſt opus veſtrum,ſed Dei, vt qui gloriatur , in Domino glorietur. 81. Auguſt.credere in eum, eſt manducare cibum qui permanet in vitam æternam.vt quid paras dentem,& ventrem?crede,& manducaſti. 82. Aug.non dicit ei,ſed in eum , etiam dæmones credebant ei,non autem in eum,& nos Paulo credimus,& non in Paulum.credere enim in eum,eſt credendo amare,& in eum ire, eiuſq́ue membris incorporari,ipſa eſt fides quam à nobis exigit Deus,quæ per dilectionem operatur,itaque noluit diſcernere ab opere fidem,ſed ipſum dixit eſſe opus Dei. 83. Chry.quàm irrationabiliter,quaſi nullo ſigno facto ita loquuntur,nec verò Domino ſigni electionem permittunt, ſed tale poſtulant, quale in eorum patrum tempore factum eſt. 84. Glo.quia ad fidem eos inuitabat , quærunt ſigna quibus inducantur ad credendum , vnde Apoſtolus : Iudæi ſigna quærunt.iſti quaſi pro minimo habebant quod Chriſtus fecerat de panibus hordeaceis,cùm Moyſes de cælo panem dediſſet. 85. Int.ſ.illud. 86. Int.hîc apertè oſtendunt ſe comparare miraculum Moyſi,miraculo Chriſti, quaſi minori.Chry.multis ſignis factis in Ægypto,& mari rubro, & in deſerto, huius meminerunt, quod ex gula valde concupiſcebant. Aug. q.d.nobis promittis cibum qui non perit , & tamen non talia operaris qualia Moyſes , qui non panes hordeaceos dedit,ſed manna de cælo. 87. Int.q.d.non paruum quid eſt manna,quod Pſalmiſta vocat panem cæli.Alcuin. 88. Chry. licebat Chriſto dicere , maiora ſe quàm Moyſem miracula feciſſe , ſed non erat horum verborum tempus : vnum id volebat, eos ad eſcam ſpiritualem inducere.. 89. Int.etſi de aëre, non tamen illum de quo viuunt Angeli.Chry.de cælo quidem dicitur manna, ſicut & volucres cæli dicuntur,&:Intonuit de cælo Dominus. 90. Int.id eſt, verbum quod verſum in lac dum deſcendit in carnem.Gloſſ.Angeli purum verbum,ſolidum cibum comedunt, nos in lac verſum,niſi enim incarnaretur , à nobis non guſtaretur. 91. Chryſ.manna , figura erat, non veritas.Aug.quaſi dicat,illud manna cibum hunc ſignificabat , ſigna dilexiſtis , quod ſignificatur contemnitis.Theoph.principale ſignificatum per manna,eſt Chriſtus,de quo cuilibet quærere contingit,quid eſt hoc? quomodo Dei Filius,Filius hominis? quomodo ex duabus naturis vna perſona ?

Addit. Avct. In Cap. VI.

72. pro,non ſolùm cibum,vel non præcipuo ſtudio. 76. Græ.ἐσφράγισεν, ſigillauit,quaſi dicat confirmauit & declarauit Filium ſuum velut ſigillo appoſito voce de cælo,& miraculis. 78. pro,quid facere debemus ,ſeu poſſumus. l. pro , Deo grata. Heb. 81. fides enim fundamentum bonorum operum.
m. Chaldaica vox eſt.Heb.Man.dixerunt enim in Manhu, pro, Mahu quid hoc.ſ.eſt.Exod.16. 89. id eſt,verè cæleſtem,qualem ego dabo. 91. non figuratum,& imperfectum.

Panis enim [92] verus eſt, qui de cælo [93] deſcendit, & [94] dat vitam [95] mundo. [96] Dixerunt ergo ad eum, [97] Domine, ſemper da nobis panem hunc. [98] Dixit autem eis Ieſus: [99] Ego ſum [100] panis [101] vitæ, qui venit [102] ad me, nõ [103] eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet in æternum. Sed dixi [104] vobis, quia & [105] vidiſtis me, & non creditis. [106] Omne quod [107] dat mihi [n] pater, ad me [108] veniet: & eum qui [109] venit ad me, non ejiciam [110] foras: quia [111] deſcendi de cælo non vt faciam voluntatem [112] meam, ſed voluntatem [113] eius qui miſit me. [114] Hæc eſt enim voluntas eius qui miſit me, Patris: vt [o] omne quod [p] dedit mihi, non [115] perdam ex eo,

SENS. LIT. IN CAP. VI.

92. Int.cor iuſtificaus. 93. Int.dum homo fit. 94. Int:quod non manna. 95. Beda.id eſt, mundi habitatoribus.Chry.nõ Iudæis ſolùm,ſed orbi terrarum.Alc.qui per aſſumptam humanitatem deſcendit de cælo,per aſſumentem diuinitatem dat vitam mundo.Theoph.ſicut panis de terra naturam carnis conſeruat,ſic Chriſtus animam viuificat per Spiritus operationem. 96. Chry.adhuc humi incumbentes,& ventrem implere cupientes. 97. Aug.ſicut Samaritana carere indigentia volens, dixit:Domine, da mihi,&c.ſic iſti,Da nobis panem qui reficiat, & non deficiat. 98. Chry.myſteriorum traditionem inducens.Glo.ad ſe reuocans,& quem panem dixerit, euidentiùs aperiens. 99. Chry.de diuinitate loquitur,in fine autem de corpore ſuo dicet,Panem quem ego dabo, caro mea eſt. 100. Glo.Igne Spiritus ſancti in clybano vteri virginalis coctus,& formatus, & mundo ad pellendam famem donatus.

101. Theoph.nõ dixit nutrimenti,ſed vitæ,viuificati enim ſumus per Chriſtum;eſt autem panis non conſuetæ vitæ,ſed æternæ. 102. Int.hoc eſt,qui credit in me, & comedit me. 103. Int.idem eſt, non ſitire; vtroque enim ſignificatur æterna ſatietas.Aug. 104. Glo.q.d.non dixi hoc quod vos ſciam hoc pane ſatiandos,ſed ad improperium veſtræ infidelitatis, quia videtis, & non creditis. 105. Chry.ſ.per ſigna,& teſtimonia Scripturarum,de quibus ſuprà dixerat, Illa ſunt quæ teſtimonium perhibēt de me.

106. Int.q.d.Si vos non creditis,non ideo inutiliter veni,non ideo alios perdo, ſed venientes recipio. Aug.abſolutè dicit,omne, vt fidelium plenitudinem oſtendat. 107. Aug. per occultam inſpirationem faciens in me credere.Chry.non eſt res fortuita credere in Chriſtum, nec humanis cogitationibus perficitur, ſed ſuperna reuelatione indiget; eſt tamen etiam opus adhibere propriam voluntatem ad credendum. n. Chry.tangit incredulitatem eorum,oſtendens qui ei non credit,voluntatem Patris tranſgredi.Paulus verò dicit,Filium tradere Patri, cùm tradiderit (inquit) regnum Deo & Patri,per Filium enim ad Patrem adducimur:ſed & de Patre dictum eſt,per quem vocati eſtis in ſocietatem Filij eius.

108. Int.id eſt,per fidem mihi vnitur. 109. Int.ſ.paſſibus fidei,& bonæ operationis.Alc. 110. Alcui. i.in ſecreto puræ conſcientiæ mecum morabitur, & tandem recipiam eum in æternam beatitudinem. Auguſt.illud intus vnde non ejicitur foras,eſt magnum penetrale, dulce ſecretum ſine tædio, & amaritudine malarum cogitationum,& ſine interpellatione tentationum,& dolorum,de quo dicitur,Intra in gaudium Domini tui. 111. Int.Factus ſum homo, vt humilem Deum ſequatur ille, quem pudet ſequi humilem hominem.Aug.ſuperbia eiecti ſumus, humilitate regredimur.Vt cauſa omnium morborum curaretur.ſ.ſuperbia,deſcendit,& humilis factus eſt Filius Dei.quid ſuperbis homo?Filius Dei propter te humilis factus eſt:puderet te fortaſſe imitari humilem hominem,ſaltem imitare humilem Deum.

112. Aug.hæc eſt commendatio humilitatis: ſuperbia facit voluntatem ſuam, humilitas voluntatem Dei:humilis veni humilitatem docere.qui ad me venit humilis fit, ideo non ejicietur foras. 113. Int.ſ. Dei Patris.Hil.3.de Trinit. Obedientiam ſuam ſub effectu paternæ voluntatis oſtendit. 114. Chry.ne quis ſuſpicetur aliam ſuam, & aliam Patris voluntatem, hoc ſubiungit: nec enim aliud venit acturus, quàm quod Pater vult. 115. Aug.non eſt voluntas Patris vt pereat vnus de puſillis. Idem de corrèp.& grat.cap.9.Qui in Dei prouidentiſſima diſpoſitione præſciti, prædeſtinati, vocati, iuſtificati, glorificati ſunt, etiam nondum nati, iam filij Dei ſunt: & omnino perire non poſſunt. Ab illo ergo datur etiam perſeuerantia in bono vſque in finem;qui enim non perſeuerauerint,peribunt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

95. toti,vel electis per mundum diſperſis. 97. carnaliter intellexerant, vt Samaritana de aqua dicta. 101. i.viuificans. 103. ſ.in altera vita:nec verò hic aliud quidquam magnopere deſiderabit. 104. ſ.aliàs. 105. ſ.facientem per ea quæ credere deberetis. 107. ſcilicet.prædeſtinando & vocando 110. id eſt,mea cura non deſtituam. 114. pro, Hæc eſt autem contra inſ. Hæc eſt autem, pro, Hæc eſt enim. o. pro,nihil ex eo quod dedit mihi perdam.Heb.

ſed [116] reſuſcitem illud in nouiſſimo die. Hæc eſt autem [117] voluntas Patris mei, qui miſit me: vt omnis qui videt [q] Filium, & credit in [118] eum, habeat [119] vitam æternam, & [r] ego re- [120] ſuſcitabo eum in nouiſſimo die. [121] Murmurabant ergo Iudæi de [s] illo, [122] quia dixiſſet, Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi: & dicebant: [123] Nonne hic eſt filius Ioſeph, cu- [124] ius nos nouimus [125] patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic: Quia de cælo deſcendi? Reſpondit ergo [126] Ieſus, & [127] dixit eis: [t] Nolite murmurare in inuicem: [128] nemo poteſt [129] venire ad me, niſi pater, qui me miſit, [130] traxerit eum: & [131] ego [132] reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. Eſt [133] ſcriptum in [134] Prophetis. Et erunt [135] omnes [136] docibiles [137] Dei. [138] Omnis qui [139] audiuit à Patre.

SENS. LIT. IN CAP. VI.

116. Chry. ſæpè reſurrectionem inducit, vt aliam expectent vitam. 117. Int. per me mediatorem vult Pater dare credentibus vtramque vitam. 118. Aug. non dixit, & in Patrem, vt ſuprà; hoc enim eſt credere in Filium, quod & in Patrem. 119. Int. credendo in eum, & tranſeundo in vitam. Aug. 121. Chry. non ſunt turbati vſquequo diffiſi ſunt ſe potitutos cibo carnali: non contradicebant autem manifeſtè, quia recens erat ſignum. 122. Chry. videbantur quidẽ de hoc turbari, reuera autẽ turbationis cauſa erat quam diximus. 123. Int. ignominioſè indignantes, & eius opprobria quærentes, in humilitate generationis eius offendunt. Chry. nondum eius mirabilem generationem ſciebant. 124. Int. ſ. Chriſti.

125. Int. ſed non cæleſtem. 126. Int. quem nihil latet, qui abſcondita cordium intuetur. 127. Chry. non dixit, non ſum filius Ioſephi non enim poterant illum mirabilem partũ audire. t. Glo. quaſi non ſim panis qui de cælo deſcendi, quia verè ſum: ſed nemo poteſt venire ad me, niſi à Patre attractus. ideo vos non creditis me eſſe panem, quia non eſtis tracti. 128. Aug. q. d. ſcio quare non eſuritis iſtum panem. 129. Int. i. credere in me, niſi gratia eum præuenerit, niſi Pater ei reuelauerit, quæ reuelatio, eſt attractio. 130. Aug. magna gratiæ commendatio, nemo venit niſi tractus: quem trahat, & quem non trahat, quare illum trahat. & illum non trahat, noli velle iudicare, ſi non vis errare: ſi non traheris, ora vt traharis. Non inuiti trahimur, nec enim inuiti credimus, ſed voluntate trahimur; & ſi Poëtæ dicere licuit, Trahit ſua quemque voluptas, quanto potiùs dicere debemus trahi ad Chriſtum, qui delectatur veritate, iuſtitia, ſempiterna vita, quod totum Chriſtus eſt: & ſi trahunt quæ inter delitias terrenas reuelantur amantibus, quanto magis Chriſtus à Patre reuelatus? Quid enim fortius deſiderat anima quàm veritatem? Idem de quæſt. no. & vet. Teſt. q. 79. Trahit Pater ad Filium per opera quæ facit per illum. Chry. non ſignificat Chriſtus nihil in nobis poſitum eſſe, ſed multam pati oppugnationem, & diuino auxilio indigere. Glo. reuelat Pater, & trahit per Filium, ideo alibi dicitur nemo cognoſcere Patrem, niſi per Filium. 132. Aug. q. d. ſaturabitur. Chry. oſtendit æqualitatem virtutis cum Patre. Gloſſ. q. d. Ego æqualis Patri faciam eum videre quod credit, manducare quod eſurit, habere, quod amauit. 133. Chry. oſtendit modum ſecundùm quem Pater trahit. 134. Bed. omnes Prophetæ vno eodémque ſpiritu repleti, licèt diuerſa prophetauerunt, tamen ad idem tendebant. 135. Aug. de prædeſt. Sanct. cap. 8. Solemus dicere de aliquo literarum magiſtro, omnes iſte hic literas docet, non quia omnes diſcunt, ſed quia nemo niſi ab illo illic diſcit: ita Deus docet omnes ad Chriſtũ venire, non quia omnes veniunt, ſed quia nemo aliter venit. Chry. omnes pro pluribus poſitum eſt, vel omnes qui volunt. Aug. omnes regni illius homines docibiles erunt Dei, non ab hominibus audient; & ſi hic ab hominibus audiunt, tamen quod intelligunt intus datur. 136. Int. qui facilè doceantur à Deo quod non Iudæi. 137. Chry vides fidei dignitatem quam oporteat à Deo addiſcere? 138. Aug. de prædeſt. Sanct. cap. 8. omnes autem docibiles Dei veniunt ad Filium. 139. Int. quod eſt trahi à Patre. Aug. trahit Pater docendo veritatem, non imponendo neceſſitatem, Filius dicebat, & Pater docebat, ille enim docere dicitur cuius verbum audis: vnde ſequitur, non quia Patrem vidit quiſquam. Idem de prædeſt. Sanct. Cùm Pater docet, ibi & Filius eſt: eſt enim Verbum eius per quod Pater docet, eſt & Spiritus ſanctus; inſeparabilia enim opera Trinitatis; ſed hoc Patri tribuitur, quia de ipſo procedit Filius, & Spiritus ſanctus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

q. ſ. me hom. vel factũ. r. pro, nã. Heb. vel &, pro. i. ſic etiã inf. vel reſuſcitabo, pro, reſuſcitẽ. s. ſ. Chriſto, vel ſermone. 130. efficaciter. ſ. mentẽ mouendo, quod inf. dicitur datũ à Patre. 134. præſertim Iſa. 54. Ier. 31. 135. ſ. Eccleſiæ filij. vt patet ex Iſa. 136. Gra. διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ, dociles Dei, ſeu docti à Deo.

& didicit,[140] venit ad me. [141] Non quia Patrem [142] vidit quiſquam, niſi is qui eſt à [u] Deo: hic vidit Patrem. Amen,amen dico vobis, qui credit in me,[143] habet vitam æternam. [144] Ego ſum [145] panis [146] vitæ. [147] Patres [148] veſtri manducauerunt manna in [149] deſerto,& [150] mortui ſunt: [151] Hic eſt panis de cælo [152] deſcendens,vt ſi quis ex ipſo [153] manducauerit,non [154] moriatur.Ego ſum panis [x] viuus qui de cælo [155] deſcendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in [156] æternum: [157] & panis quem ego [aa] dabo,[158] caro mea eſt, pro [159] mundi [160] vita. Litig[161] abant ergo Iudęi ad inuicem,dicentes:[162] quomodo poteſt hic nobis carnem ſuā dare ad manducandum? Dixit ergo eis Ieſus: Amen,amen [163] dico vobis, Niſi manducaueritis carnem Filij hominis,& biberitis eius ſanguinem,non ha[164]bebitis

Sens. Liter. In Cap. VI.

140. Aug.de prædeſt.Sanct.cap.8.& ſeq.ergo qui non venit,nō audit à Patre,nec didicit.Gratia quæ occultè humanis cordibus diuina largitate tribuitur, à nullo corde duro reſpuitur, ideo quippe tribuitur,vt cordis duritia primitus auferatur;non omnes quidem Deus docet,ſed quos docet, miſericordia docet,quos non docet, iudicio non docet. 141. Aug.q.d.ne fortè dicatis,nunquam vidimus Patrē,quomodo ab eo diſcere poterimus?ego illum noui,ab ipſo ſum,à me ipſo audite. 142. Glo.id eſt,nouit. 143. q.d.habet me:vita enim æterna eſt verbum. 144. Int.pro quia ego. 145. Int.qui paſco donec paſtos iungam vitæ. 146. Chryſoſt.vitam noſtram ſuſtentat, & præſentem & futuram. 147. Augu. hoc ſubiungit,quia de manna ſuperbiebant. 148. Aug.murmuratores illi, vt vos. 149. Chry.indicat non diu datum eſſe manna,nec in terra promiſſionis. 150. Int.non morte carnali communi cum Moyſe & aliis,ſed morte ſpirituali. Aug.mortui ſunt,quia quod non videbant, non credebant,nec intelligebant. 152. Int.quem manna ſignificauit.Aug.itaque Apoſtolus, Omnes eandem eſcam ſpiritualē manducauerunt. 153. Int.intus in corde intelligendo,& amando. 154. Aug.morimur quidem & nos corpore vt illi, ſed illi etiam ſpiritualiter mortui ſunt,niſi qui cibum viſibilem ſpiritualiter intelligebant,& guſtabant,vt Moyſes,& multi qui Domino placuerunt,& nunc multi de altari accipiunt,& accipiendo, moriuntur. Iudicium,inquit Apoſtolus, ſibi manducat & bibit. 155. Theoph. per hoc deſcendit quòd eſt incarnatus.Aug.de cælo deſcendit & manna,ſed vmbra erat, iſte veritas eſt. 156. Int. non tantùm in præſenti per iuſtitiam.Ale. 157. Aug.oſtendit ſe panem non tantùm ſecundùm diuinitatē,ſed etiam ſecundùm humanitatem. aa. Theoph.dicens, dabo,poteſtatem ſuam oſtendit, ſéque voluntariè crucifixurū;ſe enim tradidit.Beda.hunc panem dedit,quando myſteriū corporis,& ſanguinis ſui tradidit,& quando ſe Patri obtulit in cruce. 158. Theoph.non dixit figuram gerit carnis meæ, ſed caro mea eſt; panis enim qui in myſteriis à nobis ſumitur, non ſolùm gerit figuram carnis Chriſti,ſed ipſe eſt vera caro Chriſti: tranſmutatur enim panis in carnem Domini inenarrabilibus verbis per myſticam benedictionem:non videmus autem carnem,ne nos in aſſumptione horror inuadat.Aug.norunt fideles corpus Chriſti, qui vult viuere, accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur: fiat potius Chriſti, qui vult viuere de Spiritu Chriſti. 159. Beda.i.hominum. 160. Theophyl. intellige reſurrectionem; hanc enim toti generi humano mors Domini miniſtrauit, vel vitam, quæ in ſanctificatione, & beatificatione conſiſtit: & quamuis non omnes ſanctificentur,tamen quantum eſt in Domino,totus mundus ſanctificatur;tradidit enim ſe pro mundo. 161. Aug.quia panem concordiæ non intelligebāt, Qui hunc panem manducant,non litigant ad inuicem; per hunc enim habitare facit vnanimes in domo. 162. Beda.putabant Dominum particulatim carnem ſuam diuiſurum,& ad manducandum daturum. 163. Int.q.d.etſi ignoretis quis modus ſit dandi,vel manducandi,tamen niſi, &c. Aug. ¶ Chry. quia dicebant eſſe impoſſibile carnem ſuam dare ad manducandum, oſtendit eſſe valde neceſſarium. 164. Int.ſine hac,vita poteſt haberi temporalis,ſed non æterna.

Addit. Avct. In Cap. VI.

v. ſ.natus,vel miſſus,loquitur autem de ſe. 150. q.d.illis manna non potuit vel corporis vitam perpetuam dare,hic autem panis & corpori & animæ dat. x. pro,viuificans, vel viuens vita,qua poſſum viuificare. 159. Gra.quam ego dabo pro mundi vita.ſ.daturus erat in mortem,& in cibum. 161. ſcilicet,verbis altercantes ſuper his quæ audierant. Aliis.ſ.accuſantibus,aliis defendentibus.

vitam

[165] vitam in vobis. [166] Qui manducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem, [167] habet vitam [168] æternam: [169] & ego [170] reſuſcitabo eum in nouiſſimo die. [171] Caro enim mea [172] verè eſt cibus,& ſanguis meus verè eſt potus. [173] Qui mãducat meam carnem,& bibit meum ſanguinem, in me [174] manet,& ego in illo. [175] Sicut [bb] miſit me viuens Pater,& ego viuo propter [176] Patrem: [cc] & qui manducat me , & ipſe [177] viuet propter me. Hic [dd] eſt panis qui de cælo [178] deſcendit. Non [179] ſicut manducauerunt patres veſtri manna,& [180] mortui ſunt. [181] Qui manducat hunc panem, [182] viuet in æternum.Hæc dixit in [183] ſynagoga,docens in [184] Capharnaum.

Sens. Lit. In Cap. VI.

165. Int. ne autem de hac vita intelligerent,& inde litigarent,ſubdit,Qui manducat,&c. Aug.
166. Beda. ne crederetur illis ſolis hoc dixiſſe , generalem ſententiam intulit. 167. Int. ſ. ſecundùm ſpiritum,nec caro eius fraudabitur ea ſuo tempore. 168. Theoph.non enim eſt puri hominis caro,ſed Dei & hominis.Aug.22.de ciu. Dei.c.19.Quidam propter hoc quod dicitur hîc , promittunt baptizatis, qui participes ſunt corporis Chriſti,liberationem ab æterno ſupplicio quomodolibet vixerint,ſed contra dicit eis Apoſtolus,dicens:Manifeſta ſunt opera carnis,&c. qui talia agunt , regnum Dei non poſſidebunt;ille verò manducat corpus,& bibit ſanguinem Chriſti,qui in eius eſt corporis vnitate,cuius Sacramentum fideles de altari ſumere conſueuerunt. Non debent in perditis moribus eſſe ſecuri, qui per vitæ iniquitatem ipſam vitæ iuſtitiam , quæ Chriſtus eſt, deſerunt , non enim dicendi ſunt manducare corpus Chriſti,qui nec in membris computandi ſunt Chriſti.Idem in Ioan. de Dominica menſa ſumitur ſacramentum quibuſdam ad vitam,quibuſdam ad exitium.Res verò ſacramenti.i.vnitas corporis & ſanguinis Chriſti omnibus eſt ad vitam,nulli ad exitiũ,qui eius particeps fuerit.Gloſſ.qui comedit cum fide operante ex dilectione,comedit in vitam æternam,qui verò aliter,in mortem. 169. Int.hoc dicit, ne quis putet manducantem non mori corpore.Aug. 170. Aug.vt interim tamen habeãt vitam æternam ſecundùm ſpiritum in requie,quæ ſanctorum Spiritus ſuſcipit. 172. Chry.id dicit,ne putẽt ſuperiora eſſe ænigma,& parabolam,vel ſignificat eſſe verum cibũ,qui animam ſaluat.Aug.cùm cibo & potu id appetant homines,vt non eſuriant,neque ſitiãt,hoc veraciter non præſtat, niſi iſte cibus & potus, qui eos à quibus ſumitur immortales,& incorruptibiles facit.Hil.8.de Trin.de veritate carnis nõ eſt relictus ambigendi locus. 173. Chry.promiſerat ſe manducantibus vitam æternam , id ergo confirmat.
174. Aug.in quo id non eſt ad iudicium ſibi ſacramentũ manducat,& bibit. 175. Int.q.d.ſicut ego homo viuo propter Patrem viuum cui vnior,ſic qui me manducat,& mihi vnitur,viuet propter me.
bb. Glo.me æqualem ſibi miſit.i. hominem fecit. 176. Chry.Patrem ſibi eſſe principium occultè inſinuat.Aug.illud propter Patrem dictum eſt,quia ipſe de illo eſt.Poteſt & accipi dictũ,iuxta illud, Pater maior me eſt.q.d.vt ad Patrem,tanquam ad maiorem referam vitam meam,exinanitio mea fecit,in qua me miſit,vt autem quiſque viuat propter me,participatio facit,quia manducat me. 177. Hil.8.de Trin. Hæc vitæ noſtræ cauſa eſt,quod in nobis manentem per carnem Chriſtum habemus.Chry.viuet vita glorioſa.Aug.participatione Filij,per vnitatem corporis eius,& ſanguinis,efficimur meliores.
dd. Gloſſ.ſ.Filius hominis. 178. Aug.vt eum manducando viuamus.Theop. non puri hominis carnem comedimus,quæ nihil poſſet proficere,ſed Dei carnem , quæ idcirco viuificatiua eſt,vt ferrũ ignitum ignis actum habet.Glo.idẽ ergo Filius hominis,& Filius Dei. 179. Int.non ſic morientur in anima,qui me cæleſtem panem dignè manducant. 180. Aug.vt non viuant in æternum,nam temporaliter etiam morientur,qui Chriſtum manducant. 181. Int.pro,ſed qui. 182. Int.in me,qui ſum vita. Chry.ſi fuit poſſibile ſine meſſe,& frumẽto,& aliis huiuſmodi quadraginta annis vitã illorũ cõſeruare, multo magis cibo ſpirituali,cuius illę erãt figurę,hoc fieri poterit,ſępe autẽ vitã promittit,quia nihil hominib.ita delectabile,ſimul etiã oſtendit ſententiã ſe mortis pro peccato latã ſoluere. 183. Chry.docebat in ſynagoga,& tẽplo,multitudinem volens attrahere,ſeque oſtendere non eſſe Patri contrarium.

Sens. Myst. In Cap. VI.

184. Beda.Capharnaum,quæ interpretatur villa pulcherrima , ſignificat mundum , Synagoga verò, Iudaïcum populum,ſignificatur ergo Dominum per incarnationis myſterium mundo apparentem, Iudaïcum populum multa docuiſſe.

Addit. Avct. In Cap. VI.

170. ſ.felici reſurrectione. 174. ſ.intimè coniunctus. cc. pro,ſic & qui.Hebr.

Multi [185] ergo audientes ex [186] diſcipulis eius, [187] dixerunt, [188] Durus eſt hic ſermo:& quis poteſt eum [189] audire?Sciens autem [190] Ieſus apud [191] ſemetipſum quia murmurarent de hoc diſcipuli eius, [192] dixit eis : [193] Hoc vos ſcandalizat? [194] Si ergo videritis Filium hominis aſcendẽtem [195] vbi erat priùs? [196] Spiritus eſt qui [197] viuificat, [198] caro non [199] prodeſt quicquam, [ee] verba quæ ego locutus ſum vobis ſpiritus & vita [200] ſunt : ſed [201] ſunt quidam ex vobis qui non [202] credunt. Sciebat enim ab [203] initio Ieſus qui eſſent [204] credentes,& quis [ff] traditurus eſſet eum.Et dicebat, [205] Propterea dixi vobis , quia nemo poteſt venire ad me , niſi fuerit ei [206] datum à Patre meo. [gg] Ex hoc [207] multi diſcipulorum eius abierunt [208] retro:& iam non

SENS. LIT. IN CAP. VI.

185. Auguſt.intelligentes Chriſtum,carnem ſuam conciſam velle diſtribuere in ſe credentibus.

186. Int.quid ergo inimici?Aug. ¶ Theop.non intelligas hos qui verè erant diſcipuli, ſed qui videbantur,& diſcipuli dicebantur,quia cum eo vt diſcipuli diu manebant. 187. Aug.apud ſe,vt ab illo non audirentur,ſed ille apud ſeipſum audiebat. 188. Int.ſapiunt ſecundùm carnẽ,& ideo mouentur.Chry. i.difficilè ſuſceptibilis. 189. Int.i.ei obedire. 190. Int.quem nihil latet. 191. Int.quia ſic dixerant vt ab illo non audirentur.Aug. 192. Chry.erat hoc Deitatis ſignum,occultè in medium proferre.

193. Int.quod dixi de carne mea & ſanguine.Alc. 194. Chry.ſub quid dicetis?Aug.ſoluit quod illos commouerat.q.d.cùm videritis me aſcendentem in cælum integrum,tunc videbitis,non eo quo putatis modo me conciſum erogaturum corpus. 195. Int.quia verbum & homo vnus eſt Chriſtus,dicitur in cælo eſſe,dum in terra loquitur.Aug.hoc dicitur,vt intelligamus vnam perſonam eſſe Chriſtum Deum & hominem,non duas,erat Filius Dei in terra in ſuſcepta carne,Filius hominis in cęlo in vnitate perſonæ.Theop. non Chriſti corpus de cælo deſcendit , ſed hoc dicitur , quia vnus & idem erat Filius Dei & hominis. 196. Int.ſ.Dei. 197. Chry.q.d.ſpiritualiter oportet de me dicta audire, qui carnaliter audit, nihil proficit. 198. Chry.non de carne ſua dicit,ſed de eo qui carnaliter accipiebat quæ dicebantur.

199. Aug.non prodeſt caro vt illi intellexerũt.ſ.quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur:ſi caro nihil prodeſſet,Verbum caro non fieret,vt habitaret in nobis.Idem 10.de ciuit. Dei, ca.24. caro non per ſeipſam mundat,ſed per verbum à quo ſuſcepta eſt. ee. Glo.ſ. quibus dixi manducandum me eſſe,& manducantem manere in me, & me in ipſo. 200. Int. ſpiritualiter intellecta viuificant,ſed non eum qui carnaliter accipit,vnde ſubdit,ſed ſunt quidam,&c. Chryſ. i. ſpiritualia ſunt, nihil habentia carnale.Aug.ſi intellexiſti ſpiritualiter, Spiritus & vita tibi ſunt,ſi carnaliter, etiam Spiritus & vita ſunt,ſed tibi non ſunt. 201. Chryſoſt. dicens quidam, diſcipulos excepit, ſuam verò diuinitatem oſtendit,occulta reuelans. 202. Aug.cauſam dicit quare non intelligant, ait enim Propheta:Niſi credideritis non intelligetis, aduerſarius radio lucis quo penetrandus eſt , non aduertit aciem , ſed claudit mentem,credat & aperiat,& illuminabitur. 203. Theop. ante conſtitutionem mundi omnia cognoſcebat. 204. Int.ſ.Apoſtoli qui non ſunt ſcandalizati. ff. Gloſ.ſ.Iudas,quẽ nec ſilet,nec apertè oſtendit,vt omnes timeant,dum vnus perit. 205. Int.ſ.quia quidam non credunt.Chry.q.d.non me turbãt, nec mouent,qui non credunt;noui quibus dedit Pater. Gloſ.cauſam,quare quidam non credunt, ſubdit.

206. Aug.ergo & credere datur nobis.Idem de prædeſt.Sanct.c.9. hoc donum quibuſdam datur,quibuſdam non datur,non datur omnibus,nec vlla in eo eſt Dei iuſta reprehenſio, etiamſi nullum liberaret,gratia enim eſt quòd aliqui liberentur:cur autem iſtum potiùs,quàm illum liberet,inſcrutabilia ſunt iudicia eius,& inueſtigabiles viæ eius. 207. Int.non pauci, qui videbantur, & non verè fuerant diſcipuli. 208. Int.non poſt Chriſtum, ſed poſt Sathanam. Aug. ſic de quibuſdam feminis dicit Apoſtolus quòd conuerſæ ſunt retro poſt Sathanam.Chry.quam habebant olim fidem perdiderunt.Aug.præciſi à corpore,vitam perdiderunt.Chry.oportebat iſtos non ſcandalizari,ſed interrogare.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VI.

199. ſ.per ſe ſola. 200. ſ.ſpiritaliter intellecta vitam dant. 203. ſ.conuerſationis cum diſcipulis,vel ab illo initio de quo in principio erat Verbum.ſ.ab æterno. ff. indicatur hic Iudam parum tunc credidiſſe. gg. ſ.tempore. 208. ſ.à Chriſto deſciuerunt.

cum illo ambulabant[209]. Dixit ergo Ieſus ad duodecim[210], Nunquid & vos vultis abire[211]? Reſpondit ergo ei Simon Petrus[212]:Domine[213], ad quē[214] ibimus[215]?verba[216] vitæ æternæ[217] habes: & nos credimus[218], & cognouimus[hh] quia tu[219] es Chriſtus Filius Dei[ll].Reſpondit[220] ei Ieſus: Nonne[mm] ego vos duodecim[nn] elegi[221], & ex vobis vnus diabolus[222] eſt[223]? Dicebat autem de Iuda Simonis[224] Iſcariotis[225]: hic enim erat traditurus eum,cùm eſſet vnus ex duodecim.

Sen. Lit. In Cap. VI.

209. Int.vt præciſi non iam cum illo erant.Aug.factum hoc fortè ad conſolationem noſtram; contingit enim aliquando vt homo dicat verum,& quod dicit nō capiatur, ſed qui audiunt ſcandalizentur, & diſcedant. 210. Beda.ſciebat quidem,an qui remanſerant,vellent abire, ſed interrogauit, vt eorum fides monſtraretur, & aliis imitanda proponeretur. 211. Chry.ſi eos laudaſſet, paſſi eſſent aliquid humanum,exiſtimantes ſe gratiam Chriſto facere,eum non relinquendo; non dixit verò,abire,hoc enim eſſet eos expellere,ſed interrogat an velint abire, auferens eis vim,& neceſſitatem. 212. Int.vous pro omnibus.Chry.pro toto reſpondet collegio. 213. Iot.ſimilis tibi, cùm non ſit. 214. Aug.q.d.repellis nos à te.da nobis alterum te,ad quem ibimus, ſi te relinquimus? 215. Chry.multæ amicitiæ verbum, honorabilior enim illis Chriſtus quàm patres & matres. 216. Iot.non eſt à te euodum,quia verba,&c. 217. Int.in miniſtratione corporis & ſanguinis tui promittis vitam. Chry.oſtendit ſe recordari illorum Chriſti verborum,Reſuſcitabo eum,& habebit vitam æternam. 218. Iot.prius eſt credere,& poſt cognoſcere.Aug.ſi priùs cognoſcere,deinde credere vellemus,nec cognoſceremus, nec credere valeremus. 219. Iot.id eſt,quia tu es vita æterna,& ideo in carne,& ſanguine tuo,non das niſi quod es.Aug. 220. Chry.quia Petrus dixerat,nos credimus,excipit Dominus de credentium collegio Iudam;quod autem dicit tale eſt,ne exiſtimetis quod quia ſecuti eſtis me, non redarguam malos. n n. Aug. conſecratus eſt duodenarius numerus eorum qui per quatuor cardines mundi trinitatem fuerant denunciaturi,non autem quia periit inde vnus, ideo illius numeri honor ademptus, in locum enim pereuntis alius ſubrogatus eſt. 221. Int.id eſt, vocaui,electione illa qua dicitur:Multi vocati,pauci electi. Chry. Electio Dei vim non infert his quæ futura ſunt,ſed in voluntate poſitum eſt ſaluari, & perire. Beda. ad aliud elegit vndecim,ad aliud vnum;illos,vt in Apoſtolica dignitate perſeuerarent; iſtum,vt per proditionis eius officium ſalutem humani generis operaretur. Aug.Electus eſt iſte de quo nolēte & neſciente,magnum aliquid boni fieret;ſicut enim iniqui malè vtuntur bonis operibus Dei, ſic è cōtrà Deus bene vtitur malis operibus hominum,malo Iuda bene vſus eſt Dominus, tradi ſe pertulit, vt nos redimeret. 222. Greg 13.moral.cap.17. Capitis nomine cenſetur corpus. Chry. conſidera Chriſti ſapientiam, nec Iudam manifeſtum facit,ne fiat inuerecundus,nec latere permittit,ne ſine timore agat. 223. Chry. quare nunc diſcipuli nihil dicunt,vt poſtea:Numquid ego ſum Domine?nondum Petrus audierat,Vade retrò me Sathana;itaque non timuit hîc:adde quod non dixit, Vnus ex vobis me tradet,ſed diabolus eſt, quod illi non intelligebant,putantes malitiam ſolùm vituperari. 224. Int.ſ.Filio.

Addit. Avct. In Cap. VI.

217. id eſt,æternam vitam conferentia iis qui ſuſcipiunt. hh. id eſt,certo perſuaſi ſumus,vel re ipſa experti ſumus. ll. Græc.Dei viui.ſ.non vt idola,mortui. mm. q.d.non iſta eſt omnium veſtrum de me ſententia. 221. ſ.ad Apoſtolatum.° 222. prò,diabolicus, ſeu diaboli miniſter, vel delator, ſeu calumniator,qui me eſt apud Principes delaturus.

CAPVT VII.

POST [1] hæc autem [a] ambulabat Ieſus in [b] Galilæam, non enim [2] volebat in Iu-
[3] dæam ambulare: quia [4] quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in pro-
ximo dies [c] feſtus Iudæorum, [5] Scenopegia. [6] Dixerunt autem ad eum [7] fratres eius: [8] Tranſi
hinc, & vade in [9] Iudæam, vt & [10] diſcipuli tui [11] videant opera tua quæ facis. [12] Nemo quip-
pe in occulto [d] quid facit, & [e] quærit ipſe in palam eſſe: [13] ſi hæc [14] facis, [15] manifeſta te ipſum
mundo. Neque enim fratres eius [16] credebant in eum. [17] Dixit ergo eis Ieſus:

SENS. LIT. IN CAP. VII.

1. BEDA. hæc verborum connexio talis eſt, vt intelligamus in medio multa fieri potuiſſe. 2. Int. non tamen timens, quia habet poteſtatem, ſed infirmis dat exemplum. Aug. futurum erat vt aliquis fidelis Chriſti abſconderet ſe ne à perſecutoribus inueniretur, & ne illi pro crimine objiceretur latibulum, præceſſit in capite quod in membro confirmaretur. Poterat quidem ambulare inter Iudæos, & non occidi, ſed infirmitati noſtræ præbebat exemplum, noſtrámque fragilitatem cōſolabatur. Chry. Fugiebat perſecutores vt homo, eis apparebat vt Deus, vtrumque verè exiſtens. Theoph. nondum. ſ. paſſionis tempus aduenerat, itaque nolebat in medio inimicorum manere, ne magis eos ad odiū incitaret.
3. Beda. non ſolùm illa regio quam tribus Iuda, ſed illa quam tribus Benjamin poſſidebat, Iudæa dicta eſt, quia reges ex tribu Iuda. c. Aug. appellabatur dies feſtus cùm non eſſet vnus, ſed plures. Gl. ſeptem erant, ſed vnus dicuntur propter vnam feſtiuitatem. 5. Int. id eſt, tabernaculorum conſtructio, ſiue dedicatio. Aug. faciebant tabernacula ad ſimilitudinem tabernaculorum in quibus habitauerunt cùm peregrinarentur in eremo. Gloſſ. Septimo menſe Iudæi habitabant in tabernaculis. Chry. oſtendit Euangeliſta ſe multum tempus prætermiſiſſe: cùm enim Dominus ſedit in monte, erat propè dies Paſchæ.
6. Theoph. videntes eum non eſſe paratum ad aſcendendum. 7. Aug. cùm fratres audis, conſanguineos intellige, vt enim in ſepulchro, vbi poſitum eſt corpus Domini, nec antè, nec pòſt mortuus iacuit, ſic vterus Mariæ nec antea nec poſtea quicquam mortale concepit. 8. Int. humanam gloriam quærunt, & ideo non credunt in eum, vt ipſe poſt eis dicit. 9. Int. vbi eſt principatus gentis, & ciuitas caput regni. Beda. q. d. tranſi ad regiam vrbem, vbi ſunt principes, vt viſis ſignis laudem conſequaris ab eis.
10. Beda. non enim omnes diſcipuli ſemper Dominum ſequebantur, ſed eorum multi in Iudæa erant. Theoph. non de duodecim dicunt, ſed de aliis qui cum Chriſto conuerſabantur. 11. Aug. opera Domini diſcipulos non latebant, ſed iſtos latebant. 12. Aug. prouidentiā carnis loquitur. Chry. eſt id formidinem incuſantium, & ſimul ſuſpicantium quæ fiebant, non verè facta eſſe. d. Chry. amorem gloriæ in eo notant. 13. Int. pro, ſi ergo. 14. Int. i. ſi verè facis, vel, quia hæc facis. 15. Aug. q. d. appare hominibus, vt laudari poſſis ab hominibus. 16. Aug. Chriſtum conſanguineum habere potuerūt, credere autem in eum ipſa propinquitate faſtidierunt. Chry. Dignum eſt mirari Euangeliſtarum morem veritatis amicum, non enim verecundantur dicere, quæ magiſtro videntur contumelioſa. 17. Int. corripiens cupidos gloriæ. Chryſ. manſuetè reſpondet, docens, non indignè ferendum, ſi nobis aliqui viles conſilium dent.

SENS. MYST. IN CAP. VII.

b. GLOſſ. Frequenter Dominus in Galilæam ambulabat, vt eum imitari volentes, de vitiis ad virtutes tranſmigrare diſcant, vel vt illius temporis ſancti de Iudæa ad gentes verbi Dei tranſitum expectarent.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VII.

a. id eſt, verſabatur, ſic infrà. 2. Graues quidam auctores legunt, nō valebat, ſeu non poterat, vt Chryſ. Cyr. Aug. c. Græc. ἑορτὴ, feſtum, durabat autem per ſeptem dies. 5. Græc. σκηνοπηγία, à figendū tentoriū, ſeu tabernaculū, σκηνὴ, enim tabernaculum, πηγὴ, ſeu πηγνύω, figo, conſtruo, itaq; ſcribendum ſcenopegia. 7. non erant hi Apoſtoli. 10. ſcilicet, qui in Iudæa ſunt. d. ſ. egregium, ſingulare, ſic Matth. 10. petens aliquid ab eo. e. i. vult eſſe celebris. 13. pro, cùm talia facias. 16. ſ. vt par erat ſed nimis de eo humiliter ſentiebant.

Tempus[18] meum nondum aduenit, tempus autem veſtrum[19] ſemper eſt paratum. Non[20]
poteſt mundus odiſſe vos, me autem odit; quia ego teſtimonium perhibeo[21] de illo,
quia opera eius mala ſunt. Vos[22] aſcendite ad diem[23] feſtum hunc, ego enim[24] non aſcen-[25]
dam ad diem[26] feſtum iſtum: quia meum tempus[27] nondum impletum[28] eſt. Hæc cum di-
xiſſet, ipſe manſit[29] in Galilæa. Vt autem aſcenderunt fratres eius, tunc[30] & ipſe aſcendit
ad diem feſtum, non manifeſtè[f], ſed quaſi in occulto[31]. Iudęi ergo quęrebant[32] eum in die
feſto, & dicebant, Vbi eſt ille[33]? Et murmur multus erat[34] in turba de eo. Quidam enim[g]
dicebant: Quia bonus eſt. Alij autem dicebant, Non, ſed ſeducit[35] turbas[h].

SENS. LIT. IN CAP. VII.

18. Int ſ. gloriæ, reſurrectionis, & aſcenſionis, ad quam veniendum, impleta prius humilitate paſſionis. Beda. eſt id referendum ad tempus glorificationis. Aug. dabant illi conſilium conſequendæ gloriæ, ſed Dominus voluit ad celſitudinẽ per humilitatẽ viam ſternere, dicit ergo, tempus meum, id eſt, gloriæ meæ, qua veniam in altitudine iudicaturus. Glo. non eſt nunc tempus meum, ſed veſtrum, quia non ſum amator mundi, vt vos, ſed accuſator. 19. Int. ſ. gloriæ mundi, quam affectatis. Aug. cùm nobis inſultent amatores huius ſeculi, dicamus eis, tempus veſtrum adeſt paratum, noſtrum nondum aduenit: excelſa enim patria humilis via, qui recuſat viam, quid quærit patriam? Chry. fortè cum Iudæis tradere volebant. ait ergo: tempus meum, id eſt crucis, & mortis nondum aduenit; veſtrum autem ſemper eſt paratum: etſi enim ſitis cum Iudæis ſemper, nō vos interficient, vnde ſequitur, Non poteſt, &c. 20. Int. pro, quia non. 21. Chry. q. d. intantum gloriam hominum non quæro, vt non prętermittam redarguere, etſi ſciam ex hoc odium naſci, & mihi mortem intentari: indicat verò Iudæorum odium contra ſe ex publica redargutione concitatum, non ex ſabbathi ſolutione. Theoph. contra formidinem de qua eum arguebant, hoc inducit. quod eorũ qui mundana ſapiunt opera redarguat. 22. Int. ſub. & ideo. Theop. contra inanem gloriam de qua eum arguebant hoc inducit; ſi enim vanæ gloriæ paſſione detineretur, eos ſecum retinuiſſet. 23. Int. ſ. vbi quæritis humanam gloriam, carnalia gaudia non æterna. 24. Int. pro, vero. 25. Int. ſ. ſicut vos quærens gloriam, quia tempus gloriæ meæ nondum eſt, in quo erit mea feſtiuitas. Chry. id eſt, non aſcendam modò vobiſcum. 27. Aug. q. d. dies feſtus meus non diebus iſtis tranſit, ſed permanet in æternum. 28. Chry. in futuro enim Paſcha, crucifigendus erat. 29. Theoph. noluit in principio aſcendere, vitans iram frementium Iudæorum. 30. Int. poſt, non vbi illi. Aug. non gloriari temporaliter, ſed aliquid docere ſalubriter, & de feſto æterno admonere cupiebat. Chry. aſcendit non vt patiatur, ſed vt erudiat. 31. Int. non quærens fauorem. Chry. poterat manifeſtè aſcendere, & eorum inordinatum impetum cohibere, ſed noluit, vt incarnatio certior eſſet, & vt diſceremus, quid nos oporteat facere, qui non poſſumus perſecutores cohibere. Gloſſ. quod latuit, exemplum eſt vitandi malos, quod palàm loquitur, & non tenetur, poteſtatis eſt. 32. Int. quia non aſcendit cum fratribus, aſcendit autem poſt, in medio die feſtiuitatis. 33. Chry. ex multo odio, & inimicitia, nominatim vocare nolebant. 34. Int. de hac contentione. ſ. quia quidam, &c. Aug. 35. Aug. dicunt & id modò de Chriſti ſeruis quicunque eminuerit in aliqua gratia ſpirituali profectu: alij dicunt bonus eſt; alij non, ſed ſeducit turbas; quod autem dictum eſt de Deo, valet ad conſolationem de quocunque hoc dictum fuerit Chriſtiano. Chry. turbæ dicebant bonum, principes verò & ſacerdotes ſeductorem turbarum.

SEN. MYST. IN CAP. VII.

29. Beda. carnalibus humanam gloriam quærentibus, Dominus manet in Galilæa, i. iis qui migrant de vitiis ad virtutes; poſtmodum verò aſcendit, quia Chriſti membra non huius vitæ, ſed æternæ gloriam quærunt. occultè verò, quia omnis gloria eius ab intus, i. de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. 31. Aug. in die feſto latebat, id eſt, membris peregrinantibus, ille enim eſt in tabernaculis, qui ſe in mundo intelligit peregrinum. Gloſſ. Chriſtus occultus aſcendit in feſtiuitatem, quia in omnibus illis figuralibus latuit, qui modò eſt manifeſtus nobis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VII.

18. i. aſcendendi opportunitas. 20. ſ. ea ratione qua me odit. 25. Gra. nondum aſcendo, ὄυπω ἀναβαίνω. 28. s. aduenit. f. ſ. vt ſolebat comitatus diſcipulis. 31. odium Iudæorum interficere volentium declinant. 33. per contemptum. 35. vox ſacerdotum, & Phariſæorum. h. q. d. vulgus indoctum.

[36] Nemo tamen [l] palam loquebatur de illo, propter metum Iudæorum. [37] Iam autem die feſto [38] mediante, [39] aſcendit Ieſus in [40] templum, & [41] docebat. Et [42] mirabantur Iudæi, dicẽtes: [43] Quomodo hic [m] literas ſcit, cùm [44] nõ didicerit: [45] Reſpondit eis, & dixit: [46] Mea doctrina [47] non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Si [48] quis voluerit [49] voluntatem eius facere: [50] cognoſcet de doctrina, vtrum ex Deo ſit, an ego à me ipſo loquar. [51] Qui à [52] ſemetipſo loquitur, gloriam [53] propriam [n] quærit: qui [o] autem quærit gloriam eius qui miſit eum, hic [54] verax eſt, & [55] iniuſtitia in illo non eſt. [56] Nonne Moyſes dedit vobis [57] legem: & nemo ex vobis [58] facit

Sens, Lit. In Cap. VII.

36. Int.ſ.eorum qui dicebant, bonus eſt. Aug. ſeducit turbas, clarius ſonabant, bonus eſt, preſſius ſuſurrabant. 37. Int.ſ.tales execrabantur, & extra Synagogam faciebant. Chry. Principes corrupti, ſubditi verò ſani quidem iudicio, ſed non habebant libertatem dicendi, quod multitudinis eſt. 38. Int.ſ.quarta die feſti. Aug. quantum datur intelligi, ipſam feſtiuitatem diebus pluribus celebrabant. 39. Int. maximè feruente zelo Iudæorum. Chry. Dominus tardatione ſua auditores attentiores facere volens, non in primis diebus aſcendit, ſed circa ſolennitatis medium. 40. Int. ſicut non manifeſtè aſcendit, non palàm docet, ſed quaſi latenter. 41. Int. vtens auctoritate Scripturarum, Chry. qui primis diebus eũ quæſierunt, repentè eum præſentem, videntes, magis intendebant docenti; illi quidem, qui bonum dicebant, vt aliquid lucrarentur, qui autem malum, vt comprehenderent. Theoph. in principio feſti, bis quæ feſti erant, magis attendebant, vnde poſtea Chriſtum attentiùs audierunt. Aug. ille qui prius latebat, docebat, palàm loquebatur, & non tenebatur, illud enim quod latebat, erat cauſa exempli, hoc poteſtatis.

42. Int. omnes mirabantur, ſed non omnes conuertebantur. Aug. ¶ Chry tanta erat virtus docentis, vt qui dixerant, ſeducit turbas, tranſmutati mirarẽtur. 43. Chry. admiratio, nequitia plena. 44. Aug. multi nouerant vbi natus, & quemadmodum fuerat educatus; nunquam eum viderant literas diſcentem, audiebant tamen de lege diſputantem. legis teſtimonia proferẽtem, quæ nemo poſſet proferre niſi legiſſet, nemo legere, niſi literas didiciſſet. Chry. ex hoc debebant cognoſcere non eſſe in eo ſcientiam hanc humanitus, ſed diuinitus. 45. Int admiratio, inſinuãdæ veritatis eſt occaſio. 46. Int. ecce quomodo ſcit literas. 47. Aug. quæ eſt doctrina Patris, niſi verbũ Patris, Chriſtus ipſe? & quid tam tuum eſt, quàm tu? ſed dixit doctrinam non ſuam, quia Patris eſt verbum. quid tam non tuum quàm tu, ſi alicuius es quod es? breuiter ergo hoc ſignificat, ego non ſum à meipſo. Chry. ſuam dicit, quia eam docet; non ſuã quia Patris erat; ſed & omnia Patris eius ſunt. vehementer autẽ ſic oſtendit, ſui & Patris vnã eſſe doctrinam, vt non æſtimetur aliquid præter Patrem dicere, vel agere. Aug. 1. de Trin. cap. 11. ſuã dicit ſecundùm formã Dei, nõ ſuam ſecundùm formã hominis. 48. Aug. ſi quis illud parum intellexerit, audiat conſilium hoc. 49. Int. i. credere in eum quẽ miſit, quod alibi dicit opus Dei, i. quod Deo placet. Aug. ¶ Chry. q. d. auferte iram, & inuidiam, & odiũ quod in me habetis, & nihil erit quod prohibeat vos cognoſcere, quoniã Dei verba ſunt quæ loquor. 50. Aug. cognoſcere, eſt intelligere; ergo noli quærere intelligere, vt credas, ſed crede vt intelligas, quia niſi credideritis, nõ intelligetis. 51. Int. ſ. Antichriſtus. Glo. Antichriſtus, non eſt miſſus, ſed venire permiſſus. Chry. aliud argumẽtum inſolubile: qui enim propriam vult inſtituere doctrinam, non ob aliud hoc vult, quàm vt gloriam acquirat. 52. Int. non à Deo.

53. Int. non Dei, vnde Apoſtolus: Extollitur ſuper omne quod dicitur Deus. n. Aug. qui quærit gloriam propriam, Antichriſtus eſt. o. Chry. homilia de ſe dicit, vt credant quod non deſiderat gloriam, neque principatum; ſimul etiam propter imbecillitatem audientium, & vt doceat homines nihil magnum de ſe dicere, ſed ſemper humile. Glo. exemplum humilitatis tribuit, vt omnia bona Deo tribuamus. 54. Theoph. q. d. verax ſum, quia doctrina mea continet veritatem. 55. Theoph. q. d. iniuſtitia in me non eſt, quia alterius gloriam non vſurpo. 56. Chry. duo criminabantur, alterum quod Patrem ſuum Deum diceret, oſtendit ergo ſe æqualem Deo Patri, & eadem docere; alterum, quod ſabbathum ſolueret, ad hoc ergo reſpondet. 57. Glo. q. d. gloriamini in lege, & contra legem, quæ vetat occidere, quæritis me interficere. 58. Int. quia quæritis me interficere. Chry. q. d. Lex dicit, Non occides, vos autem occiditis. Aug. Si legem facerent, in ea Chriſtum agnoſcerent, & præſentem non occiderent.

Addit. Avct. In Cap. VII.

l. Gr. παῤῥησίᾳ i. liberè, in defenſionem ſ. & laudem. 37. ſ. quibus Chriſtus inuiſus. 38. ſ. die quarto. m. i. ſcripturam legere, vel etiã interpretari. 44. apparet ſolùm in Ieruſalem ſolitas diſci vbi Scriba. 46. q. d. quod doceo, non eſt à me primò ſed à Patre. 50. quippe ſana mente, beneq́; diſpoſitus, 65. ſanans ſ. languidum in ſabbatho. 66. pro, tumultuamini quaſi ſabbathum violarim.

legem?

legem? [59] Quid me quæritis interficere? [60] Reſpondit turba, & dixit: [61] Dæmonium habes:
[62] quis te quærit [63] interficere? [64] Reſpondit Ieſus, & dixit eis: [65] Vnum opus feci: & omnes
[66] miramini. [p] Propterea Moyſes dedit vobis circuncisionem: [67] non quia ex [68] Moyſe eſt, ſed
ex [69] patribus, & in [70] Sabbatho circunciditis hominem. [71] Si [72] circuncisioné accipit homo
in ſabbatho, vt non ſoluatur [q] lex Moyſi: [73] mihi indignamini quia [74] totum hominé ſa-
[75] num feci in [76] ſabbatho? [77] Nolite iudicare ſecundùm [78] faciem: ſed iuſtum iudicium iudica-
te. Dicebant ergo quidam ex Ieroſolymis: [79] Nónne hic eſt quem quærunt interficere?
Ecce palàm loquitur, & nihil ei dicunt. [80] Nunquid verè cognouerunt principes quia

Sens. Lit. In Cap. VII.

59. Int. quæ cauſa eſt? Chry. q. d. etſi ego ſolui legem, ſed ſalutis hominis cauſa, vos autem tranſgredimini ad malum. 60. Int. non pertinentia ad ordinem, ſed ad perturbationem. Aug. 61. Iot. hoc non dicerent, niſi dæmonium haberent. Aug. dicunt habere dæmonium, qui dæmones expellebat. 62. Iot. negant quod facere volebant. 64. Iot. non turbatus, vt illi, ſed tranquillus, non reddens maledictum pro maledicto. Aug ¶ Beda. patientiæ exemplum dat, vt cùm nobis falſa objiciuntur, patiẽter feramus, & vera quæ poſſumus non objiciamus, ſed ſalutaria moneamus. 65. Aug. q. d. quid ſi opera mea omnia videretis? 66. Chry. ſ. turbamini, tumultuamini. p. Aug. q. d. bene factum eſt vt acciperetis à Moyſe circunciſionem (quæ tamen non ex ipſo eſt primo) conuincit enim vos ipſe Moyſes, ſecundùm enim legem oportet aliquando in ſabbatho circuncidere. 67. Int. quæ ſignificat ſanationem animæ & corporis, quam ego facio. Glo. ob tres cauſas data circunciſio, in ſignum fidei Abrahæ, ad diſtinctionem à cæteris nationibus, ad indicandum mentis caſtitatem obſeruari debere. 68. ſ. incœpta. 69. Int. quia Abraham prius accepit à Deo. 70. Int. quo iubemini vacare, ſi occurrit octauus dies, iubemini circuncidere. Aug. pertinet circunciſio ad aliquod ſignaculum ſalutis, & non debent homines vacare à ſalute.
71. Int. propter ergo. 72. Int. quæ ad ſalutem inſtituta eſt, q. d. ſi in ſigno veræ ſalutis non eſt violatio ſabbathi. 73. Int. qui veram ſalutem operor. Glo. qui in lege gloriamini, contra legem quæ me nunciat, de morte mea tractatis. 74. Chry. oſtendit circunciſionem eſſe particularem ſanitatem. ſ. ſolius animæ. 75. Int. curatus eſt vt ſanus eſſet in corpore, & credidit vt ſanus eſſet in mente. Aug. 76. Aug. eſtis prohibiti ſeruilia opera facere ſabbatho, nunquid ſeruile eſt homines ſanare in ſabbatho? manducatis quidem, & bibitis ſabbatho, quod pertinet ad ſalutem, per quod oſtenditis opera ſalutis non eſſe die ſabbathi omittenda. Glo. non eſt contra legẽ quod ſanat in ſabbatho Dominus ſabbathi. 77. Chry. q. d. non quia Moyſes apud vos maiorem habet gloriam, quàm ego, ex perſonarũ dignitate ſententiam feratis, ſed à rerum natura, hoc enim eſt iuſtè iudicare. 78. Aug. magni laboris eſt in hoc ſeculo non ſecundùm faciem iudicare, ſed rectum; non acceptando perſonas iudicium retinere. non eſt autem timẽdum ne perſonas accipiamus, cùm homines diuerſo modo pro ſuis gradibus honoramus. 79. Aug. apparebat poteſtas quæ antea putabatur timiditas; nouerant iſti qua ſæuitia quærebatur, mirabãtur qua potentia nõ timebatur. 80. Aug. nõ plenè intelligentes Chriſti potentiã putauerũt eſſe principũ ſcientiã quod ei pepercerũt. Chry. miſerabiles qui Deitatis ſignũ vidẽtes maximũ, quod. ſ. nõ teneretur ab his qui eum maximè quæſierant, vt interficerent, omnia tamen iudicio corruptorũ principum permittebãt.

Sens. Myst. In Cap. VII.

74. Int. i. humanum genus totum ſanauo. Aug. Fortè illa circunciſio ipſum Dominum ſignificabat. quid enim circunciſio, niſi carnis expoliatio? ſignificauit ergo expoliationem à corde cupiditatũ carnalium. itaque data in generationis membro; per vnum enim hominem peccatum introiuit in mundum. ideo autem quiſque cum præputio naſcitur, quia omnis cum vitio propaginis naſcitur, & non mundatur niſi per Chriſtum, vnde & cultellis petrinis circuncidebant, petra Chriſtum figurantes, octauo autem die ob reſurrectionem Domini quæ nos circuncidit, id eſt, abſtulit deſideria carnalia.

Addit. Avct. In Cap. VII.

p. particula hæc Hebraico more non cauſam reddit, ſed auditorẽ excitat. q. d. aduertite itaq; ne miremini. vide Ier. 30. & 32. vel pro, propterea quod. vt ſit ſenſus, ideo ſabbatho circũciditis, quia Moyſes dedit legẽ de circũciſione faciẽda octauo die. Gr. διὰ τοῦτο. ab id. ſ. quia Moyſes, &c. vel propterea. ſ. miramini quod præceſſit. 67. i. lege lata præcepit circuncidi. 68. pro, quanquam non ipſe primus inſtitutor. q. ſ. de circunciſione facienda die octauo. 78. i. perſonæ qualitatem. q. d. qui Moyſi parcitis, ne me accuſate.

hic eſt Chriſtus? Sed hunc ſcimus vnde ſit: Chriſtus autem cùm venerit, nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo Ieſus in templo docens,& dicens: Et me ſcitis,& vnde ſim ſcitis:& à meipſo non veni,ſed eſt verus qui miſit me,quē vos neſcitis.Ego ſcio eum, & ſi dixero quia neſcio eū,ero ſimilis vobis,mendax:ſed ſcio eum, quia ab ipſo ſum, & ipſe me miſit. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo miſit in illum manus,quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum,& dicebant:Chriſtus cùm venerit nunquid plura ſigna faciet, quàm quæ hic facit? Audierunt Phariſæi turbam murmurantem de illo hæc: & miſerunt Principes ſacerdotum & Phariſæi miniſtros vt apprehenderent Ieſum.Dixit ergo eis Ieſus,Adhuc modicum tempus vobiſcum ſum:& vado ad

SENS. LIT. IN CAP. VII.

81. Int.i.cuius filius ſit. 82. Aug. orta erat hæc apud Iudæos opinio, quod nemo ſciret vnde ſit, quia per Eſaiam dictum eſt,Generationem eius quis enarrabit?pię dixerant quidem Scripturæ ſecūdùm hominē vnde eſſet,at ſecundùm Deū latebat impios,& quærebat pios.Chriſtus ad vtrunq; reſpondit,& quod noſſent,vnde eſſent,& quod non noſſent. 83. Aug.ſecundùm carnē,erat enim à Nazareth, cuius etiam parentes nouerant. 84. Aug.ſecundùm diuinitatem. 85. Chry.reuelat,quæ in mente habebant. q.d.non ſum de numero eorum,qui ſine cauſa venerunt,ſed me miſit qui verax eſt,& veracem miſit.

86. Aug.q.d.vnde ſim neſcitis.Hil.6.de Trin.ignorari vnde ſit non poteſt, quicquid ſubſiſtit ex nihilo,non intelligit autem Filium natum,qui putat eum ex nihilo; & qui natum negat non confitetur Filium. 87. Aug.oſtendit eis vnde poſſint ſcire.q.d.à me quærite, vt ſciatis eum, Patrem enim nemo nouit niſi Filius,& cui voluerit Filius reuelare.Hil.6.de Trin.Proprietas cognitionis eſt, ex proprietate generationis. 88. Int.quod eſt impoſſibile.Chry. 89. Aug.quia Filius de Patre, quod autem me videtis in carne,ipſe me miſit. 90. Chry.arbitrari dictis Chriſti,dixerat enim eos neſcire,ipſi autem ſimulabant ſe ſcire. 91. Int.i.quia nondum volebat.Aug.non enim Dominus ſub fato natus eſt, hoc enim nec de te credendum,quanto minùs de illo per quem factus es? ſi tua hora voluntas eſt illius,illius hora quæ eſt niſi voluntas ſua? non ergo horam dixit qua cogeretur mori,ſed qua dignaretur occidi.Glo. non eſt neceſſitas fati,ſed opportunitas voluntatis; voluit opportuno tempore naſci, præmiſſa longa ſerie præconum;ſimiliter prædicato Euangelio, opportuno tempore mori. Chry. refrenabat quidē eorum furorem inuiſibiliter,ſed Euangeliſta hoc nō dixit,humiliùs locutus, vt Chriſtus homo putaretur.

92. Int.prædicatione,& miraculis moti,ſimplices credunt,& verba,& facta Domini glorificant.Aug. humiles,& pauperes ſaluos faciebat Dominus,turba quędam ſuam ægritudinem citò vidit,& illius medicinam ſine dilatione cognouit. 93. Chry.adhuc in his non erat ſana fides, nec enim hoc dicerent, ſi firmiter credidiſſent hunc eſſe Chriſtum. 94. Int.q.d.non Aug. q.d.ſi duo non erunt, hic eſt Chriſtus.

95. Aug.Medicum non ſolùm non agnoſcebant, ſed etiam occidere cupiebant. Chry. maximè eos mordebat,quòd turbæ Chriſtum glorificabant, prætendebant autem ſolutionem ſabbathi. 96. Chry. ipſi non audebant Chriſtum capere,periculum timentes. 97. Aug. quia non poterant apprehendere nolentem,miſſi ſunt vt audirent docentem. 98. Chry.q.d.quid feſtinatis me interficere?expectate paruum tempus.Aug quod modò vultis facere,facturi eſtis,ſed non modo,quia nolo;implere enim debeo diſpenſationem,& ſic peruenire ad paſſionem. 99. Chry.per hoc ſtudioſiorem turbam magis auidam faciebat ad audiēdum,quaſi paruo tempore reliquo,in quo poſſent doctrina potiri. 100. Chry. q.d.etſi me perſequamini,non tamen ceſſabo ſalutaria docere,& monere. 101. Int.tunc.ſ. 102. Int. i.patiar, quia ſpontè patiar. Beda. q.d. reuertens aſcendo ad Patrem,qui me incarnari præcipit. Chryſ. oſtendit paſſionem ſuam voluntariam eſſe.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VII.

82. pro,nemo ſciet. r. ſ.quibus ortus parentibus,fortè ob illud ab iſtis malè intellectū,Generationem eius quis enarrabit? & ex qua Mich.5.& Pſal.109.dicuntur. s. pro,dicitis quod me ſciatis, &c.at ego à Patre ſum,&c. 85. i promiſſi ſeruans. 86. ſ.me miſiſſe,vel eſſe Patrem meum,denique cùm ſitis mali, non vt par eſt, agnoſcetis. 90. pro,cùm ergo quærerent. t. ſ.tempus opportunum moriendi. v. q.d. cogites qui adhuc expectat venturum,Num,ille,&c. x. pro,ero. 101. pro,& poſtea abibo.

[101] eum qui me [104] miſit. [105] Quæretis [106] me, & non inuenietis: & [107] vbi [108] ego [109] ſum, vos non po-
[110] teſtis venire. [111] Dixerunt ergo Iudæi ad ſemetipſos: [112] Quo hic iturus eſt, quia non in-
uenіemus eum? nunquid in [113] diſperſionem gentium iturus eſt, & [114] docturus gen-
tes? Quis eſt hic ſermo quem dixit, [115] Quæretis me, & non inuenietis: & vbi
ſum ego, vos non poteſtis venire? In [116] nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis
ſtabat Ieſus, & [117] clamabat, dicens: [118] Si [119] quis ſitit, [120] veniat ad me, & bibat. Qui
credit in me, ſicut dicit [121] Scriptura,

SENS. LIT. IN CAP. VII.

103. Int. per paſſionem ad eum vadit, à quo tamen non receſſit. 104. Theop. tanquam Patri ſit de ipſis conqueſturus, miſſum enim opprobriis afficientes, & mittenti fecerunt iniuriam. Chry. hoc eos poterat terrere. 105. Int. ſ. poſt compuncti de ſcelere mortis meæ. Chry. dicit Lucas quòd mulieres plangebant ſuper eum, & probabile eſt multos alios hoc eſſe paſſos, & præcipuè dum ciuitas caperetur, meminiſſe eos miraculorum Chriſti, & eius præſentiam quæſiſſe. Aug. quæſituri erant illum poſt reſurrectionem compuncti, vnde multi dixerunt, quid faciemus? viderunt Chriſtum ſuo ſcelere morientem, & crediderunt in eum, ſuis ſceleribus ignoſcentem. 106. Int. ſ. fide, vel corporaliter. 107. Int. quare? quia vbi, &c. 108. Int. incommutabilis cum Patre. 109. Aug. non dixit, ero: ſemper enim ibi erat, quo fuerat rediturus, erat Chriſtus ſecundùm carnem viſibilem in terra, ſecundùm inuiſibilem maieſtatem in cælo & in terra. Gloſſ. vnde alibi, Filius hominis qui eſt in cælo. 110. Int. nunc. ſ. Auguſtin. tales tunc erant qui non poſſent, ſic & Petro dixit, Non potes me ſequi modò, ſequeris autem poſtea. Chryſ. hæc induxit omnia, volens eos attrahere. ſ. modicum tempus relinqui, poſt receſſum deſiderandum eſſe, non poſſe de cætero inueniri. 111. Int. more ſuo verba Domini carnaliter intelligentes. 112. Int. non ad ipſum. 113. Int. id eſt, ad gentes, ad vana, & diuerſa diſperſas. Chryſoſtom. ſic gentes vocabant, quæ vbique diſſeminatæ erant quaſi exprobrantes, ſed hoc opprobrium poſtea ipſi ſuſtinuerũt, vbique enim diſperſi ſunt. Aug. Dixerat Dominus de ſinu Patris, quod iſti nullo modo intellexerunt, ſed tamen occaſione hac ſalutem noſtram prædixerunt, quòd iturus eſſet ad gentes non præſentia corporis, ſed tamen pedibus ſuis: miſit enim ad nos membra ſua, & fecit nos membra ſua. 114. Chry. non dixerunt lædere, ſed docere, iam enim iram ſubmiſerant, & his quæ dicta erant, crediderant, neque enim ſi non crediſſent, id inuicem quæſiſſent, quis eſt hic ſermo, &c. 115. Gloſſ. cùm prophetaſſent veritatem replicantes eandem quæſtionem oſtendunt ſe prophetaſſe ex ignorantia. 116. Chryſo. cùm eſſent receſſuri domum, dat eis viaticum ad ſalutem, erat autem vltima & prima feſtiuitatis dies celeberrima ſecundùm legem, vnde & Euangeliſta magnum diem appellat, medios autem dies ad voluptates conſumebant, itaque antea hoc non dixit, ne eis voluptati vacantibus excideret. 117. Chry. propter turbæ multitudinem. Theop. vt audiretur, & vt confidentiam largiretur, & quia neminẽ formidabat. 118. Chryſ. quaſi dicat, neminem cogo, ſed ſi quis deſiderat, hunc voco. 119. Int. ſ. interiùs credere, & diligere, & verba Dei audire. Aug. eſt ſitis interior, quia eſt homo interior, ſi ſitimus, veniamus, non pedibus, ſed affectibus, non migrando, ſed amando. Chryſ. de intellectuali potu loquitur, addit enim, Qui credit in me, &c. 120. Int. ſ. affectibus amoris, & paſſibus fidei, recedendo ab amore mundi. 121. Int. ſ. Eſaiæ. Chry. hoc Scriptura nuſquam dicit, itaque oportet in dictione, Scriptura, diſtinguere, vt deinde ſequatur, flumina de ventre, &c. tanquam verba Chriſti, ſignificat enim credendum in ipſum ſecundùm Scripturam, vnde & ſuprà, Scrutamini Scripturas. Hier. in prologo Geneſis. de prouerbiis videtur ſumptum teſtimonium, vbi dicitur, Deriuentur fontes tui foris, &c.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VII.

105. i. optabitis præſentiam, vel pro, ſi me quæratis, ſic illud, Quæres locum eius, & non inuenies. pro, ſi quæras locum eius. 107. pro, eò vbi ero, non poteritis venire. 112. i. inter ſe. 113. i. gentes per orbem diſperſas. 116. octauo. ſ. quo operari non licebat, dicebaturq́; collecta, quod populus collectus detineretur ad celebrandam feſtiuitatem. Héb. עצרת, retentio, quia. ſ. retinebatur. 119. ſimile illud Iſaiæ 55. Omnes ſitientes venite ad aquas, &c. 121. coniungit Chryſ. cum illo, Qui credit in me. Alij cum ſequentibus, putantq́; ſumptum vel ex 1. Prou. 5. vel Iſa. 41, 42, 43, 44, 48. Ezech. 36. vel ex tota Scriptura, quæ ſæpe loquitur de Spiritu ſancto dando.

[122] flumina de [123] ventre eius fluent [124] aquæ [125] viuæ. Hoc autem dixit de [126] Spiritu quem [127] acceptu-
ri erant credentes in eum. [128] Nondum enim erat Spiritus [aa] datus: quia Ieſus nondum
erat [129] glorificatus. Ex [130] illa ergo turba cùm audiſſent hos ſermones eius, [131] dicebant: Hic
eſt verè [132] Propheta. [133] Alij dicebant: Hic eſt Chriſtus. [134] Quidam autem dicebant:
[135] Numquid à Galilæa venit Chriſtus? Nonne Scriptura dicit, quia ex [136] ſemine Da-
uid, & de Bethlehem caſtello, vbi [bb] erat Dauid, venit Chriſtus? [137] Diſſenſio itaque facta
eſt in turba propter eum. Quidam autem ex ipſis [138] volebant apprehendere eum: ſed
nemo [139] miſit ſuper eum manus. Venerunt ergo miniſtri ad Pontifices & Phariſæos. Et
dixerunt eis [140] illi: Quare non adduxiſtis illum? Reſponderunt [141] miniſtri,

Sens. Lit. In Cap. VII.

122. Chryſ. Flumina dicit, non flumen, copioſitatem & vbertatem inſinuans. 123. Aug. venter interioris hominis, conſcientia cordis, quæ iſto liquore purgata, fontem habebit, & ipſa fons erit: eſt autem fons, & fluuius manans, beneuolentia qua vult conſulere proximo, & ideo non ſiccatur, quia manat. Greg. in Ezech. hom. 10. cùm à mente fidelium, ſanctæ prædicationis verba defluunt, quaſi aquæ viuæ flumina decurrunt; ventris autem viſcera ſunt, recta intentio, ſanctum deſiderium, humilis ad Deum, & ad proximum pia voluntas. 124. Chry. i. ſemper operantis, Spiritus enim gratia in mente omni fonte vberiùs manat, & non deficit, neque euacuatur, quod videre eſt in ſapientia Stephani, Petri lingua, & Pauli affluentia. 125. Int. exponit ad quem vocaſſet potum. Aug. 126. Int. ſ. ſancto. Aug. 127. Int. quando poſt reſurrectionem inſufflauit, & poſt aſcenſionem in igneis linguis dedit. 128. Int. acceptu-ri, nondu[m] enim, &c. Aug. 4. de Trin. ca. 20. erat quidem datus Spiritus ſanctus. Dicitur enim Iohannes repletus Spiritu ſancto, & Zacharias, & Maria, & Simeon, & Anna, ſed certa quædam Spiritus ſancti datio poſt clarificationem Chriſti futura erat qualis nunquam antea fuerat, nuſquam enim legimus linguis quas non nouerant homines locutos veniente in ſe Spiritu ſancto. Idem in Ioann. Cur modò nemo loquitur linguis omnium gentium cùm accipit Spiritum ſanctum? quia ipſa Eccleſia linguis omnium loquitur, ſi amas vnitatem, tibi habet quiſquis in illa aliquid habet, tolle inuidiam, & tuum eſt quod habeo, liuor ſeparat, charitas iungit, ipſam habeto, & cuncta habebis. Noluit Dominus dare Spiritum ſanctum, niſi poſt reſurrectionem, vt in reſurrectionem charitas noſtra flagraret, & ab amore ſeculi ſepararetur, totaque in eum curreret. Gloſſ. ex eo tempore quo Apoſtoli Domino crediderunt, Spiritum ſanctum habuerunt, ſed pro modulo atque menſura: poſt reſurrectionẽ verò fuit donationis modus apertior, & plenior. 129. Int. ſ. reſurrectione, & aſcenſione. Chryſ. gloriam Chriſti crucem vocat, oportebat priùs pro nobis offerri hoſtiam, & tunc factos Dei amicos, ſuſcipere donum. Glo. quæ ſit hæc gloria, in ſequentibus aperit Chriſtus, dicens: Pater clarifica me claritate, &c. 130. Int. cùm hoc loqueretur, & incitaret credentes, nata eſt de illo in turba diſſenſio. Beda. 131. Int. ſ. aliqui qui cœperant bibere. 132. Theop. qui ſ. expectabatur. 133. Theop. ſ. populus. 134. Int. hi nondum inceperant bibere, neſcientes hæc eſſe impleta in Chriſto, quæ Prophetæ prædixerant, quia erat in Nazareth Galilææ nutritus. 135. Int. qui nouerant in Nazareth nutritum, natiuitatis locum non attendunt. 136. Chryſ. an neſciebant iſti Chriſtum ex domo & familia Dauid natum? ſed omnia obumbrāt, per educationem in Nazareth, omnia malitioſè loquentes, itaque Chriſtus eis nihil reſpondit, quia nec diligenter attendebant, nec diſcere volebant at Nathanaëlem laudauit, qui erat verè Iſraëlita, & veritatis inquiſitor.

137. Theoph. non in principibus, erant enim hi vnius voluntatis, vt eum non reciperent tanquam Chriſtum. 138. Int. non tantùm credere nolebant, ſed perſequi volebant. 139. Int. quia nondum ipſe voluit. Chry. ſufficiens hoc erat eos in compunctionem adducere, ſed nequitia ad vnum aſpicit ſolum, vt eum cui inſidiatur, interficiat. 140. Int. ſ. Phariſæi. 141. Int. qui miſſi fuerunt.

Addit. Avct. In Cap. VII.

122. i. copia ſpiritualium gratiarum, & operationũ. 123. i. corde, ſeu mente. a a. ſ. copioſè. q. d. nõdum impleta quæ Prophetæ prædixerant de effuſione Spiritus ſancti. b b. pro, habitabat, ſeu habitauit.

Nun

[142]Nunquam ſic locutus [143]eſt [ee]homo, ſicut [144]hic loquitur.[145]Reſponderunt ergo eis Phariſæi:
[146]Nunquid & vos [147]ſeducti eſtis? Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut
ex Phariſæis? ſed turba hæc quæ non [148]nouit legem, [149]maledicti ſunt. Dixit [150]Nicode-
mus ad eos (ille qui [151]venit ad eum [152]nocte, qui vnus erat ex [153]ipſis) Nunquid lex [dd]noſtra
iudicat hominem,niſi prius [154]audierit ab ipſo,& [155]cognouerit quid faciat?[156]Reſponderũt,
& dixerunt ei:Nunquid & tu [157]Galilæus es?[158]Scrutare Scripturas,& vide,quia à Galilæa
[ee]Propheta [159]non ſurrexit.Et [160]reuerſi ſunt vnuſquiſque in [161]domum ſuam.

Sens. Lit. In Cap. VII.

142. Chry.ecce Phariſæi & Scribæ miracula videntes, & Scripturas legentes, nihil profecerunt, miniſtri verò vna ſola allocutione ſunt capti, & abeuntes vt eum ligarent, redierunt ligati miraculo, & præcones efficiuntur Chriſti ſapientiæ.Admiranda verò iſtorum non ſolùm prudentia,quia ſignis non eguerunt,ſed ſola doctrina ſunt capti:ſed etiam ſecuritas,qui ita ad Phariſæos, Chriſti aduerſarios, ſunt locuti. 144. Inter.quia erat Deus,& homo.Aug. 145. Int.hoc teſtimoniũ repellẽtes.Aug. 147. Glo. laudabiliter ſeducti erant, qui dimiſſo malo infidelitatis,tranſierunt ad fidem. 148. Aug. qui non nouerant legem,credebant in eum qui miſerat legem. eum verò condemnabant qui legem docebant, vt illud impleretur, ego veni,vt non videntes videant;& videntes cæci fiant. 149. Chry. vos potiùs maledicti eſtis.Theoph.blandè Phariſæi miniſtris reſponderunt, ne ab eis ſegregati, ad Chriſtum tranſirent. 150. Chry.hoc ſubiungitur ad excludendum quod dixerant,nullum Principũ credidiſſe. 151. Int. volens illuminari.Auguſt. 152. Int.timens ſciri.Aug. 153. Int.non tamen incredulus.Aug. dd. Aug. 22.de ciuit.Dei.Legem noſtram dicit,eo quòd eſt ab illo data hominibus. 154. Aug. credebat,ſi tantummodo patienter vellent audire,fortè ſimiles futuros his qui miſſi fuerant tenere, & maluerant credere.Gloſſ.auctoritate legis volebat eos inducere,vt eum audirent. 155. Aug.volebant autem eſſe damnatores,quàm cognitores. 156. Chry.cùm oporteret rationem reddere cur miſiſſent pro eo iracũdiùs contradicunt. 157. Int.i.à Galilæo ſeductus.Aug.Dominus enim Galilęus dicebatur,quia de Nazareth erat mater eius. 158. Int.cùm ſis Legis doctor.Chry.iniurioſè hoc dicunt, quaſi neſcienti Scripturas. q.d.vade,& diſce. 159. Int.tamen Dominus Prophetarum inde ſurrexit,qui dicitur Nazaræus. Auguſt. 160. Int.i.nullo perfecto negotio.

Sens. Myst. In Cap. VII.

161. Int.id eſt, malitiam ſuam.

Addit. Auct. In Cap. VII.

ee. i.quiſque.Heb.ſic infr.Hominem.i.quenquam. 157. q.d.Nunquid tu ex Galilæa es, vt eis ob patriam communem faueas? ee. ſ.quiſquam. 159. ſ.vnquam.

CAPVT VIII.

IEsvs autem [1]perrexit in montem [2]Olieti:& [3]diluculo iterum venit in templum,& omnis populus venit ad eum:& ſedens docebat eos.

Sens. Lit. In Cap. VIII.

1. Gloſſ.Solebat die docere in templo,veſperi reuerti in Bethaniam.

Sens. Myst. In Cap. VIII.

2. AVg.in montem vnguenti,montem chriſmatis à quo Chriſti nomen:vnxit autem nos,quia luctatores contra diabolum fecit.Glo.mons,altitudo miſericordię,vnde nobis chriſma.i.vnctio.
3. Glo.manè ortus nouæ lucis,poſt tenebras legis,quo miſericordiã venit fidelib.dare,ſeſſio antè eſt incarnationis humilitas,qua miſeretur,& docet,vnde libentiùs populus venit ad eum.Beda.poſtquã per gratiam cœpit habitare in templo ſuo.i.in Eccleſia,ex omnibus gentibus crediderunt in eum.

Addit. Auct. In Cap. VIII.

2. Græc.ἐλαιῶν,oliuarum.

Adducunt autem Scribæ & Phariſæi mulie[a]rem in adulterio deprehen[4]ſam: & ſtatue-
runt eam in me[b]dio,& dixe[5]runt ei, Magiſter hæc mulier modò deprehēſa eſt in adul-
terio. In lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid di-
cis? Hoc autem dicebant tentantes eum, [c] vt poſſent accuſare eum. Ieſus autem in[d]cli-
nans ſe de[6]orſum, di[e]gito ſcri[7]bebat in terram. Cùm ergo perſeuerarent interrogantes
e[8]um, erexit ſe, & di[9]xit eis, [10]Qui ſine pec[11]cato eſt veſtrum, primus in illam lapidem
mittat. Et ite[12]rum ſe incli[13]nans, ſcribebat in terram. Audientes autem hæc, vnus poſt
vnum exi[14]bant, incipientes à ſenio[f]ribus: & re[g]manſit ſolus[15] Ieſus[16], & mu[17]lier in me[18]dio
ſtans. Erigens autem ſe Ieſus, di[19]xit ei, Mulier vbi

Sens. Lit. In Cap. VIII.

4. Int.ſtrecenter. 5. Aug.animaduerterant eum nimium eſſe mitem. dixerunt ergo apud ſe,ſi eam dimitti cenſuerit, iuſtitiam non tenebit quam lex iubet; vt verò manſuetudinem non perdat, in qua iam populus amabilis factus eſt,eam dimitti debere dicturus eſt,ita nos ad accuſandi occaſionem inueniemus.ſed Dominus & in reſpondendo iuſtitiam ſeruauit,& à manſuetudine non receſſit. 7. Int. ſcilicet,peccata eorum.Aug.de conſ.Euang.lib.4.cap.10.tanquam illos in terra ſcribendos ſignificaret,non in cælo, vbi monuit diſcipulos, vt ſe ſcriptos eſſe gauderent;aut tempus eſſe, vt in terra quæ fructum daret,non in lapide ſterili ſicut antea,lex eius conſcriberetur.Beda.illum ſe eſſe monſtrat,qui quondam legem in lapide inſcripſit. 8. Int.qui inclinatus ſcripſit,erectus ſalua miſericordia iuſtitiam iudicat.
10. Aug.non dixit,non lapidetur,ne contra legem dicere videretur, abſit autem vt diceret, lapidetur; venit enim non perdere quod inuenerat, ſed quærere quod perierat. Reſpondit ergo, qui ſine peccato, &c.q.d.puniatur peccatrix,ſed non à peccatoribus;impleatur lex, ſed non à præuaricatoribus legis.Glo. q.d.prius ſitis iuſti, vt pòſt ream puniatis; ſi enim lex iubet punire reos, non tamen à ſimiliter puniendis. 11. Greg.14.mor.cap.15.qui prius ſe non iudicat, quid in alio rectum iudicet, ignorat. 12. Int. oſtendit dimiſſa peccata mulieris. 13. Aug.non eſt dignatus, cùm telo iuſtitiæ percuſſiſſet, cadentes attendere,ſed auertit ab eis obtutum.Glo.iterum ſcribit,vultum aliò vertens,vt illis liberum ſit exire.
14. Aug.tanquam iuſtitiæ telo percuſſi,ſeſe inſpicientes,& reos inuenientes,receſſerunt. 16. Int.miſericordia. 17. Int.miſeria.Auguſt. Relicti ſunt duo, miſeria & miſericordia. 18. Int. ſcilicet, diſcipulorum. 19. Auguſt.leuans in illam oculos manſuetudinis, qui iuſtitiæ lingua aduerſarios eius repulerat.

Sens. Myst. In Cap. VIII.

a. Gloſſ.mulier in adulterio deprehenſa, Synagoga quæ adulterauit legem Moyſi, ſequendo traditiones Patrum,vel quæ dimiſſa lege Moyſi,iam ſequitur fidem Chriſti, vnde Iudæus eam quaſi adulteram accuſat,vel ſignificatur Eccleſia,quæ relinquens Deum, fornicata erat cum dæmonibus, quàm Iudæus accuſat quòd ad Chriſtum accedat. 6. Int.ſ.de ſinu Patris in mundum,ad reclinanda peccata humani generis. e. Gloſſ.docet nos,auditis aliquibus malis,non temere iudicare, ſed priùs digito diſcretionis nos ipſos intus diſcutere,ſicut illis dicit:Qui ſine peccato eſt veſtrum,&c. 8. Int.vt erigat illos qui in peccatis curuabantur. 13. Gloſſ. docet nos ſicut ante correctionem; ita & poſt nos ipſos humiliter inueſtigare,ne idem,aut ſimile in nobis ſit. 15. Int.remanet ſolus Ieſus cum muliere in domo, id eſt,cum Eccleſia in mundo.

Addit. Avct. In Cap. VIII.

b. ſ.coram Chriſto. c. captantes occaſionem accuſandi. d. incipit facere quod erat iteraturus,vt eis daret poſtea liberiorem diſcedendi locum,quod ſi tunc ſolùm feciſſet,fortè illos rei nouitas detinuiſſet,ſecundum verò quoſdam, illorum peccata ſcribebat, conuicturus inde, ſi opus fuiſſet, quod illi timentes diſceſſere. 10. Græc.ἀναμάρτητος,quo ſignificatur etiam qui non poteſt peccare. f. vel alijs honoris cauſa cedentibus, aut quia hi grauiorum ſibi conſcij peccatorum. g. Græc.κατελείφθη,relictus eſt. 15. ſ.ſine vllo accuſatorum,ſeu tentatorum.

[h] ſunt qui te [20] accuſabant? Nemo te [21] condemnauit? Quæ dixit, Nemo Domine. Dixit au-
tem [22] Ieſus, [23] Nec ego te [l] condemnabo: vade, & [m] iam ampliùs noli peccare. Iterum ergo
[24] locutus eſt eis Ieſus, dicens: Ego [25] ſum lux [26] mundi; qui [27] ſequitur me, [n] non ambulat in te-
[28] nebris: ſed [29] habebit lumen [30] vitæ. [31] Dixerunt ergo ad eum Phariſæi, [32] Tu de temetipſo te-
ſtimonium perhibes: teſtimonium tuum non [o] eſt verum. [33] Reſpondit Ieſus, & dixit eis:
Etſi ego teſtimonium perhibeo de meipſo, [34] verum eſt teſtimonium meum: [p] quia ſcio
[35] vnde veni, & [36] quò vado. Vos autem neſcitis vnde venio, aut quò vado. Vos ſecundùm
[37] carnem iudicatis: ego non [38] iudico quemquã, & ſi [39] iudico ego, [40] iudicium meum [q] verum
eſt: quia [41] ſolus non ſum, ſed ego & qui [42] miſit me, Pater. [43] Et in lege

Sens. Lit. In Cap. VIII.

h. Int. hos fugauit iudicio iuſtitiæ. 20. Int. aliàs accuſarunt. 21. Int. ſ. ſciens ſe ſimiliter inquinatum. 22. Aug. vox manſuetudinis. 23. Aug. à quo te fortè cõdemnari timuiſti, quia in me peccatum non inueniſti, ne verò putetur Dominus fauere peccatis, addit: Vade, &c. Damnauit ergo peccatum, non hominem, intendant qui amant in Domino manſuetudinem, & timeant veritatem, etenim dulcis, & rectus Dominus. 24. Glo. ſubdit quid poſſit ex diuinitate, ne ambigatur quod poſſit peccata dimittere.
25. Beda. ſ. hominum in tenebris commorantium, ſecundùm illud: Illuminare his qui in tenebris, & vmbra mortis ſedent. Chry. obiiciebant ei Galilæam, de ipſo dubitantes, oſtendit ergo ſe non eſſe vnum Prophetarum, ſed orbis terrarum dominatorem. Auguſt. putarunt Manichæi ſolem iſtum viſibilem eſſe Chriſtum, non eſt Chriſtus ſol factus, ſed per quem ſol factus eſt: omnia enim per ipſum facta ſunt, & propter nos ſub ſole factum eſt lumen, quod fecit ſolem, carnis nube tegitur, non vt obſcuretur, ſed vt temperetur. Theop. nota hinc contra Neſtorium, quod non dicit, in me eſt lux mundi, ſed ego ſum lux mundi. 26. Int. pro, ideo qui. 27. Int. ſ. per fidẽ, & iuſſis obedit, &c. 28. Int. ſ. ignorantiæ, vel peccatorum. Chry. i. non manet in errore. 29. Int. ſ. nũc, & in futuro Aug. modò per fidem, pòſt per ſpeciem.
30. Aug. concordant hæc verba cum illis Pſalmi, In lumine tuo videbimus lumen, quoniam apud te eſt fons vitæ. In iſtis corporalibus aliud lumen, aliud fons, apud Deum quod lumen hoc fons, qui tibi lucet vt videas, ipſe tibi manat vt bibas, ſi ſequaris iſtum ſolem viſibilem, te deſerit in occaſu, à Deo ſi non facias caſum, nunquam ad te ille faciet occaſum. 31. Int. quia Deum ſe ſignificauit. 32. Glo. putant non eſſe ei credendum, quaſi ſolus de ſe teſtetur, obliti præmiſſarum lucernarum, & Iohannis Baptiſtæ. 33. Int. oſtendens ſe & Patrem cui gloriam dat. 34. Aug. Verùm eſt teſtimonium luminis, ſiue ſe oſtendat, ſiue alia. p. Glo. q. d. meum teſtimonium verum eſt, quia teſtimonio Patris confirmatur. 35. Int. ſ. à Patre. Aug. Patrem volebat intelligi. Chry. i. ex Deo ſum, Deus, & Dei filius. 36. Aug. nec veniendo inde diſceſſit, nec redeundo nos dereliquit, ſicut autem Sol iſte illuſtrat faciem videntis, & cæci, ſed videt ille, iſte non videt, ſic ſapientia Dei vbique præſens eſt, etiam infidelibus, ſed iſti quibus eam videant, oculos cordis non habent, itaque ſubiungit, Vos, &c. velut inter fideles ſuos, & inimicos diſtinguens. 37. Theop. q. d. quià in carne ſum, carnem me ſolam putantes, non autem Deum, falsò iudicatis. Aug. videbant hominem, & Deum non credebant. Chry. vt ſecundùm carnẽ viuere, eſt male viuere, ita ſecundùm carnem iudicare, eſt iudicare iniuſtè. Gloſſ. i. hominem putatis, cui in laude ſua credendum non ſit. 38. Chry: quia poſſent dicere, ſi iniuſtè iudicamus, cur non conuincis? hoc ſubiungit. 39. Aug. ſ. modò, ſic alibi dicit, Non veni vt iudicem mundum, vel non iudico, vt vos, ſecundùm carnem, alioqui (vt ſequitur) iudicat. 40. Chry. q. d. ſi iudicarem, iuſtè vos condemnarem, ſed nunc tempus iudicij non eſt. 41. Int. i. etſi homo, Patrem non deſerui, etſi miſſus per carnem, tamen ego & Pater ſimul per Deitatem. Chry. oſtendit quòd non ipſe ſolus eos condemnabit, ſed & Pater, hoc autem ad eorum opinionem loquitur, non enim exiſtimabant dignum fide, niſi Patris teſtimoniũ aſſumpſiſſet. Aug. formam ſerui accepi, ſed formam Dei non amiſi. 42. Int. i. incarnari conſtituit. Auguſt. miſſio tua Domine, incarnatio tua eſt. 43. Aug. dixit de iudicio, vult de teſtimonio dicere.

Addit. Avct. In Cap. VIII.

l. Græc. κατακρίνω, condemno. m. Græc. μηκέτι ἁμάρτανε, ne poſt hæc pecces. n. Græc. ambulabit. i. conuerſabitur. 30. i. vitam dans, vel ad vitam ducens æternam. o. i. non habendum pro vero.
36. pro, quo iturus ſim. ſ. ex hoc mundo. 37. ſ. carnali iudicio. 39. ſ. nunc, vel ſolus, vel à meipſo.
q. ſ. pro, verum habendum.

[44] veſtra ſcriptum eſt, quia [45] duorum hominum teſtimonium verum eſt. Ego ſum qui te-
ſtimonium [46] perhibeo de meipſo: & teſti[47]monium per[48]hibet de me, qui miſit me, Pa-
ter. Dicebant ergo ei, [49] Vbi eſt Pater tuus? Reſpondit Ieſus, [50] Neque me ſcitis, neque Pa-
trem meum. [51] ſi me ſciretis: [52] forſitan & Patrem meum ſci[53]retis. Hæc verba lo[54]cutus eſt
Ieſus in gazophy[55]lacio, docẽs in tem[56]plo. & nemo apprehendit eum, quia nec dum ve-
[57] nerat hora eius. [r] Dixit ergo [s] iterum eis Ieſus, Ego [58] vado, & [59] quæretis [t] me, & in [60] peccato

SENS. LIT. IN CAP. VIII.

44. Int. id eſt, vobis à Deo data. Aug. cont. Fauſt. lib. 16. cap. 13. ſic Apoſtolus dicit, Euangelium ſuum.
45. Aug magnam habet quæſtionem, & valde videtur res in myſterio conſtituta, vbi Deus dixit: In ore duorum, vel trium teſtium ſtabit omne verbum. nam & Suſanna duobus falſis teſtibus vrgebatur, & vniuerſus populus mentitus eſt contra Chriſtum. per myſterium ergo hoc modo Trinitas commendata eſt, in qua eſt perpetua ſtabilitas veritatis, ſi vis habere bonam cauſam, habe duos, vel tres teſtes; Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum. 46. Int. nunc etſi differo iudicium, non differo teſtimonium.
47. Int. ſi duobus teſtibus creditur, qui poſſunt falli & mentiri, quare non mihi & Patri, vbi eſt ſtabilis veritas? 48. Beda. multis in locis, vt eſt illud: Hodie genui te; Item, Hic eſt filius meus dilectus.
49. Aug Patrem Chriſti carnaliter acceperunt. q. d. nos ſolum te videmus, oſtende nobis tecum eſſe Patrem tuum. Theoph. quidam notant hoc prolatum, velut ad contumeliam, & contemptum, quaſi. ſ. ex fornicatione genito, & proprium genitorem ignoranti, vel tanquam vili, vt cuius pater putaretur Ioſeph. quia ergo non intelligebant ſcire volentes, non reſpondet ad eam quæſtionem. 50. Aug. q. d. quæritis de patre, quaſi me iam ſciatis, ſed me non noſtis, hominem quippe putatis, ideo patrem vobis non oſtendo. Orig contrarium huic videtur quod ſupra ſcriptum eſt, & me ſcitis, & vnde ſim ſcitis, ſed illud ad quoſdam Hieroſolymitarum dictum eſt, hoc verò ad Phariſæos. 51. Orig. at ſuprà dictum eſt quoſdam illum ſcire, & neſcire Patrem, ad hoc dicendum, Chriſtum quãdoque de ſe vt homine loqui, & ita ſciebatur; quandoque autem ſecundùm diuinam naturam, & ita neſciebatur. Aug. quid eſt; ſi me ſciretis, & Patrem meũ ſciretis, niſi ego & Pater vnũ ſumus? ſic enim ſolemus de ſimilibus dicere, ſi hũc vidiſti, illũ vidiſti. Theop. erubeſcat Arrianus; ſi. n. creatura Filius, & non conſubſtantialis, quomodo qui nouit creaturam, Deum nouit? 52. Aug. increpatiuè, ſic cùm indignatur Dominus ſeruo, ſolet dicere, contemnis me, forſitan ſum Dominus tuus. 53. Orig. colebant quidem Iudæi Deum, ſed ſolet Scriptura, qui male viuunt, eos dicere Deum non agnoſcere; ſic de filiis Heli dicitur, quòd Deum ignorabant. Adde quod negantes Filium, nõ agnoſcebant eſſe Patrẽ. 55. Alc. gaza Perſica lingua diuitiæ, φυλάττειν, ſeruare. erat autem locus in templo vbi ſeruabãtur diuitiæ. Orig. Gazophylacium eſt locus pecuniarum in honorem Dei, & diſpenſationem pauperum oblatarum. 56. Chry. in templo loquebatur, in ordine magiſtri. 57. Int. non fatalis, ſed opportuna, & voluntaria. Aug. nonnulli hoc audientes ſub fato fuiſſe Chriſtum credunt, ſed quomodo fatum habet, per quem factum eſt cælum & ſydera, cum tua voluntas ſi recta ſapias, tranſcendat & ſydera? nondum ergo venerat hora, non qua cogeretur mori, ſed qua dignaretur occidi. r. Bed. hæc verborum connexio talis videtur, vt hæc vno tempore & loco, vel alio geri potuerint. 58. Int. de futuro quaſi de præſenti loquitur. Aug. Chriſto mors profectio fuit. Glo. vado ſpontè, & ideo fruſtrà laboratis. 59. Int. ſ. perſequendo in Apoſtolis. Orig. de perſequentibus aliquando dicitur, quod quærant Ieſum. Aug. quæretis me non pro deſiderio, ſed odio. quæſierunt Chriſtum poſtquam abſceſſit ab oculis hominum, & qui oderunt, & qui amabant, illi perſequendo, iſti habere cupiendo. t. Gloſſ. pœnam eis prædicit. 60. Int. ſ. permanentes.

SENS. MYST. IN CAP. VIII.

55. Bed. in gazophylacio Chriſtus loquitur, in parabolis enim ad Iudæos loquebatur. cœpit autem tunc quaſi gazophylacium aperiri, quando diſcipulis cæleſtia reſerauit. Orig. numiſmata ſunt diuina verba, imaginem Regis magni impreſſam habentia: conferat autem vnuſquiſque in ædificationẽ Eccleſiæ, portans ad intellectuale gazophilacium quicquid poteſt ad honorem Dei, & vtilitatẽ communem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

52. pro, vtique, nam Gra. ἄν potius affirmat. 55. ſ. in atrio maiore vbi arca pecuniaria quam primus inſtituerat rex Ioas. s. idem enim ſuprà dixerat. 58. pro, abiturus ſum mox. ſ. ad Patrem.

[61] veſtro [62] moriemini. Quò ego vado, [63] vos non [64] poteſtis venire. [65] Dicebāt ergo Iudæi, Nun-
quid [66] interficiet ſemetipſum, quia dicit, Quò ego vado, vos non poteſtis venire? Et di-
cebat [67] eis, Vos de deorſum [68] eſtis, ego de [69] ſupernis ſum; vos de [70] mundo hoc eſtis, [71] ego non
[72] ſum de hoc [73] mundo. [74] Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis veſtris, ſi enim non
[75] credideritis quia ego [76] ſum, moriemini in peccato [77] veſtro. [78] Dicebant ergo ei, [79] Tu quis es?
[80] Dicit eis Ieſus, [81] Principium, [x] qui & [82] loquor vobis. [83] Multa habeo

Sens. Lit. In Cap. VIII.

61. Beda. dixit peccato, in ſingulari, & veſtro in plurali, vt idem omniū ſcelus oſtenderet. 62. Aug. hoc eſt Chriſtū male quærere, in peccato ſuo mori. Orig. non ad omnes præſentes hoc dicit, multi enim (vt infrà dicitur) crediderunt in eum. 64. Orig. non poſſunt, quia non volunt: ſi enim voluiſſent, & non potuiſſent, non dicerent, In peccato veſtro moriemini. Aug. hoc diſcipulis alibi dicit, non tamen eis dixit, In peccato veſtro moriemini, ſed, quò vado, non poteſtis venire modò, non abſtulit ſpē, ſed prædixit dilationem. 65. Int. omnia carnaliter ſapiētes, & quod dixit non intelligētes. Aug. 66. Aug. ſtulta verba, quid enim? non poterant illi venire, quò ille perrexiſſet, ſi ſe interficeret? nunquid non erant morituri? quò vado dixit, non quò itur ad mortem, ſed quò ipſe ibat poſt mortem. Theoph. ſignificauit ſe reſurrecturum in gloria, & ſeſſurum ad dexteram Dei. Orig. Forte iſti loquebantur ſecundum aliquam traditionem quam de eius morte habebant, quod ſe eſſet voluntariè morti traditurus, puto autem eos ignominiosè hoc protuliſſe. 67. Orig. tanquam terrena ſapientibus. 68. Orig. id eſt, terram ſapitis, ſurſum cor non habetis. Chry. q. d. mirum non eſt talia cogitare carnales, & nihil ſpirituale intelligētes.

69. Int. ſ. à Patre, cum eo excedens omnia Aug. de quibus ſupernis? à Patre quo nihil ſuperius.

70. Int. ſ. in peccato nati, adhuc in eo viuitis. quod non iam ij qui de mundo electi ſunt, pertinētes ad eum qui fecit mundum. 71. Int. ſ. prior mundo. 72. Aug. quomodo de mundo eſſet per quem factus eſt mundus? Theoph. nihil mundanum, ſeu terrenum affectans, itaque nullo modo ad tantam inſaniam deuenirem, vt me occiderem. 73. Theoph. Apollinaris hinc male colligebat Chriſti corpus cæleſte eſſe, & de ſurſum deſcendiſſe, quaſi verò Apoſtoli, quibus dictum eſt, Non eſtis de hoc mundo, cæleſtia corpora habuerint. ſenſus ergo eſt, nō ſum de numero veſtro, qui mundana curatis. 74. Aug. exponit quid voluerit intelligi cùm dixit, Vos de hoc mundo eſtis, quia. ſ. peccatores erant. 75. Aug. erāt in illis, & qui credituri erant, quos his verbis ad ſpem reuocat, quæ erat ablata illis verbis, quaſi ad omnes dictis, In peccato veſtro moriemini. 76. Aug. multum eſt quod cōmendauit. ſic & Moyſi dixerat, Ego ſum qui ſum: ſed quid eſt, Ego ſum qui ſum, quaſi alia non ſint? verè non eſt quicquid mutabile eſt. hoc ergo eſt, niſi credideritis, quia ego ſum, niſi credideritis quia Deus ſum. Dixit autem credideritis, nō autem ceperitis, quis enim hoc capiat? Glo. q. d. qui miſi Moyſen ad liberandum filios Iſraël, ego per me ipſum veni liberare perditos. 78. Ioi. carnaliter ſapientes, æternæ eſſentiæ ignari. 79. Int. quia dixiſti, Ego ſum, & non addidiſti quid. nunc ergo dic quis es, vt credamus. Aug. 80. Aug. Sciebat ibi eſſe quoſdam credituros. 81. Aug. q. d. Principium me credite, ne moriamini in peccatis veſtris. eſt Pater principium, & Filius principium. non tamen duo principia, vt nec duo Dij. Glo. Pater principium nō de principio. Filius principium à principio, i. Patre, qui omnia per Filium operatus eſt. Ipſe manus dextra, fortitudo, ſapientia, & verbum Patris. x. Beda. quædam exemplaria habent, qui: ſed congruentius eſt, ſi legatur, quia, vt ſit ſenſus, principium me eſſe credite, quia propter vos ad hæc verba deſcendi. 82. Int. Factus homo propter vos, vt poſſetis me intelligere. Aug. humilis propter vos factus, ad iſta verba deſcendi, & vt credatis vobis loquor. Chry. apparet magna Iudæorum amētia, poſt tantū tempus, & ſigna, & doctrinam interrogantium, tu quis es. itaque eis Chriſtus ait, à principio loquor vobis. 83. Aug. ſupra dixit, ego non iudico quenquam. ſ. ad præſens, nunc autem futurum iudicium dicit.

Addit. Auct. In Cap. VIII.

62. ſcilicet, qui eſtis increduli. v. ſcilicet, terra. 76. id eſt, qui ſum, vel quod ſim Meſſias. 81. ſcilicet, Deus. Nota quod Græcè eſt accuſatiuus: itaque Auguſtin. ſubaudit, credite me eſſe, legit autem, quia & loquor vobis, quaſi dicat, quia & vt credatis vobis loquor, humilis enim propter vos factus, ad iſta verba deſcendi. 82. quaſi dicat, & etiam homo. 83. pro, poſſum Græcis, poſſum autem, pro, poſſem.

de vobis loqui,& [aa]iudicare:[bb]ſed qui me miſit [84]verax eſt:& ego quę [85]audiui ab eo,[86]hæc loquor in mundo.Et nō [87]cognouerunt,[cc]quia Patrem eius dicebat Deū.Dixit ergo eis Ieſus,Cùm [88]exaltaueritis Filiū hominis,tūc [89]cognoſcetis quia ego [90]ſum,& à [91]meipſo facio nihil:ſed ſicut [92]docuit me Pater,hæc loquor.Et [93]qui me [dd]miſit,[94]mecū eſt,& nō [95]reliquit [96]me ſolū:[97]quia ego quę [98]placita ſunt ei,facio [99]ſemper.Hæc illo loquente,[100]multi crediderūt in eum.[102]Dicebat ergo Ieſus ad eos qui crediderunt ei,Iudæos:Si vos [103]manſeritis in [104]ſermone meo,[105]verè diſcipuli mei [106]eritis:& [107]cognoſcetis [108]veritatem : & [109]veritas [110]liberabit

Sens. Lit. In Cap. VIII.

aa. Gloſſ.qui modò non iudico,ſed ſaluo,habeo poſt iudicare,habeo inquam ex Patre,qui verax eſt ex ſe,ex quo ego ſum Veritas quam genuit,& ideo vera dico & iudico. 84. Aug.ideo verus in iudicio ego,quia Filius veracis. Veritas ſum. Theop.futuro ſeculo ſignificat ſe iudiciū reſeruare.q.d.etſi vos infideles eſtis,Pater meus verax eſt,qui diē ſtabiliuit in quo vobis retributio fiet. 85. Int.idē eſt audire ab eo,quod eſſe ab eo.Aug.dat gloriam Patri æqualis Filius.q.d.do gloriā ei cuius ſum Filius,quomodo tu ſuperbis aduerſus eum,cuius es ſeruus? 86. Int.ſ.veritatē.Chry.ſ.quæ ſunt ad ſalutē, non quæ ad iudicium. 87. Glo.adhuc habebāt clauſos oculos. 88. Int.q.d.priùs eſt paſſio implēda per manus veſtras, pòſt ex vobis aliqui credēt;ne quis ergo deſperet de quantocūque ſcelere.Aug.q.d.differo cognitionem veſtrā,vt impleam paſſionē meam. 89. Int.aliqui ex vobis.nota,inter eos fuiſſe aliquos, qui credituri erant.Aug.videbat ibi aliquos poſt paſſionem ſuā credituros. Dicit verò hoc illis, ne quiſquā ſibi male conſcius deſperet,quando eis condonatur homicidium,qui occiderunt Chriſtum. 90. Chry.ex ſignis, reſurrectione,& captiuitate veſtra cognoſcitis me eſſe Chriſtum Filiū Dei. 91. Chry.i.non ſum contrarius Patri.Aug.hoc ſubiungit ne fortè ſubintraret error Sabellianorum.q.d.à meipſo non ſum.

92. Int.i.ſcientem genuit.Aug.non ſic Pater Filium docuit,quaſi indoctum genuerit;ſed hoc eſt docuiſſe,ſcientem genuiſſe:hoc eſt Filio eſſe quod noſſe.Pater gignendo dedit, ſicut eſſe ita & noſſe.

93. Int.idem iam dixerat,ſed quia res eſt magna,aſſiduè commemorat.Chryſ.rurſus ad humilia ſermonem reducit. dd. Aug.miſſio,incarnatio,quæ Filij tantùm eſt,non Patris,qui me miſit. i. cuius auctoritate tanquam paterna incarnatus ſum. 94. Int. non tamen miſſus , vt ego,quia non incarnatus. Chry.hoc addit,ne Patre minor putaretur,ob dictū proximè illud diſpenſationis,hoc Deitatis eſt. Aug. Miſit Pater Filium,ſed non receſſit à Filio. 95. Int.Pater. 96. Int.Filium. 97. Int. quare nō reliquit? quia &c. 98. Int.in ſalute humani generis,quæ eſt voluntas Patris.Chry.quia dicebāt ex Deo non eſſe, qui ſabbathū non cuſtodiret,ſępe oſtendit ſe non eſſe Patri contrariū. 100. Int.non omnes.Chry.crediderunt quidam,ſed non vt oportebat,quod Euangeliſta in ſequētibus oſtendit, narrans quod ei rurſum iniuriam faciebant. 102. Int.quia crediderunt,promittit quò ex fide perueniatur.Aug.voluit Dominus in profundum fundare fidem,vt non ſuperficie tenus crederent. 103. Aug. oſtendit quæ in eorum corde erant,ſciebat enim credidiſſe quoſdam.Aug.de verb.Dom.Ser.48. oportet manere in illo , ſi non manſerimus,cademus.Quid eſt in verbis Dei manere,niſi nullis tentationibus cedere? 104. Int.i. in fide quæ in vobis eſſe cœpit per ſermonem. 105. Aug. magnum quid eis promittit;verè diſcipulos eius fieri. 106. Int. quid prodeſt eſſe diſcipulos?Cognoſcetis,&c. 107. Aug.q.d.nunc credentes eſtis, manendo videntes eritis, quid eſt fides,niſi credere quod non vides ?veritas eſt, quod credidiſti videre.

108. Int.ſ.ſicuti eſt,quam nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit. Aug. Veritas incommutabilis,verbum Dei,panis eſt mentis,reficit,nec deficit,mutat veſcentem,non ipſe in veſcentem mutatur.Chry. veritatem.i.me.Iudaïca enim omnia typus erant. 109. Int. quam modò creditis, quæ modò carne tecta loquitur vobis, & latet vos. Aug. Latebat in carne veritas, non vt negaretur, ſed vt differretur, vt in carne pateretur,vt caro peccati redimeretur. 110. Int.cognita , liberos vos faciet. Aug.de verb. Dom.Serm.48.q.d.ſi non delectat veritas,delectet libertas,liberari propriè dicitur liberum fieri,vt ſanari,ſanum fieri.Aug.4.de Trin.c.18.Liberabit à morte,à corruptione,à mutabilitate.

Addit. Avct. In Cap. VIII.

bb. pro, nam Heb.vel quaſi dicat,interim tamen id dicam. cc. id eſt,quod de Patre Deo eis loqueretur. 103. pro,perſeueraueritis. 110. Græc.ἐλευθερώσει,liberos faciet,exemptos ſeruitute peccati, & diaboli.

vos. [ee] Reſponderunt ei : [111] Semen Abrahæ ſumus,& nemini [112] ſeruiuimus vnquam : quomodo tu dicis,liberi eritis? [113] Reſpondit eis Ieſus : Amen, [115] amen dico vobis,quia [116] omnis qui [117] facit peccatum, [118] ſeruus eſt peccati: [119] ſeruus autem nó [120] manet in [121] domo in æternum: [122] filius autem manet in æternum. Si ergo vos [123] Filius [124] liberauerit , [ff] verè [125] liberi [126] eritis. Scio quia [127] Filij Abrahæ eſtis,ſed [128] quęritis me interficere, [129] quia [130] ſermo meus non [131] capit in vobis. [132] Ego quod [133] vidi apud Patrem, [134] loquor : & vos quæ vidiſtis apud [gg] patrem veſtrum, [135] facitis. Reſponderunt,& dixerunt ei: [136] Pater noſter Abraham eſt.

SEN. LIT. IN CAP. VIII.

ee. Aug.non illi qui iam crediderant,ſed qui in turba nondum erant credentes. 111. Int. efferunt genus ſuperbi. 112. Chry.non aliam ſeruitutem nouerant niſi mundanam. Auguſt. quid?Ioſephus non eſt venundatus?Prophetæ ſancti nónne in captiuitatem inducti? nónne vobis aſſiduè imputat Deus, quòd vos de ſeruitutis domo liberauit?quomodo tributa Romanis ſoluitis,ſi nemini vnquam ſeruiſtis? 113. Int.exponit eis quæ ſit ſeruitus, quæ libertas quam promittit. 115. Int.ingeminat,vt attentiores fiant. Aug.Multum commendat,quod ſic pronũciat quodammodo ſi dici fas eſt,iuratio eius eſt. Amen, verbum eſt Hebræum,quod verum ſignificat,non eſt autem interpretatum Græcè, aut Latinè , non vt eſſet ligatum, ſed ne vileſceret nudatum. Veritas dicit,verum dico vobis , quæ mentiri omnino non poteſt,tamen inculcat,dormientes excitans. 116. Aug.ſ.Iudæus, Græcus;diues, pauper; imperator , & mendicus. 118. Greg.4.moral.cap.42.Qui ſe prauo deſiderio ſubjicit , iniquitatis dominio dudum libera mentis colla ſupponit , ſed huic Domino contradicimus,cùm iniquitati,quæ nos ceperat,reluctamur. Idem 25.mor.cap.20. quanto aliquis liberiùs peragit peruerſa quæ vult , tanto iniquitatis ſeruitio obnoxiùs obligatur.Aug. O miſerabilis ſeruitus, ſeruus hominis aliquando domini duris imperiis fatigatus, fugiendo requieſcit; ſeruus peccati quo fugiat? ſecum ſe trahit quocunque fugerit , peccatum enim intus eſt,voluptas tranſiit quæ delectabat,remanſit peccatum quod pungat. 119. Int.i.peccator. 120. Int.etiam ſi intret. 121. Int.id eſt,Eccleſia.Aug Eccleſia,domus. ſeruus, peccator. multi intrant in Eccleſiam peccatores. 122. Int.ſ.Chriſtus in domo ſua cui cohærent filij liberati. Aug. in hoc quod dicit Filius,caput & corpus eſt. 123. Int.qui ſolus liberat à peccatis. 124. Aug.terruit,ne peccatum amaremus;ſpem dedit,ne de peccati abſolutione diffideremus; hæc ergo eſt ſpes noſtra, vt à libero liberemur,ipſe enim pretium dedit,ſolus de peccato liberare poteſt,qui venit ſine peccato , & factus eſt ſacrificium pro peccato.Aug.de verb.Dom.Serm.48.liberauerit,ſcilicet,à diabolo, & animæ iniquitate.

ff. Chry.oſtendit humanam libertatem de qua gloriabantur non eſſe veram libertatem. Auguſt. erit voluntas tua libera,ſi fuerit pia;eris liber,ſi fueris ſeruus iuſtitiæ. 125. Int.vt hîc peccatum non dominetur,& poſt corruptionem vt omnino non ſit.Aug.prima libertas carere criminibus. ſed iſta inchoata eſt,non perfecta libertas,caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum. libertas plena & perfecta erit , cùm nullæ erunt concupiſcentiæ. 127. Int.ſcilicet,per carnem,ſed non per imitationem. Aug.carnis origine,non cordis fide. 128. Chry.hoc addit,ne dicant,peccatum non habemus. 130. Int.qui eſt vt hamus,qui capit dum capitur. 131. Int.ſcilicet,cor,quia non capitur à corde veſtro. Aug.id eſt,non capit cor veſtrum,quia ab eo non recipitur;ſic eſt ſermo Dei fidelibus,tanquam piſci hamus.tunc capit,quando capitur;nec fit capitis iniuria;ad ſalutem quippe,non ad perniciem capiuntur. Chry. non dixit , non capitis,ſed non capit,altitudinem ſuorum dogmatum oſtendens. 132. Chry. hoc ait , quia poſſent dicere,quid ſi à teipſo loqueris? 133. Theoph.id eſt,cognoui. 134. id eſt, veritatem quæ ego ipſe ſum, & ideo ſermo meus vos debet capere. Aug.q.d. Veritatem vidi, veritatem loquor, quia Veritas ſum.

gg. Glo.de diabolo dicit, cuius filij erant, non natura,ſed imitatione,adeóque verè ſerui. 135. Chry. q.d.ſicut ego verbis,& veritate oſtendo Patrem , ita vos à rebus oſtendite Abraham. 136. Aug. q.d. quid tu dicturus es contra Abraham?videntur prouocare , vt aliquid mali de Abraham dicat , quod eis occaſio ſit faciendi quod cogitabant.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

111. id eſt genus. 118. ab illo velut vinculis detentùs , & ſeruire coactùs. 120. i. non ſolet manere, vel non habet ius manendi. 131. Græc.ὁ χωρεῖ,non habet locum.

Dicit eis Ieſus : [137] Si filij Abrahæ eſtis, [138] opera Abrahæ [139] facite. Nunc autem quæritis me [140] interficere [141] hominem, qui [142] veritatem vobis locutus ſum, quã [143] audiui à Deo. [hh] hoc [144] Abraham [ll] non fecit. [145] Vos facitis opera patris veſtri. Dixerunt itaque ei, Nos ex [146] fornicatione non ſumus nati, vnum [147] Patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Ieſus: [148] Si Deus [mm] Pater veſter eſſet, diligeretis vtique me. ego enim ex Deo [149] proceſſi, & [150] veni: [151] neq; enim à me ipſo veni, ſed ille me miſit. [152] Quare loquelam meam non cognoſcitis? Quia non [153] poteſtis [154] audire ſermonem meum. [155] Vos ex patre diabolo [156] eſtis: & [nn] deſideria patris veſtri vultis facere. [157] Ille, homicida erat ab [158] initio,

Sens. Lit. In Cap. VIII.

137. Aug. non negat eorum originem, ſed facta condemnat, caro eorum ex illo erat, ſed vita nõ erat. Glo. Abraham laudat, & iſtos degeneres damnat. 138. Int. credidit Abraham Deo. Orig. non vnũ opus dicit, ſed cuncta Abrahæ opera, ſpiritualiter tamen intellecta; nec enim oportet adire ancillarum coniugia, aut in ſenectute aliam vxorem ducere. 139. Int. q.d. factis probate, non verbis. 140. Int. in quo probamini non eſſe filij Abrahæ. Gloſſ. non dicit quod poterat, ſe eſſe Dominum Abrahæ, ne ſit occaſio calumniæ. 141. Orig. Verbum non moritur, ſed hoc quod videbant; quod videbant, poterant occidere; & quem non videbant, offendere. 142. Chry. ſ. quod ſim æqualis Patri, ob hoc enim volebant eum interficere. 143. Chry. hoc ait, vt oſtendat quod dixit, non eſſe Patri contrarium. 144. Int. cuius filios vos facitis. 145. Int. ſed eſt vobis alius pater, cuius opera facitis. Chry. volebat Dominus eis ſuadere ne ſpem ſalutis haberent in cognatione Abrahæ naturali; hanc enim putabant ſibi ſufficere ad ſalutem. 146. Aug. cœperunt cognoſcere quod non de carnis generatione, ſed vitæ inſtitutione loqueretur; ſolet autem Scriptura fornicationem appellare, cùm Diis multis & falſis anima tanquam proſtituta ſubjicitur. Orig. atrocius reſpondent, latenter deſignantes ex adulterio natum Chriſtum. 147. Int. q.d. etſi non ſimiles Abrahæ ſimus, ſaltem ſemper Deum colimus, qui Iſraël ſuum primogenitum nominat. Orig. Dicunt ſe habere maiorem patrem quàm Abraham. 148. Chry. Multi eorum ex fornicatione nati erant, ſed hoc omiſſo, Chriſtus oſtendit eos non eſſe ex Deo. Hilar. 6. de Trin. Temerariam Iudæorum vſurpationem patrem ſibi Deum præſumentium, per id quod ſe non diligerent, obiurgat.

mm. Orig. Deus alicuius fit Pater, quando eius mandata cuſtodit. 149. Int. Deus. Aug. quod de Deo proceſſit verbum, æterna proceſſio eſt, venit autem ad nos, quia Verbum caro factum eſt, aduentus eius, humanitas eius. 150. Int. ſ. in carnem. 151. Hil. Docet non ſibi à ſe eſſe originem. Orig. hoc dicit propter quoſdam per ſe venientes, & non miſſos à Patre, de quibus in Hieremia: Non mittebam eos, & ipſi currebant. 152. Chry. hoc ſubdit, quia ſemper quærebant, quid eſſet quod diceret, Quò ego vado, &c. 153. Int. ſ. in hoc ſtatu manentes. 154. Int. i. credere. Aug. ideo audire non poterant, quia corrigi credendo nolebant. Glo. ita res eſt vt dico, ſed non poteſtis cognoſcere, quia non poteſtis audire, cùm nolitis credendo corrigi, ſed quia ex diabolo eſtis, in eo perſeuerare elegiſtis. 155. Chry. quia auſi ſunt patrem ſuum Deum dicere, ita eos percutit. 156. Auguſt. cauenda eſt hic Manichæorum hæreſis mali quandam naturam ponentium, & gentem tenebrarum, vnde caro noſtra originem ducat. Iudæi filij erãt diaboli, imitando, non naſcendo; itaque ſequitur, Et deſideria Patris, &c. Gloſſ. erant filij diaboli imitatione, ſic illud dictum, Pater tuus Amorrhæus, & mater Cethæa. nn. Chry. non dixit opera, ſed deſideria; oſtendens vehementer & illum, & ipſos cædibus delectari. Gloſſ. q.d. occidere me vultis in carne, quia non poteſtis in mente. 158. Int. ſcilicet, ex quo fuit homo qui poſſet occidi. Aug. Diabolus verbum malum ſeminauit, & hominem occidit. non ad eum venit ferro accinctus, ne ergo putes non eſſe homicidium cùm fratri tuo mala perſuades. Orig. Diabolus totum genus hominum peremit, omnes enim in Adam moriuntur.

Addit. Auct. In Cap. VIII.

hh. pro, tale quid. ll. verti etiam poterat, non feciſſet. 146. q.d. idololatræ non ſumus, tales enim vocantur filij fornicationum. Oſeæ 2. 153. q.d. ideo ſermones meos non intelligitis, quia ferre me dicentem non poteſtis, adeò vobis ſum inuiſus. 157. occidit enim hominem ſuaſione peccati, & peccato in mortem induxit. 158. ſ. mundi, vel hominis, vel ipſe eſt primus homicida, quiq; ex quo cœpit occidere, ſemper idem facit.

& in veritate[159] non ſtetit: quia[160] non eſt veritas[161] in eo[ee]. Cùm[162] loquitur mendacium, ex propriis[pp] loquitur, quia mendax eſt, & pater[163] eius[qq].Ego autem ſi veritatem[164] dico, non creditis[165] mihi.Quis[166] ex vobis arguet[167] me de peccato?Si[168] veritatem dico, quare[169] vos non creditis mihi?Qui ex Deo[170] eſt,verba Dei[171] audit.Propterea[172] vos non auditis,quia ex Deo[173] non eſtis.Reſponderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei. Nonne[174] bene dicimus nos quia Samaritanus[175] es tu & dæmonium[176] habes?Reſpondit Ieſus,[177]Ego dæmonium[178]

Sens. Lit. In Cap. VIII.

159. Int.in qua fuit,ſed tamen cecidit.Aug.11.de ciuit.Dei,cap.13.non dicit à veritate alienus fuit, ſed in veritate non ſtetit,à veritate lapſum ſignificans. Vnde & Eſaias:Quomodo cecidiſti qui mane oriebaris? & Ezechiel: In deliciis paradiſi Dei fuiſti,nempe fuit in veritate,ſed non permanſit.Illud autem Iohannis.Ab initio diabolus peccat, ſic eſt intelligendum.non ex quo creatus eſt, ſed ab initio peccati, cœpit enim in ipſo peccatum. 161. Int.à qua lapſus eſt. Orig. Seductus eſt à ſeipſo, in hoc deterior, quod alij ab eo falluntur,ipſe ſibi deceptionis auctor.Aug.11. de Ciuit.Dei, cap.14. oſtendit in veritate non ſtetiſſe, ex eo quod veritas in eo non eſt, eſſet enim in eo ſi in ipſa eſſet. pp. Glo. homo quod mendax eſt, non habet de proprio, ſed ab alieno,id eſt, à diabolo. 163. Aug.non omnis qui mentitur, eſt pater mendacij, ſed qui aliunde mendacium non accepit, vt diabolus. Orig. Diabolus mendacium genuit. 164. id eſt,me verbum,& veritatem Patri coæternam. 165. Int.vos qui eſtis ex patre mendacij. 166. Theoph. q. d.ſi me non poteſtis de peccato arguere,manifeſtum eſt quòd propter veritatem me odio habetis.Chry.quia eſtis inimici veritatis, vultis me interficere. 167. Int.vt ego arguo vos,& patrem veſtrum.Orig.nullus hominum verè hoc dicere poſſit,niſi ſolus qui peccatum non fecit. Greg.in hom.18.vide manſuetudinem Dei, non dedignatur ex ratione oſtendere ſe peccatorem nõ eſſe,qui poterat ex diuinitatis virtute peccatores iuſtificare. 169. Int.niſi quia eſtis filij diaboli.

170. Int.non natura,ſed fide. 171. Int.Int.id eſt,amat.Greg.in hom.18. Interroget ſe quiſque,ſi verba Dei aure cordis percipit,& intelliget vnde ſit verba Dei non audiunt, qui etſi ea libenter ſuſcipiunt, opere tamen exercere contemnunt. 173. Int.per vitium non ſunt ex Deo,qui tamen per naturam ſunt ex Deo.Auguſt.Eſt autem hoc illis dictum,qui non ſolùm peccatores erãt,ſed etiam præcogniti, quod non erant credituri ea fide, qua poſſent à peccatis liberari. 174. Chry.ſi quid Dominus altum dicebat, Iudæis inſania videbatur.Glo.conuicti eſſe filij diaboli,conuitia ingerunt,quia non poterant reſiſtere.

175. Int.hoc non negando recipit,quia cuſtos.Orig.quomodo vocant Samaritanum, qui de reſurrectione & iudicio tot & tanta docuerat? fortè improperantes hoc dicunt. vel indicant eum ſentire quidem cum Samaritanis, ſed fictè, vt Iudæis placeat de reſurrectione docere. Theoph. Samaritanum dicunt,tanquam ritus Iudaicos diſſoluentem. aduerte autem,multa eſſe ab Euangeliſtis prætermiſſa, nec enim legimus vbi eum vocauerint Samaritanum. 176. Int.hoc vt falſum negat,ſed vt patiẽs cõuitium non reddit.Orig.id dicunt illi,vel quia eius ſermones tranſcẽdebant capacitatẽ humanam;dicebat enim Deum Patrẽ ſuum,ſeque de cælo deſcendiſſe,&c. vel quia putabant eũ in principe dæmoniorũ,dæmonia eiicere.Theop.quia eorũ cogitationes reuelabat,dæmoniũ habere ſuſpicabantur. 177. Greg.in ho. 18.Ecce iniuriã ſuſcipiens Deus,non contumelioſa verba reſpõdet,cùm à proximis contumeliã accipis, etiam eorum vera mala tacere debes,ne miniſterium inſtæ correptionis,in arma vertatur furoris.Chry. vbi oportebat Dominum eos docere,& contra eorum ſuperbiã inuehi,aſper erat, vbi verò exprobrãtes ſufferre,multa manſuetudine vtebatur,vt.ſ.diſceremus,quæ ad Deum pertinent vindicare, quæ verò ad nos,deſpicere.Aug.imitemur eius patientiam,vt perueniamus ad potentiam. 178. Aug.cùm duo Domino obiecta eſſent, non ſe negauit Samaritanum, nouerat enim noſtrum eſſe cuſtodem, & quidem ipſe eſt Samaritanus,qui acceſſit ad ſaucium,& miſericordiam impendit.

Addit. Avct. In Cap. VIII.

159. i.perfectione,& integritate qua creatus,ſic verum dicitur aurũ,quod perfectũ,non adulteratum, & verus Iſraëlita in quo dolus non eſt,vel.q.d.ipſe mendacio primos homines decepit. 160. q.d.quod ex eo apparet,quia,&c.ſic illud Pſal.Clamaui,quoniam exaudiſti me. q.d. hinc apparet me clamaſſe.

ee. i.eius affectu. pp. corrupto.ſ.affectu. qq. ſ mendacij ſic Prou.14.In timore Domini fiducia fortitudinis,& filijs eius ſ timentu Deum,&c.Pater autem dicitur.i.auctor. 164. ob quod ipſum credere deberetis. 167. Græc.ἐλέγχει,conuincit,pro,poteſt conuincere. 170. i.Dei ſpiritu præditus. 171. ſ.libenter,delectabiliter. 174. apparet id aliàs dixiſſe. 175. vel ſic ſolebant per contemptum vocare quemcunque odiſſent,vel ita vocant,quòd videretur eis legem ſoluere.

non habeo :[179] ſed honorifico[180] Patrem meum ,[181] & vos inhonoraſtis me.[182] Ego autem[183] non[184] quæro gloriam meam :[185] eſt qui quærat,[186] & iudicet.[187] Amen,amen dico vobis,ſi quis ſermonem meum[11] ſeruauerit , mortem[188] non videbit[189] in æternum.[190] Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmonium[191] habes. Abraham[192] mortuus[193] eſt & Prophetæ : & tu dicis , Si quis ſermonem meum ſeruauerit , non guſtabit[194] mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre[195] noſtro Abraham, qui mortuus[196] eſt? & Prophetæ mortui ſunt? Quem[197] te ipſum facis? Reſpondit Ieſus : Si[ss]

SENS. LIT. IN CAP. VIII.

179. Orig.ſolius Chriſti vox ; Ego dæmonium non habeo, nec habui. ſicut & illud : Venit princeps huius mundi,& in me non habet quicquam. 180. Aug.q.d.ne vobis arrogans videar,habeo quem honorificem. 181. Theoph.ſ.non tolerans homicidas & mendaces, ſe Dei filios appellari. Orig. Solus Chriſtus veriſſimè veneratus eſt Patrem. 182. Int.ſ.per falſa opprobria.Aug.q.d. Ego facio quod debeo,vos non facitis quod deberis.Greg.in hom. Quiſquis Dei zelo vtitur,à prauis dominibus dehoneſtatur. 183. Quid nobis contra iniurias faciendum ſit,ſuo nos exemplo admonet. 184. Int.ſicut ſimulatores, qui volunt videri quod non ſunt.Glo.Vt homines,qui illatis contumeliis aliquid reddunt.Chry. q.d.ex honore quem Patri deſero,hæc ſum vobis locutus,& me dehonoratis , ſed nulla eſt mihi huius contumeliæ cura,ille curabit propter quem patior. 185. Int.ſ.Pater.Aug.quomodo ergo alibi dicit, Pater non iudicat quemquam,ſed omne iudicium dedit Filio? iudicium aliquando pro damnatione accipitur, hic ſecundùm diſcretionem poſitum eſt. q. d. Eſt Pater qui gloriam meam à veſtra diſcernat. Glo Duæ ſunt tentationes;vna probationis , de qua: Tentat vos Deus.altera:deceptionis,de qua : Deus intentator malorum eſt.ſic duo timores:vnus quem charitas foras mittit:alter qui permanet in ſeculum ſeculi.ſic & duo iudicia:vnum damnationis,quod Pater dedit Filio:alterum diſcretionis, iuxta illud; Iudica me Deus,diſcerne cauſam meam.hic ergo iudicet.i. diſcernat à gloria veſtra,qui ſecũdùm ſeculum gloriamini. 186. Int.Diſcernit Pater à gloria hominũ,gloriã Filij , quem vnxit præ participibus ſuis. 187. Greg.hom.18. Creſcente malorum peruerſitate,non debet prædicatio frangi, ſed augeri. ſic Dominus hîc cùm dæmoniũ habere dictus eſſet, largius prædicationis ſuæ beneficia impendit. 11. Chry. non ſolùm fide, ſed etiam per vitam puram. 188. Int. ſcilicet,veram , ſed Iudæi verè mortui, non intelligentes eam,putant dici,nũquam morietur,& iraſcentes dicunt Abraham mortuum eſſe. 189. Aug. id eſt,experietur, loquitur verò de morte æterna, quæ vera mors eſt;nam iſta , qua corpus relinquitur, migratio eſt.Orig.ſic eſt dictum hoc,vt ſi diceretur:ſi quis lucem meam cuſtodierit , tenebras non videbit.Chr.indicat occultè quod ei nihil poſſunt facere.ſi enim qui ſermonẽ eius ſeruabit,nõ morietur in æternum,multo magis ipſe non poteſt mori. 190. Orig.coniungendũ eſt cum vtroque præcedẽtium, qui enim in æternum ſeruauerit ſermonem Chriſti , mortem non videbit in æternum , eò vſque enim quis mortem non videt,quouſque Chriſti verbum cuſtodit,quod ſi cuſtodire ceſſet , ſubinde mortẽ videt,itaque à Chriſto inſtructi , Prophetæ quærenti , Quis eſt homo qui viuet,& non videbit mortem? reſpondere poſſumus,qui cuſtodit verbum Chriſti. 191. Greg in hom.18.vt boni per contumelias meliores exiſtunt,ita reprobi beneficio peiores fiunt. 192. Int.prouocant,vt aliquid diceret contra Abraham. 193. Int.ſed non illa morte quam Dominus dixit. 194. Glo.quod dicitur,videbit,vel guſtabit, nihil aliud eſt quàm experietur. 195. Chry.Rurſus ad cognationem confugiunt,poterant verò dicere, Nunquid tu maior es Deo,cuius ſermonem qui audierunt,mortui ſunt?ſed non dicunt hoc, quia etiam Abraham eum minorem putabant. 196. Orig.falſum dicunt,& de Abraham,& de Prophetis. Verbum enim Domini audierunt,& cuſtodierunt.Greg.in ho.18.Solùm carnis mortem aſpicientes , in veritatis ſermone caligabant.Beda.Abraham mortuus erat corpore,anima autem viuebat. 197. Int.vt dicas ex ſermone tuo non mori,cùm ſcias illos mortuos.Beda.q.d.cuius meriti & dignitatis,vis credi?Ori.cæcutientium ſermo,nec enim ſe fecit Ieſus id quod eſt,ſed ex Patre recepit.Glo.ſecundùm illos ſe faciebat Filium Dei,quaſi non eſſet,verè autem erat,vnde Apoſtolus:non rapinam arbitratus eſt,&c. ss. Aug. Reſpondet ad illud,Quem teipſum facis?gloriam ſuam referens ad Patrem de quo eſt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

184. *ſcilicet , quatenus homo.* 186. *ſcilicet , vlciſcendo.*

[198] ego glorifico me ipſum, [199] gloria mea nihil eſt. [200] eſt Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis [201] quia Deus veſter eſt, [202] & non cognouiſtis eum, [203] ego auté noui eũ. Et ſi dixero [204] quia non ſcio eum: [205] ero ſimilis vobis, [206] mendax. Sed ſcio eum, & [207] ſermonem eius ſeruo. [208] Abraham pater veſter [209] exultauit [210] vt videret [211] diem meum, [212] vidit, & [213] gauiſus eſt. [214] Dixerunt ergo Iudæi ad eum, [215] Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Dixit [216] eis Ieſus: Amen, amen dico vobis, antequam Abraham [217] fieret, [218] ego ſum. [219] Tulerunt ergo [220] lapides [221] vt iacerent in eum. [222] Ieſus autem [223] abſcondit ſe, [224] & exiuit de [225] templo.

Sens. Lit. In Cap. VIII.

198. Int. ſcilicet, tantum. 199. Chry. ſ. quantum ad iſtorum opinionem. ſic ſupra, teſtimoniũ meum non eſt verum. 200. Glo. Vox patris glorificat Filium in baptiſmo, in monte, & in aliis huiuſmodi. Aug. dicunt Ariani, ergo maior Pater qui Filium glorificat. hęretici non legiſtis & ipſum Filium dicentem quod glorificet Patrem ſuum? 201. Aug. quidam hęretici dicunt Deum in veteri teſtamento nunciatum, non eſſe Patrem Chriſti, contra iſtos Chriſtus dicit, Patrem ſuum, quem Iudæi dicebant Deum ſuum. 201. Chry. volebat oſtendere quod non ſolùm Patrem ſuum neſciebant, ſed neque Deum.

202. Int. Quia ſi cognouiſſent, Filium eius recepiſſent. Aug. ¶ Theoph. Deum contemnunt, qui homicidium in lege prohibuit, aduerſus Chriſtum clamantes. Glo. non cognouiſtis ſpiritualiter, dum pro terrenis ſeruiſtis. 203. Aug. ſecundùm carnem iudicãtibus, poterat videri arrogantis quod dixerat, ideo hoc ſubdit: Arrogantia ita cauenda eſt, vt veritas non relinquatur. 204. Int. cùm ſciam. 205. Int. qui dicitis vos ſcire, & neſcitis. 206. Theoph. Naturaliter ipſius cognitionem obtinẽs. 207. Int. Sermonem Patris, vt Filius loquebatur: & ipſe erat verbum Patris, qui hominibus loquebatur. Aug. ¶ Theop. vocat ſermonem mandata. Sumitur autẽ &, pro, quia: quaſi dicat, quia eius ſermonẽ ſeruo. 208. Chry. nihil de morte dicens, ſe maiorẽ oſtendit Abraham. 209. Aug. non timuit, ſed exultauit. credens exultauit, ſperando, vt videret intelligendo. 210. Int. non quia vidit. 211. Aug. incertũ eſt dixeritne diem Domini quo erat venturus in carne, an diẽ qui neſcit ortum nec occaſum. ſed ego non dubito Abraham vtrunque ſciuiſſe. ait enim ſeruo ſuo, Pone manum ſub fœmore meo. & iura mihi per Deum cæli, quo ſignificabatur de genere Abrahæ ventũrum in carne Deum cæli. Chryſ. Diem ſuum dicit diem crucis, quem Abraham in oblatione arietis & Iſaac præfigurauit. Oſtendit verò per hoc ſe non inuitũ ad paſſionem venire. 212. Greg. hom. 18. nam in figura ſummæ Trinitatis, tres Angelos hoſpitio ſuſcepit.

213. Chry. ſ. propter beneficium quod à me habet vt á maiore. Aug. quale gaudium fuit videntis Verbum apud Patrem manens, & aliquando in carne venturum, nec de Patris gremio receſſurũ. 214. Int. irati, in eo ſolam carnis ætatem penſantes, nõ diuinam naturam, Greg. carnales Iudæorum mentes oculos à carne non ſubleuant. 215. Theoph. Erat Chriſtus triginta trium annorum: quare ergo non dixerunt, quadraginta annos nondum habes, ſed quinquaginta? Superuacua eſt quæſtio hæc, dixerunt enim quod eis occurrit. 216. Int. ab initio carnis, ad diuinitatem trahens. Greg. 217. Int. non dicit eſſet, ſed fieret, quia creatura. Aug. 218. Int. non dicit factus, ſed ſum: quia creator. Aug. ¶ Greg. hom. 18. non dixit fui, in diuinitate enim nec præteritum, nec futurum. 219. Int. quia putãt hoc eſſe blaſphemiam.

220. Aug. quo curreret tanta duritia, niſi ad lapides. Greg. quem intelligere nõ poterant, obruere quærebant. 221. Int. ipſi duri vt lapides. 222. Int. vt homo humilis. 223. Int. quia commendanda erat patientia, non exercenda potentia. Greg. hom. 18. Si potentiam exercere voluiſſet, eos in ſuis actibus ligaret, aut eos in pœnas ſubitæ mortis obrueret: ſed qui pati venerat, iudicium exercere nolebat. Aug. Magis erat commendanda ſapientia, quàm exercenda potentia, deſerit eos quaſi correctionem non ſuſcipientes: non abſcondit autem ſe in angulo templi, quaſi timens, aut in domunculam fugiens, aut poſt murum, aut columnam diuertens: ſed cælica poteſtate inuiſibilem inſidiantibus ſe conſtituens, per medium illorum exiuit, tanquam homo à lapidibus fugit, ſed væ illis à quorum lapideis cordibus Deus fugit. 224. Int. & ſic à duris eorum cordibus fugit. Greg. homil. 18. Docemur hoc exemplo iram ſuperbientium, etiam cùm reſiſtere poſſumus, humiliter declinare.

Sens. Myst. In Cap. VIII.

220. Beda. quotquot malas cogitationes quis aſſumit, quaſi tot lapides in Ieſum mittit. & quantum ad ſe pertinet, ſi ad deliberationem tranſit, Ieſum extinguit. 224. Greg. hom. 18. abſconditur veritas eis, qui eius verba ſequi contemnunt. 225. Gloſſ. id eſt, de figuris Iudæorum.

Addit. Avct. In Cap. VIII.

198. *ſ. ſine Patre.* 199. *id eſt, pro nihilo habenda eſſet. vel, quaſi dicat, veſtra opinione nihil eſt.*

ADDIT. AVCT. IN CAP. VIII.

vv. pro, & tamen. Heb. 209. id eſt, geſtiuit, magnopere concupiuit, vel exultando optauit. 211. ſcilicet, aduentum in carnem. 212. ſcilicet, oculis mentis, dum viueret in carne, vel in limbo exiſtens. 217. pro, eſſet, ſeu fuiſſet.

CAPVT IX.

ET præteriens[1] Ieſus vidit[2] hominem cæcum à natiuitate: & interrogauerunt eum diſcipuli eius, dicentes: Rabbi,[3] quis peccauit,[4] hic, aut parentes eius, vt cæcus naſceretur? Reſpondit Ieſus, Neque[5] hic peccauit, neque parentes eius: ſed[a] vt manifeſtentur[b] opera[6] Dei in illo. Me[7] oportet operari[8] opera eius[9] qui miſit me,[10] donec[11] dies eſt: venit[12] nox,[13] quando nemo poteſt operari. Quamdiu ſum in mundo, lux[14] ſum mundi. Hæc cùm dixiſſet[15]

SENS. LIT. IN CAP. IX.

1. CHRY. Exiens de templo, curauit cæcum, ſui abſentia Iudæorum furorem mitigans, & per ſigni operationem eorum duritiam molliens. 2. Int. i. miſertus eſt. Chry. ipſe vidit cæcum, non cæcus ad eum acceſſit. Reſpexit verò ita attentè, vt diſcipuli interrogarent quod ſequitur. 3. Int. Magiſtrum appellant, quia ſcire deſiderant. Aug. 4. Chry. venerunt ad hanc interrogationem, quia ſupra paralytico dixerat: ecce ſanus factus es, ne ampliùs pecces. 5. Auguſt. non quidem hic aut ſine peccato originali natus erat, aut viuendo nihil addiderat. habebat ergo peccatum ipſe, & parentes eius; ſed non ipſo peccato factum eſt vt cæcus naſceretur. b. Glo. ſ. vt cæcū illuminando, & per eum quid in cæcitate humani generis facturus ſit, ſignificando, Filius Dei manifeſtetur. 6. Chry. de ſe dicit, non de Patre: illius enim gloria iam manifeſtata erat, non eſt autem iſte iniuſta paſſus, ſed beneficiū accepit per cęcitatem; per hanc enim interioribus reſpexit oculis; & quidem qui eum ex non ente ad eſſe deduxit, poterat abſque iniuria eum ita dimittere. Dicunt verò quidam, vt, hoc loco non cauſam ſignificare, ſed euentum, vt & illic, Lex ſubintrauit, vt abundaret delictū. Secutum eſt enim, vt huius oculis apertis Dei virtus demonſtraretur. Greg in Præf. mor. c. 9. alia eſt percuſſio qua percutitur peccator vt puniatur, alia vt corrigatur; alia vt ſaluantis virtutem cognitam ardentius amet. 7. Int. pro me enim. 8. Int. ſ. prædicare, illuminare cæcos. 9. Int. quia Filius de illo, ipſe de nullo gloriā dat illi. Aug ¶ Chry. q. d. oportet me facere, quæ manifeſtent me eadem cum Patre facere. Beda. aſſerens ſe operari opera Patris, ſua, & Patris opera eadem eſſe demonſtrauit. 10. Int. ecce ille miſſus in quo cæcus oculos lauit. 11. Int. id eſt, dum ſum in mundo. Aug. dies eſt vſque dum veniat nox, de qua ſtatim ſequitur. 12. Int. quare dum dies eſt? quia venit, &c. 13. Int. id eſt, perſecutio Apoſtolorum, vel perſecutio Antichriſti. Aug. nox eſt, de qua dicitur: Proiicite eum in tenebras exteriores. Ibi ergo nox vbi nemo poteſt operari, ſed recipere quod operatus eſt. dum viuis, operare, ne illa nocte præueniaris. 14. Int. Ecce quis eſt dies, in eo cæcus lauat oculos, & videt diem. Aug. Dies qui circuitu ſolis impletur, paucas habet horas, dies præſentiæ Chriſti vſque ad ſeculi conſummationem extenditur. Ecce, ego vobiſcum ſum, inquit, vſque ad conſummationem ſeculi. 15. Int. monens bonos, & terrens malos.

SENS. MYST. IN CAP. IX.

1. BEDA. Expulſus de cordibus Iudæorum, mox tranſiuit ad gentilem populum, eius etiam iter eſt de cælis in terram deſcenſus; vidit autem cæcum, cùm miſericorditer reſpexit humanum genus. Aug. contigit cæcitas in primo homine per peccatum, de quo omnes originem duximus. cæcum ergo humanum genus à natiuitate. Glo. præteriens ſcilicet ſecus viam noſtræ mortalitatis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IX.

2. attentè aſpexiſſe apparet ex diſcipulorū interrogatione. 4. vel errando id dicunt, quippe rudes. vel ſenſus eſt, Quomodo huic malum id accidit, cui nec proprium, nec parentum peccatū cauſam dare potuit? a. ſ. ideo cæcus natus eſt. 9. oſtendit ſua & Patris opera eadem eſſe. 11. ſ. dum ſeculum durat, vel dum ago in mundo corporaliter. 14. ideo me oportet illuminare, docere.

expuit[16] in terram,& fecit lutum[17] ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos[18] eius,& dixit
ei, Vade[c],laua in natatoria[19] Siloë[d],quod interpretatur[20] miſſus. Abiit ergo, & lauit: &
venit videns[21]. Itaque vicini,& qui viderant eum priùs quia mendicus erat,dicebant:
Nónne[22] hic eſt qui ſedebat[e],& mendicabat[23]? Alij dicebant, Quia hic[24] eſt. Alij autem,
Nequaquam[25], ſed ſimilis eſt ei. Ille verò dicebat, Quia ego[26] ſum. Dicebant ergo ei,
Quomodo[27] aperti ſunt tibi oculi? Reſpondit[28],Ille homo qui dicitur Ieſus,lutum[29] fecit:
& vnxit oculos meos,& dixit mihi, Vade ad natatoriam Syloë[13],& laua. Et abij, &
laui, & video[f]. Et dixerunt[30] ei, Vbi[31] eſt ille? Ait,Neſcio[32]. Adducunt[33] eum ad Phariſæos
qui cæcus fuerat. Erat autem ſabbathum[34] quando lutum fecit Ieſus,& aperuit

Sens. Lit. In Cap. IX.

16. Chry. Sermonem quem dixerat per opera credi fecit. 17. Chry. poterat qui res de nihilo produxit,oculos ſine luto ſanare, ſed noluit docere ſe Creatorem, qui hominem ex luto formauit.non eſt autem vſus aqua ad lutum faciendũ,ſed ſputo:vt nihil aſcriberetur fonti,ſed virtuti oris eius.nam & lauari iuſſit, ne putaretur ex terræ virtute eſſe curatio. 18. Int. nondum intus. Theoph. quidam dicunt lutum fuiſſe in oculos conuerſum. c. Chry. quare eum mittit ad Syloë? vt omnes viderent euntem,& lutum ſuper oculos habentem. non erat autem timendum ne Syloë curatio aſcriberetur, multi enim lauerant ibi,& curati non fuerant. adde quod fides cæci demonſtrata eſt, qui non contradixit,nec apud ſe ita cogitauit,lutum magis excæcat,ſæpè laui in Syloë,& nihil adiutus ſum.ſi virtutem Chriſtus haberet,præſens curaſſet;ſed ſimpliciter obediuit. 19. Int.i.in piſcina quæ dicitur Syloë. d. Glo. Syloë, fons eſt ad radices montis Sion, qui non iugibus aquis,ſed certis horis ebullit per concaua terrarum.

20. Cry. ſignificat quod in Syloë erat virtus Chriſti,quæ cæcum curauit: ſicut enim Apoſtolus dixit Chriſtum petram ſpiritualem,ita & Syloë ſpiritualis erat. 21. Glo. quomodo iſte ſine fide ſanatus eſt, cùm nemo legatur à Chriſto ſanatus exterius,ſine ſanatione interiori? hoc de illis dicitur, qui propter peccata infirmabantur,at iſte propter Dei gloriam languebat. 22. Chry. magnitudo facti incredulitatem inducebat. 23. Chry. mirabilis Dei clementia, eos qui mendicabant cum multa deuotione curabat,ignobiles etiam ſua dignos ducens prouidentia, pro ſalute enim omnium venerat. 24. Chry. Diligenter inſpicientes per longam viam euntem, non poterant negare eũ eſſe. 25. Int. quia aperti oculi vultum mutauerant. Aug. 26. Int. vox grata,ne damnaretur ingratus. Aug. ¶ Chry. non pudet prioris cæcitatis, nec furorem plebis formidat, ſed benefactorem prædicat. 27. Chry. modum ille neſciebat, ſed factum nouerat. 29. Chry. non dixit quod exſpuiſſet in terram, id enim non nouerat. 31. Aug. cæcus confitebatur,& cor impiorum frangebatur. Chry. hoc dicebant, quia iam aduerſus ipſum conſpirauerant, recedebat Chriſtus vbi curaſſet,non enim quærebat gloriam, nec ſe oſtentare. 33. Chry. volebant Chriſtum inuenire vt ad Phariſæos ducerent,ſed quia non potuerunt,cæcum ducunt,vt eum vehementius interrogent. 34. Chry. hoc addit demonſtrans illorum malam mentem, quærebant enim occaſionem contra eum,& volebant miraculo detrahere per apparentem legis præuaricationem.

Sens. Myst. In Cap. IX.

17. Int. ecce collyrium quo vngitur genus humanum. Aug. fecit lutum de ſaliua, quia Verbum caro factum eſt;vnxit oculos cæci,ſed nondum videbat:quando enim vnxit,forte catechuminum fecit. Mittit ad piſcinam Syloë,baptizatus enim in Chriſto illuminatur. Commendauit autem Euangeliſta piſcinæ nomen,dicens interpretari miſſum, niſi enim ille fuiſſet miſſus, nemo noſtrum eſſet ab iniquitate dimiſſus. Glo. Saliua eſt ſapientia quæ ex ore Altiſſimi prodiit;terra, caro Chriſti; vngere oculos, catechuminum facere:qui credit Verbum carnem factum,mittitur vt lauet.i. baptizetur,in miſſo. i.Chriſto; baptizatus autem,lumen recipit. d. Gloſſ. aquæ Syloë,vt eſt apud Eſaiam,vadunt cum ſilentio. nullus autem infidelium poteſt à cæcitate liberari,niſi doctrina Chriſti, quæ ſine ſtrepitu, & clamore verborum leniter fluit. 28. Int. videns,euangelizat gratiam. 32. Beda. figuram tenet catechumenorum,qui etſi credunt in Ieſum,tamen,nondum loti,eum quaſi neſciunt.

Addit. Auct. In Cap. IX.

d. Fons eſt ad radices montis Sion, vnde excepta aquæ faciunt natatoriam,ſeu piſcinã. 20. שלח*,mittere* שלוח*,miſſus. e. ſ.ante templum,vt ille de quo Act.3. f. Græc.* ἀνέβλεψα*,viſum recepi.*

oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum Phariſæi quomodo vidiſſet. [35] Ille autem
dixit eis, Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & laui, & video. Dicebant ergo ex Phari-
[36] ſæis quidam, Non eſt hic homo à Deo, qui [37] ſabbathum non [g] cuſtodit. [38] Alij autem di-
cebant, Quomodo poteſt homo peccator hæc [39] ſigna facere? Et [40] ſchiſma erat inter
[41] eos. Dicunt ergo cæco iterum, Tu quid [42] dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille au-
tem dixit, [43] Quia [44] Propheta eſt. Non crediderunt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuiſſet,
& vidiſſet; donec vocauerunt parentes eius qui [45] viderat; & interrogauerunt eos, di-
centes: Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis quia cæcus natus eſt? [h] Quomodo ergo
nunc videt? Reſponderunt eis parentes eius, [46] & dixerunt: Scimus quia hic eſt filius
noſter, & quia cæcus natus eſt: quomodo autem nunc videat, neſcimus; aut quis
eius aperuit oculos, nos neſcimus: ipſum [47] interrogate: ætatem habet, [48] ipſe de ſe [l] lo-
quatur. Hæc dixerunt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. Iam enim conſpi-
rauerant Iudæi, vt ſi quis eum [m] confiteretur eſſe Chriſtum, [49] extra ſynagogam fieret.
[50] Propterea parentes eius dixerunt, Quia ætatem habet, ipſum interrogate.

SENS. LIT. IN CAP. IX.

35. Chry. vide vt non turbatur in magno periculo conſtiturus, nec negat, nec dicit contraria prioribus. dicit verò ſuccinctè ad eos qui iam audierant, itaque iſti paſſi ſunt contrarium eius quod volebant, duxerunt enim vt negaturum, & certius didicerunt. 36. I[illegible] non omnes, quia iam qui[illegible]am inung[illegible]bantur: iſti nec videntes, nec inuncti. Aug. 37. Aug. ipſe potius cuſtodiebat qui ſine pecca[illegible]o erat. Sabbathum enim obſeruare ſpiritualiter eſt non ha[illegible]ere peccatum. Omne opu[illegible] ſeruile, inqu[illegible]t, non faciens, omnis autem qui fac[illegible] pe[illegible], ſeruus eſt peccati. iſti carnaliter [illegible]ab[illegible]athum obſeruabant, ſpiritualiter violabant. Chry. Vide mal[illegible], tacent curationem, non enim dicunt ſabbatho curat, ſed ſabbathũ non ſeruat. 38. Int. iam [illegible]nun[illegible]. 39. Chry. a ſignis inducebantur, ſed needum eſſe Deum credentes, vt poſſent reſpondere, Dominum ſabbathi illud feciſſe. nec quiſquam audebat manifeſtè dicere quod ſentiebat, ſed ambigu[illegible]. 42. Int. i. æſtimas. Theoph. vide vt beneuolè quærunt. non enim dicunt, quid dicis de illo ſa[illegible]bathu[illegible] non obſeruante, ſed miraculum commẽdant, q. d. bene fecit tibi, vnde debes eum prædicare Aug. quærebant quomodo hominem calumniarentur, vt eum de ſynagoga ejicerent.

43. Int. conſtanter exprimit quod ſentit. Aug. 44. Aug. adhuc inunctus in corde, nondum Dei Filium confitebatur, non tamen mentiebatur, ipſe enim Dominus de ſe ait, Non eſt Propheta ſine honore [illegible] in patria ſua. 45. Int. i[illegible] eſt, qui cæcus fuerat, & viderat, Aug. h. Theoph quaſi dicat, aut [illegible]al[illegible]m eſt quod nunc videat, aut quod primum cæcus fuit; conſtat autem videre, falſum ergo quod dicitis cæcum fuiſſe. 46. Chry. hæc eſt veritatis natura, vt per quæ putatur inſidias pati, fortior fiat, quod & nunc accidit, parentes enim in medium ducuntur, qui maximè ſuum filium cognoſcebant.

47. Int. vt inſtruamini, quid nobis calumniamini? 48. Auguſt. quaſi dicat, iuſte cogeremur loqui pro infante, quia ipſe pro ſe loqui non poſſet. 49. Aug. iam non erat malum fieri extra ſynagogam, illi expellebant, Chriſtus ſuſcipiebat. 50. Theop. imbecilliores erant filio, qui teſtis aderat intrepidus veritatis.

SENS. MYST. IN CAP. IX.

40. Int. dies ille diuiſit inter lucem & tenebras. Auguſt. dies erat Chriſtus, qui inter lucem & tenebras diuidit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IX.

g. i. obſeruat. 40. i. diſſenſio. 44. i à Deo miſſus, & verax. l. Gr. λαλήσει loquetur. m. id eſt pro Meſſia haberet. 49. Gr. ἀποσυνάγωγος, q. d. nunc excommunicatus, ſcilicet, interdictus templo & commercio reliquorum.

Vocauerunt ergo rurſum hominem qui fuerat cæcus,& dixerunt ei, Da gloriā[51] Deo.
nos ſcimus[52] quia hic homo peccator eſt. Dixit ergo eis ille , Si peccator eſt , neſcio:[53]
vnū ſcio,quia cæcus cùm eſſem,modò video.Dixerūt[54] ergo illi.Quid fecit tibi?Quo-
modo aperuit[55] tibi oculos?Reſpondit eis:Dixi vobis iam,& audiſtis,quid[56] iterū vultis
audire?nunquid & vos[57] vultis diſcipuli eius fieri?Maledixerunt[58] ergo ei,& dixerūt : Tu[n]
diſcipulus illius ſis : nos autem Moyſi[59] diſcipuli ſumus.Nos[60] ſcimus quia Moyſi[61] locu-[62]
tus eſt Deus,hunc autem neſcimus[63] vnde[64] ſit[65].Reſpondit ille homo, & dixit eis:In hoc
enim[o] mirabile eſt[p], quia vos neſcitis vnde ſit, & aperuit[66] meos oculos. Scimus[67] autem
quia peccatores Deus non audit[68] : ſed ſi quis Dei cultor[70] eſt, & voluntatem[71] eius facit,
hunc exaudit.A ſeculo[72] non eſt auditum quia quis aperuit oculos cæci nati. Niſi[73] eſſet
hic à Deo,non poterat[q] facere quicquam. Reſponderunt, & dixerunt ei , In peccatis

Sens. Lit. In Cap. IX.

51. Int.q.d.nego quod accepiſti,quod eſt blaſphemare,non Deo gloriam dare.Aug. ¶ Chry.ſub prætextu religionis ad hoc volunt eum inducere,vt neget ſe à Chriſto curatum.Glo.Dare gloriam Deo,eſt veritatem de aliquo quaſi præſente Deo dicere.q.d.confitere iſtum non eſſe Deum,ſicut nos,ſed peccatorem. 52. Chry.quare ergo non arguitis dicentem,Quis ex vobis arguet me de peccato. 53. Int.nec patet calumniæ,nec veritatem celat. Chry. quomodo dixit , Propheta eſt,qui nunc dicit ſi peccator eſt, neſcio.non hoc dicit,quod timeret,ſed quia volebat Chriſtum à rei teſtimonio , non à ſua voce ab incuſatione eripi.q.d.nihil modò de hoc dico vtrū ſit peccator,ſed quod ſcio quia cæcus.&c. 54. Chry. modum curationis iterum inquirunt,more canum,qui venationem nunc huc, nunc illuc inueſtigant.
55. Chry. non dicunt quomodo vidiſti,ſed quomodo aperuit tibi oculos, occaſionē detrahendi contra eius operationem dantes. 56. Chry.q.d. inaniter interrogatis,non volentes addiſcere ſed cauillari.
57. Int. ſicut ego iam video,& non inuideo. Aug. Loquebatur autem hæc iam ſtomachans aduerſus duritiam Iudæorum,& ex cæco videns,non ferens cęcos. 58. Aug.maledictum eſt ſi cor diſcutias non ſi verba perpendas:tale autem maledictum ſit ſuper nos,& ſuper filios noſtros. 59. Aug. ſi crederent Moyſi,crederent & Chriſto, de quo ille ſcripſit. 60. Int.ſub quia. 61 Int. ſeruum Deo præferunt.
62. Int.q.d.quod Moyſes docuit à Deo accepit. 63. Chry.at demonſtrauit ſe à Deo veniſſe per miracula quæ vidiſtis Glo.ſuprà dixerant. Hunc ſcimus vnde ſit,nunc dicunt ſe neſcire,ſed neſcire nos dicimus quæ abiicimus. 65. Int.i.vnde hoc acceperit. 66. Chry.vbique ſignum inducit,quia hoc deprauare non poterant,ſed ab eo conuincebantur. 67. Aug.hæc adhuc inunctus loquitur,nam & peccatores Deus exaudit,alioqui fruſtra publicanus diceret,Deus propitius eſto mihi peccatori,ex qua confeſſione meruit iuſtificationem,ſicut & cæcus ipſe illuminationem. 68. Theoph.cùm peccatores implorant veniam,tranſlati ſunt de gradu peccantium ad ſtatum pœnitentium. 70. Chryſ.apparet quod ſuprà dixit,ſi peccator eſt,neſcio,non quaſi dubitantem dixiſſe, nunc enim Deo valde placentē oſtendit.
71. Chryſ.non ſufficit Deum cognoſcere , ſed oportet voluntatem eius facere. 72. Int.q.d.magna res eſt. 73. Aug.liberè,conſtanter,veraciter.

Addit. Avct. In Cap. IX.

51. Modus obteſtandi apud Hebræos in veritatis inquiſitione.q.d. ad Dei gloriam fatere veritatem. vide Ioſ.7.1.Reg.6. 53. q.d.de hoc nolo nunc diſputare,vel illum ego eſſe peccatorem neſcio,vel iudicare de illo an ſit peccator,ad me non pertinet. 57. ſ.ſicut ego,videtur autem ironicè loqui. 58. Græc. ἐλοιδόρησαν, conuitiati ſunt. ſic 1.Cor.4.maledicimur,&c. n. q.d. ſis ſanè tu talis hominis diſcipulus , vt ſolemus de re quam execramur. 64. ſ.quo ſpiritu agatur. o. pro,ſanè. p. pro,accidit. 66 pro,cùm tamen aperuerit. 68. in peccato.ſ.perſeuerantes,audit autem,pro,exaudit.ſ.regulariter. 72. adeoque nec Moyſes,quo vos tantopere gloriamini,tale quid fecit. q. pro,non poſſet,ſeu potuiſſet,οὐκ ἠδύνατο, q.d. nihil tale facere poſſet.

natus es totus,[74] & tu doces nos? Et eiecerunt[75] eum foras. Audiuit Ieſus quia eiecerunt eum foras:[r] & cùm inueniſſet eum, dixit ei, Tu[76] credis in Filium[77] Dei? Reſpondit ille, & dixit, Quis[78] eſt Domine, vt credam in eum? Et dixit ei Ieſus. Et vidiſti[79] eum: & qui loquitur tecum, ipſe[80] eſt. At ille ait, Credo[81] Domine. Et procidẽs[82] adorauit[83] eum.[84] Et dixit[85] ei Ieſus, In iudicium[86] ego in hunc mundum veni: vt[ſ] qui non vident,[87] videant:[88] & qui vident,[89] cæci fiant. Et audierunt quidam ex Phariſæis qui cum ipſo erant: & dixerunt ei, Numquid & nos cæci ſumus? Dixit eis Ieſus, Si cęci[90] eſſetis, non haberetis peccatum,[91] nunc verò dicitis, Quia videmus,[92] peccatum veſtrum manet.[93]

SENS. LIT. IN CAP. IX.

74. Chry. i. à prima ætate in peccatis es, exprobrant cæcitatem, quaſi peccato contigerit. 75. Aug. magiſtrum illum fecerant, & vt diſcerent, ſæpe interrogauerant, & ingrati, docentem proiecerũt. Chry. eiecerunt eum ex templo Iudæi, ſed inuenit eum Dominus templi, & ſuſcepit. 76. Chryſ. interrogat, volens ſe notum facere, ob hoc enim eum inuenit. 77. Hil. 6. de Trinit. ſi ſola Chriſti qualiſcunque confeſſio fidei eſſet conſummatio, dixiſſet, Credis in Chriſtum: ſed quia nomen Chriſti, hæreticis penè omnibus futurum erat in ore, cùm tamen Dei filium quidam negent, ideo ad fidẽ poſcitur, vt credatur in Filium Dei. 78. Chry. deſiderantis verbum. Glo. habebat iamdudum cor paratum ad credendũ, ſed in quem credere deberet, ignorabat. 79. Int. ſ. corporaliter. Theop. reducit ei in memoriam ſanitatem, & quod ab ipſo virtutem videndi acceperat. 80. Theoph. idem qui ex Maria natus eſt, Dei filius eſt, non alius, & alius ſecũdùm errorẽ Neſtorij, Auguſt. modò lauat faciẽ cordis eius. 81. Int. ecce miſſus in quo lota facie, iam Filiũ Dei agnoſcit in Filio hominis. Aug. iam mũdata conſcientia, agnoſcit illum non Filium hominis tantùm, ſed Filium Dei. 82. Beda non erecta ceruice rogãdus Dominus, ſed ſuppliciter eius miſericordia imploranda. 83. Int. qualem credit, indicat. Aug. ¶ Chry. per hoc eius diuinam virtutem oſtendit. 84. Int. ſ. vt Deum. 85. Chry. feruentiorem illum circa fidem faciens, & eos qui ſequebantur, erigens. 86. Int. ſ. diſcretionis, non vltimæ retributionis. ¶ ecce dies inter lucem & tenebras diſcernit. Chry. in iudicium. i. maius ſupplicium, qui enim condemnarunt ipſum, ipſi condemnati ſunt. 87. Int. ſ. humiles cæci. 88. Int. per me lumen. Auguſt. videãt, inquit, quia de tenebris liberat.

89. Int. ſ. ſapientes ſuperbi, vt Phariſæi ex iſtis verbis commoti. Ang. ¶ Chryſ. gentes quæ non quærebant iuſtitiam, iuſtitiam inuenerunt, Iſraël autem ſequens legem iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ non peruenit. Theoph. cæcus à natiuitate iam videt anima & corpore, qui verò videbant, excæcati ſunt intellectu.

90. Aug. i. ſi vos cæcos diceret[illegible], & ad Medicũ recurreretis. Chr. ſi cæci eſſetis, tollerabilius vobis fieret ſupplicium. Theop. ſi eſſetis in[illegible] Scripturarum, non tam grauiter peccaretis. 91. Int. quia ego veni tollere peccata. 92. Int. propter quod Medicum non quæritis. Auguſt. 93. Int. & ita cæci permanetis. Aug. hoc eſt quod paulo antè dixit, Vt qui non vident, id eſt, ſe non videre confitentur, & Medicum quærunt, videant, & qui vident, id eſt, ſe putant videre, & Medicum non quærunt, in ſua cæcitate permaneant, iſtam diſcretionem vocauit iudicium.

ADDIT. AVCT. IN CAP. IX.

74. ſ. & corpore, & anima. q. d. totus quantus es, peccatum es, idq́ inde iam à natiuitate. r. ſ. & extra illum locum vbi cum eo diſceptabant & extra ſynagogam. 86. ſ. vt per me Dei iudicium inſcrutabile impleatur. 1. conſecutiuè accipiendum, non finaliter. 21. ſcilicet, quantum habetis, qui ex ignorantia non peccatis.

CAPVT X.

[1]AMEN,amen dico vobis,qui non intrat per [2]oſtium in [3]ouile [4]ouium,ſed aſcen-
dit [5]aliunde,ille [6]fur eſt & [7]latro.[8]Qui autem [9]intrat per oſtiũ,[4]paſtor eſt [10]ouium.
[11]Huic oſtiarius aperit: & oues [12]vocem [13]eius [14]audiunt: & [15]proprias oues vocat nomina-
tim: & [16]educit eas. Et cùm proprias oues [17]emiſerit, [18]ante eas vadit: & oues [19]illum ſe-
[20]quuntur,quia ſciunt vocem eius.[21]Alienum autem non ſequuntur,

SENS. LIT. IN CAP. X.

1. CHRY.ne dicerent ſe ad Chriſtum non accedere,non quidẽ ex cæcitate,ſed eum vt deceptorem fugientes.oſtendit ſe paſtorem eſſe, indicans primò quis ſit fur. Aug.quia multi dicuntur boni homines,qui tamen Chriſtiani non ſunt;& ſe iactant ſicut Phariſæi, nunquid & nos cæci ſumus? quæ faciunt,quia neſciunt ad quem finẽ referant, inaniter facientes, Dominus de grege & oſtio ouilis ſimilitudinem proponit.Glo.cõtra Phariſæorum qui ſe videre iactabant, arrogantiam, ſimilitudinem proponit,oſtendens nec ſapientiam,nec bonam vitam quicquam valere,niſi per eum. 2. Chry.i.Scripturas,hæ enim Dei cognitionem aperiunt,oues cuſtodiunt,lupos prohibent,hæreticis aditum præcludentes.Glo.id eſt,per me. 3. Int.i.in Catholicam Eccleſiam, ſeu in conſortium fidelium. 4. Int. ſ. caſurus ex alto.Aug.humilis ianua eſt Chriſtus, qui intrat per hanc ianuam, oportet humilem eſſe, vt ſano capite poſſit intrare. qui ſe non humiliat,ſed per maceriam vult aſcendere,ideo exaltatur vt cadat.

5. Int.quoquo modo propter Chriſtum, vel non bene de eo ſentiendo, vel non eius gloriã, ſed ſuam quærendo.Aug.dicant pagani,vel Iudæi,vel hæretici,bene viuimus; ſi per oſtium non intrent, quid eis prodeſt,non bene viuere dicendi ſunt,qui finem bene viuendi,vel cæcitate neſciunt,vel inflatione contemnunt.Chry.i.qui non Scripturis vtitur,ſed aliam ſibi & non legitimã viam facit;dicens verò,aliunde,Scribas ſignificat,qui docebant mandata,& doctrinas hominum,& legẽ tranſgrediebantur. 6. Aug. quia quod alienum eſt,ſuum dicit.Glo.oues Dei ſuas faciendo. 7. Aug.quia quod furatur occidit.

8. Int.i.qui rectè ſentit de Chriſto,& non ſua,ſed quæ Chriſti ſunt quærit. 9. Aug.de ver.Dom. Ser. 49. intrat per oſtium,qui intrat per Chriſtum,eiúſque paſſionem imitatur & humilitatem. 2. Gloſſ. omnes qui veritatẽ tenent,& docent in Chriſto paſtore,ſunt vnus paſtor;ſibi Chriſtus ſoli tenuit quod oſtium eſt,per quem oues intrẽt ad Deum;intrat autem paſtor per oſtium, Chriſtum enim & Chriſtus ipſe,& alij paſtores prædicant. 10. Int.i.prædeſtinati ad vitam. 11. Chry. ſ.Moyſes,cui Dei eloquia credita ſunt.Theoph.Spiritus ſanctus per quem nobis Scripturæ reſeratæ Chriſtum indicant. Aug.Dominus ipſe oſtiarius,& paſtor,& oſtiũ,ipſe ſe aperit qui ſeipſum exponit; vel oſtiarius Spiritus ſanctus, de quo Dominus:Ipſe vos docebit omnem veritatem,oſtium eſt Chriſtus, qui eſt Veritas, quã qui docet,oſtium aperit.Glo.Oſtium Scriptura quæ ducit ad Chriſtum. 12. Int.id eſt,prædeſtinati ad vitam.

13. Int.in quocunque ſonat vox verbi Dei. 14. Int.ſ.obediendo. Chry. oſtendit illos qui ei non attendebant,ex ordine ouiũ excludi. 15. Int.quia habet nomina ſcripta in libro vitæ,vnde & dicitur:Nouit Dominus qui ſunt eius.Aug.Nouit Dominus nomina prædeſtinatorum,vnde diſcipulis ait, Gaudete,quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cælo. 16. Int.quaſi de Ægypto in doctrinam vel regnum. Chryſ. cæcum ſignificat,quem eduxit vocans ex medio Iudæorum. 17. Int. ſ. de tenebris ad lucem ante eos vadens,quaſi in columna nubis & ignis.Aug. Quis alius oues emittit, niſi qui eorum peccata dimittit, vt eum ſequi duris liberatæ vinculis poſſint? 18. Int.exemplum eis faciẽs quod docuit,vel ad regnum præcedit.Chry.Paſtores ſolent oues ſequi,ſed Chriſtus præcedit,deducens ad veritatem. Aug. Quis eſt qui oues præceſſit,niſi qui ſurgens à mortuis,iam non moritur,& Patri dixit,quos dediſti mihi,volo vt vbi ego ſum,& ipſi ſint mecum? 19. Int.quocunque ierit. 20. Int.perſeuerando vſque ad finem.

21. Int.ſ.in quo non eſt vox Chriſti,etiamſi bonus videatur.Chryſ.per multa ſe Chriſtus à talibus ſeparat,primò per doctrinam Scripturarum,per quas homines ad ſe adducebat,ſecundò, per ouium obedientiam, in Chriſtum enim etiam mortuum homines crediderunt, illos autem ſtatim reliquerunt. Theop.ſignificatur Antichriſtus,qui non obtinebit ſequaces poſt mortem.Aug.at vocem Chriſti,& audit,non eius,vt Iudas,qui lupus erat,& non audiũt oues, vt quidam eorum qui Chriſtum crucifixerunt. Si enim quis dicat non fuiſſe oues, cùm non audirent, legat apud Ezechielem errantem ouem. Errat, quia vocem paſtoris non audit,& ouis tamen appellatur,dicendum ergo nouiſſe Dominũ qui ſunt eius, nouit enim prædeſtinatos,multæ oues foris ſunt,multi lupi intus,eſt & vox aliqua paſtoris,in qua oues non audiunt alienos,nec qui non oues,Chriſtum,nempe iſta,qui perſeuerauerit vſque in finem,hic ſaluus erit,hanc vocem non negligit proprius,non audit alienus.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

2. *id eſt,rectam & iuſtam viam.* 3. *Græc.αὐλὴν,ſtabulum,*

ſed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum. [22]Hoc prouerbium [23]dixit eis
Ieſus. Illi autem non [24]cognouerunt quid loqueretur eis. [25]Dixit ergo eis [26]iterum Ieſus,
Amen, amen dico vobis, [27]quia ego ſum oſtium ouium: [28]omnes [29]quotquot [b]venerunt fu-
[c]res ſunt & [30]latrones: ſed non audierunt eos [31]oues. [32]Ego ſum oſtium: per me ſi quis in-
[33]troierit, [34]ſaluabitur, [35]& ingredietur, & egredietur, [36]& paſcua [37]inueniet. [38]Fur non venit niſi
[39]vt furetur, [40]& mactet, [41]& perdat. [42]Ego veni vt vitam habeant, [43]& abundantius [44]habeant.
[45]Ego ſum [46]paſtor [47]bonus. [48] [b]Bonus paſtor [49]animam ſuam ponit [50]pro ouibus ſuis. [51]Mercena-
rius autem, & qui non eſt [52]paſtor, cuius [53]non ſunt oues propriæ,

SENS. LIT. IN CAP. X.

23. Int.ſcilicet, exercet obſcuris, paſcit etiam manifeſtis, dum exponit. 24. Int.in quo conuincuntur cæci eſſe. 25. Chry attentiores volens Iudæos facere. 26. Int.vt credens quæ dixit, & pie quærēs intelligat. 27. Int.per me ergo intrat, qui intrat. Auguſt.ecce quod clauſum poſuerat, aperuit. Ipſe eſt oſtiū, intremus, vt nos intraſſe gaudeamus. 28. Chry.non de Prophetis dicit, ſed de ſeditioſis. 29. Int.ſ.præter me, nam Prophetæ præmiſſi cum eo.i.cum veritate. Aug.Prophetæ non præter Chriſtum venerunt, venerunt enim cum verbo Dei, venturus præcones miſit, & eorum quos miſerat, corda poſſidebat. 30. Aug ſ.ad furandum & occidēdum venerunt. Gloſſ. fur eſt, qui per Simoniam, vel alio modo contra Chriſtum intrat, & poſtquam intrauerit, malo exēplo occidit, & ſic apertè latro. 31. Int.ſ.veræ. Aug.ſ.illi de quibus dictum eſt, Nouit Dominus qui ſunt eius. 32. Aug.quare ſe oſtium dixerit, aperit.
33. Int.ſ.non fictus. 34. Int.ſ.perſeuerando. 35. Aug.ingredimur, cùm aliquid interius cogitamus; egredimur, cùm exterius aliquid operamur. ſecundùm illud, Exibit homo ad opus ſuum. Theoph.ingreditur, cui eſt curæ homo interior; egreditur, qui hominem exteriorem.i.membra quæ ſunt ſuper terram, mortificat. Greg.ſuper Ezech.hom.13. Ingredietur ad fidem, egredietur ad ſpeciem & paſcua inueniet in æterna ſatietate. 36. Chry.i.futuram delectationem & quietem. 37. Theop.ſ. in futuro ſeculo. 38. Int.pro fur autē. 39. Gloſ.alienā rem vſurpando. 40. Gloſ.à fide retrahendo. 41. Int.& ideo non audiunt eum oues. Chry.accidit hoc ad litteram ſeditioſis, vt Iudæ & Theudæ, occiſi enim & perditi qui eos ſequebantur. 42. Int.Hic iuſtus ex fide viuit. Aug.vitam habent ingredientes per fidem quæ per dilectionem operatur. 43. Int.ſ.de hac vita tranſmigrando. Aug.egredientes.i.cùm moriuntur veri fideles, abundantius vitam habent; vbi nunquam deinde moriantur. 44. Int.ſ.in futuro.
45. Aug.aperuit ſe oſtium, nunc paſtorem. 46. Int.ſicut oſtium. Aug ſicut ipſe per ſe nouit Patrem, nos autem per illum, ſic intrat in ouile per ſe ipſum, nos autē per ipſum, quomodo autem vnus paſtor eſt, ſi Eccleſiæ præpo[ſiti] paſtores ſunt? omnes illi vnius paſtoris membra ſunt, paſtoris nomē aliis communicauit, oſtij ſibi propriè tenuit. 47. Int.ad differentiam furis vel mercenarij. Aug. 48. Int.exprimit quid ſit proprium boni paſtoris. Greg.in hom.14.formam quam imitemur adiungit. 49. Int.i.vitam. Greg.hom. 14.fecit quod monuit Chriſtus, pro ouibus animam poſuit: qui autem non dat pro ouibus ſubſtantiam ſuam, quomodo pro his daturus eſt animam ſuam? Aug.de verb. Dom. Serm.50.Non omnes qui corpora ſua in paſſionibus etiam igni tradunt, æſtimandi ſunt ſanguinem fudiſſe pro ouibus. Si tradidero, inquit Apoſtolus, corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodeſt: non habent autem charitatem qui non amant vnitatem. 50. Chry.oſtendit ſe ad paſſionē venire non inuitū. 51. Greg.ho.14.ſ.qui plus terrenā ſubſtantiā quàm oues diligit, & ob tēporales mercedes paſcit. 52. Int.etſi videatur, quia veritatem prædicat vt paſtor. Greg ho.14.paſtoris locum tenet, ſed lucrum animarum non quærit. 53. Int.quia non amore earum, ſed pro ſua mercede.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

23. i.parabolam.ſic Parabola Salemonis dicuntur Prouerbia ſ ſententia arcana, ſeu occulta. b. ſcilicet, non miſſi, vel Chriſti ſe nomine obtrudentes. c. pro, fuerunt. 35. pro, conuerſabitur, ſeu aget. Hebr. vide Pſal.120 3.Regum.18.vel ingredietur per fidem in Eccleſiam, & egredietur per mortem è mundo in cœlum iturus. 42. ſ.hic, & abundantius in futuro, vel creſcentes in virtute. 43. fortè, pro, abundanter. 46. Græ.ὁ ποιμὴν, ὁ καλὸς, Ille bonus paſtor.

SENS. MYST. IN CAP. X.

38. Theoph.fur,diabolus qui venit tentando,vt furetur per cogitationes illicitas,& mactet per conſenſum,& deinde per opera deſtruat.

videt[54] lupum[55] venientẽ,& dimittit oues,& fugit[56]:& lupus rapit,& diſpergit oues. Mer*cenarius autem fugit, quia mercenarius eſt, & non pertinet[57] ad eum de ouibus. Ego[58] ſum paſtor bonus,& cognoſco[59] oues meas,& cognoſcũt[60] me meæ.Sicut nouit me Pater,& ego agnoſco Patrem : &[61] animam meã pono pro ouibus meis.Et alias[62] oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili[63]:& illas oportet me adducere[d],& vocẽ[64] meã[65] audient,& fiet[66] vnũ ouile,& vn⁹ paſtor.Propterea[67] me diligit Pater,quia[68] ego pono[69] animã meã vt[e]

SENS. LIT. IN CAP. X.

54. Greg. hom.14. in neceſſitatis occaſione cognoſcitur ſitne quis paſtor an mercenarius. Aug.de verb.Dom.Serm.49.lupus,diabolus & qui illum ſequuntur. 55. Greg.hom.14.lupus ſuper oues venit, cum iniqui fideles opprimunt. 56. Greg. hom. 14. non mutando locum, ſed ſubtrahendo ſolatium. Aug.quidam corpore ſtant,animo fugiunt.affectiones enim motus animorum ſunt;lætitia diffuſio eſt, triſtitia contractio,cupiditas progreſſio,timor fuga Aug.ad Honoratum epiſt.180.Fugiant ſerui Chriſti de ciuitate in ciuitatem, quando eorum quiſquam ſpecialiter à perſecutoribus quæritur ; & ab aliis qui non ita requiruntur,non deſeratur Eccleſia;cùm autem omnium eſt commune periculum, aut omnes ad loca munita tranſeant, aut ſi quos neceſſe eſt manere, illi non deſerantur ab eis quorũ opera indigẽt. ſi enim manente plebe,miniſtri fugiant,mercenariorum eſt illa fuga damnabilis,quibus nõ eſt cura de ouibus. * Aug.de ver.Dom.Ser.49.Diligendus paſtor,cauendus latro, tolerandus mercenarius,tandiu enim vtilis eſt;quamdiu nõ videt lupum,furem, vel latronem.Idem in Ioann.Filius patris hæreditatem patienter expectat,mercenarius temporalem mercedem feſtinanter exoptat;& inde ſedit,vnde mala facit,non vnde bona dicit ; botrum carpe,ſpinam caue,multi in Eccleſia cõmoda terrena ſectantes,Chriſtum prædicant, audiuntque oues paſtoris vocem per mercenarium. 57. Greg.hom.14. In eo quod in ouibus præeſt,non oues diligit,ſed lucrum terrenum quærit,quod ne amittat, opponere ſe contra periculum trepidat. 58. Chry.Suprà ſe ab illis diſtinxit qui furantur & mactant.ſ.ſeditioſis,dicens ſe veniſſe vt vitam habeant,&c.Itemque ab his qui non prohibent, quales erant magiſtri Iudæorum, dicens ſe pro ouibus animam ponere, nunc ergo concludit. 59, Int.i.diligo. Greg.in hom. ¶ Chry.ſic Paulus non repulit Deus plebem ſuam quam præſciuit.Theoph.mercenarius oues ignorat,rarò enim viſitat.

60. Int.i.diliguntur, & obſequuntur. Greg.in hom. 61. Greg.in hom.14.q.d.in hoc conſtat quod cognoſco Patrem,& à Patre cognoſcor.Charitate enim qua pro ouibus morior, quantũ Patrem diligam oſtendo.Glo.Hæc eſt probatio dilectionis ad Patrem & oues,ſic Petrus confitens amorem, iubetur paſcere oues:& pro eis mori. 62. Int.ſ.de gentibus.Aug.de ver.Do.Ser.57. Erant in gentibus aliqui prædeſtinati,nondum congregati. 63. Int.ſ.de populo Iſraël.Aug de verb.Dom.Ser.57. d. Chry.non eſt hoc verbum neceſſitatis demonſtratiuum, ſed eius quod fiet omnino. 64. Int ſ.per Apoſtolos.Aug. Præſentiam ſuam corporalem non exhibuit niſi populo Iſraël,iuxta illud:Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſraël, ad gentes autem non perrexit ipſe, ſed miſit.Glo.per ſuos adduxit,in quibus ipſe eſt. 65. Int.non illorum.Glo.non dicit meorum, quia in ipſis ille loquitur. 66. Greg.in hom. 14. Iudaicum enim populum & Gentilem in ſua fide coniungit. Theoph.attendant Manichæi, vnum enim ouile, & vnus paſtor eſt noui & veteris Teſtamenti. 67. Int.Pono animam pro ouibus, propterea,&c.Chry.hoc ſubiungit, quia eum dicebant à Patre alienum. 68. Int.quaſi dicat, ideo me Pater diligit, quia morior vt reſurgam.Aug.¶ Theoph. Non dilexit Pater Filium, tanquam dilectionem tribuens vt ſtipendium mortis,ſed ſubſtantiam ſuam in Filio intuens,qui ex eadem cum Patre charitate,pro nobis voluit mortem ſubire. 69. Aug.non glorientur ergo Iudæi, ſæuire quidem potuerunt,ſed ſi ego noluero animam ponere,quid ſæuiendo facturi ſunt?

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

55. Græ.οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων,non curat oues. 63. quo,ſcilicet,nunc congregata ſunt oues id eſt,fideles. 64. per Apoſtolos,ſcilicet. 69. nemo enim ab inuito poteſt auferre, pono verò, propoſiturus ſum.vel.ſum paratus ponere ſuo tempore. e. pro,ita tamen vt.

iterum ſumam eam. Nemo tollit eam à me: ſed ego ponam eam à meipſo. poteſtatem habeo ponendi eam: & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo. Diſſenſio iterum facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos. Dicebant autem multi ex ipſis, Dæmonium habet, & inſanit: quid eum auditis? Alij dicebant, Hæc verba non ſunt dæmonium habentis. nunquid dæmonium poteſt cæcorum oculos aperire? Facta ſunt autem Encænia in Hieroſolymis. & hyems erat. Et ambulabat Ieſus in templo in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei: Quouſque animam noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis palam? Reſpondit eis Ieſus? Loquor vobis, & non creditis. opera quæ ego facio in nomine

SENS. LIT. IN CAP. X.

70. Int. pro, nemo enim. Chry. oſtendit ſe non inuitum ad paſſionem venire. Aug. 3. de Trinit. cap. 13. Venit ad mortem quia voluit, quando voluit, & quomodo voluit. g. Int. pro, quia poteſtatem. Aug. Caro ponit animam & ſumit, non poteſtate ſua, ſed Verbi. 71. Chry. reſurrectionem demonſtrat indubitabilem. 72. Int. ſ. de omnibus prædictis, & ponendi, & ſumendi animam. Chry hoc ait, ne cùm interfecerint, putent à Patre derelictum. Oſtendit verò per hæc verba ſe voluntariè mori, & non eſſe Patri contrarium. 73. Chry. Mandatum eſt cum Patre concordia. Alcuin. Non verbo accepit mandatum, ſed in verbo Patris eſt omne mandatum, & cùm accipere dicitur, non Filij poteſtas minuitur, ſed generatio oſtenditur. 74. Int. Non quòd inferior, ſed quia genitus æqualis; quidquid habet, à Patre habet. 75. Int. quia tenebræ lucem non comprehendunt. 76. Int. Iſti ſunt tenebræ. 77. Chry. hoc dicunt quia ſupra hominem erant, quæ dicebantur. 78. Int. iſtorum oculi iam cœperant aperiri.

79. Int. q. d. dæmonium non ſolet bona operari. h. Chry. Dominus, quia per res demonſtrationem tribuerat, ſilebat. & quia digni non erant illi reſponſione. 80. Auguſt. Encænia, feſtiuitas dedicationis templi, καινὸν enim Græcè nouum. Chry. Dedicatum templum in reditu ex Babylonia. Glo. facta eſt dedicatio à Iuda Machabæo tempore hyemis, à Zorobabele autem & Ieſu ſacerdote in Vere, à Salomone verò in Autumno. 81. Theoph. hoc dicit Euangeliſta ad ſignificandum proximum tempus paſſionis: in vere enim ſequenti paſſus eſt Dominus. 83. Glo. porticus quibus templum cingebatur, ſolent ſignificari nomine templi. 84. Int. ſcilicet, vbi Salomon ſtare ſolebat ad orandum. 86. Aug non veritatem deſiderant, ſed calumniam præparant. Glo. calumniam præparant, Chriſtus autem ſic reſponſum temperat, vt nec calumniæ locus ſit, & fidelibus conſtet ipſum eſſe Chriſtum Dei Filium. 87. Int. dum incertos nos relinquis. 88. Int. id eſt, ille Meſſias qui venturus eſt in mundum. 89. Chry. vide peruerſitatem. cùm per ſermonem docet, dicunt, quod ſignum oſtendis? cùm per opera, ſi tu es Chriſtus, dic nobis. 90. Chry. at palam Chriſtus omnia dicebat, & nihil occultè loquebatur. Aug. quærebant audire, Ego ſum Chriſtus, quod ſi diceret, calumniarentur, quod ſibi arrogaret regiam poteſtatem. 91. Int. ſcilicet, vt verbum Dei, & probo per opera quid ſim.

SEN. MYST. IN CAP. X.

81. Glo. ſignificatur Iudæorum frigiditas, qui non accedunt ad ignem, id eſt, in Chriſtum credunt. Aug. Iudæi frigebant diligendi charitate, & ardebant nocendi cupiditate, non accedebant proſequendo, ſed premebant perſequendo. Theoph. tu etiam dum hyems eſt, id eſt, vita præſens turbinibus iniquitatis concutitur, ſpiritualia encænia templi tui celebra renouando teipſum ſemper, & aſcenſiones in corde tuo diſponens, eritque tibi Ieſus præſto in porticu Salomonis, pacificum ſtatum tribuens. 82. Int. ecce ignis de quo deberent accendi. 85. Int. Ecce hyems in Iudæis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

70. ab inuito ſcilicet. f. i. vltro. 80. i. feſtum dedicationis. καινὸν, nouum. ἐγκαινίζω, & ἐγκαινόω, innouo, dedico, initio, ἐγκαίνια, quaſi initialia. erat autem dedicatio de qua 1. Mach. 4. menſe Nouembri facta non de qua 3. Reg. 8. quæ Septembri, aut 1. Eſd. 6. quæ Februario & quidem ſola hæc, quæ altaris celebrabatur quotannis. 84. ita dicta quod eodem loco & forma, qua quæ olim Salomonis dicebatur. 85. ſ. ne poſſet elabi priuſquam reſponderet. 87. Gra. αἴρεις ſuſpendis, q. d. quamdiu nos tenebis ſuſpenſos? 88. Gra. ὁ χριστός. Meſſias ille tam diu expectatus. 90. Gra. παῤῥησίᾳ, liberè, confidenter. 91. Gr. εἶπον, dixi, ſcilicet, quis ſim. l. id eſt, mandato, poteſtate, vel ad honorem & gloriam.

[92]Patris mei, hæc teſtimonium [93]perhibent de me: ſed vos non creditis, [94]quia non [95]eſtis
ex ouibus [m]meis, ſicut dixi vobis. [96]Oues [97]meæ vocem [98]meam audiunt: & ego [99]cognoſco
eas, & [100]ſequuntur me. [101]& ego vitam [102]æternam [n]do eis, & [103]non peribunt in [104]æternum, [105]&
non rapiet eas quiſquam de [106]manu [107]mea. Pater meus qui [108]dedit mihi, [109]maior [110]omnibus
eſt: & [111]nemo poteſt rapere de [112]manu Patris mei. [113]Ego & [114]Pater [o]vnum ſumus. Suſtulerũt
ergo iterum [115]lapides Iudæi, vt lapidarent eum. [116]Reſpondit [117]eis Ieſus, Multa bona opera
[p]oſtendi vobis ex [118]Patre meo: propter quod eorum opus [q]me lapidatis? Reſponderunt
ei Iudæi, De bono [119]opere non lapidamus te: ſed de [120]blaſphemia, & [r]quia tu homo cùm
[s]ſis, [121]facis teipſum [122]Deum, Reſpondit

Sens. Lit. In Cap. X.

92. Int.cuius,& non ſuam gloriam quærit. 93. Chry.q.d.ſi operibus non creditis, qualiter verbis credetis? 95. Aug.videbat eos ad ſempiternum interitum prædeſtinatos. 96. Theoph.inducit eos,vt oues ipſius efficiantur. 98. Int.i.obedrunt præceptis. 100. Int.& imitatione,& beatitudine. 101. Int. quia vos de præſenti vita cogitatis,& calumnias quæritis. 102. Iut. hæc ſunt paſcua de quibus ſuprà. Aug.Bona verò paſcua vita æterna,ibi nulla herba areſcit, totum viret. 103. Int. q.d. vos peribitis in æternum,quia non eſtis de ouibus.Aug. 104. Int.etſi in præſenti videantur perire.Theophyl.periit Iudas,quia non permanſit vſque ad finem,loquitur autem Chriſtus de perſeuerantibus. 105. Int. fur & latro nihil poſſunt contra illos quos nouit Deus eſſe ſuos. Auguſt.oſtendit quare non pereant.de ouibus enim de quibus dicitur,nouit Dominus qui ſunt eius,nec lupus rapit,nec fur tollit,nec latro interficit.

106. Int.id eſt,poteſtate. 107. Int.pro,quia Pater. 108. Int.ſ.gignendo dedit eſſe vnigenitum Filium,coæqualem,coæternum.Hil.7.de Trin.quod à Patre accepit,accepit naſcendo. Aug.non creſcendo,ſed naſcendo æqualis eſt,qui ſemper natus eſt,de Patre Filius,de Deo Deus. 109. Glo. ex hoc quod ſum ex Patre,maior ſum ad protegendum,quàm illi ad impugnandum.Auguſt.dedit mihi Pater quod omnibus maius eſt,vt ſim verbum eius,ideo nemo rapit oues de manu mea, quia nec de manu Patris.

110. Int.ſcilicet,omnibus creaturis & Angelis. 111. Int.virtutem & gloriam huius rei,quod nemo rapit de manu eius,Patri attribuit. 112. Int.id eſt,poteſtate, quæ vna eſt mihi & Patri,vel de me, qui ſum manus Patris Auguſt. ſolent enim & homines dicere manus ſuas, illos,per quos faciunt,quod volunt. 113. Chry.hoc ſubdit,ne putetur imbecillis aut Patre minor. 114. Aug. à Charybdi & Sylla liberat,cùm dicit vnum,ab Ario,cùm dicit ſumus,à Sabellio. Aug.6.de Trin.cap.2. Vnum ſunt,ſecũdùm eſſentiam,non ſecundùm relatiuum.Hil.8.de Trin.Vnum ſunt Pater & Filius,non ſolùm voluntate, & vnanimitate,vt dicunt hæretici,ſed natura,honore,& virtute. 115. Aug. more ſuo duri ad lapides cucurrerunt.Hilar.7.de Trinit.Et nunc etiam hæretici verborum lapides inijciũt,& Chriſtum, ſi poſſent, de throno ſuo detraherent. 116. Theoph.oſtendens nullam illos habere occaſionem iuſtam furendi contra eum. 117. Int.non verbis,ſed factis eorum. 118. Iut.cuius gloriam quærit vbique. 119. Int. non poſſunt negare bona accepiſſe. 120. Int.non poſſunt ferre quod Filius Dei dicatur. 121. Aug Ecce Iudæi intellexerunt quod Ariani nõn intelligũt,ſenſerũt enim non poſſe dici,Ego & Pater vnum ſumus,niſi vbi æqualitas eſt Patris & Filij. 122. Chry.non deſtruens Iudæorum opinionem exiſtimantium quòd ſe Deo Patrem diceret,ſed magis confirmans. Glo. Videns illos non ferre ſplendorem veritatis,temperat verbis ſequentibus.

Addit. Auct. In Cap. X.

m. ſcilicet,electis. n. pro dabo. 108. ſcilicet,oues. 109. Alij in quibus Auguſt.legunt quod dedit mihi maius, intelligúntque datam naturam & poteſtatem. 111. pro,& ſicut nemo,&c.ita,ſcilicet nec de mea. o. apparet quo animo interrogauerint.

p. pro, feci in veſtri gratiam,ſic illud: Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.

118. id eſt,Patris mandato & poteſtate. q. pro,vultis lapidare,& fortè iam cœperant lapides iacere. 119. pro,ob opus bonum. r. pro,id eſt. s. pro,vſurpas tibi diuinitatem.

cis Ieſus, Nonne ſcriptum eſt in [123] lege veſtra, quia ego dixi, [124] Dij eſtis? Si illos [t] dixit [125] deos, ad [u] quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt [126] ſolui [127] Scriptura, quem Pater [128] ſanctificauit, & [129] miſit in mundum, vos dicitis, Quia [130] blaſphemas: quia dixi Filius Dei ſum. [131] Si non facio [132] opera Patris mei, [133] nolite credere mihi. Si autem [134] facio, & ſi mihi non vultis [135] credere, operibus [136] credite, vt cognoſcatis, & credatis, quoniam pater in me [137] eſt, & ego in Patre. Quærebant ergo eum [138] apprehendere: & [x] exiuit de [139] manibus eorum. Et [140] abiit iterum trans [141] Iordanem, in eum locum vbi erat Iohannes baptizans [143] primùm: & manſit illic, & multi venerunt ad eum, & dicebant, Quia Iohannes quidem [145] ſignum fecit [z] nullum. [146] Omnia autem quæcunque dixit Iohannes de hoc, vera erant: & multi cre-[147]diderunt in eum.

SENS. LITER. IN CAP. X.

123. Int. ſ. Pſalmo. Aug. Legem appellat generaliter omnes illa ſcripturas, quamuis alibi à Prophetis diſtinguat, cùm dicit, in his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Aliquando etiam à Pſalmis diſtinguit, cùm dicit: Oportebat impleri quæ ſcripta ſunt in lege, & Prophetis, & Pſalmis de me.

124. Glo. tribus modis dicitur Deus, natura, adoptione, vt hic, & falsò, vt dæmones, & idola. 125. Glo. ſ. participatione. 126. Int. id eſt, falſitatis argui. 127. Int. ſcilicet, Dauid. 128. Int. ſ. gignendo, vt ſanctus eſſet deditque quia ſanctum genuit. Aug. ¶ Hil. 7. de Trin. Sanctificatus eſt in Filium, dicente Paulo, quod prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute ſecundùm Spiritum ſanctificationis. Theoph. id eſt, ſanxit ſacrificari pro mundo. in quo ſe oſtendit non eſſe Deum, vt cæteri: ſaluum enim facere mundum, Dei opus eſt, non autem hominis deificati per gratiam. 130. Aug. ſi per ſermonem Dei homines participando fiunt dij, verbum vnde participatur non eſt Deus? 131. Chry. vt ſermo ſuſciperetur, humilius locutus eſt, nunc ad maiora reducit. 132. Int. quæ nemo poteſt facere niſi Filius. Chry. oſtendit ſe nihilo eſſe minorem Patre ab operum qualitate, ſubſtantiam enim eius videre non poterant. 133. Int. quaſi dicat, ſi ſolis verbis prædico, non credatis. 134. Int. ſ. opera illa. 135. Int. ſ. verbis, & innocentia vitæ.

136. Gloſſ. fidem adhibere operibus, vt merito fidei amplius cognoſcendo opera, veniatis ad fidem veritatis. 137. Hil. 7. de Trin. hoc eſt illud, Ego & Pater vnum ſumus. Aug. in iuſtis Deus eſt per gratiam, at Filius in Patre eſt, & Pater in Filio, tanquam æqualis. 138. Aug. non credendo & intelligendo, ſed ſequiendo, & occidendo, tu apprehende vt habeas, illi apprehendere volebant vt non haberet. 139. Aug. non apprehenderunt, quia manus fidei non habuerunt. 140. Chry. vt eorum furor per abſentiam ſedaretur. Theoph. Sæpè Dominus ducit populos ad ſolitaria loca, de perfidorum ſocietate eripiens, vt magis fructificent, ſic legem veterem daturus, eduxit populum in deſertum. 145. Aug. i. miraculum.

146. Chry. q. d. etſi ſignum nullum fecit, tamen omnia de hoc veraciter dixit, ſi ergo ei credi oportebat, multo magis huic, cum illius teſtimonio ſigna facienti. 147. Aug. apprehenderunt permanentem, non quomodo Iudæi volebãt apprehendere diſcedentem: & nos ergo per lucernam veniamus ad diem. Iohannes enim lucerna erat, & diei teſtimonium perhibebat.

SENS. MYST. IN CAP. X.

141. Theophyl. à plebe Iudaica ad loca fontes habentia ſe transfert. i. ad Eccleſiam ex gentibus quæ habet fontem baptiſmi, per quem multi ad Chriſtum accedunt, quaſi tranſeuntes Iordanem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. X.

123. i. libro vbi ſcripta etiam lex. t. Scriptura. ſ. v. i. quibuſcum Deus familiariter locutus, aut quibus aliqua reuelauit. 126. i. irrita eſſe, vel negari, vel argui falſitatis. 128. ſingulariter, ſcilicet. 132. ſ. quæ ſolus Pater poteſt facere. x. ſ. reddens ſe inuiſibilem. &, autem, pro, ſed Hebr. 143. ſcilicet, in Bethabara. z. ſub. cùm iſte tam multa faciat.

CAPVT XI.

ERAT autem quidam languens Lazarus à Bethania: de caſtello Mariæ & Marthæ ſororis eius. Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem Ieſus, dixit eis, Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei: vt glorificetur Filius Dei per eam. Diligebat autem Ieſus Martham, & ſororem eius Mariam, & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem manſit in eodem loco duobus diebus. Deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis: Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? Reſpondit

SENS. LIT. IN CAP. XI.

1. AVg. Inter omnia miracula quæ fecit Dominus, Lazari reſurrectio præcipuè prædicatur. Beda. Cùm abiiſſet Dominus trans Iordanem, contigit Lazarũ infirmari. 2. Int. ne erremus, cùm multæ ſint huius nominis Oſtenditur ex notiſſima actione. 3. Int. Sufficit amanti nunciare, qui non deſerit quem amat. Chryſ. ideo non iuerunt ad Chriſtum ſicut Centurio & Regulus, ſed miſerunt, quia vehementer de Chriſto confidebant, propter multam familiaritatem, & quia à luctu detinebãtur. Theoph. non decet mulieres facilè domo exire. 4. Int. vt ſe à dolore, illum liberet ab ægritudine. 5. Int. q. d. ſi dignaris, veni, & ſana. Aug. q. d. ſufficit vt noueris, non enim amas & deſeris. 6. Chry. ad miſerandum volunt adducere, adhuc enim quaſi homini loquuntur. Theop. multam deuotionem, & fidem exprimunt, quaſi. ſ. mirum eſſet dilectum Chriſti infirmari. 7. Int. quia nec ipſa mors quæ imminebat, ad mortem fuit, ſed ad miraculum quo omnes crederent in Chriſtum. 8. Int. quæ non eum auxit, ſed nobis profuit. 9. Theop. Se Deum indicat, ſequitur enim vt glorificetur Filius Dei, &c.

10. Chryſoſt. non eſt cauſale, ſed euentus, euenit enim infirmitas, eaque vſus eſt in gloriam Dei.

11. Int. i. infirmitatem. 12. Int. triſtium conſolator. 13. Int. quæ triſtes erant. Aug. ille languens, illæ triſtes, omnes dilecti, habebant ergo ſpem, quoniam diligebantur ab eo, qui eſt dolentium conſolator, languentiumque ſanator. Chry. per hoc nos docet Euangeliſta non triſtari, ſi boni, & Dei amici infirmentur. 14. Int. diſtulit ſanare, vt poſſet reſuſcitare. Aug. 15. Int. vt quatriduum impleretur. Aug. ¶ Chry. vt dici poſſet, fœtet. nec putaretur non verè fuiſſe defunctus qui ſuſcitabatur. 16. Int. quod diſceſſit, infirmitatis fuit, quod redit, poteſtatis eſt. Aug. diſceſſit vt homo, ne lapidaretur, ſed in redeundo quaſi oblitus infirmitatem, oſtendit poteſtatem. Chry. Nuſquam alibi Dominus prædixit diſcipulis quò iturus eſſet, niſi hîc, quia valde formidabant, vt ne repentè conturbarentur, formidabant verò, & pro ipſo, & pro ſe, nondum enim erant in fide firmati.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

1. BEda. Lazarus interpretatur adiutus Gloſ. Lazarus languidus, figura Iudæorum infirmorum in fide Chriſti, Martha & Maria, doctrina bonorũ Iudæorum, vel Iudæi in æterna iam beatitudine recepti, qui pro fratre ſanando. i. pro reliquiis in tenebris ignorantiæ adhuc errantibus, Domino ſupplicant, vel Lazarus peccator qui à Domino amatur, non enim venit vocare iuſtos, ſed peccatores, ſorores, bonæ cogitationes, quæ pro peccatis diſſoluendis orant. 16. Gloſſ. ſignificatur fides reditura ad Iudæos in fine per Heliam & Enoch.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

a. i. vico, cuius quidam putant fuiſſe dominas Mariam & Martham, ſed probabilius ſignificari incolas, vel inde oriundas, ſi enim dicitur ciuitas Andreæ & Petri Bethſaida. b. Martha. ſ. nam Græc. ἐν τῆς. c. ſ. vt dicetur pòſt. d. in qua. ſ. ſit ei manendum, quod illa timebant.

Ieſus,[17] Nonne [18] duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulauerit in [e] die,non [19] offendit:quia [20] lucem huius mundi videt : ſi autem ambulauerit in [21] nocte,[22] offendit : quia [23] lux non eſt in eo.[24] Hęc ait:& poſt hęc dicit eis,[25] Lazarus amicus noſter [26] dormit,ſed vado vt à ſomno excitē eum.[27] Dixerūt ergo diſcipuli eius,Domine,ſi dormit,[28] ſaluus erit.Dixerat autem Ieſus de morte eius : illi autē [29] putauerūt quia de dormitione ſomni diceret.Tunc ergo Ieſus dixit eis [30] manifeſtè,Lazarus [31] mortuus eſt:& gaudeo propter vos, vt [32] credatis,quoniā non erā ibi,[33] ſed eamus ad eū. Dixit ergo Thomas [34] qui dicitur [35] Didymus, ad cōdiſcipulos:Eamus & nos,[f] & moriamur cum eo.[36] Venit itaque Ieſus:& inuenit eum

SENS. LIT. IN CAP. XI.

17. Int.q.d.non vos detis mihi conſilium.ſed me ſequimini, & in me die ambulate,& non offendetis. Aug. cùm vellent dare conſilium homines Deo,diſcipuli magiſtro, corripuit eos. 18. Aug.vt ſe diem oſtenderet,duodecim diſcipulos elegit, in hoc autem verbo non ipſum Iudam, ſed eius ſucceſſorem præuidebat.Glo.ſe dicit Chriſtus diem in quo debent ambulare,ne offendant,& ſine quo ambulantes,offendunt,vt modò diſcipuli nolentes eum mori qui pro hominibus venit mori,illos autē dicit horas eſſe quæ diem ſequuntur. 19. Aug.q.d.me ſequimini,ſi non vultis offendere. 20. Int.id eſt,me.

21. Int.i.in tenebris peccatorum vel ignorantiæ. 22. Chry.quaſi dicat, non oportet formidare, nihil enim dignum morte geſſimus, vel, ſi quis lucem huius mundi videt, ſecurus eſt,multo magis qui mecum eſt,niſi ſe amouerit à me. Theoph.quidam diem intelligunt tempus præcedens paſſionem, noctem verò ipſam paſſionem, quaſi dicat, dum dies eſt,id eſt,dum non imminet paſſionis tempus, non offenderis, non enim vos Iudæi perſequentur, cùm autem venerit, tunc poſſidebitis anguſtiarum noctem. 23. Int.ſcilicet,ego. 25. Chryſoſt. Oſtendit neceſſarium ſuum aduentum. 26. Auguſt. Domino dormiebat, qui eum tanta facilitate excitarit de ſepulchro, quanta tu excitas dormientem de lecto,hominibus autem mortuus erat, qui eum ſuſcitare non poterant, ſic Paulus mortuos dormientes appellat,quia ſunt reſurrecturi. 27. Aug.quomodo intellexerunt,ſic reſponderunt. 28. Int.quia ſolet eſſe ſomnus ægrotanti ſalutis indicium. Chryſ. 29. Chryſoſt. quomodo non intellexerunt mortuum,cùm diceret ſe velle ire vt eum excitaret,ſtultum enim erat tantum iter ſuſcipere,vt à ſomno excitaretur,putabant eſſe ænigma,qualia multa loquebatur. 30. Int.quia obſcurè dixerat,dormit.Aug.

31. Chry.non addidit,vado vt reſuſcitem,non enim volebat verbis prædicere, quod per opera erat confirmaturus,vanam gloriam nos vbique fugere docens. 32. Int.ſcilicet,me nihil latere.Aug adhuc diſcipulorum fides miraculis ædificabatur,non vt eſſe inciperet,ſed vt creſceret. Vt credatis, inquit, id eſt,ampliùs robuſtiuſque credatis. 33. Int.Et tamen ſcio quia mortuus eſt.Aug.quomodo lateret eum qui creauerat?ad cuius manus anima morientis exierat? Theop.ſi adſtitiſſet Dominus ægrotanti,curaſſet, quod eſſet modicum ſignum ad potentiam ſuam declarandam, magis enim roborat in fide defunctum putreſcentem reſuſcitare. 34. Chry.infirmior tunc aliis,& poſtea fortior omnibus factus eſt,qui ſolus orbem terrarum percurrit.Beda.Thomas præ omnibus ſocios hortatur,vt eant,& moriantur cum illo,in quo magna eius apparet conſtantia. 35. Int.i.geminus. 36. Int.Ecce verus amantium affectus,vel cum eo viuere,vel cum eo mori.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

18. q.d.mutari illi poſſunt,vel, q.d. vt oportet diem finiri, ita & meum tempus,nec id poſſunt Iudæi impedire.Loquitur autem more Palæſtinæ,vbi dies omnes duodecim horarum.ſ.inæqualium. e. q.d.dum quis mecum fuerit,non eſt quod timeat,at in nocte.i.vbi mortuus fuero,tum multa patientur.Cùm ablatus fuerit ſponſus,tunc ieiunabunt. 26. Somnus erat mors illa Chriſto ſuſcitaturo. 33. cum hoc coniungendum quod præcedit : & gaudeo, quaſi dicat, gaudeo me non adfuiſſe, vt tanto magis credatis qui abſentia nuntiem,& ſuſcitem mortuum,qui ſi adeſſem,non fuiſſet mortuus,aut ſepultus,adeoque non feciſſem tantum ego miraculum, vel ne ſi me præſente obiiſſet, dubitaretis de mea potentia. f. alij legunt,vt,quaſi dicat,ſi imus,certa nobis mors eſt. g. Lazaro,ſcilicet,vt quidam interpretantur, poteſt tamen ad Chriſtum referri.

quatuor

[37] quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem [38] Bethania iuxta Hieroſoly-
mam quaſi [h] ſtadiis quindecim. [39] Multi autem ex Iudæis venerunt ad Martham & Ma-
riam, vt conſolarentur eas de fratre ſuo. Martha ergo vt audiuit quia Ieſus venit, oc-
[41] currit illi: Maria autem domi [42] ſedebat. Dixit ergo Martha ad Ieſum, Domine ſi [43] fuiſſes
hic, frater meus non fuiſſet mortuus. ſed & nunc [44] ſcio quia quæcunque [l] poposceris à
Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Ieſus, [45] Reſurget frater tuus. [46] Dicit ei Martha, Scio quia
reſurget in [47] reſurrectione in nouiſſimo die. [48] Dicit ei Ieſus, Ego ſum [49] reſurrectio & vi-
ta. Qui [m] credit in me, etiam ſi mortuus [50] fuerit, [n] viuet. & omnis qui [51] viuit, & [52] credit in me,
non [53] morietur in æternum. [54] Credis hoc? Ait illi, [o] Vtique Domine, ego [55] credidi quia tu
es Chriſtus [p] filius Dei viui qui in hunc [56] mundum [q] veniſti. Et cùm hoc dixiſſet, [57] abiit: &
vocauit Mariam ſororem ſuam [58] ſilentio, dicens, Magiſter adeſt,

SENS. LIT. IN CAP. XI.

37. Chry. Venit nuncius quo die Lazarus eſt defunctus, duobus ſequentibus manſit Dominus, quarto acceſſit. h. Chry. ſ. circiter milliaria duo: dicitur verò hoc, vt oſtendatur par fuiſſe multos Iudæorum ab Hieroſolymis adeſſe. 39. Chry. Erant fortè hi ex illis qui credebant. Addit autem hoc Euangeliſta ad oſtendendum verè Lazarum fuiſſe mortuum. 43. Chry. credebat in Chriſtum, ſed non vt oportebat, nondum enim cognoſcebat eſſe Deum, propriaq; virtute poſſe ſuſcitare, vnde dicit, Quæcunque poposceris, &c. 44. Aug. non rogat vt ſuſcitet, vnde enim ſcitet an illud vtile eſſet fratri? ſed tantum dicit, Scio quia potes, ſi vis, vtrum autem facias, iudicij tui eſt, non præſumptionis meæ.
45. Chry. non dicit petam, vt reſurgat. 46. Int. ambiguè dictum, non determinans quando, & ideo illa ſic reſpondit. Auguſt. 47. Int. q.d. de illa certa ſum, de hac incerta. Aug. 48. Int. q.d. quod reſurget, & verum eſt, ſed per quem tunc reſurget, poteſt & modò, quia ego ſum reſurrectio, 49. Int. ideo reſurrectio, quia vita. m. Chry. Illa dicebat, quæcunque petieris, Chriſtus autem oſtendit ſe eſſe à quo oporteat petere. 50. Int. vt modò eſt Lazarus. n. Aug. Viuet in anima donec reſurgat, caro nunquam poſtea moritura. Glo. viuet, vt viuit Abraham, Iſaac, Iacob, quorum Deus dicitur ſicut viuorum.
51. Int. ſcilicet, in carne. 52. Int. iam viuens in anima. 53. Int. etſi ad tēpus moriatur ſecundùm carnem. Aug. 54. Int. ſciens fidem, quærit vt confeſſionem. 55. Int. q.d. omnia hæc credo, quia, &c. Aug. q.d. quando credidi quod Filius es Dei, credidi quia tu es reſurrectio & vita; & qui credit in te, etiam ſi moriatur, viuet; & qui viuit, & credit in te, non morietur in æternum. Chry. videtur mihi mulier non intellexiſſe quod dictum eſt, intellexit tamen quod magnum quid erat. 56. Int. ſ. miſſus ad ſalutem mundi. 57. Chry. Sermo Chriſti, Marthæ luctum diſſoluit. 58. Int. i. ſuppreſſa voce. Aug. ¶ Chry. occultè vocat, ne ſi ſciant Iudæi adueniſſe Chriſtum, recedant, & teſtes non ſint miraculi.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

37. Glo. Primus dies mortis quo naſcimur cum originali. Secūdus, quo ad annos rationales venientes, naturalem legē tranſgredimur. Tertius, quo legē contemnimus. Quartus, quo etiam Euangeliū. Alc. Primum peccatum, elatio in corde. Secundum, conſenſus. Tertium, factum. Quartum, conſuetudo.
38. Glo. in Bethania i. domo obedientiæ vicina Hieroſolymis, ſuſcitatur mortuus: Iudæi enim, qui in fine ſeculi conuertentur, cito ad Hieruſalem. i. pacis viſionem peruenient. 41. Int. actiua vita primùm occurrit per opera miſericordiæ. 42. Int. quia contemplatiui quietem deſiderant.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

h. faciunt ſtadia 8. milliare vnum.. 39. Apparet fuiſſe nobiles, & multis ob virtutem etiam charos
l. nondum Deum eſſe Chriſtum credebat. 49. i fons, & auctor reſurrectionis, & vita. 50. ſ. corpore
n. ſ. beata vita, & aliquando etiam corpus reſumet. o. credo. ſ. quæ dicis vera eſſe. 55. ſ. iamdudum, vel præteritum pro præſenti. p.. ſ. verus, naturalis, & vnicus. 57. plena ſpe, fore vt frater reſurgeret.
q. Græcè ἐρχόμενος, qui venturus eras, ſeu, qui expectabaris venturus, nempe Meſſias. 58. Græc. λάθρᾳ. i. clanculum, ne. ſ. Iudæi ſi ſcirent quo vellet ire, impedirent.

& vocat

& [59] vocat te.Illa vt audiuit,[60] surrexit citò:& venit ad eum,nondum enim venerat Ieſus in caſtellum:ſed erat adhuc [61] in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erãt cum ea in domo, & [62] conſolabantur eam, cùm vidiſſent Mariam quia citò ſurrexit, & exiit,[63] ſecuti ſunt eam, dicentes:Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi.Maria ergo cùm veniſſet vbi erat Ieſus,videns eum,cecidit ad [64] pedes eius,& dixit ei : Domine ſi fuiſſes hic,nõ eſſet [65] mortuus frater [66] meus.Ieſus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea,plorantes:[67] infremuit ſpiritu : & [68] turbauit ſeipſum,& dixit, [69] Vbi poſuiſtis eum?Dicunt ei,Domine, [70] veni , & [71] vide. Et [72] lachrymatus [73] eſt Ieſus.Dixerunt ergo Iudæi,Ecce quomodo [74] amabat eum.Quidam autem ex ipſis dixerunt,Non [75] poterat hic qui [76] aperuit oculos cæci nati, facere vt

Sens. Lit. In Cap. XI.

59. Aug.non dixit Euangeliſta vbi,quando , vel quomodo Mariam Dominus vocauerit , ſed voluit breuitatis cauſa ex Marthæ verbis intelligi. Theoph. Chriſti præſentiam vocationem reputauit.

60. Chry.nec dignitas,nec luctus,nec aſſidentes eam ſunt remorati.Aug.Nõ illam præueniſſet Martha ſi ſciuiſſet aduentum Ieſu. 61. Chry.lentè procedebat,ne videretur ad miraculum feſtinare,vel indicatur Mariam citò cucurriſſe,vt venientem anticiparet. 63. Aug.pertinuit ad Euangeliſtam hoc narrare,vt videamus qua occaſione plures ibi fuerint cùm Lazarus eſt reſuſcitatus , miraculi teſtes.

64. Chry.feruentior erat ſorore, non enim eſt turbam verecundata , nec Iudæorum de Chriſto opinionem timuit,ſed omnia humana contempſit præſente Magiſtro. 65. Int. quia te præſente nulla infirmitas auſa fuit apparere,apud quas vita nouerat hoſpitari. 66. Beda. non dixit omnia quæ Martha, lachrymis nimirum impedita. 67. Chry.Mariæ nihil loquitur vt Marthæ,aderat enim turba multa,& non erat tempus illorum verborum, ſed lachrymatur,humanam naturam oſtẽdens. 68. Aug.quis eum poſſet niſi ipſe turbare?turbatus eſt,quia voluit;eſuriuit,quia voluit,in illius poteſtate erat ſic vel ſic affici. Theoph.oſtendit verum hominem,& non apparentem,& nos docet compati. 69. Aug. de verb. Dom.Serm.52.non locum ſepulti ignorat,ſed fidem populi probare vult.Chry.Non vult ſe ingerere,ſed omnia ab aliis diſcere , & rogatus facere , vt omni ſuſpicione miraculum careat. Glo. qui abſens ſciuit mortuũ,ſcit & vbi ſepultus ſit. 70. Chry.ita videbatur iturus,vel lachrymaturus, non vt reſuſcitaturus.

71. Int.i.miſerere.Aug.videt Dominus quando miſeretur.vnde,Vide humilitatem meam,& laborem meum,& dimitte omnia peccata mea. 72. Int.ploret ergo ſe peccator.Aug.Fleuit , homines flere docens. 73. Int.ſ.humanitus. 74. Bed.Solent enim homines charos mortuos lugere. 75. Int.potuit, ſed noluit,quia plus eſt ſuſcitare mortuum, quàm ne moreretur facere. Aug. plus eſt quod eſt factum vt mortuus ſuſcitetur. 76. Int.inuidi,hoc quod confitebantur,non credebant.Chry. Erant ex inimicis qui hoc dixerũt,qui vnde oportebat admirari eius virtutem.ſ.ex illuminatione cæci, inde ei detrahunt.

Sens. Myst. In Cap. XI.

68. Aug.turbat ſe Chriſtus , vt tibi ſignificet quomodo turbari debeas cùm mole peccati premeris.

69. Aug.lib.83.q.65.interrogatione ſignificat ſe ignorare peccatores,iuxta illud:Non noui vos. Gloſſ. ſic dicens Adam vbi es?ſignificat ſe Deus quaſi neſcire perditum hominem. 74. Int.vnde dicitur:Non veni vocare iuſtos,ſed peccatores.Aug.quid eſt,amabat eum?Non veni vocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiam,ſi peccatores non amaret,de cælo ad terram non deſcenderet.

Addit. Avct. In Cap. XI.

59. apparet Chriſtum dixiſſe,vt vocaret ſororem. 67. fremitum emiſit virtute ſpiritus,lachrymas cohibens.ne flens interrogaret,vel ſpiritu.i.animo,ſeu affectu humano. 68. ſ.non inuitus turbatus eſt,ſed ſponte ſuſcepit eum affectum,mutato.ſ.vultu,& voce præ dolore. 72. ſ.commotus lachrymis Mariæ & Marthæ fuſis iterum ad ſepulchrum.

hic non moreretur? Ieſus ergo[r] rurſum[77] fremens[78] in ſemetipſo, venit ad monumentum.
erat autem ſpelunca[s]: & lapis[79] ſuperpoſitus erat ei. Ait Ieſus, Tollite[80] lapidem. Dicit ei
Martha ſoror eius qui mortuus fuerat, Domine, iam fœtet[81]: quatriduanus eſt enim.
Dicit ei Ieſus: Nonne[82] dixi tibi, quoniam ſi credideris, videbis gloriam[83] Dei[84]? Tulerunt[85]
ergo lapidem. Ieſus autem eleuatis[86] ſurſum oculis, dixit. Pater, gratias ago[87] tibi, quo-
niam audiſti[t] me. ego autem[88] ſciebam quia ſemper me audis: ſed propter[89] populum qui
circunſtat, dixi[u], vt credant quia tu me miſiſti[90].

SENS. LIT. IN CAP. XI.

77. Gloſſ. Difficultatem oſtendit viuificationis talis peccatoris. 78. Chry. Frequenter dicit quod lachrymatus eſt, & quod fremuit, vt diſcas veram naturam induiſſe, & quidem Euangeliſta hic de Chriſto maiora præ cæteris loquitur, & humiliora. s. Beda. ſcilicet, rupes cauata. 80. Chry. poterat quidem voce lapidem mouere Dominus, ſed vult eos teſtes eſſe miraculi, ne poſtea dicant ſicut in cæco, non eſt hic. 81. Aug. de verb. Dom. Serm. 52. non credebant Maria & Martha fratrem ſuum poſſe reſuſcitari. Theoph. Diffidebat Martha fratrem poſſe reſuſcitari, ob dierum diuturnitatem. Beda, non ſunt hæc verba deſperationis, ſed potiùs admirationis. Gloſſ. timet, remoto lapide potius excitari fœtorem, quàm fratrem reſuſcitari. Chry teſtantur miraculum manus tollentes lapidem; auditus, vocem Chriſti audiens; viſus, Lazarum exire videns; odoratus, fœtorem excipiens. 82. Chry. non erat memor mulier eius quod Chriſtus dixerat, Qui credit in me, etiamſi mortuus, &c. 83. Auguſt. in hoc eſt gloria Dei, quia & fœtentem, & quatriduanum reſuſcitat. 84. Chry. ſuprà dixit, Vt glorificetur Filius Dei, ſed hic nolebat turbare aſtantes. 85. Orig. mora tollendi lapidem ex ſorore defuncti cauſata eſt, quæ dixit, iam fœtet, &c. 86. Orig. pro impletione orationis gratias agit. 88. Chry. oſtendit ſe non indigere oratione, eadem eſt enim eius, & Patris voluntas. Hil. 3. de Trinit. Non prece eguit, nobis orauit, ne Filius ignoraretur; non ipſe eſt auxilij inops, ſed nos doctrinæ inopes; ad profectum noſtræ fidei loquebatur. 89. Glo. ſe Patris gloriam quærere oſtendit. 90. Chry. non dicit, vt credant me minorem, aut non poſſe ſine oratione facere, ſed quod me miſiſti, vt ne putetur Deo contrarius, ſed ex Deo eſſe, & ſecundùm eius voluntatem opus fieri.

SENS. MYST. IN CAP. XI.

78. Aug. fides hominis ſibi diſplicentis, fremere debet in accuſatione malorum operum, vt violentiæ pœnitentis cedat conſuetudo peccandi, In voce frementis, apparet ſpes reſurgentis. 79. Int. mortuus ſub lapide, reus ſub lege; quia rei ſub lege, boni cum lege. Aug. Lex data Iudæis in lapide ſcripta eſt, mortuus ergo ſub lapide, reus ſub lege; omnes autem rei ſub lege ſunt, iuſto autem non eſt poſita lex. Gloſſ. Lazarus mortuus, figura Iudæorum in Chriſtum non credentium, & lapide, id eſt, onere legis oppreſſorum; ſorores pro eo rogantes, fideles in populo Iudæorum, peccator etiam quiſque peccatorum mole premitur, & conſuetudine mala fœtet, alioſque malo exemplo corrumpit; ſorores, cogitationes, quandoque enim cogitans ſe malè feciſſe, dolet. Aug. fœtor, eſt peſſima peccatoris fama, tanquam odor teterrimus. Greg. 4. mor. cap. 29. Suſcitauit Dominus puellam in domo, viduæ filium extra portam, Lazarum in ſepulchro, iacet mortuus in domo, qui iacet mortuus in peccato, extra portam ducitur, qui publicè iniquitatem operatur; ſepulturæ aggere premitur, qui vſu conſuetudinis grauatur. Auguſt. intus mors eſt, cùm cogitatum malum nondum proceſſit in factum, ſi autem malum feciſti, quaſi mortuum extra portam extuliſti. Idem lib. 83. q. 65. Lazarus in monumento, anima terrenis peccatis obruta.

80. Int. id eſt, onus legis remouete, prædicate gratiam. Aug. 81. Int. ſcilicet, conſuetudine peccati. 83. Int. omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. 86. Orig. neceſſe eſt ad exemplar orationis Chriſti orare volentem, eleuate oculos cordis ſurſum, eoſque à præſentibus rebus erigere.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XI.

r. continuatiua particula, non cauſalis. 80. non tollit ipſe miraculo, quia poterat id per homines fieri. 82. apparet dixiſſe, etſi tacuit Euangeliſta more Scripturæ, ne idem bis dicatur. t. ſcilicet, cùm id antea vellem. vel, pro, audiu, id eſt, audire ſoles. v. ſcilicet, gratias ago tibi.

Hæc cùm dixiſſet, voce [91]magna clamauit, [92]Lazare, [93]veni foras. [94]Et ſtatim prodijt qui fuerat mortuus, [95]ligatus manus & pedes [x]inſtitis, & facies illius [aa]ſudario erat [96]ligata. Dixit eis Ieſus, [97]Soluite eum, & [98]ſinite [bb]abire. [99]Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit Ieſus, [100]crediderunt in eum. Quidam autem ex [101]ipſis [102]abierunt ad Phariſæos, & dixerunt eis quæ fecit Ieſus. Collegerunt ergo [cc]Pontifices & Phariſæi [103]concilium, & dicebant, [104]Quid facimus? quia hic [105]homo multa ſigna [106]facit. Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum:

Sens. Lit. In Cap. XI.

91. Theoph. altiùs clamauit propter gentilium errorem fabulantium in tumulis eſſe animas defunctorum. quaſi enim longè manentem vocat per clamorem Eſt autem vox hæc Domini Lazarum ſuſcitantis indicium tubæ magnæ ſonaturæ in communi reſurrectione. 92. Aug. de verb. Dom. Vocat tanquam viuum, & audire paratum. 93. Chry. nō dicit, veni in nomine patris, aut reſuſcita eum Pater, ſed per tes auctoritatem oſtendit. 94. Theoph. ſicut vniuerſalis reſurrectio in ictu oculi fiet, ita & hæc, impletique incipit illud, Venit hora cùm mortui audient vocem Filij Dei, & qui audierint, viuent. Orig. & illud, Sicut Pater ſuſcitat mortuos, & viuificat, ſic & filius quos vult viuificat. 95. Int. ſicut potentia eſt quod ſurgit, ita quod ligatus adhuc prodiit, id eſt, foras proceſſit. Chry. exit ligatus, ne putaretur phantaſma, ſed & hoc quod exibat ligatus, non minus videbatur eſſe quàm ſuſcitari. 96. Chry. hoc dicit, vt tangentes, & appropinquantes videant quia verè eſt ille. 98. Chry. hoc dicit propter humilitatem, non enim ducit eum, nec iubet ſe ſequi ad ſui demonſtrationem. 99. Int. non omnes.

100. Orig. dixerat ſuprà, vt credant, præſcius futurorum. 101. Int. ſ. qui venerant, vel qui crediderant. Orig. Videntur mihi iſti non fuiſſe ex credentibus, & voluiſſe irritare inuidum Phariſæorum zelum in ipſum. 102. Glo. ſiue annunciando vt crederent; ſiue prodendo, vt ſæuirent. 103. Int. aduerſus Ieſum. Theoph. cùm admirari deberent, & extollere talia peragentem miracula, occidere cogitant. 104. Int. q. d. cur non prouidemus nobis? Aug. plus cogitabant perditi homines quomodo nocerent & perderent, quàm quomodo ſibi conſulerent, ne perirent. 105. Chry. hominem adhuc vocant, qui tantam Deitatis eius demonſtrationem ſuſceperant. 106. Orig. quanta inſipientia & cæcitas, qui cùm teſtificentur multa peregiſſe miracula, ſe putent contra illum poſſe aliquid, quaſi ab eorum inſidiis non ſe poſſet eximere.

Sens. Myst. In Cap. XI.

93. Greg. 22. mor. cap. 13. ab excuſatione & occultatione peccati ad accuſationem proprio ore faciendam, peccator prouocatur. 95. Int. ſ. vinculis peccatorum. Glo. dum peccator contemnit, ſepultus iacet; quando pœnitet, ſurgit; quando confitetur, prodit, ſed adhuc ligatus, & dicitur miniſtris, Soluite illum, & ſinite abire, vnde: Quæ ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Aug. omnis qui peccat, moritur, ſed Deus magna miſericordia animas ſuſcitat, ne moriantur in æternum. Fremuit Dominus, lachrymauit, voce magna clamauit, difficilè enim ſurgit quem moles conſuetudinis premit. quando contemnis, mortuus iaces, quando confiteris, procedis, ſed vt confitearis Deus facit magna voce clamando, id eſt, magna gratia vocando. 96. Int. ſ. velamen ſuper cor. 97. Aug. hoc eſt, quæ ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis. Idem lib. 83. q. 65. Lazarus exiens de monumento, anima recedens à carnalibus vitiis, ſed ligata, id eſt, nondum aliena à moleſtiis carnis, dum in corpore viuit, facies ſudario tecta, plena enim cognitio in hac vita haberi non poteſt, ſed dicitur, Soluite eum, poſt hanc enim vitam auferentur velamina, vt facie ad faciem videamus. 102. Beda. Significantur per hoc nonnulli, qui videntes bona ſeruorum Dei opera, odiis inſequuntur, & infamare conantur.

Addit. Avct. In Cap. XI.

91. ſ. ob magnitudinem operis, & quia ad abſentem animam. 93. q. cum dormiente loquitur. x. id eſt vinculis ſepulcralibus, ſeu funereis faſcijs. a a. Græ. σουδαρίῳ, vſus eſt Græcè Latina voce. b b. ſ. ſuis pedibus incedere. 100. ſ. illum eſſe Meſſiam. c c. Græ. ἀρχιερεῖς, Principes ſacerdotum. 104. pro, quid moramur? 105. per contemptum.

& venient

& venient[107] Romani, & tollent[dd] noſtrum locum, & gentem. Vnus[108] autem ex ipſis, Caiphas nomine, cùm eſſet[ee] Pontifex anni illius, dixit[109] eis, Vos neſcitis[ff] quicquam, nec cogitatis quia expedit nobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc[gg] autem à ſemetipſo non dixit, ſed cùm eſſet Pontifex anni illius, prophetauit[110] quia Ieſus moriturus erat pro gente: & non tantùm[111] pro gente, ſed vt filios[112] Dei qui erant diſperſi, congregaret[113] in vnum. Ab illo[114] ergo die cogitauerunt[hh] vt interficerent[115] eum. Ieſus ergo iam non palam ambulabat[116] apud Iudæos: ſed[ll] abiit inde[117] in regionem iuxta deſertum, in ciuitatem quæ dicitur Effren[mm]: & ibi

Sens. Lit. In Cap. XI.

107. Aug. timebant ne ſi omnes in Chriſtum crederent, nemo maneret qui contra Romanos ciuitatem, templúmque defenderet. Temporalia ergo perdere timuerunt, & vitam æternam non cogitauerunt, ac ſic vtrumque amiſerunt. Tulerunt autem Romani & locum, & gentem, expugnando & transferendo. Chry. Volebant populum concitare, vt periclitaturum ex ſuſpicione tyrãnidis, q.d. ſi viderint Romani eum turbas ducentem, ſuſpicabuntur tyrannidem, & deſtituent ciuitatem. at quos Chriſtus armigeros circumferebat & equites? 108. Int. inueſtigans, vel ſagax interpretatur. e e. Aug. quomodo Pontifex erat anni illius, cùm Dominus conſtituerit vnum ſummum ſacerdotem, cui mortuo vnũ ſuccederet? Intelligendum eſt, per ambitiones & contentiones, inter Iudæos poſtea conſtitutum, vt plures eſſent Pontifices, qui per annos ſingulos miniſtrarent, & fortè plures vno anno miniſtrabant, quibus alij alio anno ſuccederent. Alc. de hoc refert Ioſephus, quod ſibi pretio Sacerdotium vnius anni emerit. 109. Chry. impudenter & temerariè. f f. Orig. nihil nouerant, qui Ieſum ignorabant. 110. Theop. dixit quidem ipſe praua intentione, ſed Spiritus ſanctus ore eius vſus eſt ad futuri præſagium Orig. non quicunque prophetat, propheta eſt; prophetauit Caiphas, ſed Propheta non erat; ſicut & Balam. Aug. docemur, etiam homines malos prophetiæ ſpiritu futura prædicere Chry. vide quanta ſit Spiritus ſancti virtus. A mente enim mala verba prophetiæ protulit. vide etiam quanta ſit virtus Pontificalis poteſtatis. Pontifex enim etſi indignus, tamen prophetauit, neſciens quid diceret, ore enim eius ſolùm vſa eſt gratia, cor contaminatum non tetigit. 111. Aug Caiphas de ſola gente Iudæorum prophetauit, ſed nouerat Euangeliſta alias eſſe oues, quas oportebat adduci, & ideò hoc addidit. 112. Aug. ſecundùm prædeſtinationem hoc dicitur, non enim adhuc erant filij Dei. 113. Greg. 6. mor. c. 13. Intulerunt illi mortem, vt ab eo abſcinderent fidelium deuotionem, ſed fides inde creuit, vnde ſe hanc extinguere infidelium crudelitas credidit. 114. Int. non quin & priùs, ſed modò definitè. Chry. quærebant quidem priùs interficere, nunc & ſententiam firmarunt. 115. Orig. ſicut ſacram Scripturam ad vtilitatem prolatam, aliqui prauè ſuſcipiunt ad conſtituendum errorem, ſic editam pro Saluatore prophetiam, non debito modo percipientes, conſiliati ſunt vt eum interficerent. 116. Int. non quòd hoc non poſſet, ſed docet ſuos cedere furori perſequentium. Aug. non defecerat eius potentia, ſed exemplum demonſtrabat, quo appareret non eſſe peccatum ſi fideles oculis perſequentium ſe ſubtrahant, & furorem ſceleratorum latendo potiùs euitent, quàm ſe oſtendendo magis accendant. Orig. æquum eſt non tradere occaſionem tentationi, & vt alij magis impij & noxij fiant.

Sens. Myst. In Cap. XI.

117. Int. ſignificat tranſitum ad gentes in Ephrẽ, quæ interpretatur fructificatio, id eſt, Eccleſia. Orig. cõuerſabatur Ieſus dudũ inter Iudæos, verbum ſ. diuinum per Prophetas, ſed abiit, nec eſt apud illos, acceſſit autem ad villam quæ eſt propè deſertum, de qua dicitur, multi filij deſertæ magis quàm coniugatæ, interpretatur autem Ephrem fertilitas. Fuit verò Ephraim frater Manaſſe, ſenioris populi obliuioni traditi, poſt populum enim obliuioni datum prætermiſſum, produit ex gentibus abundantia; diſcedens ergo Dominus à Iudæis, venit in terram totius orbis propè deſertam Eccleſiam, quæ dicitur ciuitas fœcunda, ibique moratur cum diſcipulis vſque nunc.

Addit. Avct. In Cap. XI.

d d. ſ. occupantes vel perdentes. e e. Græ. ἀρχιερεὺς, Summus ſacerdos, adeoq́; multum auctoritate valeret, vel, q.d. cùm plus deberet ſapere. g g. quatenus ſ. verùm bonumq́; poterat ſenſum habere. 110. ſ. Spiritu Dei prædixit. 112. id eſt, electos. h h. i. poſt deliberationem firmiter decreuerunt. l l. pro, inter. m m. dicta etiam Ephren. Erat autem iuxta Iordanem.

morabatur[118] cum diſcipulis ſuis. Proximum[119] autem erat Paſcha[120] Iudæorum:& aſcende-[121]runt multi Hieroſolymam de[122] regione ante Paſcha vt ſanctificarent[123] ſeipſos.[124] Quærebant ergo Ieſum, & colloquebatur[125] ad inuicem in templo ſtantes. Quid putatis:quia non[nn] venit ad diem feſtum iſtum.[126] Dederant autem Pontifices & Phariſæi mandatum, vt ſi quis[oo] cognouerit vbi ſit, indicet,vt[127] apprehendant eum.

Sens. Lit. In Cap. XI.

118. Chry. permanebant cum eo, iuxta illud: Qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis.
119. Aug. qui de cælo venerat pati, propinquare voluit loco paſſionis, quia eius hora imminebat.
120. Aug. habebant Iudæi Paſcha in vmbra, nos in luce, ſanguine occiſi pecoris illorum poſtes ſignatæ, frontes noſtræ Chriſti ſanguine. 121. Theoph. Aſcenderunt ante vt purgarentur: qui enim peccauerant, Paſcha non celebrabant, niſi priùs expiati ablutionibus, ieiunijs, raſura, oblationibus. 123. Int. ſicut præceperat Deus, vndique conuenire ad Paſcha, vt illius diei ſanctificarentur celebratione. Aug.
124. Chry. tempus feſti faciebant tempus occiſionis. Orig. propter hoc non dixit Paſcha Domini, ſed Iudæorum, Chriſto enim inſidiabantur. Alc. illi quærebant Ieſum non benè, nos quærimus ſtantes in templo Dei, mutuo nos conſolando, & orando, vt veniat ad diem feſtum noſtrum, & ſua præſentia nos ſanctificet. 125. Int. obliti ſuæ ſanctificationis, in ipſo loco orationis tractant de nece agni.
126. Theoph. ſi vulgus ſolùm talia ageret, videretur ex imperitia factum: at Phariſæi ſunt qui præcipiunt. 127. Int. ſ. ad occidendum. Aug. nos autem indicemus modò Iudæis vbi ſit, vtinam velint audire & apprehendere.

Sens. Myst. In Cap. XI.

oo. Orig. inſidiantes Ieſu, ignorant vbi ſit.

Addit. Avct. In Cap. XI.

120. ad differentiam Paſchæ Chriſtianorum. 123. i. purgarent ab immunditijs contractis, ſecundùm legem, per ceremonias & ſacrificia, ſeq́ꝫ ad Paſcha celebrationem præpararent. nn. ſcilicet, ſolebat, vt cæteri, ante feſtum venire.

CAPVT XII.

IESVS[1] ergo ante ſex dies[2] Paſchæ venit Bethaniam,[3] vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus. Fecerunt[a] autem ei cœnam ibi: & Martha[4]

Sens. Liter. In Cap. XII.

1. INT. Sciens eos conſpiraſſe, venit quaſi agnus ad victimã, vt verum Paſcha habeamus. 2. Theop. decima die menſis agnum Iudæi capiebant in Paſcha immolandum, & cœna nonæ diei, quæ erat ante ſex dies Paſchæ, epulabantur lautius, & Ieſus quoque pergit Bethaniam vt cœnaret. 3. Glo. venit priùs in Bethaniam, vt reſuſcitatio Lazari altius memoriæ hominum traderetur, & inexcuſabiles Iudæi confunderentur, tractantes de morte tanti ſuſcitatoris. 4. Int. ſcilicet, ſoror Lazari. Theoph. indicat in huius domo fuiſſe conuiuium. attende verò mulieris fidem, non enim famulabus miniſterium imponit, ſed ipſa ſuſcipit.

Sens. Myst. In Cap. XII.

2 GLO. Sex diebus omnia fecit, ſexta die hominem condidit, ſexta ætate redimere venit, ſexta feria paſſus eſt, ſexta hora mortuus. 3. Venit in Bethaniam i. domum obedientiæ, ipſe Patri obediẽs vſque ad mortem, obedientiam docens Eccleſiam, quæ eſt in monte Oliui. i. miſericordiæ, nec poteſt abſcondi; in qua ſuſcitat ſepultos à peccatis grauibus, ibi fit cœna in fide & deuotione iuſtorum. Martha miniſtrat dum quilibet fidelis opera deuotionis Domino impendit. Lazarus, id eſt, ſuſcitati cum iis qui manſerunt in iuſtitia, læti epulantur de præſentia Domini.

Addit. Avct. In Cap. XII.

2. pro, ſex diebus ante Paſcha. a. pararunt ſ. qui ipſum exceperant, ſeu inuitarant, idq́ꝫ in domo Simonis leproſi.

miniſtrabat, Lazarus[5] verò vnus erat ex diſcumbentibus cum eo. Maria[6] ergo accepit libram[7] vnguenti nardi[b] piſtici[c] pretioſi, & vnxit pedes[8] Ieſu, & exterſit pedes eius capillis ſuis: & domus impleta[9] eſt ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus[10] ex diſcipulis eius Iudas Scariotis[11], qui erat eum traditurus, Quare hoc vnguentum non veniit trecentis denariis, & datum eſt egenis? Dixit[12] autem hoc, non quia de egenis pertinebat[13] ad eum, ſed quia fur[14] erat, & loculos[15] habens, ea quæ mittebantur[16] portabat[17]. Dixit ergo Ieſus, Sinite[18] illam, vt in diem

Sens. Lit. In Cap. XII.

5. Int. vt non phantaſma, ſed vera eius reſurrectio probetur comedit, loquitur, &c. Aug. viuebat loquebatur, epulabatur, veritas oſtendebatur, infidelitas Iudæorũ confundebatur. 6. Int. altera ſoror Lazari. Chry Maria honorem ſoli Ieſu impendit, accedens, non vt ad hominem, ſed vt ad Deum. b. Glo. pretioſum vnguentum fit de nardo, maximè de ſpicis. c. Aug. locum aliquem credere debemus, vnde erat hoc vnguentum. Glo. piſtici. i. fidelis. non alia admixtione corrupti. 8. Aug. de con Euang. cùm Matthæus & Marcus caput Domini vnguento perfuſum dicant. Ioannes autem pedes, non ſolum caput, ſed & pedes Domini accipiamus perfudiſſe mulierem. 10. Aug. de con. Euang. quod alij Euangeliſtæ dicant diſcipulos murmuraſſe, puto diſcipulorum nomine Iudam ſignificatum, plurali numero pro ſingulari vſurpato; vel alij etiam hoc ſenſerunt, aut dixerunt, ſed Iudas ideo dixit, quia fur erat, cæteri verò ob pauperum curam. Voluit autem Ioannes ſolùm Iudam commemorare, cuius hac occaſione furandi conſuetudinem erat intimaturus. Glo. Iudas, etſi malus, tamen inter Apoſtolos numeratur. 11. Int. à loco. 12. Int. ne eum cura pauperũ putaremus dixiſſe, determinat Euãgeliſta cur dixerit. 13. Gloſ. i. de ipſis non curabat, etſi commiſſum ei eſſet diſpenſare pauperibus. 14. Aug. non tunc periit Iudas, quando accepit à Iudęis pecuniam, vt Dominum traderet, iam fur erat, Dominum perditus ſequebatur, non corde, ſed corpore, admonuit autem per hoc Dominus tolerandos malos, ne corpus Chriſti diuidamus, tolera malum bonus, vt venias ad præmium bonorum. 15. Int. ſ. Domini loculorum cuſtos. Aug. loculos habuit cui Angeli miniſtrabant, quia Eccleſia ipſius loculos habitura erat, fures admiſit, vt eius Eccleſia fures, dum patitur, toleraret. 16. Int. ſ. in loculos. 17. Int. ſ. miniſterio, ſed furto exportabat. Chry. commiſit furi Dominus loculos, vt omnem ei abſcinderet proditionis occaſionem, ne videretur ob pecuniarum defectum facere. Theoph. Quidam dicunt Iudam, vt omnium minimum, adminiſtrationem pecuniæ ſuſcepiſſe. 18. Glo. nouit furem, ſed non prodit, docens tolerare malos, tantum obſequium Mariæ commendat, oſtendens ſe moriturum, & aromatibus vngendum. Mariæ cui non licuit mortuum vngere, datum eſt viuentem officio funeris donare, vnde Marcus: quod habuit. i. potuit, hoc fecit, præuenit vngere corpus meum.

Sens. Myst. In Cap. XII.

7. Aug. vnguentum quo vnxit, iuſtitia fuit, ideo libra fuit, erat autem vnguentum nardi piſtici, *πιστικῆς*. Græcè, Latinè fides dicitur. Iuſtus ex fide viuit; vnge pedes Ieſu bene viuendo, Dominica ſectare veſtigia, capillis terge pedes Domini, id eſt, ſuperflua da pauperibus. 8. Gloſſ. Maria olim pœnitens vnxit pedes, nunc verò vbi non pœnitentium rudimenta, ſed perfectorum iuſtitia deſignatur, caput & pedes vngit, vnde libra dicitur vnguenti, Id eſt, iuſtitiæ perfectio, caput vngit, qui alta de Chriſto prædicat, pedes, qui infima veneratur. Alc. Caput diuinitatis ſublimitas, pedes humilitas incarnationis, vel caput ipſe Chriſtus, pedes, pauperes, qui ſunt membra eius. 9. Auguſtin. mundus impletur bona fama, reuoca ad Apoſtolum intentionem, qui dicit, aliis ſumus odor vitæ ad vitam, aliis odor mortis ad mortem, quod & hic accidit, vt patet ex ſequentibus, Dixit enim ex diſcipulis, &c. 10. Int. iſte moritur bono odore, de quo alij viuunt.

Addit. Avct. In Cap. XII.

c. Græc. πιστικῆς, i. fidelis. ſ. nulla miſtura vitiati, ſed germani dicitur & Nardum genere neutro, quod ſecutus interpres. 8. ſ. poſtquam lauiſſet aqua, & exterſiſſet. 13. pro, curaret. 15. i. marſupium.

ſepulturæ[19] meæ ſeruet[20] illud. Pauperes enim ſemper habetis vobiſcum,me autem non
ſemper[21] habebitis. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic eſt: & venerunt,
non propter Ieſum tantùm, ſed vt Lazarum viderent[22], quem ſuſcitauit à mortuis.
Cogitauerunt[23] autem Principes ſacerdotum vt & Lazarum interficerent[24]:quia multi
propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Ieſum. In craſtinum[25] autem turba[26]
multa quæ venerat ad diem feſtum, cùm audiſſent quia venit Ieſus Hieroſolymam:
acceperunt ramos[27] palmarum,& proceſſerunt obuiam ei,& clamabant. Oſanna[28],bene-
dictus qui venit in nomine Domini[29], Rex[30] Iſraël. Et inuenit[11] Ieſus aſellum[12], & ſedit[13]
ſuper eum, ſicut[14] ſcriptum eſt: Noli[15] timere

Sens. Lit. In Cap. XII.

19. Chry.meminit ſepulturæ,propter proditorem,q.d grauis ſum tibi,ſed expecta parum,& abibo. 20. Int.vt ſi non te impleat tamen deuotione poſt meam mortem. 21 Aug.ſ.præſentia corporis, vel in Iudæ perſona ſignificati ſunt mali, qui etſi videantur habere Chriſtum in præſenti per fidem & ſacramentum,baptizati enim ſunt & accedunt ad altare,tamen quia malè viuunt,non ſemper habebunt.

22. Aug. curioſitas eos adduxit,non charitas. Theop.cupiebant audire aliquid de inferis Lazaro referente. 23. Int. quia propter Lazarum veniebant. 24. Aug.miraculum tanta erat euidentia diffamatum,vt nec occultare poſſent,nec negare. O cæcam ſeuitiam,quaſi nō poſſit ſuſcitare occiſum,qui mortuum ſuſcitauit;vtrũque fecit,& Lazarum mortuum,& ſeipſum ſuſcitauit occiſum. Chry nullum Chriſti miraculũ eos ita furere fecit,erat enim hoc mirabilius,& coram multis factum,cumque hic non poſſint queri contra Dominum,contra Lazarum irritantur:hoc etiam eos male habebat,quod feſtiuitatem inſtantem omnes dimittentes,Bethaniam veniebant. 25. Int.ſ.in die Dominica.Chry.præceptum legis erat vt decima luna primi menſis agnus in domo recluderetur vſque ad decimam quartam,in cuius veſpera immolabatur; Agnus ergo ſine macula pro populi ſanctificatione immolandus, decima luna Hieroſolymam aſcendit. 26. Aug.apparet hinc fructus prædicationis Chriſti quantus fuerit, quantuſque grex vocem Paſtoris audierit. 28. Int.i.ſalua obſecro. Chry. maiorem de illo,quàm de Propheta opinionem habebant,ſalutem enim ſoli Deo Scriptura tribuit. 29. Int. ſ.Patris, etiam poſſent dicere in ſuo,quia ipſe Dominus. Beda. Verba tamen eius melius noſtrum dirigunt intellectum, Ego veni inquit,in nomine Patris mei. 30. Auguſt. Quid magnum fuit Regi ſeculorum Regem fieri hominum? quod Rex eſſe voluit Iſraël,dignatio eſt,non promotio,miſerationis indicium,non poteſtatis augmentum;Rex eſt Iſraël,quod mentes regat,& in regnum cælorum perducat, Theoph. Iudæi illum Regem Iudæorum nuncupabant,quaſi temporalem regem, expectabant enim regem quendam qui eos à Romanis eriperet. 31. Int.breuiter dicit quod alij latius quomodo factum ſit, narrant.Aug. 34. Int.ſ.in Zacharia. 35. Int.huic facto adhibetur propheticum teſtimonium. Auguſt.vt appareat quod maligni Principes Iudæorum,cum non intelligebant,in quo implebantur quæ legebant.

Sens. Myst. In Cap. XII.

27. Int.per ramos mortificatio carnis,vel exempla præcedentium patrum.Aug.rami palmarum laudes ſunt,ſignificantes victoriam, qua erat Dominus mortem moriendo ſuperaturus, & tropbæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. 32. Int.i.populum Iudæorum. Aug.pullum aſinæ in quo nemo ſederat,intelligimus gentium populum,qui legem Domini non acceperat,aſinam verò (vtrũque enim adductum eſt)populum Iſraël. 33. Int.ſ.per confeſſionem fidei.

Addit. Avct. In Cap. XII.

20. q.d.ſinite facere,id enim ei ſeruatum & perfectum nunc,quod poſtea facere non poterit.ſ.tempore ſepulturæ,quod ideo nunc præuenit. 23. Græc. ἐβουλεύσαντο. i. concilio habito decreuerunt. 24. qui cum Chriſtum comitaretur, expectarunt vt cum illo rediret. 25. ſ.poſtridie ſabbathi.i. decima luna, cùm quiſque agnum in Paſcha immolandum,domum inferebat. 27. ſic ſolebant in ſolemnibus gaudijs. vide 1.Mach.13.& 2.Mach.10. 29. miſſus à Domino.

[16] filia Sion:ecce Rex tuus venit ſedens ſuper pullum aſinæ.Hæc non [17] cognouerunt di-
ſcipuli eius primùm, ſed quando [38] glorificatus eſt Ieſus,tunc [39] recordati ſunt, quia hæc
erant ſcripta de eo, [40] & hæc fecerunt ei.[41] Teſtimonium ergo perhibebat turba quæ erat
cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & ſuſcitauit eum à mortuis.[42] Pro-
pterea & obuiam venit ei turba:quia audierunt eum feciſſe hoc ſignum.Phariſæi er-
go dixerunt [d] ad ſemetipſos: videtis quia nihil proficimus? [43] ecce mundus totus poſt
[e] eum abiit. [44] Erant autem quidam Gentiles ex his qui aſcenderant vt adorarent in die
feſto.[45] Hi ergo acceſſerunt ad Philippum, qui erat à Bethſaida Galilææ, & rogabant
eum, dicentes: [f] Domine, volumus Ieſum [46] videre. Venit Philippus, & dicit [47] Andrææ.
Andreas rurſum & Philippus dixerunt [48] Ieſu.Ieſus autem reſpondit eis,dicens: Venit
[g] hora, vt [49] clarificetur Filius hominis. Amen, amen dico vobis,niſi [50] granum frumenti
cadens in terram,mortuum fuerit,ipſum [h] ſolum [51] manet:ſi autem mortuum

SEN. LIT. IN CAP. XII.

36. Aug.ipſa eſt Hieruſalem,q.d.illum agnoſce qui à te laudatur, & noli trepidare cùm patitur,quia ille ſanguis funditur,per quem tuum delictum deleatur,& vita redimatur. Chry.quia reges eorum iniuſti fuerant,& bella mouentes, confidere iubet, quia non hic talis eſt,ſed mitis & manſuetus, quod ex aſina oſtenditur,nec enim intrat cum exercitu. 37. Int.ſ.fieri ſecundùm prophetiam,quod in pullo ſederit.Chry.non pudet Euangeliſtam priorem ignorantiam diuulgare. Ignorabant verò quia ipſe non reuelauerat,ne.ſ.ſcandalizarentur audientes Regem paſſurum,regnúmque temporale intelligerent.
38. Int.ſ.in reſurrectione. 39. Int.Recolentes,quæ viderant. 40. Int. non alia quàm quæ ſcripta erant de eo.Aug. 41. Int.ſimplices mirabile factum efferebant, ſed Phariſæi turbidè loquuntur.
42. Int.ſ.turbari.Aug.Turba turbauit turbam. 43. Int.prophetant neſcientes.Aug.quid inuidet cæca turba,quia poſt eum abiit mundus,per quem factus eſt mundus?Chry. mundum turbam dicunt.
44. Int.ſ.proſelyti.Beda.adeo erat famoſum templum, vt diebus feſtis etiam ex longinquis regionibus Gentes conuenirent,ſicut de Eunucho Candacis Reginæ Apoſtolorum actus declarant. Chry. cùm propè eſſet vt proſelyti fierent,ad feſtum venerant. 46. Aug. Iudæi volunt occidere, Gentiles videre; ſed & ex Iudæis erant qui clamabant,Benedictus qui venit in nomine Domini. iſti ex circunciſione,illi ex præputio, velut duo parietes de diuerſo venientes in vnam Chriſti fidem pacis oſculo concurrunt.
47. Chry.quaſi priori diſcipulo Chriſti. 48. Aug.audiamus vocem lapidis angularis. 49. Int.ſed priùs ſum moriturus.Aug. videbat Gentiles poſt paſſionem & reſurrectionem ſuam in omnibus gentibus credituros,occaſione igitur iſtorum gentilium,annunciat futuram plenitudinem gentium,& promittit iam adeſſe horam glorificationis ſuæ, qua facta in cælis, gentes fuerant crediturae, iuxta illud. Exaltare ſuper cælos Deus,& ſuper omnem terram gloria tua,ſed altitudinem glorificationis oportuit præcedere humilitatem paſſionis,itaque adiungit:Amen,amen,&c. 50. Aug.ſe dicit granum mortificandum in infidelitate Iudæorum,& multiplicandum in fide populorum.Beda.Seminatus eſt ipſe ex ſemine Patriarcharum,in agro mundi huius.i.incarnatus,ſolus mortuus eſt,cum multis ſurrexit. Glo.ipſe eſt frumentum quo viuere debet fidelis anima,granum de quo ſpiritualis ſeges ſurgere. 51. Int.in infidelitate Iudæorum.Aug.

SEN. MYST. IN CAP. XII.

45. Gloſſ.oſtenditur Gentes per prædicationem Apoſtolorum conuerſas.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XII.

d. i.ad ſe mutuo, ſeu inter ſe. 43. Hyperbole. e. i.illum ſequitur. f. i.cupimus. 46. i.ſalutare, colloqui.vide Prou.7.2.Paral.25. g. i.tempus. 49. per aſcenſionem.ſ.& miſſionem Spiritus ſancti. h. id eſt, ſine fructu.

Fuit

fuerit,multum fru[52]ctum affert.[53]Qui [54]amat animam ſuam,per[55]det eam : & qui odit ani-[56]mam ſuam in hoc [57]mundo , in vitam æternam cuſtodiet eam. [58]Si quis mihi mini[59]ſtrat, me [60]ſequatur , & [61]vbi [62]ſum ego , illic & miniſter meus erit. Si quis mihi miniſtrauerit, [63]honorificabit eum [64]Pater meus.[65]Nunc [l]anima mea tur[66]bata eſt:& quid [67]dicam?[68]Pater ſaluifica me ex hac [69]hora.Sed pro[70]pterea veni in horā hanc.Pater,cla[71]rifica nomen tuum.

Sens. Lit. In Cap. XII.

52. Int.in fide populorum Aug. 53. Gloſſ. ad paſſionem exhortatur. Chry.oſtendit proximè tempus eſſe veniendi ad crucem, & quia de morte ſua præuidit diſcipulos ſuos cōtriſtandos,oſtendit oportere etiam ipſos mori. 54. Int.ſ.vero amore. 55. Int.ſ.morietur cum Chriſto.Aug. poteſt hoc duobus modis intelligi,vno,Qui amat,perdat;ſi cupis vitam tenere cum Chriſto, noli mortē timere pro Chriſto.altero,Qui amat,perdet.noli amare in hac vita,ne perdas in æterna:atque huic ſenſui magis conſonat quod ſequitur. 56. Int.i.temporalem vitam.Aug.nemini hinc ſurrepat ſeipſum debere interimere, vt quidam malè intellexerunt,peruerſi ſui homicidæ;hoc Chriſtus non docuit,ſed diabolo pręcipitium ſuggerenti reſpondit, Vade Sathana.at cum articulus venerit, vt faciendum ſit contra Dei præceptum, aut ab hac vita migrandum,comminante mortem perſecutore,id potiùs eligatur. 57. Aug.ergo quod ſuprà dictum eſt,qui amat,ſubintelligitur in hoc mundo.Chry.amat animam in hoc mundo, qui deſideria eius inconuenientia facit. odit autē,qui non cedit ei noxia cōcupiſcēti. dixit verò,odit;ſicut enim eorum qui odio habentur , nec vocem audire ſuſtinemus , ita animam contraria Deo volentem, cum vehementia auertere oportet. Theoph.quia graue erat audire odio habendam animam,conſolatur , dicens : in hoc mundo , in quo temporis breuitatem indicat, emolumentum æternum ſubiungens.Gloſſ. odit animam in hoc mundo,qui diligendo Deum potiùs quàm in eum peccet, eligit occidi. 58. Cry. quia ad cælum bonaq; ibi repoſita reſpiciens, facilè contemnit vitam præſentem,ideo hæc ſubdit Dominus. 59. Int.i.quærit non quæ ſua ſunt,ſed quæ Ieſu Chriſti,quęcunque bona,ſiue in temporalibus, ſiue in ſpiritualibus propter Deum faciens.Aug. 60. Chry. id eſt, imitetur morte & operibus. Aug. Vias ambulet meas,& non ſuas. 61. Aug.Ecce fructum & mercedem:gratis amatur, & operis quo miniſtratur illi,pretium eſt eſſe cum illo. 62. Chry.Erat Chriſtus in cælis ante reſurrectionem. 63. Int. vt ibidem ſit adoptatus,vbi eſt vnicus.Aug. 64. Chry.non dixit,ego honorificabo eum,nōdum enim de eo decentem opinionem habebant, ſed maiorem de Patre. 65. Int.q.d. Tunc honorificabitur anima mea,nunc verò,&c.Chry.exhortatus fuerat ad paſſionem,ne ergo dicāt extra dolorem exſiſtentem, facilè de morte philoſophari ; oſtendit etiam ſe in agonia eſſe,tamen mortem non recuſare. 66. Int. quod eſt ex voluntate.Aug.ſequi iubes animam meam , ſed turbari video animam tuam, quale fundamentum quæram ſi petra ſuccumbit? agnoſco miſericordiam tuam Domine : nam qui charitatis voluntate turbaris, infirmos ne deſperando pereant,conſolaris : in ſe caput noſtrum ſuſcepit membrorum ſuorum affectum.Chry.Erant in Chriſto humanæ paſſiones & neceſſitates,vt eſurire,præſentem vitam appetere,&c. 67. Int. q.d.ſcis quid agam. Gloſſ. q.d.conturbatur anima mea quid dicam?quo confugiam?quem inuocem?in quem ſperem?in Patrem qui ſaluat. Chry.q.d.non habeo quid dicam ereptionem quærens,propterea enim veni in horam hanc. 68. Aug.docuit te quem inuoces,cuius voluntatem tuæ præponas,docet dicere,non quod ego volo,ſed quod tu. 69. Int.ſ.paſſionis. 70. Gloſſ.ſ.vt hæc patiar,vnde,& clarificatio mihi ſit,& membris meis. 71. Int.ſ.ſuſcitando. Aug.paſſione,& reſurrectione. Chry. quod pro veritate moritur,gloriam Dei vocat , futurum enim erat , vt poſt crucem cognoſceretur ab orbe nomen Dei.Glo.ſaluationem quæro,ſed paſſionem non recuſo,propter quam paſſionem clarifica me,quod eſt gloria nominis tui.

Addit. Avct. In Cap. XII.

59. id eſt, ſe miniſtrum meum profitetur. 60. etiam vſque ad mortem. l. pars animalis, non ſpiritus. 66. ſcilicet,mortis horrore naturali. 67. quaſi dicat,quo me vertam in hac turbatione?
68. quaſi dicat,num id petam,vt liberer,ſeu ſaluer? 69. id eſt,à morte imminenti. 70. velut corrigit quod dixerat,vel dicere poterat ex naturali anima deſiderio:ſimile illud,Veruntamen non mea, ſed tua voluntas fiat,quaſi dicat,ideo veni vt moriar. 71. id eſt,per mortem & reſurrectionem meam glorifica te, propter tuam enim gloriam libenter moriar. Nota verò conciſas eſſe ſententias velut animi turbati & æſtuantis.

Venit ergo [72] vox de [m] cælo,dicens:Et [73] clarificaui,& iterum [74] clarificabo.Turba ergo quæ ſtabat & audierat,[75] dicebat tonitruum eſſe factum.[76] Alij autem dicebant, Angelus ei locutus eſt.Reſpondit Ieſus,& dixit : [77] Non propter me hæc vox venit,ſed propter vos. [78] Nunc [79] iudicium eſt [80] mundi:[81] nunc Princeps huius [82] mundi ejicietur [83] foras.[o] Et ego ſi exal-[84] tatus fuero à terra , [85] omnia [86] traham ad [87] meipſum , (hoc autem dicebat ſignificans qua [88] morte eſſet moriturus.) [89] Reſpondit ei turba. Nos audiuimus [o] ex lege , quia Chriſtus [*] manet in æternum:& quomodo tu [p] dicis,oportet [90] exaltari [91] Filium hominis?[92] Et quis

SENS. LIT. IN CAP. XII.

72. Greg.28.mor.cap.2.ſ.per Angelum. 73. Int.ſ.antequam mundus eſſet, vel in omnibus mirabilibus quæ hucuſq; egit in homine,vt in reſurrectione Lazari.Aug. 74. Int.ſ.in reſurrectione,& aſcenſione.Aug. 75. Chry.aperta quidem & ſignificatiua erat vox , ſed à craſſis & carnalibus cito euolauit, tantumque ſonum retinuerunt. 76. Chry.qui,quod articulata quidem eſſet,nouerant,ſed non quid ſignificaret. 77. Aug. oſtendit illa voce non ſibi indicatum quod iam ſciebat, ſed eis quibus indicari oportebat,ſicut autem vox illa non propter ipſum facta eſt , ſed propter eos:ſic anima eius non propter ipſum,ſed propter eos turbata eſt.Chry.quia ſemper dicebant ipſum non eſſe ex Deo,vox Patris adfuit. quomodo autem qui à Deo glorificatur, non eſt ex Deo? 78. Chry.oſtendit modum clarificationis. 79. Int.ſ.diſcretionis.Aug. iudicium quod in fine expectatur,erit præmiorum & pœnarum:hic autem iudicium vocat diſcretionem, & à ſuis redemptis diaboli expulſionē. 80. Int.q.d.nunc patior, turbor, & per hoc Princeps,&c. 81. Int.ſ.diabolus,qui dominatur in malis mundo deditis.Aug.Princeps malorum,qui habitant in mundo: appellatur & mundus in bonis, cùm dicitur, Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, hi ſunt ex quorum cordibus princeps mundi ejicietur foras. 82. Aug.præuidebat poſt paſſionem & glorificationem ſuam per vniuerſum mūdum multos populos credituros, è quorum cordibus diabolus,quando ei ex fide renunciant,foras ejicitur. Eſt quidem & de veterum iuſtorum cordibus eiectus, ſed dicitur nunc ejiciendum , quia quod in pauciſſimis factum eſt tunc, in multis magnisque populis mox erat futurum. Ejicitur quidem diabolus foras,attamen tentare nō ceſſat, ſed aliud eſt intrinſecus regnare,aliud forinſecus oppugnare.Chry.vt ſi quis debitores feriat , & in vincula mittat,eademque dementia eum,qui nihil debet,in carcerem ducat,is eorum quæ in alios fecit, pœnas dabit;ſic diabolus per ea quæ in Chriſtum auſus eſt,eorum etiā quæ in nos fecit,pœnas dedit. 83. Chry. ne quis dicat,quomodo mittetur foras ſi te ſuperabit ? hoc ſubiungit. n. Auguſt.id eſt, cùm exaltatus fuero,nō enim dubitat futurum,quod venit implere. 84. Int.ſ.in cruce.Aug.Exaltationem dicit,ſuam in cruce paſſionem,vnde ſubditur:hoc autē dixit,&c. 85. Aug.ſ.ex quibus diabolus ejicitur foras. non dixit verò omnes,non enim omnium eſt fides,ſed omnia,id eſt,ſpiritum,animam,& corpus,aut ſi omnia ipſi homines intelligendi ſunt, omnia prædeſtinata ad ſalutem dicere poſſumus , vel omnia hominum genera. 86. Chry.plus hoc eſt quàm ſi dixiſſet, reſurgam, dixit autem traham, cùm ſuprà dixerit,Pater trahit,quia Filio trahente, Pater trahit.Dicit verò traham, quaſi à tyranno detentos, & per ſeipſos non valentes accedere , & illius manus effugere. 87. Int.vt ſim caput, & illa membra. 88. Int. ſ.in cruce. 89. Aug.intellexerunt Iudæi quod de morte ſua dixiſſet , quærunt ergo quomodo ſe diceret moriturum. * Chry.vide vt malitioſè interrogant,non enim dicunt quia Chriſtus nihil patitur,in multis enim Scripturæ locis paſſio & reſurrectio ſimul ponitur. 90. Aug.q.d.quomodo crucis paſſione morietur ? intellexerunt eum hoc dixiſſe , quod facere cogitabant , nec verborum obſcuritatem eis aperuit infuſa ſapientia, ſed ſtimulata conſcientia.Chry. hinc eſt videre multa eorum intellexiſſe , quæ parabolicè dicebantur. 91. Aug. memoriter tenebant aſſiduè Dominum dicere ſe Filium hominis , & ſuperiùs dixerat, Venit hora vt clarificetur Filius hominis. 92. Chry.& hoc malitioſè, quaſi dicat, ne putes nos propter odium tuum hoc dicere,nec enim nouimus de quo dicas.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XII.

m. id eſt,eſt è ſupernis audita.cæli enim pro aëre,more Scripturæ. 73. per te,ſcilicet, nomen meum. 79. ſcilicet,quo homines eripientur à diaboli tyrannide, 82. id eſt,ſuo imperio deijcietur. 85. Græ. πάντας,omnes ſcilicet electos.ſeu omne hominū genus. 86. ſ.inuito diabolo. o. id eſt Scriptura, ſcilicet. Mich.5.Dan.4.Iſa.9.Ezech.37.Pſalm.71.109. Dicit quidem Scriptura perpetuo regnaturum, ſed non negat moriturum. p. quidam putant Chriſtum id etiā dixiſſe,etſi ſcriptū non eſt,intellexerunt autē Iudæi ſignificari crucē.ſic enim apud eos vocabatur. 92. q.d.quis iſte,cui duo hæc inter ſe cōtraria cōueniant?

eſt iſte Filius hominis?Dixit[93] ergo eis Ieſus.Adhuc[94] modicum lumen in vobis eſt.Ambulate[95] dum lucem habetis, vt non vos tenebræ[q] comprehendant[96], &[r] qui ambulat[97] in tenebris, neſcit[s] quò vadat.Dum[98] lucē[99] habetis,credite in lucem[100],vt filij lucis[101] ſitis.Hæc locutus eſt Ieſus,& abjit[102],& abſcondit ſe ab eis[103].Cùm autem tanta[t] ſigna feciſſet coram eis,non credebant[104] in eum:vt[u] ſermo Eſaiæ Prophetæ impleretur[105], quem dixit:Domine[x], quis[106] credidit auditui[107] noſtro : & brachium[108] Domini cui reuelatum[109] eſt? Propterea non poterant[110] credere,quia iterum dixit[111] Eſaias:Excæcauit[112]

SENS. LIT. IN CAP. XII.

93. Chry.oſtendens paſſionem non prohibere eum in æternum manere. 94. Int.quaſi dicat, cùm intelligitis quod Chriſtus manet in æternum , hæc pars fidei & veri luminis per ſe non ſufficit. Chryſ. quaſi dicat, adhuc paruo tempore ego lux vobiſcum ſum. per quod oſtendit mortem ſuam eſſe migrationem;lux ſolis non interimitur cùm recedit, ſed rurſum apparet.Auguſt.modicum in eis lumen erat, per hoc quod intelligebant Chriſtum manere in æternum. 95. Aug Ambulate,accedite,totum intelligite,& moriturum,& victurum in æternum. 96. Aug.ſi, ſcilicet eo modo credideritis Chriſti æternitatem, vt negetis in eo mortis humilitatem.Gloſſ.Ambulate, dum Chriſtum vobiſcum habetis, ne tenebræ ignorantiæ & mortis perpetuæ vos comprehendant. 97. Int.i.qui non credit mortem Chriſti. Chry.Quanta Iudæi nunc agunt, in tenebris ambulantes! s. Gloſſ qui non credit in mortem Chriſti, offendit in petram ſcandali,quod eſt Chriſtus, Iudæis contemnentibus,& irridentibus mortuum.

99. Aug.ſ.aliquid veri. 100. Aug.id eſt,veritatem,vt renaſcamini. 101. Chry.id eſt,mei dictum eſt autem ſuprà,ex Deo nati ſunt,id eſt,ex Patre ; vna enim actio Patris, & Filij. 102. Int.ſicut corporaliter,ſic & ſpiritualiter.Aug.cùm ſe abſcondit, noſtræ infirmitati conſuluit,non ſuæ poteſtati derogauit. Chry.quare ſe abſcondit,cùm nec lapides tollerent,nec blaſphemarent?nouerat furorem in eorum cordibus ſæuientem,& non expectauit vt in opus exiret,ſed ſe occultauit,mitigans eorum inuidiam.

103. Aug.non ab eis qui credere,& diligere cœperant,ſed qui videbant, & inuidebant. 104. Theop. non paruæ iniquitatis fuit tantis ſignis non credere. 105. Gloſſ.quem impleri neceſſe eſt , non tamen neceſſitate faciendum,ſed voluntate, præſcinit enim Deus, & prædixit non credituros , ſed non ad hoc coëgit.Aug.quidam inter ſe muſſitant quæ culpa fuit Iudęorum,ſi neceſſe erat ſermonem Iſaiæ impleri?prædixit Deus infidelitatem Iudæorum,non fecit;fecerunt illi peccatũ,quod facturos prædixit,quem nihil latet.Chry.illud,vt non cauſale eſt,ſed euentus ; non enim quia dixit Eſaias, non crediderunt, ſed ideo dixit,quia non erant credituri. 106. Int.quaſi dicat,rari, & cum difficultate. 107. Int.id eſt, iis, quæ nos à te audiuimus, vel ipſi nos de te nunciantes, audiunt. 108. Int.ſ.Filius, per quem omnia fecit.Aug.ſi enim quis tanta poteſtate præualeret, vt ſine vllo motu corporis quod diceret fieret, verbum eius,brachium eius eſſet. 109. Int.ſ.per fidem,quod cùm eſſet in carne,paucis contigit,ſcilicet,humilibus,non ſuperbis Iudæis. 110. Aug ſi non poterant , quod peccatum eſt , non facientis quod non poteſt?non poterant,quia nolebant:ſicut enim quod Dominus negare ſe non poteſt,laus eſt voluntatis diuinæ,ita quod illi non poterant credere,culpa eſt voluntatis humanæ.Chry.non poterant, quia impoſſibile eſt mentiri Prophetam. 111. Int. quando prædicebat incarnationem Chriſti , prædicebat etiam excæcationem Iudæorum. 112. Int.ſcilicet,Deus deſerendo eos,qui cùm poſſent videre,noluerunt;& cùm poſſent cogitare,& intelligere,noluerunt.Auguſt.quod excæcati ſunt,hoc meruerunt,excæcat verò Deus & obdurat, deſerendo, & non adiuuando, quod occulto iudicio facere poteſt, iniquo non poteſt.Chry.non derelinquit nos Deus , niſi nos voluerimus, ſecundùm illud Oſeæ : Oblitus es legis Dei tui; obliuiſcar & ego tui.nos derelictionem incipimus,& cauſa ſumus perditionis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XII.

94. q.d.non diu me,qui lux ſum,vobiſcum habebitis.Gr μικρὸν χρόνον,modicum tempus in vobis autem,pro,vobiſcum,μεθ' ὑμῶν. 95. i.credite,vel,ſequimini me,qui ſum lux. q. ſ.errorum. 96. s.occupent. r. pro,nam.Heb. 101. adeoq; participes. 102. s.ſubtraxit,ſecedens ſcilicet,in Bethaniam, vt dicunt alij Euangeliſtæ. t. Gr,τοσαῦτα.tot,tantaq;. 104. ſcilicet, multi. v. non cauſam ſignificat , ſed conſecutionem.q.d. Itaque impletum illud Eſaia vel , ſub.Deo ita permittente vt impleretur. x. ſumptum id ex 70. noſtra enim dictio non habet Domine, nec eſt Heb. 107. i. ijs quæ à nobis audierunt , ſeu prædicationi noſtræ Heb. 108. i. Dei virtus quæ in Chriſto operabatur. 110. ob obſtinatam ſcilicet voluntatem à Propheta prædictam in quam Dei iudicio ob peccata deſerentis inciderunt. 112. Senſum magis reddit.quàm verba ſecutus partim Hebraica,partim 70.

oculos eorum, & indurauit cor eorum,[aa] vt non videant oculis & non intelligant corde: & [113] conuertantur,& ſanem eos. [114] Hæc dixit Eſaias,quando [115] vidit [116] gloriam [117] eius, & [118] locutus eſt de [bb] eo. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt [119] in eū:ſed propter Phariſæos non confitebantur,[120] vt de ſynagoga non ejicerentur: [121] dilexerunt enim glo[122]riam hominum magis quàm [123] gloriam Dei. Ieſus autem clamauit, & dixit:[124] Qui credit in me,[125] non credit [126] in me,ſed in [127] eum qui miſit me. [128] Et qui [cc] videt me, [dd] videt eum qui miſit me. [129] Ego [ee] lux in mundum veni,vt omnis qui credit in [130] me,[131] in tenebris non maneat. [132] Et ſi quis audierit [133] verba mea, & non [134] cuſtodierit:[135] ego non [136] iudico eum. [137] non enim veni vt [138] iudicem mundum,ſed vt [139] ſaluificem mundum.

Sens. Lit. In Cap. XII.

113. Int.i.vt non conuertantur,vel vt aliquando ſic confuſi conuertantur, & ſanem eos. Aug.vel eſt ſubaudiendum,non.ſ.non conuertantur,vel intelligitur diuinæ miſericordię factum,vt quia ſuperbè iuſtitiam ſuam ſtatuere volebant,deſererentur, & excæcarentur, vt offenderent in lapidem offenſionis; & impleretur facies eorum ignominia,atque humiliati quærerent non ſuam,qua inflatur ſuperbus, ſed iuſtitiam Dei qua iuſtificatur impius:multi enim eorum de ſuo ſcelere compuncti, in Chriſtum poſtea crediderunt. 114. Int.ſ.de excæcatione Iudæorum. 115. Int.non ſicut eſt, ſed aliqua ſpecie.Aug. eſt quidem inuiſibilis Pater & Filius,qui vt ab hominibus videretur,formam ſerui accepit,& antequā carnem ſuſciperet,ſe oſtendit ſicut voluit, non ſicut eſt. 116. Chry. gloriam dicit viſionem ſedentis in throno excelſo,& alia quæ ibi dicuntur. 117. Int.ſ.Chriſti. 118. Chry.hoc.ſ.vidi, Dominū ſedentem, &c. 119. Int.etſi alij non crederent. 120. Int.ergo hoc credere fuit eis quaſi non credere. 121. Int. hos credentes improbat. 122. Int.quæ in mundanis. 123. Int.quæ eſt in cruce.Glo.Ideo crux in fronte figitur,vbi eſt ſedes verecundiæ,ne de Chriſti nomine erubeſcamus, magiſq; Dei quàm hominum gloriam quæramus. 124. Int.ſ.veraci,& ſpirituali intellectu. 125. Int.ſ.ſecūdùm quod videt exteriùs. Aug nō à ſe abſtulit credentis fidem, ſed noluit in forma ſerui remanere credentem.Chry. qui fluminis aquam accipit,non ea quæ eſt fluminis accipit,ſed ea quæ fontis. 126. Int.ſ.ſolum,ſed etiā in Patrem. 127. Int.ſ.Patrem. Chry.q.d.quid formidatis credere in me,in Deum fides peruenit per me. Auguſt. quia homo apparebat hominibus,cùm lateret Deus,ne putarent eum eſſe tantùm quod videbant,talem ac tantum ſe credi volens,qualis & quantus eſt Pater,inquit, Qui credit in me,nō credit in me.i.in hoc quod videt, ſed in eum qui me miſit.i.Patrem. 128. Aug.ne putarent ſic intelligendum Patrem, tanquam multorum filiorum per gratiam generatorem,& nō vnici verbi æqualis ſibi,hoc ſubiecit, oſtendens vſque adeo nihil diſtare inter ſe & Patrem,vt qui ſe videret,videret Patrem. ec. Int. ſ. ſpirituali viſione.Chry.conſiderationem veri,quæ eſt per intellectum viſionem dicit. dd. Gloſſ.non ait,non videt me,ſed eum qui me miſit,vt ſuprà dixit,Non credit in me,&c. Illud enim dixit, ne ſicut videbatur, crederetur tantùm filius hominis; hoc autem, vt crederetur æqualis Patri. 129. Int.quaſi illi dicerent, quis enim es tu? e e. Chry.quia Pater lux vocatus,nomine hoc vtitur; vocat autem ſe lucem, quia ab errore eripit,& ſpirituales tenebras ſoluit. 130. Int.quod non in alia lumina. Aug.credimus Apoſtolo, ſed non in Apoſtolum. 131. Int.ſ.in quibus inuentus eſt.Aug. Satis manifeſtat, ſe omnes in tenebris inueniſſe,in quibus ne maneant, debent credere in lucem quæ venit in mundum. 132. Chry.ne putent propter imbecillitatem, ſe contemnentes,impunitos dimiſſurum,hoc ſubdit. 133. Int.ſ.exterius. 134. ſ.interius. 135. Int.cui Pater dedit omne iudicium.Aug. 136. Int.ſ.modò.Aug.quare autē modò non iudicat,oſtendit ſtatim. Chry. non iudicio.i.non ſum cauſa perditionis eius,ſed ipſe qui verba mea ſpreuit. 137. Int.cur non modò,non enim,&c. 138. Int.quia primus aduentus non iudicij, ſed miſericordiæ eſt. 139. Aug.i.ſaluum faciam,nunc tempus eſt miſericordiæ,poſt autem iudicij.

Addit. Avct. In Cap. XII.

aa. pro ita factum eſt vt. 115. dixitq;,Vidi Dominum ſedentem, &c. Ex hoc loco Chriſti diuinitas confirmatur. bb. ſcilicet,Chriſto. 119. ſcilicet,eum eſſe Meſſiam. 122. id eſt, gloriam apud homines, quam apud Deum,ſeu quæ à Deo obtinetur. 126. ſ.tantum. vide ſimilem exaggerādi modum. 1.Reg 8. Marc.9. 1.Theſſ.5. c c. id eſt,fide contemplatur ſeu mente, [illegible]. 131. indicat omnes alioqui eſſe in tenebris. 136. id eſt, condemno,ſcilicet,nunc.

Qui[140] [14.] ſpernit me, & non accipit verba mea, habet qui[141] iudicet eũ. Sermo[144] quẽ locutus[145]
ſum, ille[ff] iudicabit eũ in nouiſſimo die: Quia[146] ego[147] ex meipſo nõ ſum loquutus, ſed qui
miſit[148] me Pater, ipſe mihi mandatum[149] dedit quid dicam[150], & quid loquar[151]. Et ſcio quia
mãdatũ eius vita æterna[152] eſt. Quæ ergo ego[153] loquor: ſicut dixit[154] mihi Pater, ſic loquor[155]:

Sens. Liter. In Cap. XII.

140. Int. de iudicio verò nouiſſimo ſubdit. Chry. ne pigriores fiant, terribile ſubdit iudiciũ. 142. Int. i. non credit me eſſe Deum. 143. Int. quiſnam ille ſermo, &c. 144. Int. i. ego. Aug. ſeipſum in nouiſſimo die iudicaturum dicit; ſeipſum quippe locutus eſt, ſeipſum annũciauit. 145. Int. ſ. extrà hominibus. ff. Chry. accuſans, & omnem tollens excuſationem. 146. Int. ideo iudicabit, quia ego Filius ex Patre. 147. Int. non loquitur ex ſe, quia non eſt ex ſe. Aug. 1. de Trinit. Non iudicabit Chriſtus ex potẽte humana, ſed ex poteſtate verbi Dei. 148. Int. ſ. ad hoc, vt loquerer. 149. Aug. in ſapientia Patris, quod eſt Verbum, omnia mandata ſunt Patris; dicitur autem mandatum datum, quia non eſt à ſeipſo is cui dicitur datum, eſt autem dare Filio, Filium gignere. Chry. omnia hæc propter eos dicebãtur, vt nullam habeant excuſationem. Glo. mandatum dedit Pater Filio, ipſum Verbum & Sapientiam, in qua ſunt omnia mandata gignendo, ſicut ei vitam dedit ipſum, qui Vita eſt, gignendo. 150. Int. ſ. intra. 151. Int. ſ. extra. 152. Aug. ſi vita æterna eſt, ipſe Filius, & vita æterna eſt mandatum Patris; quid aliud dictum eſt, niſi, ego ſum mandatum Patris? 153. Int. i. qui meipſum Verbum annuncio. 154. Auguſt. non per verba locutus eſt Pater vnico verbo. 155. Int. i. ſicut verax, me veritatẽ genuit, ſic veritas me veritatem annuncio. Aug. ita ille dixit vt verax, ita iſte loquitur vt veritas, Verax genuit veritatem. Glo. intelligentibus mentibus loquitur veritas intus ſine ſono, ſed vt crederent homines, quod nondum poſſunt intelligere, ex ore carnis verba ſonuerunt, quæ prolata, & litteris figurata, nos ad ipſam veritatem aliquatenus erigunt.

Addit. Avct. In Cap. XII.

ff. i. condemnabit, vt qui ſpretus ſit. 149. i. præcepit. 152. i. vitam æternã confert obedientibus.

CAPVT XIII.

ANte diem[1] feſtum Paſchæ, ſciens Ieſus quia venit hora[3] eius[4] vt tranſeat ex
hoc[5] mundo ad Patrem: cùm dilexiſſet ſuos[6] qui erant in

Sens. Lit. In Cap. XIII.

1. IN t. ſ. figuralem. Glo. ſ. diem paſſionis, die enim ſequente immolationem, faciebant Iudæi magnum feſtum quod hic Paſcha vocatur: Græci verò diem immolationis agni dicunt ſolum vocari Paſcha, atque in eo Chriſtum crucifixum, anticipaſſe verò vnũ diẽ, vt cùm diſcipulis agnum comederet, quod ex illo loco confirmant, ne contaminarentur; ſed vt manducarent Paſcha, id eſt, agnum, vt ipſi interpretantur, ſed errant. 2. Beda. celebrior inter Iudæorum feſtiuitates erat dies Paſchæ. Aug. non eſt Paſcha, vt quidam exiſtimant Græcum nomen, ſed Hebræum, quod tranſitum ſignificat, tunc enim primùm celebratum eſt, cùm fugientes ex Ægypto rubrum mare tranſierunt. 3. Int. ipſe dies Paſchæ quo tranſiret per crucem, quæ eſt veritas illius figuræ. Aug. completa eſt illa figura tranſitus populi Dei, cùm ſicut ouis ad immolandum ducitur Chriſtus, cuius ſanguine illitis poſtibus noſtris. i. eius crucis ſigno ſignatis frontibus, à perditione ſeculi, tanquam captiuitate Ægyptiaca liberamur, & agimus ſaluberrimum tranſitum de diabolo ad Chriſtum, & ab inſtabili ſeculo, ad eius fundatiſſimum regnum. 4. Aug. veluti interpretatur Paſchæ nomen Euangeliſta. Chry. tranſitum eius mortem vocat. 5. Int. quomodo tranſiit populus de Ægypto. Gloſſ. ſicut Iudæi de Ægypto, ſic Chriſtus de mundo tranſiuit. 6. Int. pro eis factus homo.

Sens. Myst. In Cap. XIII.

4. Glo. & nos tranſimus de vitiis ad virtutes, de mundo ad cælum.

Addit. Avct. In Cap. XIII.

4. Alluſio ad nomen Paſcha, quod tranſitum ſignificat.

mundo

[a] mundo,in [7] finem [8] dilexit eos. Et [b] cœna [9] facta, cùm diabolus iam [10] miſiſſet in cor, [11] vt tra-
[12] deret eum [13] Iudas Simonis [c] Scariotis:[14] ſciens quia [15] omnia [16] dedit [d] ei Pater in [17] manus,& [18] quia
à [19] Deo exiuit,& ad [20] Deum vadit : [21] ſurgit à cœna,& ponit [22] veſtimenta ſua,& cùm acce-
piſſet [23] linteum, [24] præcinxit ſe. Deinde miſit aquam in peluim : & [e] cœpit lauare [25] pedes
diſcipulorum,& [26] extergere [27] linteo quo erat præcinctus.

Sens. Lit. In Cap. XIII.

a. Chry.ſui etiam erant defuncti,vt Abraham,Iſaac,& Iacob,ſed in mundo non erant. 7. Int.pro eis moriens. Chryſ. nihil reliquit eorum , quæ valde amantem facere decet, perfectum amorem in eos oſtendens,& hoc eſt,in finem dilexit eos.Aug.In finem dilexit, vt & ipſi de hinc mundo ad ſuum caput dilectione tranſirent,quid eſt enim in finem,niſi in Chriſtum? Finis enim legis Chriſtus,finis perficiēs, non interficiens, vel in finem. i. vſque ad mortem,non tamen dilectionem morte finiuit , vel vſque ad mortem dilexit.i.vſque ad mortem illum dilectio ipſa perduxit. 8. Int.vt eius dilectione ipſi trāſirent de mundo. 9. Int.i.parata nondum tranſacta,quia poſtea recubuit,& buccellam Iudæ dedit. Aug. non enim debemus intelligere tranſactam cœnam,adhuc enim cœnabatur cùm ſurrexit. 10. Int. ſ. ſpiritali ſuggeſtione.Aug.quæ non fuit per aurem,ſed per cogitationem. 11. Int.ſ.Iudæ. 12. Chryſ.hoc Euangeliſta quaſi ſtupens interſeruit,eum enim qui iam prodere ſtatuerat,Dominus lauit. 13. Int.non credens eſſe Deum. 14. Aug.locuturus Euangeliſta de tanta Domini humilitate , priùs eius celſitudinem voluit commendare. 15. Int.etiam traditorem,quo vtitur vt volt,& de malo bonum facit. Gre.3. moral.c.12.In manu ſua etiam perſecutores acceperat,vt ad vſum pietatis intorqueret,quidquid eorum contra ſe permiſſa malitia ſæuiret. 16. Chry.traditionem hic ſalutem fidelium vocat , ſicut verò Pater ei tradidit,ita ipſe Patri.vnde Paulus:Cùm tradiderit regnum Deo & Patri. 17. Orig.i.poteſtatem.

18. Int.ſ.ſciens. 19. Int.non eum deſerens. 20. Int.non nos relinquens. Aug.nec Deum,cùm inde exiret,nec nos deſerens,cùm rediret. 21. Chry.dignum erat qui à Deo exiuit,vniuerſum conculcare timorem,vide autem humilitatem:poſtquam reſediſſent omnes,ſurrexit,nec ſolùm lauit,ſed veſtimenta deponens,linteum præcinxit,ipſe peluim impleuit. e. Orig.poſtmodum finiuit lotionem , fuerunt enim Apoſtolorum pedes poſtea contaminati,iuxta illud : Omnes ſcandalizabimini iſta nocte, purganit ergo poſtea,vt vltrà non fœdentur. 25. Aug.cùm Pater illi omnia dediſſet , & cùm ſe ſciret à Deo exiſſe,& pergere ad Deum hominis ſerui impleuit officium.

Sens. Lit. In Cap. XIII.

b. Orig. prandium ante terminum diei ſpiritualis, fit in præſenti vita , eſtque eorum qui introducuntur,cœna verò his qui iam vltra progreſſi ſunt,apponitur, vel prandium in ſcripturis antiquis, cœna verò in noui Teſtamenti myſteriis reconditis.Glo.cœna ſignificat paſſionem,vt enim poſt cœnam non fit prandium, ſic Chriſtus poſtquam ſemel paſſus eſt , non iterum patitur. 21. Int.ſignificat quod de cæleſtibus deſcendit,& quod ſeipſum exinaniuit,& quod formam ſerui induit.Glo.ſurgens à cæleſti refectione qua cum Angelis reficiebatur,deponit gloriam æternæ beatitudinis. 22. Auguſt.poſuit veſtimenta,qui cùm in forma Dei eſſet,ſemetipſum exinaniuit,præcinxit ſe linteo , formam ſerui accipiens, non tamen eam, quam habebat depoſuit, miſit aquam in peluim , ſanguinem in terram fundens , quo immunditiam ablueret peccatorum,linteo pedes terſit,carne qua erat indutus,Euangeliſtarum veſtigia confortans.Gloſ.poſt cœnam.i.poſt paſſionem prioris infirmitatis, veſtimenta depoſuit, ſeque immortalitate induit,aqua in peluim baptiſmi gratia,veſtimenta poſtea accepta,Iudæi in fine ſeculi quos prius excæcatos depoſuit. 23. Int.ſ.carnem mundam. 24. Int.ſ.humilitate. 25. Int.veſtigia Euangeliſtarum firmat & purgat. 26. Int. quia tota eius paſſio noſtra eſt purgatio.Aug. 27. Int.ſ.corporis.Orig. in proprium corpus ſuſcepit Chriſtus immunditiam pedum diſcipulorum , ipſe enim languores noſtros portauit.

Addit. Auct. In Cap. XIII.

7. pro,in finem vſque. 9. i.cœpta,vel apparata , ſic Iob 2. dicitur factum prandium.i.paratum,& 1.Reg.25.arietes facti.i.parati,nos legimus cocti. 11. i.perſuaſiſſet. c. pro,Iſſachariote.i.de tribu Iſſachar. d. quatenus Deus per æternam generationem, quatenus homo per vnionem hypoſtaticam.

22. pro,veſtimentum.ſ.exterius. 23. Græc.λέντιον,vox Latina aliquantùm immutata. e. factum hoc poſt eſum agni,& ante Euchariſtiæ inſtitutionem.

Venit[28] ergo ad Simonem Petrum. Et dicit[29] ei Petrus, Domine[30], tu[31] mihi[32] lauas[f] pedes? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Quod[33] ego facio, tu neſcis[g] modò, ſcies autem[h] poſtea. Dicit ei Petrus, Non lauabis[34] mihi pedes in æternum[35]. Reſpondit[36] ei Ieſus, Si non lauero[37] te, non[38] habebis partem[39] mecum. Dicit ei Simon Petrus[40], Domine, non tantùm pedes[41] meos, ſed & manus[42], & caput[43]. Dicit ei Ieſus: Qui[44] lotus eſt, non indiget niſi vt pedes lauet, *ſed eſt mundus totus[45].

Sens. Lit. In Cap. XIII.

28. Int. non poſt alios, ſed priùs ad Principem Apoſtolorum, ideo expaueſcit, quod Deus lauet pedes homini. Orig. vt medicus multorum ægrotorum curæ intentus, ab his incipit qui magis indigent, ſic Chriſtus exorſus ab his qui magis erant fœdi, vltimò venit ad Petrum, quaſi minus aliis lotione indigentem. Chryſ. credibile eſt ſtultum proditorem ante Petrum recubuiſſe, quod Euangeliſta ſignificauit, dicens: Cœpit lauare deinde venit ad Petrum. 29. Gloſſ. pauore perterritus. 30. Chryſoſt. quare nullus aliorum prohibuit, ſed ſolus Petrus? videtur mihi ſolum proditorem ante Petrum lauiſſe, alios verò diſcipulos per Petrum fuiſſe monitos quid eſſet faciendum. Orig. omnes porrigebant pedes, exiſtimantes non ſine cauſa Chriſtum id facere, ſolus autem Petrus non præbet pedes, more ſuo feruidus ad dicendum quod ſentit. Aug. à Petro, vt Apoſtolorũ primo, cœpit Dominus, expauitque Petrus quod cæterorum quilibet expauiſſet. 31. Int. Deus. Auguſt. quid eſt, tu, & quid eſt, mihi, cogitanda ſunt potiùs quàm dicenda, ne fortè quod concipit anima, non explicet lingua. 32. Int. ſeruo. 33. Int. ſ. myſterium huius rei. Chryſoſt. humilitatem huius doctrinæ, & quomodo humilitas ſufficit in Deum perducere.

34. Aug. exterritus facti altitudine non permittit fieri, quod cur fieret, ignorabat; nec poteſt ſuſtinere vſque ad ſuos pedes humilem Chriſtum videre. 35. Int. i. nunquam hoc patiar, hoc enim in æternum non fit, quod nunquam fit. Orig. in hoc Petrus non tantùm Ieſum arguit, ſed & condiſcipulos ſuos pedes porrigentes. 36. Int. terrens de periculo ſalutis. 37. Int. te dicit, pro ſolis pedibus. Aug. ſic ſolet dici calcas me, quando ſola planta calcatur. 38. Chryſ. non dixit qua cauſa faceret, ſed minatur. Petrus enim non fuiſſet perſuaſus, timens verò ſeparari à Chriſto, permiſit. Orig. hoc dicto vtendum cõtra eos qui aliquid facere ſtatuerunt quod non prodeſt, admonendi enim ſunt malè decretum omittere, etiamſi iureiurando firmaſſent. 40. Aug. amore & timore perturbatus, plus expauit Chriſtũ ſibi negari, quàm vſque ad ſuos pedes humiliari. 44. Gloſſ. Intelligimus ex his verbis baptizatos Apoſtolos, etſi non legimus vbi, vel quando. 45. Int. ſ. præter pedes quibus tangit terram. Aug. Totus homo abluitur in baptiſmo, veruntamen cùm in rebus humanis poſtea viuitur, vtique terra calcatur, ipſi igitur humani affectus quaſi pedes ſunt, vbi humanis rebus afficimur, & ſi dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, ſi autem confitemur peccata noſtra, qui pedes diſcipulorum lauit, nobis peccata dimittit. Orig. impoſſibile puto non contaminari extrema animæ, etiam in viris qui perfecti putantur. Gloſſ. Qui in otio ſtudet veritati, dum in aliis pulſanti ſponſo aperire pergit, pedes inquinat, veritas enim humiliter auditur, ſed ſine periculo non poteſt prædicari. Aug. ad Seleucianum epiſt. 108. Ex hoc quod hîc dicitur, intelligimus Petrum baptizatum, cæteroſque diſcipulos Chriſti, per quos baptizabat, ſiue baptiſmo Iohannis (vt quidam putant) ſeu quod magis credibile eſt, baptiſmo Chriſti. Nec enim renuit miniſterium baptizandi, vt haberet baptizatos ſeruos, per quos ceteros baptizaret, qui non defuit humilitatis miniſterio, quando eis pedes lauit.

Sens. Myst. In Cap. XIII.

39. Gloſſ. Qui non lauatur per baptiſmum & confeſſionem pœnitẽtiæ, non habet partem cum Ieſu. 41. Int. ſ. affectionis. 42. Int. ſ. opera. 43. Int. ſ. cogitationes.

Addit. Auct. In Cap. XIII.

f. pro, lauabis, ſeu lauare vis? g. i. non intelligis. h. ſ. poſt lotionem, vel aduentum Spiritus ſancti.

34. q. d. nunquam patiar. 37. vel corporaliter vel ſpiritualiter: ſolet enim Chriſtus à corporalibus ad ſpiritualia transferre orationem, ſic cum Samaritana ab aqua ſenſibili ad intelligibilem. 39. ſ. in cæleſti regno. q. d. non eris meus cohæres. pars enim pro hæreditate. 43. ſub. potiùs quàm me tuo conſortio eijcias.

*44. q. d. vt lotus in balneo ſolùm opus habet pedũ ablutione, ita qui ſpiritualiter, vt vos, ſola affectuum purgatione, quam per id ſignifico. * pro, eſt enim, vel, q. d. vt qui ſit.*

Et vos [l] mundi eſtis, ſed non omnes. [46] Sciebat enim quiſnam eſſet qui traderet eum.
propterea dixit, Non eſtis mundi omnes. [47] Poſtquam ergo lauit pedes eorum, [48] accepit
veſtiménta ſua, & cùm [49] recubuiſſet, [50] iterum dixit eis, [51] Scitis [m] quid fecerim vobis? Vos vo-
catis me Magiſter, & Domine, & [52] bene dicitis, [53] ſum etenim: Si ergo [54] laui pedes veſtros,
[55] Dominus & [56] Magiſter: & vos [n] debetis alter alterius lauare [o] pedes. [57] Exemplum enim de-
di vobis, [58] vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos [59] faciatis. Amen, amen dico vo-
bis, [60] non eſt ſeruus maior Domino ſuo, neque [p] Apoſtolus maior eſt eo qui miſit illum.
[61] Si [62] hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea. [63] Non de omnibus vobis [q] dico: ego ſcio [64] quos
elegerim; [65] Sed vt adimpleatur [r] Scriptura, [66] Qui manducat mecum panem,

SENS. LIT. IN CAP. XIII.

l. Orig. Lauat pedes poſtquam mundi erant, quoniam gratia tranſcendit neceſſitatem, & ſicut dixit Iohannes, Mundus mundificetur adhuc. 46. Int. quare hoc dixit, exponit Euangeliſta. Auguſt.

51. Aug. promiſerat Petro facti ſcientiam, dicens: Scies autem poſtea, docere ergo nunc incipit. Gloſſ. vt priùs exemplo, ita nunc verbo inſtruit. 53. Aug. homini præceptum eſt, Non te laudet os tuum, periculoſum eſt enim ſibi placere, cui cauendum eſt ſuperbire: ille autem qui ſuper omnia eſt, quantumcunque ſe laudet, non ſe extollit excelſiùs, nec poteſt arrogans dici, nobis expedit Deum noſſe, nec poſſumus, niſi ſeipſe indicet; quomodo autem arrogantiam veritas timeat? Glo. quod Dominus de ſe magna dicit, non eſt arrogantia, ſed veritas, quæ prodeſt auditoribus, ſicut facit & Paulus. Quidam iocauti ſe mendacio illaqueant, dum arrogantiam vitant, ſeque contra veritatem erigunt, quam relinquunt, qui neceſſitate cogente, vera de ſe, & bona loquitur, tanto magis humilitati iungitur, quanto veritati ſociatur. 55. Int. quia Deus. Chry. nos ad conſeruos facimus, ſi fecerimus. 56. Int. quia veritas. n. Aug. Eſt apud pleroſque conſuetudo huius humilitatis, cùm ſe inuicem hoſpitio ſuſcipiunt. Non dedignetur quod fecit Chriſtus, facere Chriſtianus: cùm enim ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in corde ipſo excitatur, vel ſi iam inerat, confirmatur humilitatis affectus. 57. Aug. hoc eſt beate Petre quod neſciebas, hoc tibi poſtea ſciendum promiſit. 58. Int. ſicut ego patior, & vos patiamini, ſicut me humilio, ita vos humiliemini. 59. Int. manu, vel corde. 60. Int. debetis facere quod ego, quia non eſt, &c. 61. Beda. quia ſcire bonum, & non facere, ad condemnationem pertinet, hoc ſubiungit.

62. Int. ſcilicet, quæ feci, & doceo. 63. Int. q. d. non omnes vos beatos dico. Aug. q. d. eſt inter vos qui non erit beatus, nec faciet ea. 64. Aug. quos niſi eos qui beati erunt faciendo quæ præcepit? erat quidem electus Iudas, iuxta illud: Nónne ego vos duodecim elegi, ſed non ad beatitudinem, de qua dicit: Beati eritis, ſi feceritis ea. Gloſſ. Electus eſt Iudas ad ſalutem aliorum. 65. Chryſoſtom. hæc ſubiungit, ne multos contriſtet. r. Gloſſ. ſcilicet, quæ hoc prædixit, non quod cogat, ſed quia quod futurum erat, non tacuit. 66. Chry. i. qui à me nutritus eſt, & mea menſa participauit. Aug. manducabat iſte panem Domini contra Dominum.

SENS. MYST. IN CAP. XIII.

47. Int. Impleta purgatione per ſanguinem. 48. Int. ſurgens, immortalis factus eſt.

49. Int. ad dexteram Patris ſedens. 50. Int. per Spiritum miſſum in linguis docet. 54. Int. id eſt, dimiſi peccata veſtra. o. Int. id eſt, alter alteri peccata dimittere, & pro inuicem orare. Auguſtin. confiteamur inuicem delicta noſtra, inuicem delicta donemus, inuicem oremus, ac ita inuicem quodammodo pedes noſtros lauemus. Origen. lauacrum ſpirituale pedum principaliter fit à Ieſu, ſecundariò veró à diſcipulis eius.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIII.

l. ſ. per baptiſmum. m. pro, quid ſibi velit quod feci. o. aliaque humilitatis & charitatis officia exhibere. p. i. legatus, miſſus. q. ſ. quod beati eritis. 64. ſ. ab æterno. 65. ſub permiſi eſſe, vel fore talem vnum inter vos. 66. pro, qui ſumit mecum cibum Hebr.

[s] leuauit contra [67] me calcaneũ ſuum. [68] Amodò dico vobis, priuſquam fiat:vt cùm factum fuerit, [t] credatis,quia ego [69] ſum. [70] Amen,amen dico vobis,qui [71] accipit ſi quem miſero,me accipit.qui autem me accipit, accipit eum qui me miſit.Cùm hæc dixiſſet Ieſus, tur- [72] batus eſt [73] ſpiritu,& [74] proteſtatus eſt,& dixit:Amen, amen dico vobis:quia [75] vnus ex vo- [76] bis tradet me. [77] Aſpiciebant ergo ad inuicem diſcipuli, hæſitantes de quo diceret.Erat ergo recumbens [78] vnus ex diſcipulis eius in [79] ſinu Ieſu, quem [80] diligebat Ieſus. [81] Innuit ergo huic Simoni Petrus,& [82] dixit ei : Quis eſt de quo dicit ? Itaque cùm recubuiſſet ille ſupra [83] pectus Ieſu,dicit ei,Domine,quis eſt?Reſpõdit Ieſus, Ille eſt cui ego intinctum

SENS. LIT. IN CAP. XIII.

67. Chry.oſtendit non ignorare ſe quod tradatur, id quod maximè poterat Iudam continere, dixit autem leuabit & non tradet,dolum & inſidias ſignificans.Aug.Leuabit calcaneum ſuper me.i.conculcabit me. 68. Gloſſ.q.d. hucuſque toleraui & tacui,ſed iam noto proditorem antequam fiat,quod mox faciendũ eſt,vt cùm factum fuerit,&c. t. Orig.id eſt,vt perſeuerantes in fide operemini. 69. Aug.de quo ſcilicet illa Scriptura proceſſit. 70. Chry.quia diſcipuli multa erant paſſuri,eos conſolatur. Gloſſ. conſolatur eos,ex eo quòd ipſe & Pater in eis recipitur. 71. Orig. ergo & qui miſſum à Ieſu recipit, Patrem recipit.Aug.qui Chriſtum accipit,accipit Patrem, vnius enim naturæ ſunt Pater & Filius.

72. Aug.turbauit eum imminens paſſio , & periculum proximum , & traditoris impendens manus, cuius fuerat præcognitus animus, ſignificare etiam turbatione dignatus eſt, quod quando ex falſis fratribus aliquos à Dominico grege ſeparari vrgens cauſa compellit, fieri id ſine Eccleſiæ turbatione non poſſit. 73. Int.humano. Aug. turbatus eſt non carne, ſed ſpiritu ; ſpiritus enim in huiuſmodi ſcandalis charitate turbatur,ne fortè in ſeparatione aliquorum zizaniorum aliquod eradicetur & triticum ; ſiue ergo Iudam pereuntem miſerando,ſiue ſua morte appropinquante turbatus eſt, non animi infirmitate, ſed poteſtate turbatur, non enim aliquo cogente turbatur, ſed turbauit ſemetipſum, vt ſuprà dictũ eſt, in quo infirmos conſolatur, ne ſe reprobos putent,ſi ſuorum morte imminente turbantur.Pereant ergo argumenta Philoſophorum,qui negant in ſapientem cadere perturbationem animi ; turbetur animus Chriſtiani,non miſeria, ſed miſericordia. 74. Int.quod occultum fuerat manifeſtauit. 75. Int.numero,non vinculo ſpiritus.Aug.numero,non merito;ſpecie,non virtute. 76. Int.ſcilicet,exiturus.

77. Int.quia etſi nota fuit cuique ſua conſcientia,alterius tamen ſibi erat ignota. Chry.quia nominatim non dixit , in omnes induxit timorem , & licet ſibi mali conſcij non eſſent,tamen Chriſto magis quam propriis cogitationibus credebant. Orig. Recordabantur velut homines mutabiles eſſe affectus etiam prouectorum. 78. Int.de ſe,quaſi de alio dicit,vt rerum geſtarum ſcriptor , non ſui prædicator. Aug. Erat hæc conſuetudo eorum qui ſacras litteras nobis miniſtrarunt , vt de ſe , tanquam de alio loquerentur. 79. Auguſt.hic eſt vtique pectoris ſinus, ſapientiæ ſecretum. Gloſſ. ſignificat ſecretum, de quo bibit diuinitatis Sacramentum. 80. Int.non plus omnibus , ſed familiarius , vt per pacem de vita exiret,non per paſſionem. Chryſ.familiaritatis cauſa amor erat,plus enim cæteris amabatur : hoc etiam dicit,ne putes Petrum ei vt maiori innuiſſe. 81. Int.non loquendo,ſed innuendo motu corporis , pòſt ſono vocis. 82. Aug.innuendo dixit,ſi enim cogitando aliquid dicitur,ſecundùm illud:Dixerunt apud ſemetipſos,quanto magis innuendo? Orig.primò innuit,deinde dixit. 83. Auguſtin.quod nunc ſupra pectus dicit,ſuprà dixerat in ſinu. Beda. quod in ſinu,& ſupra pectus recubuit,non ſolùm fuit præſentis amoris indicium, ſed etiam futuræ rei ſignum, quod, ſcilicet , inde vocem ſumeret , quam poſtea cunctis ſeculis inauditam emitteret.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIII.

s. pro,dolum parauit,vel oppreſſit, vt ſolet qui calcaneo trudit , aut calcat. 68. Græc. ἀπ' ἄρτι , ex nunc. 69. ſcilicet,de quo id ſcriptum,vel quem me vobis ſæpe eſſe dixi,denique Deum,qui omnia nouerim. 70. reddit ad charitatis & officij mutui commendationem. 72. ſcilicet , præ horrore ſceleris Iudæ,eiuſque vicem dolens. 73. id eſt,animo. 74. pro,teſtatus. 79. ſcilicet,capite ſuper pectus inclinato. 80. ſcilicet,ob virginitatẽ,modeſtiam,manſuetudinem,& in ſe eximiam dilectionem. 82. ſignificauit,ſcilicet,per nutum,fortè ſcire volebat vt impediret.

panem porrexerò. Et cùm [84] intinxiſſet panem, dedit Iudæ Simonis Scariotæ. Et poſt buccellam, [85] introiuit [86] in eum ſathanas. Et dicit [87] ei Ieſus, Quod [88] facis, fac citiùs. Hoc autem [89] nemo ſciuit diſcumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos [90] habebat Iudas, quod dixiſſet ei Ieſus, Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut egenis vt aliquid daret. Cùm ergo accepiſſet [91] ille buccellam, exiuit [92] cõtinuò. Erat autem [93] nox. Cùm ergo exiſſet, dixit Ieſus, [94] Nunc [95] clarificatus eſt [96] Filius hominis, [97] & Deus clarificatus eſt in eo, Si Deus clarificatus [98] eſt in eo,

SENS. LIT. IN CAP. XIII.

84. Aug. non tunc Iudas (vt quidam dicunt) Chriſti corpus accepit: iam enim omnibus diſtribuerat Dominus Sacramenta corporis & ſanguinis ſui, vbi & ipſe Iudas erat, fortè autem hic per panis tinctionem ſignificata eſt eius fictio: quædam enim non vt abluantur, ſed vt inficiantur, tinguntur. quod ſi bonum aliquod tinctio hæc ſignificat, eidem bono ingratũ meritò eſt ſecuta damnatio. 85. Int. quia bono malè eſt vſus, & hæc præſumptio peccatum auxit. Orig. primò immiſit in cor eius vt proderet, poſtea verò etiam ingreſſus eſt; cauẽda nobis ergo diaboli tela ignita, inſidiatur enim vt deinde intret. 86. Int. vt pleniùs poſſideret in quem intrauerat, vt deciperet. Aug. intrauit in eum, vt ſibi traditum pleniùs poſſideret: nec enim in illo non erat, quando ad Iudęos de pretio pactus eſt, cùm Lucas dicat, Intrauit Sathanas in Iudam, & abiit, &c. 87. Orig. vel Sathanæ dicit ad pugnam prouocãs aduerſarium, vel Iudæ, nolens paſſionem ampliùs tardari. 88. Aug. Non præcepit facinus, ſed prædixit, non tam in perniciem perfidi ſæuiendo, quàm ad ſalutem fideliũ feſtinando. Chr. non eſt præcipientis hoc, aut conſulentis, ſed exprobrantis, & oſtendentis ſe nolle ſuam proditionem impedire. 89. Chry. At interroganti dixerat Dominus, Cui ego intinctum, &c. dicendum eſt Dominum hoc latenter dixiſſe, vt nullus audiret; fortè enim ſi manifeſtum feciſſet, Petrus proditorem interfeciſſet; nec verò Iohannes etiam intellexit; non enim putauit diſcipulum in tantũ iniquitatis proditurum, quia enim procul erat à tali iniquitate, non hoc de aliis ſuſpicabatur. 90. Aug. habebat Dominus loculos, & à fidelibus oblata conſeruans, ſuorum neceſſitatibus, & aliis indigentibus tribuebat. Tunc primùm Eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta, vt intelligeremus quod præcepit non eſſe cogitandum de craſtino, non ad hoc eſſe præceptum, vt nihil pecuniæ ſeruetur à ſanctis, ſed ne Deo propter iſta ſeruiatur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur. Chry. per hoc inſinuatur quod quædam mulieres Chriſtum de ſuis facultatibus nutriebant. Qui autem iubet non peram, non æs deferre, loculos ferebat ad inopum miniſterium, vt doceret valde pauperes, & mundo crucifixos, huius rei magnam curam habere. 91. Int. malus bonum.
92. Int. à Domino apertè recedit. Orig. non ſolùm de domo, ſed omnino egreſſus eſt à Ieſu: ingreſſus enim in eum Sathanas, non ſinebat in eodem loco eſſe cum Ieſu. 93. Chry. hoc ſubditur, vt diſcas Iudæ temeritatem, quando nec tempus eum tenuit. Gloſſ. congruit nox Sacramento, erat enim qui exiuit filius tenebrarum, faciens opera tenebrarum. 94. Int. abſente palea iam triticum quodammodo eſt purgatum. Aug. Exeunte immundo, omnes mundi cum ſuo mundatore manſerunt, velut triticum zizaniis ſeparatis. 95. Aug. tanquam diceret, ecce in illa mea clarificatione quid erit vbi malorum nullus erit, vbi bonorum nullus perit: non autem dictum nunc eſt ſignificata clarificatio Filij hominis, ſed nũc eſt clarificatus Filius hominis, ſicut non eſt dictum petra ſignificabat Chriſtum, ſed petra erat Chriſtus: ſolet enim in Scriptura res ſignificans, tanquam illa quæ ſignificatur appellari. 96. Orig. non immortalis vnigeniti verbi, ſed hominis facti ex ſemine Dauid, gloria hic narratur. Hil. 9. Trin. Gloria nõ verbo, ſed carni acquirebatur. 97. Aug. Filij hominis clarificatio eſt, vt Deus clarificetur in eo. 98. Int. quia non quæſiuit niſi gloriam Patris. Aug. quia non venit facere voluntatem ſuam, ſed eius qui miſit eum. Hil. l. 5. de Trin. hoc ad gloriam corporis ſpectat, per quam intellecta eſt Dei gloria.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIII.

v. Gra. ψωμίον, buccellam, offulam. 85. ſcilicet, ad perficiendam traditionem, antea enim introierat ad promittendam & deſignandam, ſcilicet, maiorem in illum nunc poteſtatem accipiens. 88 id eſt, expedi citò quod moliris, vel quod facturus es, citò fac. 89. ſcilicet prater Iohannem. fortè tamen, nec ipſe pra turbatione aduertit quid ea verba ſignificarent. 95. pro, iam iam glorificabitur, ſcilicet, per paſſionem. per eam enim diabolum vicit, & hominem eripuit. x. pro, glorificabitur per eum.

& Deus[99] clarificabit eum in ſemetipſo[100]: & continuò[101] clarificabit eum. Filioli,[102] adhuc mo-dicum vobiſcum ſum[103]: Quæretis me[104], & ſicut dixi Iudæis[105], Quò ego vado, vos non[106] poteſtis venire[107]:& vobis dico modò[108],Mandatum[109] nouum[110] do[111] vobis.

Sens. Lit. In Cap. XIII.

99. Aug.vt natura humana à verbo immortalitati donetur. 100. Chry.per ſe ipſum, nòn per aliū. Hilar 9.de Trinit.quem in ſeipſo Pater glorificat, in eius gloria confitendus eſt; & qui in Patris gloria glorificandus eſt,in his intelligendus eſt eſſe,in quibus eſt Pater:ſecundùm enim naturæ veritatem verus Deus Chriſtus eſt:nō enim extra ſe eſt quod glorificat in ſeipſo. 101. Aug.Reſurrectionem ſuam non ſicut noſtram in fine ſeculi, ſed continuò futuram prædicit; de quo & illud poteſt intelligi, Nunc clarificatus eſt Filius hominis, tanquam fuerit factum quod erat tam proximè futurum.Chry.quaſi dicat,non poſt longum tempus,ſed confeſtim in ipſa cruce ea quæ clara ſunt apparebunt: ſol enim auerſus eſt,petræ ſciſſæ ſunt.Orig.nomen gloriæ non accipitur hic iuxta quoſdam paganorum,qui gloriam definiunt eſſe à pluribus collata præconia:dicitur enim gloria Dei repletum tabernaculum, & aſpectus Moyſi glorificatus,diuinior enim quædam apparitio in illis contigit: glorificata eſt facies Moyſi,eo facto diuino ſecūdùm intellectum;eſt autem Filius totius diuinæ gloriæ fulgor, vt Paulus ait,vnde ſplendores perueniunt ad totam rationalem creaturam:totum enim diuinæ gloriæ fulgorem capere ſolus Filius poteſt;cùm ergo non eſſet mundo Filius notus,nondum erat in mundo glorificatus:eſt autem glorificatus in his, quibus Pater eius notitiam tradidit, cùm ergo appropinquaret ad diſpenſationem, quæ mundo notus,debebat gloriam promereri, ait:Nunc clarificatus eſt Filius hominis. 102. Aug.ne putarent ſic eſſe clarificandum, vt non eis coniungeretur vlterius ea conuerſatione, quæ in terra eſt, hoc adjicit,quaſi dicat,continuò quidem reſurrectione clarificabor,non tamen continuò aſcendo in cælum: quadraginta enim dies manſit cum eis,de quibus hic dicit,adhuc modicum vobiſcum ſum.Orig.Filiolos vocat,animarum adhuc paruitatem ſignificans, quos autem nunc filiolos dicit, vocat poſt reſurrectionem fratres, ſicut & antequam eſſent filioli,fuerunt ſerui. 103.Aug.Poteſt hoc ſic intelligi, adhuc ſicut & vos in hac infirmitate carnis ipſe ſum; fuit quidem cum illis poſt reſurrectionem, exhibitione præſentiæ corporalis,ſed non conſortio infirmitatis humanæ,vnde apud alium Euangeliſtam, Hæc locutus ſum vobis,cùm adhuc eſſem vobiſcum,i.in carne mortali,ſicut & vos:eſt & alia diuina præſentia ſenſibus ignota mortalibus,de qua dicit, Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi, de qua non intelligitur hoc quod dicit,non enim modicum eſt vſque ad cōſummationem ſeculi,nec poſt eam quò ipſe vadit,venire illi nō poſſunt,de quibus dicitur, Volo vt vbi ego ſum, ipſi ſint mecum.Orig.poſt modicum ſcandalizati ſunt,& ſic non fuit cum eis Ieſus,qui cum dignis tantummodo cōuerſaturus erat; tamen ipſi (vt dicitur hic) quæſituri Ieſum,velut Petrus poſt negationem grauiter plorabat, quærens, puto,Ieſum. 104. Int.ſ.volentes ſequi me.Orig.quærere Ieſum, eſt quærere Verbum, ſapientiam, iuſtitiam,veritatem,diuinam virtutem,quæ omnia Chriſtus eſt. 105. Aug.Iudæis cùm hoc diceret, non addidit,modò;diſcipuli autem non poterant tunc venire,ſed poſtea. 107. Orig.volentibus ſequi diſcipulis,iuxta illud:Qui non tollit crucem ſuam,& ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus, ait nondum eſſe validos ad hoc, cùm nondùm eſſet Spiritus datus. Aug.vel illos ſignificat minus idoneos ſe qui moriturum pro iuſtitia, ſiue pro martyrio nondum maturos, aut non poſſe iturum ad immortalitatem, ita ſequi quomodo erant in fine ſeculi reſurgentes ſecuturi. Chryſ. Diſcipulorum in ſe amorem erigit: exardeſcimus enim cùm viderimus dilectiſſimos diſcedentes, & maximè cùm non poſſumus in eum locum quo abeunt, venire; ſimul oſtendit mortem ſuam tranſlationem eſſe ad meliora loca.

108. Orig. dicit eis non abſque additione huius aduerbij, modò. Iudæi quidem in ſuis facinoribus morituri,nō poterant pergere quò Ieſus ibat,ſed diſcipuli poterant poſt breue tempus ſequi. 109. Int. ne deſperent additur, modò.Chry.ne putarent audientes, ſicut dixi Iudæis, ſimiliter in ſe dici, adiecit Dominus,filioli. 110. Aug.docens quomodo idonei eſſe poſſunt pergere quo ille antecedebat, nempe ad felicitatem in qua nemo poteſt eſſe, niſi perfectus in charitate; hoc ſubiungit. 111. Aug. erat quidem hoc in antiqua lege, vt proximum tanquam nos ipſos diligamus, ſed nouum mandatum appellatur,quia exuto vetere,induit nos hominem nouum.

Addit. Avct. In Cap. XIII.

99. ſcilicet, Reſurrectione, Aſcenſione, Miſſione Spiritus ſancti, & Euangelij prædicatione. 100. i.per ſemetipſum, ſeu,ſua virtute. 103. ſ. vſque ad mortem, vel ad aſcenſionem. 107. ſ.nunc, prædicaturi enim prius Euangelium. 111. id eſt,renouatum,aliequi enim vetus,vt dicitur 1.Ioan.2 ſed in hominum mentibus obliteratum,vel nouum,quia legis nouæ proprium,certè nouum diligere vt Chriſtus dilexit.

vt dili

vt diligatis inuicem, ſicut [112] dilexi vos, [a a] vt & vos diligatis [113] inuicem. In [114] hoc cognoſcent omnes quod [115] diſcipuli mei [116] eſtis, ſi [117] dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei Simon [118] Petrus, Domine, quò vadis? Reſpondit [119] Ieſus, Quò [a] ego vado, [120] non potes me modò [b b] ſequi, [121] ſequeris autem poſtea. Dicit ei Petrus, Quare non poſſum te ſequi modo? ani- [122] mam meam pro te ponam. [123] Reſpondit ei Ieſus, Animam tuam pro me [124] pones? Amen, amen dico tibi: non [c c] cantabit gallus, donec ter [125] me neges.

Sens. Lit. In Cap. XIII.

112. Int. innuit ſe conferre diligendo nos, vt mutua dilectione inter nos conſtringamur. Aug. Dilectionem iſtam, vt à carnali & mundana omni dilectione diſtingueret, addit: Sicut dilexi vos. quid enim niſi Deum dilexit in nobis, non quem habebamus, ſed vt haberemus; ſic ergo & nos inuicem diligamus, vt, quantum poſſumus, inuicem ad habendum in nobis Deum cura dilectionis attrahamus. Chry. Sicut dilexi vos, non præcedentibus veſtris iuſtitiis, debitum reddens; ita & vos oportet benefacere etiam nihil debentes. 113. Aug. non eſt prætermiſſum illud magnũ mandatum de diligendo Deũ: qui enim ſpiritualiter diligit proximum, quid in eo diligit niſi Deũ, ſic & qui Deum diligit, non poteſt contemnere præcipientem vt diligat proximum. bene itaque intelligentibus vtrunque mandatum inuenitur in ſingulis. 114. Int. non in aliis, quæ etiam non mei habent. Chry. prætermittens miracula quæ erant facturi, ab amore eos deſignat. 115. Chry. hoc maximè homines ſanctos oſtendit, hos enim dicit eſſe diſcipulos. 117. Int. Hic eſt fons in quo alienus non cõmunicat, vt ait Salomon. Aug. q. d. alia munera mea habent, vobiſcum etiã non mei, nõ ſolùm naturam, vitam, ſenſum, rationem; ſed etiã linguam, ſacramenta, prophetiam, ſcientiam, fidem, diſtributionem rerum ſuarũ pauperibus, & traditionem corporis ſui vt ardeant; ſed quoniam charitatem non habent, vt cymbala concrepant, nihil eis prodeſt. 118. Chry. ardentiſſimus. 119. Int. q. d. non feſtines, quia nondum es indutus virtute ex alto: & ideo ne iuuenem præſumas. Aug. ſic Petrus dixerat, Domine, quo vadis? tanquam ſequi paratus. 120. Int. non poterant Apoſtoli nondum ſpiritu ſolidati. 121. Int. ne deſperes. Aug. dilationem intulit, non ſpem abſtulit, quid feſtinas Petre, nondum petra ſpiritu ſolidatus? noli extolli præſumendo, non potes modò, noli deiici deſperando, ſequeris enim poſtea. 122. Chry. dixerat Dominus, non potes: ille ſe poſſe dicit. experientia ergo ſciuit nihil eſſe ſuum amorem, niſi præſente ſuperna liberatione. Glo. multum præſumit, qui animam pro eo ponere promittit, qui nondum pro Petro animam dedit, quaſi præire poſſit, voluntatem ſuam, ſed non vires cognoſcens, vt infirmus voluntatem ſuam iactat, ſed medicus in valetudinem inſpiciebat, ille promittebat, ille præcognoſcebat, & qui neſciebat, audebat; qui præſciebat, docebat. 123. Int. qui totum nouit. 124. Int. ſ. quandoque, ſed propè eſt vt neges timore mortis vitam, & occidas tuam animam. Beda. Duobus modis poteſt pronunciari, vno modo affirmando, alio modò inſultando. Aug. q. d. tãne facies pro me, quod ego nondum pro te? præire potes, qui ſequi non potes? quid præſumis? audi quid ſis, Amen, amen dico tibi, &c. c c. Gloſ. Petrus ante primum galli cantum trinam negationem incepit, totam verò perfecit ante ſecundum galli cantum. 125. Int. ſ. Chriſtum, quidquid in verbis ſonet. Aug. qui mihi promittis mortem tuam, ter negabis vitam tuam. voluntatem ſuã iactabat infirmus, ſed inſpiciebat valetudinem medicus. notandum autem propter eos qui Petrum peruerſo fauore excuſare nituntur, quaſi Chriſtum non negauerit, quia interrogatus reſpondit ſe hominem neſcire; Dominum apertè dicere, donec me neges. Non accuſemus Chriſtum dum Petrum defendimus, agnouit planè peccatum ſuum infirmitas Petri, & quantum malum Chriſtum negãdo commiſerit, plorando monſtrauit. quem intuendo admoneri nos oportet, ne de humanis viribus fidamus. Chry. Dominus caſum Petri permiſit vt propriam imbecillitatem diſceret, & ne quid tale pateretur orbis terrarum diſpenſatione ſuſcepta propriæ fragilitatis recordatus. Aug. de conſ. Euang. lib. 3. cap. 2. hanc negationis Petri prædictionem omnes Euangeliſtæ, quanquam non eadem occaſione commemorant. Matthæus enim & Marcus eam ſubnectunt poſtquam Dominus egreſſus eſt ex domo vbi manducauerat Paſcha. Lucas verò & Iohannes, antequam inde eſſet egreſſus; ſed debemus intelligere ter eum expreſſiſſe præſumptionem ſuam, diuerſis locis ſermonis Chriſti, & ter illi à Domino reſponſum, quod eum eſſet ante galli cantum negaturus.

Addit. Avct. In Cap. XIII.

112. ſ. verè ſpiritualiter, perfectè. a a. ad hoc ſ. dilexit vt. vel repetitio eſt more Scripturæ. 119. Reſpondet non ad verba, ſed ad animum quo interrogauerat ſ. ſequendi Chriſtum quocunque iret. b b. vel quia imbecillis, vel quia nondum tempus à Deo definitum. c c. pro, non complebitur gallicinium.

CAPVT XIIII.

ET ait diſcipulis ſuis, Non turbetur cor veſtrum, neque formidet. Creditis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei manſiones multæ ſunt, ſi quo minus dixiſſem vobis: Quia vado parare vobis locum. Et ſi abiero, & præparauero vobis locum: iterum

Sen. Lit. In Cap. XIIII.

2. AVG. ne mortem Chriſti tanquam homines timerent, & ideo turbarentur, conſolatur eos, Deum ſe eſſe conteſtans. 3. Int. ſ. pro morte mea carnis, quia Deus ſum qui ſuſcitabo carnem. Auguſt. mortem metuitis, huic formæ ſerui, non turbetur cor veſtrum, ſuſcitabit illam forma Dei. Chry. Diuinitatis virtutem oſtendit ea prodens, quæ illi habebant in mente. 4. Int. quia ſi creditis in Deum, conſequitur, vt & in me credatis, quia ego Deus ſum. Aug. 5. Chry. q. d. fides in me, & in Patrem, potentior eſt his quæ ſuperuenient, & nihil contra eam poteſt præualere. 6. Aug. hoc ſubiungit, quia ſibi diſcipuli metuebant, cum Petro dictum eſſet, Non cantabit gallus, &c. vt à turbatione recreentur, fidentes etiam poſt pericula tentationum ſe apud Chriſtum cum Deo eſſe manſuros. Chry. quia Dominus dixerat Petro, ſequeris autem poſtea, ne exiſtiment ei ſoli hanc promiſſionem datam, oſtēdit, & illos etiam in eam regionem ſuſcipiendos. 7. Int. i. diuerſa præmia meritorum. Aug. manſionem pro ſuo quiſque accepturus eſt merito: eſt quidem denarius æqualis. i. vita æterna, quod ad æternitatē pertinet, ſed ſunt diuerſæ meritorum dignitates. Fiet quidem per charitatem vt quod habent ſinguli, commune ſit omnibus, ſic enim quiſquam etiam ipſe habet, cùm amat in altero, quod ipſe non habet. Reſpuēdus eſt autem illorum error, qui putant ideo dictum multas eſſe manſiones, quia extra regnum cælorum erit aliquid vbi beati maneant paruuli ex hac vita diſcedentes ſine baptiſmo: abſit enim vt regnaturum quiſquam ſit extra regnum, nec Dominus dixit in beatitudine, ſed in domo Patris mei. Greg. ſuper Ezech. hom. 6. Etſi alius minus, alius amplius exultāt, omnes tamē vnum gaudium conditoris ſui viſione lætificat. Gloſſ. in eadem æterna vita diuerſæ dignitates, alia enim claritas ſolis, alia lunæ, alia ſtellarum.

8. Int. i. ſi non eſſent. Chry. hoc ſubdit, ne putentur manſiones præparatione indigere. Aug. oſtendit ſe ideo hoc illis non dixiſſe, quia ibi iam manſiones multæ ſunt, & non eſt ei opus aliquā præparare. Glo. i. ſi non prædeſtinaſſem manſionē, (quod eſt inconueniens quantū ad Deū, qui omnia bona ante tēpora prædeſtinauit) modo præpararem. i. prædeſtinarē, quod etiam eſt inconueniens Deum aliquid præſencialiter prædeſtinare. 10. Int. ſi non eſſent paratæ, vel prædeſtinatæ, ſed eſſent præparandæ, vel prædeſtinandæ, tunc vado, &c. 11. Int. Vadit parare, non vt paratæ ſunt, ſed vt parandæ. 12. Theoph. q. d. turbari vos non oportet, ſiue paratæ ſint, ſiue non: nam ſi paratæ non eſſent, ego illas præparaſſem.

13. Aug quomodo parat, ſi iam multæ ſunt? nondum ſunt, ſicut parandæ ſunt, eaſdem quas prædeſtinando præparauit, præparat operando. Iam ergo ſunt in prædeſtinatione, alioqui dixiſſet, ibo, & præparabo. i. prædeſtinabo: ſed quia nondum ſunt in operatione, dicit, ſi abiero, & præparauero, &c. Parat modò manſiones præparando manſores: domus enim Dei, de qua Apoſtolus, Templum Dei ſanctū, quod eſtis vos, adhuc ædificatur, adhuc præparatur: dicitur verò abire, vt præparet, quia iuſtus ex fide viuit: ſi autem vides, non eſt fides: id ne videatur, lateat vt credatur: tunc locus paratur, ſi ex fide viuatur, creditus deſideretur, vt deſideratus habeatur, vadit latendo, venit apparendo, ſed niſi maneat regēdo, vt proficiamus bene viuendo, non parabitur locus vbi poſſimus permanere perfruendo. Gloſſ. credenti colligitur meritum, cuius redditur præmium, deſiderium dilectionis, præparatio eſt manſionis. Alcui. abiit per carnis abſentiam, venit per diuinitatis præſentiam.

Sens. Myst. In Cap. XIIII.

6. IN x. ſ. in iuſtis. Glo. regnum cælorum ſunt homines iuſti, in quibus ſunt multæ differentiæ inter ſe, & hæ ſunt manſiones iam paratæ in prædeſtinatione, quia elegit nos, inquit, ante mundi conſtitutionem, & parandæ in operatione, quos prædeſtinauit, inquit, hoc eſt, vocauit & iuſtificauit, & magnificauit. & ſecundùm hoc dicitur, facit Deus quæ futura ſunt, id eſt, quæ factùrus eſt.

Addit. Auct. In Cap. XIIII.

7. nempe perpetuò illic manendum. 8. ſenſus eſt. Alioqui dixiſſem, ſeu dicerem me ire, vt parem, & ſi abiero, &c. ſed id dicere opus non eſt, quia paratæ ſunt, vel q. d. Quando aliud non eſſet, vel hoc deberet vos conſolari, quod vado parare, &c. vide inf. ſimilem ſignificationem. Alioqui, vbi dicitur, Alioqui propter opera credite, q. d. quando aliud non eſſet, vel ipſa opera ſi ſpicere deberent ad credendum. ſenſus ergo eſt, in cælo multæ ſunt manſiones, quod vel ſolùm debet vos conſolari, eo enim parare, &c. 12. quidam hic incipiunt nouam clauſulam, etſi autem pro poſtquam verò.

[14]venio &[15] accipiam vos ad meipſum, vt vbi ſum[a] ego, &[16] vos ſitis. Et quò ego vado ſci-
tis, &[17] viam ſcitis. Dicit[18] ei Thomas, Domine, neſcimus[19] quò vadis: & quomodo poſſu-
mus viam ſcire? Dicit ei Ieſus, Ego ſum via,[20] veritas, & vita.[21] Nemo venit ad[22] Patrem, ni-
ſi[23] per[24] me. Si cognouiſſetis[25] me, & Patrem[b] meum vtique cognouiſſetis[c]: & amodo[d] co-
gnoſcetis eum; &[26] vidiſtis eum. Dicit ei[27] Philippus, Domine,[28] oſtende nobis Patrem,[29]

SENS. LIT. IN CAP. XIIII.

14. Int. id eſt, apparebo in iudicio. 15. Int. id eſt, Introducam in manſiones, vt maneatis perfruendo. 16. Int. ne quærant vbi ſit, hoc ſubdit, quò, id eſt, ad Patrem, & nota quod & ibi eſt vt Deus, & illuc vadit vt homo, cùm ſit vna perſona Deus & homo. Alc. hoc ſubiungit, quia ſciebat interrogaturos, quo iret. Chryſoſtom. hoc dicens, deſiderium quod in eorum mente erat, oſtendit, & dat eis interrogandi occaſionem. 17. Int. id eſt, me. 18. Chryſoſtom. ſi Iudæi volentes à Chriſto ſeparari, quærebant quò iturus eſſet, multo magis diſcipuli nunquam ab eo ſeparari volentes, hoc diſcere cupiebant, & interrogant ex multa dilectione, & timore. 19. Auguſtin. Ao Dominus vtrunque dixerat illos ſcire, ſciebant quidem, ſed ſe ſcire neſciebant. 20. Int. via ſine errore quærentibus, veritas ſine falſitate inuenientibus, vita ſine morte permanentibus. Auguſtin. de verb. Dom. Serm. 4. quaſi dicat, qua vis ire? Ego ſum via, quò vis ire? ego ſum Veritas, vbi vis permanere? ego ſum vita, veritatem & vitam omnis homo capit, etiam philoſophi Deum eſſe vitam quandam & veritatem viderunt, viam non omnis inuenit, Verbum ergo Dei quod apud Patrem eſt veritas & vita, aſſumendo hominem factum eſt via: ambula per hominem, & peruenies ad Deum: melius eſt in via claudicare, quàm præter viam fortiter ambulare. Hil. 7. de Trin. non hos in via ſeducit qui via eſt, nec illudit per falſa qui veritas eſt, nec in mortis relinquit errore qui vita eſt. Theoph. cùm exerces actiuam, ſit tibi Chriſtus via, veritas autem cùm in contemplatiua perſeueras, adiecta eſt autem vita, quia ad Deum eſt referenda actio & contemplatio. Auguſtin. per formam ſerui Dominus venit ad nos, & redit ad ſe, carnem de morte ad vitam reducens, venerat per carnem Deus ad homines, veritas ad mendaces, eſt enim Deus verax, omnis autem homo mendax, non reliquit autem ſe cùm veniret ad nos, nam & qui loquitur quodammodo ad auditores procedit, nec ſe relinquit, cùm autem tacet, veluti ad ſe redit, & cum illis manet, ſi teneant quod audierunt. Ipſe Dominus per ſeipſum, & ad ſeipſum; & ad Patrẽ, & nos per ipſum, & ad ipſum, & ad Patrẽ imus. 21. Int. quaſi & cùm ſim via nemo veſtrum, &c.

22. Int. cum quo ſum veritas & vita. 23. Int. viam. Chryſoſtom. non eſt poſſibile alia venire via, exæquat verò ſe Patri nunc, qui ſupra dixit, Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater traxerit illum.

24. Chryſoſtom. oſtendit qualiter dixerit, quò vado ſcitis, & viam ſcitis, quaſi dicat, ſi meam ſciretis ſubſtantiam & dignitatem, & eam quæ à Patre eſt ſciretis, nouerant quidem eum, ſe non perfectè, vt poſt aduentum Spiritus, vnde dicit, amodo cognoſcetis. Gloſſ. ne quærerent quis eſt Pater, oſtendit eis ſe noto noſci Patrem. 25. Int. qui idem ſum cum Patre. Beda. ai ſuprà dixit, Quò ego vado, ſcitis, &c. Sciebant quidam eorum, quidam verò neſciebant, quorum vnus erat Thomas. Gloſſ. quidam eorum etſi ſcirent iſtum Filium, illum Patrem, non putabant Filium ex toto ſimilem Patri, & ita nec Patrem nec Filium ſciebant. c. Gloſſ. ſcilicet, per me cognitum. 26. Int. non tamen oculis corporeis. Chryſ. vidiſtis eum, ſcilicet, per me carne indutum. Gloſſ. ſolemus de duobus ſimilibus dicere, ſi iſtum vidiſti, illum vidiſti. 27. Int. non intelligens ipſum omninò ſimilem Patri. Hil. 7. de Trin. commouit Philippum nouitas dictorum. 28. Hil. 7. de Trin. demonſtrationem intelligendi eius qui viſus eſt poſtulat. Chry. corporeis oculis Patrem volebat videre. 29. Int. q. d. qui maior te eſt.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

a. pro, ero, ſcilicet tunc. 12. ſcilicet, qua me ſequi debeatis. Sciebant quidem illi aliquo modo, perfectè neſciebant. 20. Senſus eſt, ſum via vera per quam itur ad vitam, vel via per quam itur ad veram vitam, vel via per quam itur ad veritatem, & vitam, vel via & lux per quam itur ad vitam, additur autem Græc. omnibus articulus, quaſi dicat, illa vera, & vnica via, & veritas, & vita. 23. ſcilicet, per meritum mortis meæ, ſeu per mei imitationem, oſtendit autem ſe eſſe cum Patre dicens venit, non vadit.

24. ſcilicet, perfectè. b. alleuque qui vallam. d. id eſt, ex hoc tempore, ſeu paulo pòſt, ſcilicet, adueniente Spiritu ſancto. Græc. tamen, cognoſcitis fortè præſens pro futuro. 26. ſcilicet, in me. q. d. quanquam iam illum aliquo modo cognoſcitis.

& ſufficit[30] nobis. Dicit ei Ieſus, Tanto tempore vobiſcum ſum, & non cognouiſti[31] me[32]? Philippe; qui vidit[33] me, vidit Patrem[34]. Et quomodo[35] tu dicis, oſtende nobis Patrem? Non credis[36] quia ego[37] in Patre, & Pater in me eſt[38]? Verba quæ ego loquor vobis, à meipſo[39] non loquor. Pater autem in me manens, ipſe facit[40] opera[41]. Non creditis quia ego in Patre[42], & Pater in me eſt[43]? Alioquin propter opera ipſa credite[44]. Amen[45], amen dico vobis, qui[e] credit in me[46], opera[47] quæ ego facio[48] & ipſe faciet[49],

SENS. LIT. IN CAP. XIIII.

30. Int. quia in eo ſufficientia erit nobis. Gloſſ. q.d. in quo ſufficientia, & non in te. Chryſoſt. id eſt, nihil plus quærimus, Aug. 1. de Trin. cap. 8. Illa lætitia qua nos adimplebit cum vultu ſuo, nihil amplius requiretur, quod bene intellexerat Philippus vt diceret, Domine, oſtende nobis Patrem, & ſufficit nobis, ſed nondum intellexerat ſe poſſe dicere, Domine, oſtende nobis te, & ſufficit nobis, quod vt intelligeret, reſponſum eſt ei, tãto tempore vobiſcum ſum, &c. 31. Int. quia nec Filium nouit, quia Patrem meliorem credit. Auguſt. quomodo hoc dicit, cùm dixerit, quo vado ſcitis, & viam ſcitis? quia eorum quidam ſciebant, aliqui neſciebant, de quibus erat Philippus. Chry. non me cognouiſtis, ſ. quantum ad hoc quod Filius in ſe oſtendit eum qui genuit Hil. 7. de Trin. arguit Apoſtolum in cognoſcendo ſe ignorantem, cùm ea quæ gereret propria Deo eſſent, calcare vndas, iubere ventis, peccata dimittere, mortuis vitam reddere. 32. Int. verè me non nouiſtis, quia ſi me nouiſſetis, nouiſſetis & Patrem. 33. Int. ſ. ſpiritualibus oculis. Hil. 7. de Trin. non hic viſum oculorum carnalium ſignificat, intellectus Dei Filius id præſtat, vt intellectus & Pater ſit, dum ita imago eſt, vt non differat natura. 34. Int. quia omnino ſimiles Aug. non quod ipſe ſit Pater & Filius, ſed quod à Patris ſimilitudine in nullo prorſus diſcrepet Filius. Solemus de duobus ſimillimis dicere, vidiſtis iſtum, vidiſtis illum, Hil. 7. de Trinit. cùm dicitur & Patrem, excluſa eſt ſingularis, & vnici intelligentia. Chry. diuidit hypoſtaſes, ne quis dicat ipſum eſſe Patrem, qui Filius. Apparet verò hinc non eſſe Filium creaturam, non enim qui creaturam videt, Deum videt, conſubſtantialitatem voluit Dominus repræſentare, nec enim ſi alterius ſubſtantiæ eſſet, diceret, qui videt me, videt & Patrem, nec in argento auri ſubſtantia videri poteſt, nec alia per aliam naturam apparet. 35. Aug. nunquid obiurgandus eſt, qui cùm ſimilem viderit, illum cui eſt ſimilis vult videre? videbat Dominus eos poſtulantis, qui Patrem tanquam melior eſſet Filio, noſſe cupiebat, vnde additur, Non credis quia ego ſum, &c. Gloſſ. q.d. video quo animo dicas, non quæris alterum ſimilem, ſed putas meliorem; 36. Aug. q.d. ſi à te multum eſt hoc videre, ſaltem quod non vides crede. Aug. 1. de Trinit. cap. 8. volebat eum ex fide viuere, antequam illud poſſet videre, viſio merces eſt, cui mercedi per fidem corda mundantur. 37. Int. cur ergo inſeparabiles, ſeparatim vis noſcere? Hil. 7. Trinit. quæ ignorandi Patrem, aut oſtendendi ignorantibus, neceſſitas relinquebatur, cùm Pater in filio viſus eſſet, & ex proprietate naturæ, & indifferentia vnitatis vnum ſint natus & generans? 38. Hil. 7. Trinit. ſ. per natiuitatem viuentis naturæ ex viuente, dum non aliud ex Deo quàm Deus naſcitur. Hil. 5. de Trinit. ſubſiſtentem in eo Dei naturam intelligimus, cùm in Deo Deus ſit. 39. Int. ſic eſt æqualis alter alteri, vt tamen alter ex altero. Aug. i. à meipſo non ſum qui loquor, ei tribuit quod facit, de quo eſt ipſe qui facit. Hil. 7. de Trin. natiuitatem in ſe Dei à Deo teſtatur. 40. Chry. apertè demonſtratur vna ſubſtantia, ſic & alibi: Si non facio opera Patris mei, non credatis mihi. Hil. 7. de Trin. manere in Filio Patrem, non eſt ſingularis & vnici, operari per Filium non eſt differentis aut externi. 41. Int. & cùm facit in me, non creditis quia ego in Patre? Hic oſtenditur non ſolum Philippus arguendus. Aug. antea ſolus Philippus arguebatur. 42. Hil. 7. de Trin. per naturæ quæ ſecundum natiuitatem eſt proprietatem. 43. Chry. q.d. ſi non ſufficit hoc ad oſtendendam conſubſtantialitatem, ſaltem ab operibus diſcite. 44. Int. ſ. quod ego in Patre, & Pater in me eſt, ſi enim ſeparati eſſemus, nullo modo inſeparabiliter operari poſſemus. Aug. 45. Chryſ. oſtendit non ſolùm poſſe, ſed quod eſt mirabiliùs poſſe aliis dare vt maiora faciant.

e. Glo. quicunque, ne de ſolis Apoſtolis hoc acciperetur. 46. Int. Ecce fides quæ operatur per dilectionem. 48. Int. priùs ego, poſt ipſe, quia ego facio vt ipſe faciat. 49. Gloſſ. non tamen ex ſe, ſed ex me, non eſt ſeruus maior Domino ipſe ſine eis multa, illi ſine eo nihil, niſi peccatum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

31. Græc. cognouiſti, ἔγνωκας. 40. adeoque & verba loquitur.

[50] & maiora horum [51] faciet: quia ego ad Patrem vado. [52] Et quodcunque [53] petieritis Patrem,
in nomine meo, [54] hoc faciam: vt [55] glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis me in no-
mine meo, hoc [56] faciam. Si [57] diligitis me, mandata [58] mea ſeruate. Et [59] ego rogabo

Sens. Lit. In Cap. XIIII.

50. Aug. quæ ſunt iſta maiora? an fortè quod ægros vmbra ſanabat? maius eſt enim quod ſanet vmbra quàm fimbria; ſed quando iſta dicebat, verborum ſuorum facta commendabat. cùm enim dixit, Pater in me manens ipſe facit opera, opera dicebat verba quæ loquebatur, quorum fructus erat fides illorum, euangelizantibus autem diſcipulis, non tam pauci quam illi erant, ſed gentes etiam crediderunt: diſceſſit ab ore Domini diues triſtis. & tamen poſtea quod ille vnus non fecit, fecerunt multi, cùm per diſcipulos loqueretur, non de Apoſtolis autem tantùm loquebatur, dicens: Qui credit in me, &c. Ipſum quidem credere in Chriſtum opus eſt Chriſti, quod operatur in nobis, non vtique ſine nobis: ipſe facit vt faciamus. i. vt ex impiis iuſti fiamus, & hoc maius eſſe dixerim quàm creare cælum & terram, hæc enim tranſibunt, prædeſtinatorum autem ſalus & iuſtificatio permanebit. Sunt & in cælis Angeli opera Chriſti, etſi æqualis ſit potentiæ iſtos creare, & impios iuſtificare, hoc maioris eſt miſericordiæ. Quanquam omnia Chriſti opera intelligere, vbi ait maiora horum faciet, nulla neceſſitas cogit: horum enim fortè dixit quæ tunc faciebat, faciebat autem verba fidei, minus eſt autẽ verba iuſtitiæ prædicare, quod fecit propter nos, quàm impios iuſtificare, quod ita facit in nobis, vt faciamus & nos. Glo. quod facit in nobis, non ſine nobis, maius eſt his quæ ſine nobis facit vt cælo, terra, &c. In illis enim eſt tantum opus Dei, in iſtis imago Dei. 51. Chry. q. d. veſtrum eſt de cætero miracula facere, ego enim vado. oſtendit autem ſe non perire, ſed in propria manere in cælis dignitate. 52. Auguſt. hoc adjicit, vt illa etiam opera maiora ſeipſum facere oſtenderet, ne quiſquam ſibi illa tribueret. 53. Int. id eſt, ad ſalutem. Chry. omnia ſigna quæ fecerunt Apoſtoli, ipſe faciebat, itaque dicebant, In nomine Chriſti ſurge & ambula. Theoph per orationem & inuocationem nominis Chriſti mira fiunt. 54. Int. ſtatim, vel poſt. Auguſt. qui dixerat faciet, ait faciam, q. d. non vobis hoc impoſſibile videatur, ego enim ſum facturus, & tunc maiora quàm nunc. Quæri autem poteſt, quid eſt quod dicit, Quodcunque petieritis, &c. plerunque enim fideles petunt, & non accipiunt, an fortè quia malè petunt? an fortè ſolis Apoſtolis dictum hoc debemus accipere? at ſuperiùs dixerat, Qui credit in me, &c. nec verò ipſi Apoſtoli omnia quæ petierunt, acceperunt; rogauit Paulus vt diſcederet angelus Sathanæ, nec tamen accepit; ſed vide dictum eſſe in nomine meo, quod eſt Ieſus, quod enim petimus contra ſalutem, non petimus in nomine Saluatoris, & tamen ipſe Saluator eſt. Nouit medicus quid pro ſua, quid contra ſuam ſalutem poſcat ægrotus, & ideo contraria poſcentis non facit voluntatem, vt faciat ſanitatem; aliquando verò etiam quædam eorum quæ in nomine eius petimus, non tunc quando petimus facit, ſed tamen facit. differuntur enim, non negantur. 55. Int. non facit ſine Patre Filius, quandoquidem ideo facit vt in eo Pater glorificetur. Aug. ¶ Chry. cùm Filius oſtenditur magna poſſe, glorificatur qui genuit. Theoph. In nomine Ieſu fiebant ſigna per quæ credebatur Apoſtolorum ſermonibus, dúmque qui credebant ad notitiam Patris peruenirent, glorificabatur Pater in Filio. 56. Chry. hoc inducit ne putent omnem ſimpliciter petitionem valere, ſed tunc ſe facturum quod petant, ſi mandata ſeruent, vel q. d. ne meo diſceſſu turbemini, hoc enim non eſt me amare, ſed facere mandata mea, hoc enim eſt amor, obedire & credere ei qui diligitur.

57. Int. ſcilicet, vt faciam quæ petitis. 58. Chryſoſtom. hoc dicit, quia conſequens erat, eos vehementer requirere eius præſentiam, & illam conſolationem quam prius habuerant. Auguſt. quomodo mandata ſeruabimus vt eum accipiamus, quem niſi habuerimus, mandata ſeruare non poſſumus? habet Spiritum ſanctum qui diligit, & habendo meretur, vt plus habeat, & plus habendo plus diligat. iam itaque Spiritum habebant diſcipuli, ſed dandus eis erat amplius, habebant occultè, accepturi erant manifeſtè. Chry. purgatis diſcipulis per paſſionem, & ad pericula, agoneſque miſſis, oportebat Spiritum ſanctum abundanter dari. 59. Int. rogat inquantum homo, inquantum Deus dat. Chry. dicit, rogabo Patrem, vt credibilem ſermonem faceret, ſi enim dixiſſet, Ego mittam, non ita credidiſſent. Aug. cont. Arianos cap. 19. alibi, vt ſua & Patris opera inſeparabilia demonſtraret, ait: Cùm abiero, mittam eum ad vos. Ale. Rogabo dicit, vt inferior ſecundùm humanitatem.

Addit. Avct. In Cap. XIIII.

50. vt conuertere mundum. 51. vnde illa per vos faciam, concedam q; cum Patre quodcunq; petieritis. 53. i. per mei inuocationem, & meritorum meorum. ſeu propter me. f. i. per Filium.

Patrem

Patrem,&[60] alium[61] paracletum dabit vobis,[62] vt maneat vobiſcum in æternum,[63] Spiritum[64]
[65] veritatis[66] quem[67] mundus non poteſt accipere, quia non[68] videt eum, nec[69] ſcit eum. Vos
autem cognoſcetis eum, quia apud vos[g] manet,[70] & in vobis[71] erit.[72] Non relinquam vos
[73] orphanos:[74] veniam ad vos.[h] Adhuc[75] modicum:[76] & mundus me iam non[77] videt. Vos au-
[l] tem videtis me:[78] quia[m] ego viuo,& vos[79] viuetis.[80] In illo[81] die vos cognoſcetis

SENS. LIT. IN CAP. XIIII.

60. Aug. oſtendit & ſeipſum eſſe paracletum, id eſt, conſolatorem, & aduocatum, Aduocatum habemus, inquit Paulus, apud Patrem Ieſum Chriſtum. Didy. de Spiritu ſancto non aliam dixit naturam. Chry cum dicit alium, hypoſtaſeos differentiam oſtendit. 61. Int. id eſt, aduocatum vel conſolatorem, ſicut ego ſum vobis præſens carne. Aug. cont. ſermonem Arrianorum, cap. 19 Non eſt (vt dicunt Arriani) conſolatoris officium Spiritus ſancti tanquam infimæ perſonæ in Trinitate: tribuit enim Deo hoc Apoſtolus, qui conſolatur, inquit, humiles, conſolatus eſt nos Deus. 62. Int. hic ad quædam vt illuſtret, & alia huiuſmodi faciat, poſt vt ad videndam ſpeciem introducat. 63. Chry. nec enim poſt mortem recedit. 64. Int. ſcilicet, ſanctum, qui Patri & Filio coæternus eſt, & conſubſtantialis. Aug.

65. Chry. manifeſtat enim figuras veteris Teſtamenti. Beda. cùm dicit veritatis, ſuum eſſe ſpiritum oſtendit, cum à Patre dari, Patris eſſe, ac per hoc à Patre & Filio procedere. 66. Chry. hoc ſubiungit, ne aliam ſuſpicarentur incarnationem, & paracletum putent oculis videndum. 67. Int. id eſt, amator mundi, dum talis remanet. Chry. mundum hic malos dicit. Aug. ſic dicit mundi dilectores non poſſe accipere Spiritum ſanctum, vt ſi dicamus, iniuſtitia iuſta eſſe non poteſt. 68. Int. id eſt, non habet inuiſibiles oculos, quibus inuiſibiliter videtur Spiritus ſanctus. Auguſt. ¶ Chry. viſionem vocat certiſſimam cognitionem. Greg. 5. mor. cap. 20. Spiritus ſanctus quem replet ad deſideranda inuiſibilia, accendit: mundana corda, quia ſolùm inuiſibilia diligunt, eum non accipiunt, quanto enim ſe foras per deſideria dilatant, tanto ad receptionem illius ſinum cordis anguſtant. 69. Int. i. nec ſciendo intelligit. g. Greg. 2. mor. cap. 41. in his donis, ſine quibus ad vitam perueniri non poteſt, Spiritus ſanctus in electis omnibus ſemper manet, in aliis non ſemper. aliquando enim ſe à ſignorum oſtenſionibus ſubtrahit, vt eo humiliùs virtutes eius habeant. 70. Auguſt. hoc addit, ne putent ita manſurum, vt apud homines ſolet hoſpes viſibiliter manere. 71. Chry. in veſtris habitabit animabus. Aug. expoſitio eſt illius, apud vos manebit. 72. Auguſt. hoc adiecit ne putaret quiſquam ita Spiritum ſanctum daturum, vt non eſſet ipſe futurus cum eis. 73. Int. indicat ſe Patrem illis eſſe. Auguſt. orphanos Græcè, Latinè pupillus.

74. Int. ſcilicet, poſt reſurrectionem carnis. Auguſt. promittit eis ſuam præſentiam, quam maximè quærebant. h. Chry. ad vos ſolos, Iudæis enim dixerat, Amodo non videbitis me. 75. Chry. ne rurſus eandem quærant præſentiam, qualem & prius habuerunt, id ait, quaſi dicat, veniam quidem ad vos, ſed non vt prius. 76. Int. ſcilicet tempus. 77. Aug. videbat tunc eum mundus carneis oculis, ſed poſt reſurrectionem carnem ſuam non ſolùm videndam, ſed etiam contrectandam demonſtrauit ſuis, noluit demonſtrare non ſuis, auferetur etiam in fine ſeculi ab oculis damnatorum, dixit autem modicum, quia quod videtur prolixum hominibus, breuiſſimum eſt ante oculos Dei. 78. Theoph. q. d. etſi mortem ſubiero, tamen reſurgam. 79. Int. ſuam vitam illis promittit. Theoph. q. d. cùm me videritis, lætabimini, & tanquam mortui reuiuiſcetis apparitione mea. Aug. de præſenti ſe dixit viuere, illos de futuro victuros, eius enim mox futura erat reſurrectio, illorum autem in ſeculi finem differenda: quia verò viuit ille, ideo & nos viuemus, per hominem quippe mors, & per hominẽ reſurrectio mortuorum.

80. Aug. ſ. quo viuetis. Chryſ. quo reſurgam, cùm enim viderunt reſurrexiſſe, & eſſe cum eis, tunc certiſſimè crediderunt. 81. Int. quod modò creditis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIIII.

63. quaſi dicat, non diſcedet, vt ego nunc per mortem, ſed per totam vitam vobiſcum erit. 65. i. qui veritatem docet. 67. i. mundani. 68. pro, non optat videre & noſſe. 69. ſ. perfectè, & cum affectu, ſic. 1. Ioan. 4. Qui non diligit, non nouit eum. g. ſic Græc. & Syr. Quidam tamen legunt manebit, vt Auguſt. 73. id eſt, mea præſentia orbatos & deſtitutos. 74. ſcilicet, poſt reſurrectionem corporaliter, & miſſo Spiritu ſancto ſpiritualiter. 77. pro, videbit, nec corporalibus, nec ſpiritualibus oculis.

l. pro videbitis. 78. pro, viuam. ſ. poſt reſurrectionem. m. pro, ſic & vos etiam. 80. ſcilicet, cùm reſurrexero.

quia ego ſum in [82] Patre meo, & [83] vos in me, & [84] ego in vobis. [85] Qui habet mandata mea, & [86] ſeruat ea: ille eſt qui [87] diligit me. [88] Qui autem diligit me, diligitur [n] à Patre meo: [89] & ego [90] diligam eum, & [91] manifeſtabo ei [92] meipſum. Dicit ei [93] Iudas, non ille Scariotis. Domine, [94] quid factum eſt, quia manifeſtaturus es nobis teipſum, & non mundo? Reſpondit Ieſus, & dixit ei: Si [95] quis [96] diligit me, [o] ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum [97] veniemus, & [98] manſionem apud eum [99] faciemus. [100] Qui non diligit me, ſermones meos [101] non ſeruat. [102] Et ſermonem quem audiſtis, [103] non eſt meus: ſed eius qui miſit me Patris. [104] Hæc locutus

Sens. Lit. In Cap. XIIII.

82. Int. vt radius in ſole vnum cum ipſo. 83. Int. vt palmites in vite. 84. Int. vt ait Apoſtolus, ſi autem Chriſtus in nobis. Aug. quando viuemus ea vita qua mors abſorbetur, tunc perficietur hoc, quod inchoatum eſt iam per ipſum, vt ſit in nobis, & nos in ipſo. Hilar. 8. de Trinit. Ille in Patre per naturam diuinitatis, nos in eo per corporalem eius natiuitatem, & ille rurſum in nobis per Sacramenti myſterium; ait enim, Qui edit carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Gloſſ. nunc cognoſcitur per fidem, tunc cognoſcetur per ſpeciem, quando hæc coniunctio perficietur quæ modò inchoatur. 85. Glo. nō ſolùm vos Apoſtoli viuetis & cognoſcetis, ſed quicunque. &c. 86. Int. hoc enim opere oſtenditur dilectio. Aug. qui habet in memoria, & ſeruat in vita, qui habet in ſermonibus, & ſeruat in operibus, qui habet audiendo, & ſeruat faciendo, qui habet faciendo, & ſeruat perſeuerando. 87. Aug. opere eſt demonſtranda dilectio, ne ſit infructuoſa nominis appellatio. Theop. ſignū dilectionis, mandata ſeruare. 88. Int. hic fructus. 89. Int. Pater, & Filius inſeparabiliter diligunt.

90. Aug. i. ad hoc diligam, vt manifeſtem, nec enim tunc non diligebat. nunc ad hoc nos dilexit vt credamus, tunc ad hoc vt videamus, nunc diligimus credendo quod videbimus, tunc diligemus videndo quod credidimus. Gloſſ. diligit nunc ad hoc vt credamus, & mandata ſeruemus, vt mereamur quod poſt capiemus. 91. Int. hæc viſio erit merces fidei. Aug. 92. Aug. ad Paulinam, cap. 1. ſcilicet, cum Patre Deum vnum, non quomodo in hoc ſeculo viderunt etiam mali. 93. Aug. cuius inter ſcripturas canonicas epiſtola legitur. 94. Aug. cauſam quærit quare non ſe mundo, ſed ſuis manifeſtaturus ſit. Reſpondet autem Dominus, quia hi diligunt, illi verò non diligunt. 95. Int. Apoſtolus, vel quicunque.

96. Int. dilectio probatur cuſtodia ſermonum. Greg. hom. 30. probatio dilectionis, exhibitio eſt operis, nunquam amor Dei eſt otioſus, operatur enim magna ſi eſt, ſi verò operari renuit, amor non eſt.

97. Int. Ego, & Pater, & Spiritus ſanctus. Aug. Dilectio ſanctos diſcernit à mundo, quę facit vnanimes habitare in domo, in qua facit Pater & Filius manſionem, qui & dilectionem donant, quibus in fine donabunt ſuam manifeſtationem, veniunt ad nos dum venimus ad eos, veniunt ſubueniendo, illuminando, implendo, venimus obediendo, intuendo, capiendo. 98. Int. & erit manſio nō tranſitoria, ſed æterna. Aug ¶ Greg. hom. 30. quidam per compunctionem reſpectum Dei percipiunt, ſed tentationis tempore ad peccata redeunt, in eorum corda venit Deus, ſed manſionē non facit. Ille verè amat, cuius mentem delectatio praua ex conſenſu non ſuperat, ſed ſic cum diuinitatis amor penetrat, vt ab eo tentationis tempore non recedat. 99. Aug. non eſt ab hac manſione Spiritus ſanctus excluſus, de quo ſupra dictum eſt, apud vos manebit & in vobis erit, in eadem ergo manſione cum Patre & Filio erit in æternum, quia nec ille ſine ipſis venit, nec illi ſine eo. 100. Int. hi ſunt qui nūquam vident Patrem & Spiritum, ſed nec Filium in forma Dei, etſi in forma ſerui. 101. Greg. hom. 30. tanto quiſque à ſuperno amore diſiungitur, quanto inferius delectatur, de dilectione ergo Dei, lingua, mens & vita requiratur.

102. Chry. quaſi dicat, non me ſolùm, ſed nec Patrem amat, qui meum non ſuſcipit ſermonem.

103. Int. quia non eſt ſuum verbum, ſed Patris Aug. Sermonem dixit ſingulariter, & non ſuum, ſed Patris, ſe intelligi volens qui Patris eſt verbum, imago, & Filius, rectè auctori tribuit quod facit æqualis, à quo habet hoc ipſum quod illi eſt æqualis. Chryſ. ſignificat ſe nihil extra Patrem loqui, nec præter id quod illi videtur. 104. Chry. hoc adiungit, quia eorum quæ dixerat, quædam non intellexerunt.

Addit. Auct. In Cap. XIIII.

n. ſcilicet, quantum ad effectus maiores, al æqui enim Dei dilectio noſtram præcedit. Ipſe enim prior dilexit nos. 94. pro, quid accidit, aut quid cauſa eſt. o. id eſt, præceptum.

ſum vobis apud vos [105] manens. [106] Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pa-
[107] ter in nomine meo, [108] ille vos docebit omnia, [109] & ſuggeret vobis omnia quæcunque di-
[110] xero vobis. [111] Pacem [112] relinquo vobis, pacem meam [113] do vobis: [114] non quomodo [115] mun-
dus dat, ego do vobis. [116] Non turbetur cor veſtrum, [117] neque formidet. Audiſtis quia
ego dixi vobis, [118] Vado & [119] venio ad vos.

Sens. Lit. In Cap. XIIII.

105. Int.ſcilicet, corporali præſentia, quæ ſi iam auferor, ne timeatis, quia paracletus, &c. Aug. alia eſt manſio, quam promiſit futuram; ſpiritualis, ſcilicet, & intrinſecus mentibus reddita, alia quam præſentem teſtatur, corporalis, forinſecus oculis & auribus exhibita. 106. Chryſ. vt eius corporalem receſſum facilius ſuſtinerent, præparat eos promiſſo Spiritu ſancto. Greg. hom. 30. Paracletus Græcè, Latinè aduocatus, vel conſolator; Aduocatus dicitur, quia pro errore delinquentium apud iuſtitiam Patris interuenit, id eſt, eos quos repleuerit exoratores facit; Conſolator autem quia de peccati perpetratione mœrentibus, dum ſpem veniæ præparat, ab afflictione triſtitiæ mentem leuat. Chry. Frequenter eum paracletum vocat propter eorum triſtitiam. Gloſſ. cùm dicit conſolari inchoatis opus, ad Spiritum ſanctum tamen pertinet, qui ais in Scriptura bonitatis, per quam nos Deus conſolatur, nomine deſignatur. 107. Didy. de Spiritu ſancto. Filij tantummodo eſt in nomine Patris venire, veniunt quidem alij in nomine Domini Dei & Omnipotentis, ſerui, ſcilicet, at in nomine Patris ſolus Filius, in Filij autem nomine à Patre mittitur Spiritus ſanctus. 108. Int. Docebit, vt ſciatis; ſuggeret, vt velitis. Didy. de Spiritu ſancto. Docebit omnia in Chriſti fide perfectos, ſpiritualia, & intellectualia Sacramenta; docebit autem inuiſibiliter menti diuinorum ſcientiam infundens. Greg. hom. 30. niſi Spiritus ſanctus cordi adſit audientis, otioſus eſt ſermo doctoris: nemo ergo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit, niſi intus ſit qui doceat, doctoris lingua exterius in vacuum laborat. Aug non Filius ſine Spiritu ſancto dicit, nec docet ſine filio Spiritus ſanctus, ſed omnis dicit & docet Trinitas, ſed niſi hæc ſigillatim commendaretur, eam nullo modo humana caperet infirmitas. 109. Int. aliâs commemorabit vobis. id eſt, faciet vos memores omnium. Greg. hom. 30. Suggeret, id eſt, ſubminiſtrabit ex occulto. Aug. Suggeret id eſt, commemorabit vos. pertinet enim ad gratiam etiam non obliuiſci ſaluberrima monita. Theoph. Docuit Spiritus ſanctus quæcunque non dixerat Chriſtus, tanquam non valentibus portare, commemorauit autem quæ dixerat Dominus, ſed obſcuritatis cauſa, vel intellectus tarditate commendare memoriæ nequiuerunt. 111. Chry. quia turbabantur cogitantes odia, & prælia ſibi imminere. poſt eius receſſum rurſus conſolatur. Auguſt. de verb. Dom non poterit ad hæreditatem Domini peruenire, qui teſtamentum pacis noluerit obſeruare, nec poteſt concordiam habere cum Chriſto, qui diſcors voluerit eſſe cum Chriſtiano, pax eſt ſerenitas mentis, ſimplicitas cordis, amoris vinculum, conſortium charitatis. 112. Int. Iturus ad Patrem. 113. Int perducturus ad Patrem. Aug. pacem reliquit in hoc ſeculo, in qua manentes, hoſtem vincimus, pacem dabit in futuro, quando ſine hoſte regnabimus. pax nobis ipſe eſt, & cùm credimus quia eſt, & cùm videbimus eum ſicuti eſt. notandum verò cùm dicit, dabo, addidiſſe meam, pacem ſuam volens intelligi, qualem habet ipſe, in quo nihil repugnat, quia nullum habet peccatum; pax verò quam nobis reliquit, noſtra potius dicenda eſt, quàm ipſius, talem habemus pacem nunc in qua adhuc dicamus, Dimitte nobis debita noſtra. Eſt & inter nos ipſos nobis pax, inuicem enim credimus, & diligimus, ſed nec ipſa plena eſt, quia cogitationes cordis inuicem non videmus. Poſſunt & Domini verba ſic accipi, vt eiuſdem ſententiæ repetitio videatur. 115. Auguſt. id eſt, qui diligunt mundum, qui propterea ſibi dant pacem, vt ſine moleſtia mundo fruantur. Chry. pax exterior ſæpè ad malum fit. 116. Chry. hoc dicit, quia verbum, relinquo, quod erat recedentis, eos poterat conturbare. Gloſſ. quaſi dicat, non turbetur de eo quod dixi vado, quaſi paſtore abſente lupus inuadat, quia vt homo vado, vt Deus præſens ſum. 117. Int. quod plus eſt. 118. Int. ſcilicet, à vobis corpore, quaſi dicat, ſi dixi vado, quod vos terret, dico, venio, quod mulcet. Aug. Ibat per id quod homo erat, manebat per id quod Deus erat, cur ergo turbetur cor, quod non deſerebat? 119. Int. ſcilicet, corpore in iudicio.

Addit. Avct. In Cap. XIIII.

106. pro, paracletus ille qui eſt Spiritus ſanctus. 107. id eſt. loco mei. 109. Gra. ὑπομνήσει, commonefaciet, faciet recordari. 110. Gra. εἶπον, dixi. 111. ſcilicet ne turbemini ijs quæ accident, vel, q. d. relinquo vobis meam benedictionem. 119. pro, veniam, quaſi dicat, abeo, mox rediturus.

[120] Si diligeretis me, gauderetis vtique, [121] quia [122] vado ad Patrem : quia Pater [123] maior me eſt:
Et nunc [124] dixi vobis priuſquam fiat : vt cùm factum fuerit, [125] credatis. Iam non [126] multa
loquar vobiſcum, [127] venit enim [128] princeps [129] mundi [p] huius, & in me non habet [130] quicquam.
[131] Sed, vt cognoſcat [q] mundus quia diligo Patrem ; & ſicut mandatum dedit mihi Pa-
ter, ſic facio. [132] Surgite [133] eamus hinc.

Sen. Lit. In Cap. XIIII.

120. Aug. hoc ſubjicit, vt intelligant ſecundùm quod homo erat eum dixiſſe : per hoc enim erat ad Patrem iturus, per quod non eſt ei æqualis, per illud enim in quo eſt æqualis, nunquam ab eo recedit.

121. Int. id eſt, de eo quod. Auguſt. gratulandum naturæ humanæ, eo quòd ſic aſſumpta eſt à verbo, vt immortalis conſtitueretur in cælo, atque ita fieret terra ſublimis, vt ſederet ad dexteram Patris. quis non ſuam naturam iam immortalem gratuletur in Chriſto, atque id ſe ſperet futurum eſſe per Chriſtum? 122. Int. ſecundùm quod minor vadis & veniet iudicare. Chry. nondum de eo diſcipuli, quam oportebat opinionem habebant. Patrem verò magnum eſſe æſtimabant. Ait ergo ob eorum imbecillitatem, ſi non confiditis poſt crucem rurſum vos viſurum, tamen lætari oportet, quia ad Patrem vado, potentem omnia moleſta diſſoluere. 123. Auguſt. Filius in forma Dei etiam ſeipſo maior eſt, maior enim forma Dei quæ amiſſa non eſt, quàm forma ſerui quæ accepta eſt, in vtraque enim natura non duo, ſed vnos eſt Chriſtus, ne ſit quaternitas, ſed Trinitas Deus. Hil. 9. de Trinit. Maior eſt donans donantis auctoritate, ſed minor non eſt, cui vnum eſſe donatur. 124. Int. ſcilicet, quia vado ad Patrem. 125. Auguſt. & hæc eſt laus fidei, ſi quod creditur non videtur ; ſed ex rebus quæ videntur acquiritur in nobis, vt ea credantur quæ non videntur ; viſuri erant diſcipuli poſt mortem viuëtem, & ad Patrem aſcendentem, eoque credituri Filium eſſe Dei, qui hoc poſſet facere, & prædicere antequam faceret ; credituri autem fide non noua, ſed aucta, aut certè cùm mortuus eſſet defecta, cùm reſurrexiſſet refecta. 126. Beda. hoc dicebat, quia inſtabat tempus mortis. 127. Int. ſcilicet, accepta licentia à Deo. 128. Int. ſcilicet, diabolus. 129. Int. id eſt, peccatorum non creaturarum. Aug. vnde Apoſt. cùm dixiſſet Rectores mundi, expoſuit, ſubiungens, tenebrarum harum, id eſt, hominum impiorum. 130. Int. quod ad ſe pertineat, ſcilicet, nullum omnino peccatum. Auguſt. neque cum peccato Deus venerat, nec eius carnem de peccati propagine Virgo pepererat. 131. Auguſtin. quaſi ei diceretur, cur ergo morieris ſi non habes peccatum, cui mors debetur, id ſubiecit. 132. Int. quia diſcumbens dicebat diſcumbentibus hoc. Chry. timebant diſcipuli, & à tempore, erat enim nox profunda ; & à loco manifeſto, erant enim in villa, itaque conſequens erat non attendere his quæ dicebantur, ſed circumuoluere oculos, & imaginari ſe aggrediendos, præſertim audientes, venit princeps mundi huius, ducit ergo in alium locum, vt cum otio reliqua audiant, magna enim dogmata erant audituri. 133. Int. ſcilicet, ad locum vnde tradendus ad mortem eto. Auguſt.

Addit. Avct. In Cap. XIIII.

120. pro, ſi me diligitis, debetis gaudere. 123. ſcilicet, quatenus homo ſum, adeoq; ad dignitatem & honorem aſcendo. 125. ſcilicet, firmius in me. 127. pro, tum venturus eſt, ſcilicet, per ſuos ſatellites. p. pro, ſed in me. 130. id eſt, ſuum, vel iuris ſui. q. id eſt, electi qui ſunt in mundo.

132. id quidam cum ſuperioribus iungunt. 133. non ſtatim diſceſſit, ſed in principio cap. 18, itaq; reliqua ad eum vſque locum in cœnaculo dicta, fortè ſtando.

CAPVT XV.

EGo ſum vitis vera,& Pater meus agricola eſt. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum:& omnem qui fert fructum, purgabit eum; vt fructum plus afferat. Iam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Manete in me,& ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis: vos palmites, qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Si quis in me non manſerit, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet,& colligent eum,& in

Sens. Lit. In Cap. XV.

1. HIL. q. de Trinit. ad conſummanda paſſionis Sacramenta exurgens corporeæ aſſumptionis myſterium pandit, per quam ei tanquam viti palmites inſumus G.o.q.d. me præcedentem ad paſſionem, deberis ſequi, quia ego ſum vitis. i. caput veſtrum eiuſdem naturæ vobiſcum, &c. 2. Int. ſecūdùm quod homo caput Eccleſiæ vnius naturæ cum palmitibus. Aug. 3. Int. quia eſt alia in amaritudinem conuerſa. Aug. quomodo enim eſt vitis vera, quæ expectata vt faceret vuam, fecit ſpinas? 4. Int. cum quo idem eſt Filius. 5. Int. non tantùm extra operando, ſed etiam intus incrementum dando. Aug. de verb. Dom. Serm. 59. Colimus Deum adorando non arando,& colit nos Deus meliores reddendo; extirpat enim verbo ſuo mala ſemina de cordibus noſtris, aperit cor noſtrum tanquam aratro ſermonis, plantat ſemina præceptorum, exſpectat fructum pietatis. 6. Chry. quia Chriſtus ſibi ſufficit, diſcipuli autem multo egent auxilio, de vite nihil dicit, ſed de palmitibus. 7. Chry. oſtendit ſine operibus non poſſe aliquem eſſe in eo. 8. Int. propter hoc mundatus eſt. 9. Int. mundando corda, Spiritum charitatis infundendo. Chry. etiam valde boni indigent agricolæ opera. Aug. quis in hac vita ſic mundus eſt, vt nō ſit magis magiſque mundandus? mundat itaque mundos vt tanto ſint fructuoſiores, quanto mundiores. 10. Int. atque iterum plus mundandi, vt fructum plus feratis. 11. Auguſt. Chriſtus ſecundùm hoc vitis eſt, quod ait, Pater maior me eſt, ſecundùm autem illud: Ego & Pater vnum ſumus, & ipſe agricola eſt, vnde etiam ſe mundatorem palmitum dicit; ſed quare non dicit, propter baptiſmum mundi eſtis? quia & in aqua verbum mundat, detrahe verbum, & quid eſt aqua niſi aqua? accedit verbum ad elementum,& fit ſacramentum. vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tangat & cor abluat, niſi faciente verbo; non quia dicitur, ſed quia creditur? tantum valet fidei verbum in Eccleſia Dei, vt per ipſam credentem, offerentem, tingentem, mundet infantem, quamuis credere nō valentem. 12. Int cùm ego ſim vitis vera. 13. Int. à quo totum accipitis. 15. Int. vt amplius fructificetis. Aug. non eo modo illi in ipſo, quo ipſe in illis, ſic ſunt in vite palmites, vt viti non conferant, ſed inde accipiant vnde viuant; ita eſt vitis in palmitibus, vt eis alimentum ſubminiſtret, non ſumat ab eis. 16. Int. pro quia ſicut.

17. Aug. māgna gratię commendatio. corda hic inſtruit humilium, ora obſtruit ſuperborum. huic veritati reſiſtunt liberi arbitrij non aſſertores, ſed præcipitatores; qui à ſemetipſo fructum ſe exiſtimat ferre, in vite non eſt. 18. Int. pro, quia ego. 19. Int. totum vobis dans, nihil à vobis recipiens. e. Gloſſ. quicunque non ſolùm vos. 20. Glo. ſ. credendo, obediendo, perſeuerando. 21. Gloſſ. ſ. illuminando, ſubueniendo, perſeuerantiam dando. 22. Int. nec parum. Aug. ¶ Chry. vide Filium non minus Patre conferentem Pater enim purgat, ipſe palmites in ſe tenet, quod eos facit fructificare, quanquam & purgare filij eſt,& tenere Patris, qui radicem genuit. 23. Int. pro, ſi quis autem. 24. Int. quod eſt in poteſtate liberi arbitrij. 25. Int. ſ. meſſores Angeli.

Addit. Avct. In Cap. XV.

*3. i. eximia, præcipua, ſeu veritatis fructum proferens. Denique cuius comparitione vites omnes velut umbra ſunt. 7. i. auferet, reſecabit. * abundat more Hebræo. b. pro, copioſiorem. 12. i. doctrinam, cui credidiſtis, & obediſtis. c. pro, ſicut & Heb. 15. ſub. curate vt maneam. d. pro, ſed ſolùm ſi. f. q.d. hic ſolus, & non alius. 24. ſ. conſtanti fide, & dilectione. g. ſ. inutilis, foras autem, id eſt, extra conſortium ſanctorum. 25. ſ. Angeli.*

ignem

ignem[26] mittent,& ardet.[27] Si manſeritis in me, & verba[k] mea in vobis manſerint:[28] quod-
cunque[29] volueritis,petetis,&[30] fiet vobis. In[31] hoc clarificatus eſt Pater meus, vt fructum
plurimum[l] afferatis,[32] &[33] efficiamini mei[34] diſcipuli. Sicut[35] dilexit me[m] Pater, &[n] ego dilexi[36]
vos. Manete[37] in dile[o]ctione mea.[38] Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis[39] in dilectione[p]
mea, ſicut & ego Patris mei præcepta ſeruaui,& maneo[40] in[o] eius dilectione.[41] Hæc locu-
tus ſum vobis, vt gaudium[42] meum in vobis ſit,[q] & gaudium veſtrum impleatur.[43] Hoc[44]
eſt[45] præceptum[r] meum,vt diligatis inuicem,ſicut

Sens. Lit. In Cap. X.V.

26. Auguſt. ligna vitis tanto ſunt contemptibiliora ſi in vite non manſerint, quanto glorioſiora ſi manſerint,palmes ſi in vite non eſt,in igne erit. 27. Int.manere in me,& ſi manſeritis, &c. 28. Int. non tantùm fuerint. Aug.tunc dicenda ſunt verba eius in nobis manere,quando facimus quæ præcepit, & diligimus quæ promiſit,quando verba eius manent in memoria, nec inueniuntur in vita, non computatur palmes in vite,quia vitam non attrahit ex radice. 29. Int.quia manentes in Ieſu, non poſſunt velle niſi quod eſt ſalutis.Aug. 30. Aug.ad verba eius pertinet oratio quam nos docuit, ab huius verbis & ſenſibus non recedamus in petitionibus noſtris,& quidquid petimus fiet nobis. 31. Chry. q.d.ſi ad gloriam Patris pertinet quod fructificetis,non contemnet gloriam ſuam. Aug.ne hoc gloriæ noſtræ tribuamus,tanquam ex nobis habeamus,eius enim hæc eſt gratia, à quo enim faciemus fructum, niſi ab illo cuius miſericordia præuenit nos? 32. Int.ſ.per prædicationem,& paſſionem,ſicut ego. Theoph. Fructus Apoſtolorum ſunt gentes per eorum doctrinam appoſitæ fidei. 34. Chryſ.qui fructum facit, ille eſt diſcipulus Chriſti. 35. Aug hoc ad hominem in Chriſto referendum eſt, gratiam enim oſtendit qua mediator eſt Dei & hominum. 36. Aug.Ecce vnde ſunt nobis opera bona, vnde enim nobis eſſent,niſi quia fides per dilectionem operatur? vnde autem diligeremus,niſi prius diligeremur?

37. Int.& ideo perſeuerate.Chry.hoc ſubdit ne pigros eos faceret. o. Aug.illam dilectionem dicit qua dilexit eos,hoc eſt ergo manere in eius dilectione,in eius gratia manere. 38. Int.quaſi diceretur, quomodo in ea manebimus? 39. Auguſt.præcedit dilectio obſeruationem præceptorum,vnde enim præcepta ſeruet non habet qui non diligit,quod ergo hic ait,oſtendit,non vnde dilectio generetur, ſed vnde monſtretur, vt nemo ſe fallat dicendo quod eam diligat, ſi eius præcepta non ſeruet, quanquam hoc ad dilectionem,qua nos diligit, referendum eſt, vt ſenſus ſit,ex hoc ſcietis quod in dilectione qua vos diligo,maneris,ſi mea præcepta ſeruatis: non enim vt nos diligat prius præcepta ſeruamus,ſed niſi nos diligat,ſeruare non poſſumus, hæc eſt gratia quæ humilibus patet, ſuperbos latet. 40. Int. & per hoc oſtendor diligi à Patre ego homo. 41. Aug.qua me diligit. 42. Aug.quod eſt gaudium Chriſti in nobis,niſi quod dignatur gaudere de nobis? 43. Chry.q.d.etſi incidat triſtitia, hanc auferam,vt ad finem veniat gaudium. Aug. quod eſt gaudium noſtrum quod dicit implendum, niſi eius habere conſortium? gaudium quidem ipſe perfectum de nobis habebat, quando nos præſciendo & prædeſtinando gaudebat,ſed illud gaudium in nobis non erat,quia nec nos eramus, cœpit autem eſſe in nobis quando vocauit nos,inchoatur in fide renaſcentium,implebitur in fide reſurgentium. 44. Int.vt verò impleatur,hoc eſt,&c.Gloſſ.& ſuprà dixerat de dilectione proximi,ſed repetitio eſt confirmatio, ibi tamen dicit,mandatum do,quaſi non ante fuerit,hic autem,hoc eſt,quaſi non aliud ſit,ibi nouum ne in vetuſtate remaneamus,hic meum ne contemnatur. 45. Int.non aliud,quia in hoc ſunt omnia.Greg.hom.27. Omne mandatum de ſola dilectione eſt: quidquid enim præcipitur, in ſola charitate ſolidatur, & vt multi rami ex vna radice prodeunt, ſic multæ virtutes ex vna charitate generantur, nec habet aliquid viriditatis ramus boni operis,ſi non manet in radice charitatis. Aug.vbi charitas eſt, quid eſt quod poſſit deeſſe? vbi non eſt,quid eſt quod poſſit prodeſſe?

Addit. Avct. In Cap. X V.

26. ſ.gehenna. h. i.doctrina & præcepta. 28. ſ.affectu,& obſeruatione. 31. pro,in hoc glorificabitur. l. Græc. πολὺν,multum. 32. pro.ſi attuleritis. 33. ſ.opere. m. ſ.hominem. n. pro ſic &. o. ſ.qua vos diligo. 41. ſ. qua me diligit. 42, ſ.quo gaudeo de Dei gloria,& ſalute hominum. q. i.permaneat. 43. ſ.in cæleſti gloria. r. ſ.proprium,& peculiare,quodq; vt maximè neceſſarium maximè ſoleo commendare.

[46] dilexi [47] vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet, [s] quàm vt [48] animam ſuam ponat quis pro [49] amicis ſuis. [50] Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. [51] Iam non dicam [52] vos ſeruos: quia [53] ſeruus [t] neſcit [v] quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos: quia [54] omnia [55] quæcunque audiui à Patre meo, nota [x] feci vobis. [56] Non vos me elegiſtis, ſed ego [57] elegi vos, & [58] poſui [o] vos vt [59] eatis, & [60] fructum afferatis, & [61] fructus [62] veſter [63] maneat: vt quodcunque petieritis Patrem in nomine [64] meo, det vobis.

SENS. LIT. IN CAP. XV.

46. Int.ſ. vt Deum habeatis. Aug. vt quid nos diligit Chriſtus, niſi vt poſſimus regnare cum Chriſto? ad hoc ergo nos inuicem diligamus, qui ſe propter habendum Deum diligunt, ipſi ſe diligunt, qui aliter diligunt, non verè diligunt. 47. Int. vt ſicut poſui animam meam pro vobis, ita & vos pro fratribus, vt me imitemini, ſed non mihi comparemini. Gloſſ. Definit plenitudinem mutuæ dilectionis, quam habere præcipit. 48. Int. ponere animam pro amicis, non eſt dilectio, ſed effectus dilectionis. 49. Greg. hom. 27. vna eſt, & ſumma probatio charitatis, ſi & ipſe diligatur qui aduerſatur, mori Dominus pro inimicis veneral, & tamen poſiturum ſe animam pro amicis dicebat, vt oſtẽderet quia cum diligendo lucrum facere de inimicis poſſumus, etiam amici ſunt qui perſequuntur, qui verò tranquillitatis tempore non dat pro Deo tunicam ſuam, quomodo in perſecutione daturus eſt animam ſuam? charitatis ergo virtus vt inuicta ſit in perturbatione, nutriatur per miſericordiam in tranquillitate. Aug. ſicut Chriſtus pro nobis animam poſuit, & nos debemus animas pro fratribus ponere, hoc martyres ardenti dilectione fecerunt. 50. Aug. 8. de Trin. cap. 8. cùm duo ſint præcepta charitatis, Scriptura plerunque pro vtroque vnum ponit. Qui enim diligit Deum, conſequens eſt vt impleat, vt hic dicitur quæ præcipit Deus, adeoque vt proximum diligat. 51. Int. etſi prius. 52. Aug. ſicut ſunt duo timores, ita & duæ ſeruitutes. Eſt timor quem perfecta charitas foras mittit, eſt & timor caſtus permanens in ſeculum ſeculi: ad primam ſeruitutem ſeruos pertinentes Dominus intuebatur, dicens: Iam non dicam vos ſeruos. 53. Int. ſ. ille qui ſolo timore ſeruit, non ille de quo dicitur, Euge ſerue, &c. qui ſeruit ex amore. Aug. 54. Aug. omnia nota ſe feciſſe diſcipulis ait, quæ ſe nouit nota eſſe facturum in illa plenitudine de qua dicit Apoſtolus, Tunc cognoſcam, ſicut & cognitus ſum, alioquin enim multa eis non dixit, quia ſciebat portare non poſſe. Chry. Omnia. ſ. quæ eos audire oportebat. 55. Int. ego homo. Chryſ. per hoc quod dicit ſe audiſſe, oſtendit ſe nihil loqui alienum à Patre. 56. Aug. hæc eſt ineffabilis gratia, quid enim eramus quando Chriſtum nondum elegeramus, niſi iniqui & perditi? vana eſt enim illorum ratiocinatio qui nos dicunt electos, quia præſciuit nos Deus futuros bonos, non eligit Deus bonos, ſed quos elegit, facit bonos, alioqui gratia non eſſet gratia, non potes dicere ideo electus ſum quia iam credebam, ſi enim credebas in eum, iam elegeras eum: nec dicere, antequam crederem bona operabar, ideo electus ſum: quid enim eſt boni operis ante fidem? mali eramus, & electi ſumus, vt boni per gratiã nos eligentis eſſemus. Aug. de præd. Sanctorum cap. 17. Electi ſunt quidam ante mundi conſtitutionem ea prædeſtinatione qua Deus ſua futura facta præſciuit, electi autem de mundo ea vocatione qua Deus quod prædeſtinauit impleuit, quos enim prædeſtinauit, hos & vocauit. 57. Int. miſericordia præueni vos. 58. Aug. hinc apparet quod non eligit bonos, ſed quos eligit, facit bonos. 59. Int. ſ. volendo. ¶ per me viam, & hoc iterum gratia. Aug. Ipſe eſt via in qua nos poſuit vt eamus. Greg. hom. 17. velle, ire eſt. 60. Aug. de quo iam dixerat, Sine me nihil poteſtis facere. 61. Int. ſ. perſeuerando. Gregor. in hom. ſ. operando. 62. Int. i. dilectio, quæ eſt fructus noſter, quæ modò eſt in deſiderio, nondum in ſaturitate, & ipſo deſiderio quodcunque petieritis, &c. Aug. 63. Greg. in hom. quod pro æterna vita agitur, etiam poſt mortem ſeruatur. 64. Int. quodcunque petierimus in nomine Ieſu, dabit nobis pater. Aug. hoc petimus in nomine Saluatoris, quod pertinet ad rationem ſalutis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XV.

46. ſcilicet, vſque ad mortem. 47. pro, nullum maius amoris ſignum. s. nec eſt in Græcis, nec in Latinis correctoribus, & quidem ſenſum impedit. 49. id eſt, à ſe dilectis, etſi alioqui inimicis. 50. id eſt, vos mihi dilecti eritis. 51. quaſi dicat, etſi ſerui eſtis, habeo tamen loco amicorum. t. communiter, ſeu vt plurimum. v. id eſt, facere intendat q. ignorat Domini conſilia. 55. ſ. dicenda vobis. x. fortè præteritum pro futuro. ſ. faciendum id miſſo Spiritu ſancto. 58. i. conſtitui. 59. ſ. ad prædicandum, vel, pro, proficiatis, creſcatis.

Hæc mãdo vobis,vt diligatis inuicem.Si mundus vos odit:ſcitote quia me priorem vobis odio habuit.Si de mundo fuiſſetis:mundus quod ſuum erat diligeret.Quia verò de mundo non eſtis,ſed ego elegi vos de mundo,propterea odit vos mundus.Mementote ſermonis mei quem ego dixi vobis,Nõ eſt ſeruus maior domino ſuo. Si me perſecuti ſunt,& vos perſequentur.Si ſermonem meum ſeruauerunt,& veſtrum ſeruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum:quia neſciunt eum qui miſit me.Si non veniſſem,& locutus fuiſſem eis,peccatum non haberent:

Sens. Lit. In Cap. XV.

65. Auguſt.dixerat, poſui vos vt fructum afferatis, fructus autem noſter eſt charitas; Fructus (inquit Apoſtolus) ſpiritus charitas, de hac ergo mandat; meritò verò dilectionem ſæpè commendat, tanquam ſola præcipienda ſit, vt ſine qua non poſſunt prodeſſe cætera bona, & quæ non poteſt haberi ſine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Glo.oſtendit qui ſit fructus quem dixerat. Chry.quaſi dicat, quæ dixi ad dilectionem vos inducens dixi, vt diligatis inuicem. 66. Glo.oſtendit pro charitate omnia patienter ſuſtinenda. 67. Gloſſ.mundi nomine aliquando boni, aliquando mali deſignãtur, vna enim eſt maſſa,quæ tota in Adam periit,de qua,ſunt alia vaſa in honorem,alia in contumeliam.

a a. Auguſt. aliquando Eccleſia mundi nomine appellatur,vt illic,Deus erat in Chriſto(inquit)mundum reconcilians ſibi. mundus igitur odit mundum, inimicus reconciliatum, damnatus ſaluatum, inquinatus mundatum. 68. Int.grandis conſolatio membri ex capite. Auguſt. recuſat eſſe in corpore, qui non vult mundi odium ſuſtinere cum capite:debemus pro dilectione etiam mundi odium ſuſtinere,neceſſe eſt enim vt oderit nos,quos cernit nolle quod diligit. 69. Int. id eſt, contemptu.

70. Chry.aliam cauſam adjicit, oſtendens eſſe virtutis argumentum à mundo odio haberi, malitiæ verò diligi. 71. Int.ſ.damnato. 72. Aug.at mali etiam perſequuntur malos, ſcilicet, impij reges & iudices homicidas & adulteros puniunt:odit quidem mundus quod ſuum eſt, ex ea parte qua ſceleratis nocet,& diligit quod ſuum eſt,ex ea parte qua ipſis fauet. 73. Int.nunc. 74. Int. quia tunc de eo fuiſtis. 75. Int.gratis.Aug.vt de mundo damnato non eſſent electi,ſunt inde,non meritis ſuis,quorum nulla bona opera præceſſerant,non natura quæ tota in ipſa radice fuerat vitiata,ſed gratia. 76. Greg hom.9.ſuper Ezech. peruerſorum derogatio, vitæ noſtræ approbatio eſt, oſtenditur enim nos aliquid iuſtitiæ habere,ſi illis diſplicere incipimus,qui non placent Deo. 77. Auguſt.de ſe proponit exemplum ad mundi odia perferenda. ff. Auguſt.ſignificat ſeruum pertinentem ad timorem caſtum, qui permanet in ſeculum ſeculi. 80. Int.in quibus ego. 81. Int.non poteſt placere ſeruus,cui diſplicet Dominus. 82. Theoph.quod cùm non fecerint,nec veſtrum ſeruabunt. 83. Int.qui etiam meus.

84. Chry.aliam conſolationẽ proponit.ſ.Patrem cum eis contumeliam pati. 85. Int. quæ dixi odio habebunt,perſequentur,ſermonem contemnent.Aug. 86. Int.q.d.me in vobis odio habebunt,& perſequentur,& ſermonem, quia meus eſt, contemnent. Aug. tanto igitur miſeriores qui propter hoc nomen iſta faciunt,quanto beatiores qui patiuntur,quæri autem poteſt quomodo propter Chriſti nomen faciant,qui non propter iuſtitiam faciunt,ſed propter iniquitatem? Faciunt propter iuſtitiam quam oderunt,ſicut & boni perſequuntur malos propter iniquitatem,quam in illis oderunt. 87. Int.ſ.ea ſcientia de qua ſcriptum eſt,ſcire autem te,ſenſus eſt conſummatus.Aug. 88. Chry.ponit aliam conſolationem,oſtendens iniuſtè & in ſe,& in diſcipulos talia operaturos. 89. Aug.Iudæis locutus eſt Chriſtus, non aliis gentibus,in eis ergo voluit intelligi mundum,qui Chriſtũ odit,& diſcipulos eius. 90. Aug. magnum quoddam peccatum vult intelligi, quo tenentur cuncta peccata, quod ſi quis non habet, dimittuntur ei cuncta peccata,quod eſt non credere in Chriſtum,hoc peccatum ſi non veniſſet, non haberent. 91. Int.ſ.illi,de quibus ſuprà,Si me perſecuti ſunt,&c.

Addit. Avct. In Cap. XV.

65. q.d.ecce præcepta mea vnico & ſacris conclude.ſ.mutuæ dilectionis præcepto. b b. pro,cogitate. c c. id eſt.priuſquam vos,vel pro vobis excellentiorem, ſic ſuprà, quia prior me erat. 71. ideſt, mundani: d d. pro,eſſetis. e e. pro,eſſet. 86. ſ.odio nominis mei. 90. ſcilicet,incredulitatis,& perſecutionis nominis mei.

nunc autem [92] excuſationem non habent de [93] peccato ſuo. [94] Qui me odit, [95] & Patrẽ meum
odit. Si opera non [96] feciſſem in [97] eis, [gg] quæ [hh] nemo alius fecit, [98] peccatum non haberent;
[99] nunc autem & [100] viderunt, & [101] oderunt & me & Patrem meum. [ll] Sed vt adimpleatur ſer-
mo [102] qui in [103] lege eorum ſcriptus eſt: Quia odio habuerunt me [104] gratis. [105] Cùm autem ve-
[106] nerit [107] paraclitus, quem ego [108] mittam vobis à Patre [109] ſpiritum veritatis, [110] qui à Patre

SENS. LIT. IN CAP. XV.

92. Int.quia veni,& locutus ſum eis.Auguſt. habent de peccato hoc quod in Chriſtum non crediderunt, excuſationem, ij ad quos non venit Chriſtus, nec locutus eſt eis, ſed in eo numero non ſunt, ad quos per diſcipulos venit,non effugient tamen etiam illi damnationem,nemo enim ſaluatur, niſi in eo qui venit quærere quod perierat, quanquam alij leuiùs, alij grauiùs punientur. 93. Glo.quia non crediderunt me,ſed oderunt,quod peccatum etiam in Patrem redũdat, nam:qui me odit,&c. 94. Chry.quia cauſabantur propter Patrem,ſe Chriſtum perſequi, hãc excuſationem deſtruit. 95. Aug.cùm ſuperiùs dixerit,neſciunt enim qui me miſit,quomodo poſſunt odiſſe quem neſciunt? Non diligunt quidem Patrem veritatis,qui habent odio veritatem:nolunt enim ſua facta damnari, & hoc habet veritas, vt talia damnentur,neſciunt autem illam eſſe veritatem, quæ tales,quales ipſi ſunt,damnat:oderunt ergo quam neſciunt,& eum de quo nata eſt,& quia veritatem qua iudicante damnantur, de Patre Deo natam neſciunt,etiam ipſum neſciunt & oderunt. 96. Gloſſ.non ſolùm veni,& locutus ſum,ſed opera feci quæ videntes oderunt me & Patrem. 97. Int.non inter eos, vel coram eis,ſed in eis: quia eos ſanauit pro quibus debuerunt eum amare,non odiſſe.Aug. h h. Aug.Nemo tam multa tanta poteſtate fecit, in eis.ſ.eos ſanans,& quicunque aliquid eorum fecit,ipſo faciente fecit:ipſe verò fecit non illis facientibus; quod ſi hæc & Spiritus ſanctus fecit, nemo alius fecit,vna enim totius Trinitatis ſubſtantia. 98. Aug. ſ.hoc quod in eum loquentẽ & operantẽ non crediderunt. 99. Aug. cum beneficiis iis amorem retribuere deberent. 100. Int.ſ.illa opera. 101. Int.etſi neſcientes. Gloſſ.ſicut oderunt ſuam pœnam, ita & veritatem,quæ irrogat pœnam. 102. Int.ſ.in Pſalmis.Aug.15.de Trin.ca.17.Legis nomine aliquando omnia veteris Teſtamenti eloquia ſignificantur,& ita Dominus dicit,in lege ſcriptum,quod legitur in Pſalmis. 103. Int.i.quæ eſt eis data.Aug. 104. Aug gratis odit, qui nullum ex odio commodum quærit, vel incommodum fugit. ſic oderunt Deum impij, ſic diligunt iuſti, vt alia præter ipſum bona non expetant.Greg.25.mor.cap.16. Sicut nonnunquam grauius eſt peccatum diligere quàm patrare:ita nequius odiſſe iuſtitiam quàm non feciſſe. 105. Chry.hoc addit ne turbarentur diſcipuli, ita apud ſe dicentes,ſi oderunt & Patrem & te,ſi eis verba tua,& opera non profuerunt,quare nos mittis? quomodo fide digni erimus? Aug.q.d.me odio habuerunt,& occiderunt videntes, faciet autem paracletus eos in me credere,non videntes. 106. Int.ſponte,vt Deus. 107. Int. vt ſit fiducia conſolationis. Dyd. de Spiritu ſancto. ab operatione nomen imponit, reddit enim à perturbatione alienos, & incredibile gaudium tribuit: ſempiterna enim lætitia in eorum corda verſatur, quorum Spiritus ſanctus habitator eſt. 108. Int. ecce quod & Filius mittit à Patre, à quo ipſe eſt. Dyd. de Spiritu ſancto. Mittitur Spiritus à Filio vt à ſapientia & virtute. Theoph. aliàs dicit Patrem mittere Spiritum, nunc autem ſe miſſurum, æqualitatem denotans. 109. Int. vt ſit fiducia prædicatoris. Chryſ. Veritatis eum vocat ſpiritum,vt oſtendat quod erit fide dignus. 110. Int. ecce quod & Pater mittit. Theop. Eſt autem proceſſio ſingularis ſpiritus proprietas, vt naturalis ſubſiſtentia. Aug. Spiritus ſanctus Patris eſt & Filij,Spiritus Patris veſtri,inquit,qui loquitur in vobis, & Apoſtolus:Miſit Deus ſpiritum Filij ſui in corda veſtra;nam & ideo propriè vocatur Spiritus nomine Patri & Filio communi,vt in quo amborum communitas apparet,procedit quidem & à Filio Spiritus ſanctus, cùm eius etiam Spiritus ſit:vnde & poſt reſurrectionem inſufflauit,dicens:Accipite Spiritum ſanctum,dixit autem de Patre procedit, ad eum referens,quod ipſius eſt,ſicut cùm dicit,mea doctrina non eſt mea,ſed eius qui me miſit. Si igitur eius doctrina intelligitur quam dixit non ſuam,ſed Patris, quanto magis intelligendus eſt de ipſo procedere Spiritus ſanctus,de quo non dixit,de me non procedit? à quo autem habet Filius vt ſit Deus, ab illo habet vt procedat ab eo Spiritus ſanctus, & ſicut Pater cùm habeat vitam in ſemetipſo, dedit & Filio vitam habere in ſemetipſo,ſic ei dedit vitam procedere de illo,ſicut procedit & de ſeipſo.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XV.

97. i.inter eos,ipſiſq; videntibus. gg. pro qualia. ll. ſub.id faciunt ſ.vel me oderunt,vel Deus id permiſit. 102. i.veteri Teſtamento. 104. i.ſine cauſa. 110. non per hoc negatur procedere etiam à Filio,ſed indicatur Filium à Patre habere,quod etiam ab ipſo Spiritus ſanctus procedit.

procedit, ille[111] teſtimonium perhibebit de me: & vos[112] teſtimonium perhibebitis,[113] quia [114] ab initio mecum eſtis.

Sens. Lit. In Cap. XV.

111. Int.ſcilicet, manifeſtatione ſui, tantoque miraculo, vt qui putabatur mortuus, reſurrexiſſe & viuere probatus ſit. 112. Aug.dabit enim vobis fiduciam teſtimonium perhibendi, charitas Dei diffuſa in cordibus, &c. 113. Int.ſ.per eum. Aug. Ille cordibus veſtris inſpirando perhibebit teſtimonium, vos vocibus veſtris ſonando. 114. Int.ſcilicet, prædicationis meæ, ideo prædicare poteritis quod noſtis.

Addit. Avct. In Cap. XV.

111. & per miracula, & interius in mente. 113. ſcilicet, prædicatione.

CAPVT XVI.

HÆC[a] locutus ſum[1] vobis, vt non ſcandalizemini. Abſque[2] ſynagogis facient vos: ſed[3] venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur[4] obſequium[b] ſe præſtare[5] Deo.[6] & hæc facient vobis, quia non nouerunt[7] Patrem[8] neque me.[9] Sed hæc locutus ſum vobis: vt cùm venerit hora,[10] eorum[11] reminiſcamini,[12] quia ego dixi[13] vobis.[14] Hæc autem vobis[c] ab initio non dixi, quia[15] vobiſcum eram:[d] Et nunc vado

Sens. Lit. In Cap. XVI.

a. GLo.ſ.de odio mei, de Spiritu qui confirmabit, &c. 1. Aug.meritò promiſſo Spiritu ſancto, hęc ſubiungit: nam cùm charitas Dei diffunditur in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, ſit pax multa diligentibus legem Dei, vt nō ſit illis ſcandalum. 2. Chry.Iam enim decreuerant, vt ſi quis confiteretur Chriſtum, extra ſynagogā fieret. Aug.Quid mali erat expellere Apoſtolos de ſynagogis, quaſi non fuerint inde exituri etiamſi eos nullus expelleret? ſed hoc voluit denūciare Iudæos Chriſtum non recepturos, à quo iſti non erant receſſuri. Si cognoſcerent illi Chriſtum, non aliæ fierent Eccleſiæ Chriſti, aliæ ſynagogæ Iudæorum, quod, quia noluerunt, reſtabat vt remanentes extra Chriſtum, extra ſynagogam facerent eos qui non relinquerent Chriſtum. 3. Aug.q.d.nolite ſolitudinem formidare, ſeparati enim ab eorum congregationibus, tam multos in meo nomine congregabitis, vt illi metuentes ne templū & legis ſacramēta deſerantur, ſic interficient vos, vt Deo arbitrentur ſe præſtare obſequium, zelum Dei habentes, ſed non ſecundùm ſcientiam. 4. Int.ex ſtulta ignorantia. 5. Aug.occiſi ſunt & à gentibus martyres, ſed non illi arbitrati ſunt Deo, ſed diis ſuis falſis obſequium ſe præſtare, at Iudæi Deo ſe putabant præſtare obſequium, credebant enim deſeri Deum ab his, qui conuerterentur ad Chriſtum. 6. Chry.conſolationē inducit, quod propter ſe & Patrem hæc patiantur. 7. Int.ſ.eſſe. 8. Int. ſ.Filium. 9. Int.hæc fient, ſed ego prædixi, ne ignaros hæc & improuiſa turbarent, ſed præuiſa patienter ferantur. Aug. 10. Int.i.opportunitas. Aug.hora tenebroſa, nocturna, ſed nox Iudæorum ſeparatum à ſe diem Chriſtianorum nulla confuſione fuſcabit. 11. Int.ſ.malorum. 12. Int. & caueatis vobis.

13. Chry.prædixit, ne dicerent quod non præuidit futura, aut blandientem ea quæ erant ad gratiam ſolùm dixiſſe. 14. Int.ſ.de aduentu paracliti. c. Aug.at alij Euangeliſtæ prædixiſſe iſta demōſtrant, antequam ventum eſſet ad cœnam, qua peracta, ſecundùm Ioannem iſta locutus eſt. quin etiam Matthæus non ſolùm imminente paſſione, verùm etiam ab initio hæc denunciata commemorat. ſignificantur ergo non dicta ab initio quæ dicit de Spiritu ſancto quòd ſit venturus, & teſtimonium perhibiturus quando mala paſſuri eſſent, hoc non dixit ab initio, quia eius præſentia conſolabantur. Chry.prædixit quidem paſſuros flagella, ſed non eorum mortem putandam Dei cultum, quod eos maximè terrere poterat, vel prædixit paſſuros à gentibus, hic autem etiam à Iudæis. 15. Int.ego paracletus veſter. Chry. quia in cuſtodia mea eratis, & licitum erat interrogare quando volebatis, & in me totum prælium vertebatur. d. Glo.ita palam vt nemo interroget, quod viſu corporali cernat. Auguſt.

Addit. Avct. In Cap. XVI.

a. ſ.de odio mūdi & perſecutionibus. 1. adeoq; à fide, aut patiētia excidatis. 2. q.d.excōmunicabūt vos Iudæi. 3. pro, ſed & venit, ſeu, propè eſt tempus. b. Græ.λατρείαν, id eſt, cultum, q.d ſacrificium ſe putabit Deo facere. 11. coniungendum cum reminiſcamini, vt patet ex Græco. 13. pro, quod ego ea dixerim. c. ſcilicet, ita apertè, & diſtinctè. 15. cuius præſentia tuti eratis. d. ideo hæc vobis dico.

[16] ad eum qui miſit me,& nemo ex vobis [17] interrogat [18] me, [19] Quò vadis? Sed quia [20] hæc locutus ſum vobis,[21] triſtitia impleuit cor veſtrum. Sed ego veritatem dico vobis; expedit [22] vobis vt ego [23] vadam. ſi enim ego non abiero, paraclitus non veniet ad vos. ſi autem abiero,[e] mittam eum ad vos.Et cùm [24] venerit ille, [25] arguet mundum de [26] peccato, & [27] de iuſtitia, [28] & de [29] iudicio.[30] De [31] peccato quidem : [32] quia non [33] crediderunt in me.de [f] iuſtitia verò,quia ad Patrem [34] vado,& iam non videbitis

Sens. Lit. In Cap. XVI.

16. Int.& ideo opus eſt prædicare de illo. 17. Chry.audientes qui ſe interficerent,opinantes obſequium præſtare Deo, ita ceciderunt animo, vt nihil poſſent loqui. Aug. quia ſuperius interrogauerant quò eſſet iturus & reſponderat ſe iturum quò ipſi tunc venire nõ poſſent,nunc ita ſe promittit iturum, vt nullus eorum quò vadat interroget,euntem enim in cælum,non verbis quæſierunt, ſed oculis deduxerunt. 18. Int.ſ.iturum à vobis. 19. Int.ſ.à nobis. 20. Int.i.me iturum à vobis. 21. Aug. videbat Dominus quid ſua verba in eorum cordibus agerent, ſpiritualem enim conſolationem nondum interius habentes,quam per Spiritum ſanctum fuerant habituri,id quod exterius in Chriſto videbant,amittere metuebant; & quia ſe amiſſuros illo denunciante dubitare non poterant, contriſtabatur humanus affectus, quia carnalis deſolabatur aſpectus. Chry.non parua hæc erat conſolatio, ſcire quod Dominus ſciret eorum triſtitiæ abundantiam, & propter abſentiam eius, & propter mala quæ audierant ſe paſſuros, & neſciebant an poſſent viriliter ferre. 22. Int.vt ſpiritualiter iam me noſcatis, & carnaliter iam me noſſe deſiſtatis,ne verbo carne facto,quaſi lacte contenti ſitis. Aug.1.de Trin.cap.9.oportebat vt auferretur ab eorum oculis forma ſerui, quam intuentes, hoc ſolùm Chriſtum eſſe putabant quod videbant. 23. Int.ſi carni quã alui carnaliter hæſeritis, capaces ſpiritus non eritis.Aug.nunquid hic poſitus non poterat mittere?poterat quidem,ſed illi nõ poterant capere Spiritum, quamdiu ſecundum carnem Chriſtum noſſe perſiſtebant. Greg.8.mor.cap.17.q.d.ſi ab intentionis veſtræ oculis corpus non ſubtraho,ad intellectum vos inuiſibilem per conſolatorium Spiritum non perduco.Chry.quid hic dicunt qui non conuenienter de Spiritu ſancto ſentiunt? nunquid expedit Dominum abire,& venire ſeruum?

e. Glo.Spirituales ex carnalibus facti, capacius fuerant trinitatem habituri. 24. Chry.oſtendit quæ ſit vtilitas aduenientis Spiritus. 25. Int.ſ.per vos, qui modo timi[ti]s.Aug.nunquid Chriſtus non arguit mundum? arguit quidem non ſolùm Spiritus ſanctus, ſed & Chriſtus per ſuos diſcipulos mundum. An experimentum,inquit,quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus?dixit ergo de Spiritu ſancto,ille arguet mundum, q.d.diffundet in cordibus veſtris charitatem,ſic enim timore depulſo, arguendi habebitis libertatem. 26. Int.ſ.quod habet mundus. 27. Int.ſ.quam non imitatur. Gloſſ. non de ſua,ſed de credentium iuſtitia mundus arguitur,quorum comparatione damnatur. 28. Int.ſcilicet,quod non timet.

29. Int. exponit quod dixerat. 30. Int.ſ.ſuo. 31. Int.ſ.arguet. 32. Int. hoc ſpecialiter ponit, quia hoc manente,cætera manent. Aug.¶ Chry.q.d.omnem eorum excuſationem abſcindet,& oſtendet eos peccaſſe,non credentes in me,dum videbunt Spiritus ſancti donationem ineffabilem me inuocato fieri. Auguſt.de q.nou.& vet.Teſt.q.89.arguit Spiritus ſanctus de peccato:quia in nomine Saluatoris qui reprobatus eſt à mundo, virtutes operatus eſt. 33. Aug.de verb.Dom.Serm.61. Ipſum eſſe Chriſtum & dæmones crediderunt,ille verò credit in Chriſtum,qui & ſperat in Chriſtum,& diligit Chriſtum.

34. Aug.arguitur mundus de peccato,quia in Chriſtum non credit,de iuſtitia verò eorũ qui credunt: fidelium enim comparatio,infidelium eſt vituperatio;quia verò infidelium vox eſſe conſueuit,quomodo credimus quod non videmus;ideo credentium iuſtitiam ſic definiuit, quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me; beati enim qui non vident & credunt. Erit itaque veſtra iuſtitia de qua mundus arguitur,quoniam in me quem non videbitis,credetis. Aug.de verb.Dom.Ser.61.Illi non crediderunt,ipſe ad Patrem vadit,illorum ergo peccatum,ipſius autem iuſtitia:quod enim ad nos venit,miſericordia eſt; iuſtitia verò quod ad Patrem vadit, ſecundùm illud Apoſt.Propter quod & Deus exaltauit illum, Aug. de q.nou.& vet.Teſt.q.89.per id quod regreſſus eſt, probauit ſe inde veniſſe.Chry.Ire ad Patrem argumentum fuit,quod irreprehenſibilem vitam egiſſet,ne poſſint dicere,peccator eſt,& non eſt ex Deo.

Addit. Avct. In Cap. XVI.

17. q.d.iam præ triſtitia nihil quæritis,vt paulò antea. id eſt,reprehendet, vel conuincet. 33. *Græ. credunt. f. meã,ſcilicet,quã iuſtus ſum,& poſſum iuſtificare.*

me.

[35] me. de [36] iudicio autem, quia [37] Princeps mundi huius iam [*] [38] iudicatus eſt. Adhuc [39] multa habeo vobis dicere, ſed [40] non poteſtis [g] portare modò. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, [41] docebit vos [b] omnem [42] veritatem. [43] Non enim loquetur à ſe[44]metipſo, ſed quæcunque [45] audiet loquetur: & quæ

Sens. Liter. In Cap. XVI.

35. Int. iam talem non videbitis, & Paulus enim & Stephanus poſtea viderunt eum, ſed iam alium. Aug. videbitis, non mortalem, ſed ſempiternum. 36. Int. ſcilicet futuro. 37. Aug. id eſt, diabolus princeps iniquorum, qui corde in hoc mundo habitant, quem diligunt. 38. Int. ſcilicet foras miſſus, iudicio ignis reſeruatus. Aug. de verb. Dom. Ser. 60. hoc ipſo quod foras miſſus eſt, iudicatus eſt, & de hoc iudicio mundus arguitur, quia fruſtra de diabolo queritur, qui non vult credere in Chriſtum, quem iudicatum, id eſt, foras miſſum, & propter noſtram exercitationem forinſecus expugnare permiſſum, non ſolùm viri, ſed etiam mulieres & pueri martyres vicerunt. Idem in Iohan. Iudicatus, id eſt, iudicio æterni ignis irreuocabiliter deſtinatus, & de hoc iudicio mundus arguitur, quia cum ſuo principe iudicatur, quem ſuperbum & impium imitatur. credant itaque homines in Chriſtum, ne arguantur de peccato infidelitatis, quo peccata omnia detinentur; tranſeant in numerum fidelium, ne arguantur de iuſtitia eorum, quos iuſtificatos non imitantur; caueant futurum iudicium, ne cum mundi principe damnentur, quem imitantur Chry. ſi Chriſtus peccator eſſet non expugnaſſet aduerſariũ. non poſſunt ergo iam dicere, Dæmonium habet, ſeductor eſt. Aug. de q. vet. & nou. Teſt. Videntes dæmones animas de inferis ire ad cælos, cognouerunt adiudicatum eſſe principem huius mundi, vt reus factus in cauſa Saluatoris, quæ tenebat, amitteret. hæc quidem aſcendente Saluatore viſa ſunt, ſed ſuperueniente in diſcipulos Spiritu ſancto manifeſtata. 39. Aug. omnes hæretici figmenta ſua huius ſententię occaſione colorare conantur, quaſi hæc ſint quæ tunc diſcipuli portare non poterant. 40. Int. quia nondum venit Spiritus. Aug. quis noſtrum audeat eorum ſe dicere iam capacem, quæ illi capere non valebant? non ergo à me expectanda ſunt, vt dicantur. Abſurdiſſimè autem mihi videtur dici, tunc non potuiſſe portare diſcipulos, quæ de altiſſimis rebus inuenimus ſcripta poſtmodum in Apoſtolicis litteris. Quid enim eſt ferre non poſſe, niſi æquo animo non habere? certe vel catechumeni æquo animo legunt & audiunt, etiamſi non intelligunt, quæ poſt aſcenſionem Domini ſcripta ſunt. Didym. aliqua eis tradens, maiora in poſterum diſtulit, adhuc etiam legis vmbris & imaginibus ſeruientes, non poterant veritatem inſpicere, cuius lex vmbra erat. 41. Int. l. intus ſine ſono, aliàs, deducet in omnem veritatem. Aug. Docebit vos omnem veritatem, vel, deducet in omnem veritatem, quo verbo intelligimus eius nobis plenitudinem in vita alia reſeruari. Didym. id eſt, diriget, transferens vos à morte literæ ad ſpiritum viuificantem.

42. Int. ſcilicet, ſaluti neceſſariam. 43. Chry. hæc addit ne ob ea quæ dixerat, putarent maiorē Spiritum ſanctum. 44. Auguſt. ſimile eſt hoc illi, non poſſum à meipſo facere quicquam; ſic itaque debemus hoc accipere, vt intelligamus Spiritum ſanctum non eſſe à ſeipſo. Didym. non loquetur à ſemetipſo, id eſt, non ſine meo & Patris arbitrio, quia non ex ſe eſt, ſed ex Patre & me eſt, & quod ſubſiſtit & loquitur à Patre & à me illi eſt. 45. Aug. audire illi ſcire eſt, ſcire verò eſſe. Ab illo à quo procedit illi eſt eſſentia, ſcientia, & audientia, ſemper audit Spiritus ſanctus, quia ſemper ſcit. Didy. loqui Patrem, & audire Filium eiuſdem naturæ in Patre & Filio, conſenſuſque ſignificatio eſt; Spiritus verò ſanctus, qui eſt Spiritus veritatis & ſapientiæ, non poteſt Filio loquente audire quæ neſcit, cùm hoc ipſum ſit quod profertur à filio, id eſt, procedens veritas à veritate, conſolator à conſolatore, Deus de Deo. Auguſt. 2. de Trinit. cap. 3. non hinc efficitur vt minor ſit Spiritus ſanctus, ſecundùm hoc enim dictum eſt quod de Patre procedit. Aug. in Iohan. nō moueat quod verbum futuri temporis poſitum eſt, eſt enim illa ſempiterna audientia quia ſempiterna ſcientia, in ſempiterno autem ſine initio & ſine cuiuſlibet temporis verbum ponitur, nec mendaciter dicimus fuit, & eſt, & erit; fuit, quia nunquam defuit; erit, quia nunquam deerit; eſt, quia ſemper eſt.

Addit. Avct. In Cap. XVI.

35. ſcilicet, per me facto. Nota verò facta hæc per Apoſtolorum doctrinam & ſigna, & eodem ſpiritu operante in mentibus hominum. 39. ſic ſolemus dicere, habeo quæ tibi dicam. Erant autem hæc multa de fidei myſterijs, & Eccleſiæ gubernatione. g. id eſt, capere. 40. Græ. ὁδηγήσει. ducet, vnde Eccleſiam inducat in omnem, ſicut tuus promiſit Filius, veritatem. b. ſcilicet, ſaluti neceſſariam. 45. fortè, pro audit, id eſt, accipit à Patre & Filio.

[46] ventura ſunt, annunciabit vobis. Ille me [47] clarificabit: quia de [48] meo accipiet, & [49] annunciabit vobis. [50] Omnia quæcunque habet [51] Pater, [52] mea ſunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis. [53] Modicum, & [m] iam [54] non videbitis me: & iterum modicum, & [n] videbitis me: quia [55] vado ad Patrem. [56] Dixerunt ergo ex diſcipulis eius ad inuicem, Quid eſt hoc quod dicit nobis: Modicum & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, &, quia vado ad Patrem? Dicebant ergo, Quid eſt hoc quod dicit, Modicum? [57] neſcimus quid loquitur. [58] Cognouit autem Ieſus quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos, quia dixi, Modicum, & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me.

SENS. LIT. IN CAP. XVI.

46. Int. non ſolùm quæ futura in tempore, ſed magis æterna, quorum amore inflammat. Didy. per Spiritum veritatis futurorum ſanctis ſcientia certa conceditur, vnde & Prophetæ futura quaſi præſentia intuebantur. Bed. ventura annunciabit, id eſt, gaudia cæleſtis patriæ ad memoriam reducet; nunciabit etiam mala quæ vobis pro confeſſione Chriſti ventura ſunt. Chry excitauit per hoc eorum mẽtem: ad nihil enim ita auidum genus humanum, vt ad ſciendum futura, ab hac ergo eos ſollicitudine liberauit, oſtendens futura eis annuncianda, ne incauti errarent. 47. Aug. diffundendo in cordibus charitatem, & ſpiritnales faciendo, declarauit eis Filium Patri eſſe æqualem, quem ſecundùm carnem prius tantummodo nouerant. Item per ipſam charitatem fiducia repleti Apoſtoli, & timore depulſo annunciauerunt hominibus Chriſtum, & ſic eius fama toto orbe diffuſa eſt: quod enim facturi erant in Spiritu ſancto, hoc eundem ſpiritum dixit facturum. 48. Int.ſ. Patre à quo ego. Chry. id eſt, quæ ego dixi, dicet, & accipiet quæ ego ſcio, vna enim vtriuſque ſcientia. 49. Didym. dans Filius non priuatur his quæ tribuit, nec cum damno ſuo impartitur aliis, nec Spiritus ſanctus accipit quod ante non habuit, ſic eſt intelligendus Spiritus ſanctus à Filio accipere, vt vna cognoſcatur dantis & accipientis ſubſtantia, ſic & Filius à Patre accipit ea in quibus ſubſiſtit. Aug. non propterea minor eſt Filio Spiritus ſanctus, quia Filius à Patre accipit, Spiritus ſanctus à Filio. Itaque Chriſtus ipſe cùm dixerit, de meo accipiet, in ſequentibus declarat. 50. Didy. q. d. licet à Patre procedat Spiritus veritatis, tamen omnia quæ habet Pater, mea ſunt, & ipſe meus eſt, & de meo accipiet. 51. Didy. Patris nomine ſe Filium declarauit.

52. Didy. quæ Pater habet iuxta ſubſtantiam, id eſt, æternitatem, immutabilitatem, bonitatem, hæc eadem habet & Filius. Hil. 8. de Trin. docet à Patre accipienda, à ſe tamen accipi, quia omnia quæ Patris ſunt, ſua ſunt, non habet vniuerſitas diuerſitatem. 53. Chry. eos aſſuefacit æquo animo ferre ſuam ſeparationem, id enim audientes, & animo volutantes, rem ipſam, poſtmodum facilè laturos credibile erat.

54. Beda. ſequenti enim die crucifixus & ſepultus ab humanis eſt ſecluſus obtutibus. 55. Chry. conſolatur, oſtendens ſe non perire, ſed mortem eſſe tranſlationem. Glo. q. d. tempus eſt vt depoſita mortalitate. humanam naturam cælis inferam; eundo ad Patrem facturus erat, vt non eum vlterius mortalem viderent, poſt modicum verò tempus viſuri erant eum æterna viſione. Aug. modicum eſt hoc totũ ſpatium, quo præſens peruolat ſeculum. eſt autem illud, quia vado ad Patrem, referendum ad priorem ſententiam, ſcilicet modicum, & non videbitis me: quod autem poſtea dicit, modicum & videbitis me, vniuerſæ promiſit Eccleſiæ. videtur quidem hoc modicum nobis longum, quoniam adhuc agitur; ſed cùm fuerit finitum, ſentiemus quàm modicum fuerit. 56. Int. quia obſcurè dixit. Aug. 57. Chry. non intelligebant, vel propter triſtitiam, vel quia obſcura erant quæ dicebantur. Aug. quod illis tunc obſcurum fuit, iam nobis manifeſtum eſt, poſt paululum enim paſſus eſt, & non viderunt eum, rurſus poſt paululum reſurrexit, & viderunt eum. Glo. modico tempore, id eſt, triduo quo clauſus fuit, non eſt viſus; & iterum paruo tempore, id eſt, quadraginta diebus, viſus eſt. 58. Int. in hoc oſtendit ſe Deum, cùm ſine verbis eorum intellexit dubitationem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVI.

46. ſ. quæ ſcire expedit. 47. i. clarum reddet. 48 ſ. eſſentia, ſcientia. 53. i. paulo pòſt. m. iam, non eſt Græcè. n. ſ. poſt reſurrectionem. 55. adeóque mori debeo & reſurgere.

Amen,

[59] Amen, amen dico vobis, quia [60] plorabitis & flebitis vos, [61] mundus autem [o] gaudebit: vos autem contriſtabimini, ſed triſtitia veſtra [62] vertetur in gaudium. Mulier cùm parit, triſtitiam habet, quia venit [63] hora eius: cùm autem peperit [64] puerum, iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt [p] homo in [r] mundum. [65] Et [66] vos igitur nunc quidem [67] triſtitiam habetis. [68] Iterum autem [q] videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo [69] tollet à vobis. Et in illo [70] die me non [71] interrogabitis quicquam. [r] Amen, amen dico vobis, ſi [72] quid petieritis Patrem in [s] nomine meo,

Sens. Lit. In Cap. XVI.

59. Int. exponit quod dixerat. ſ. ſe moriturum, & reſuſcitandum. 60. Aug contriſtati enim ſunt de morte Domini. 61. Aug. ſ. inimici, à quibus Chriſtus occiſus eſt. Gloſſ. plorant omnes boni in ærumnis huius ſeculi, ſed mundi amatores gaudent. 62. Int. ſ. in reſurrectione & aſcenſione. Alc. Fideles per lachrymas & preſſuras ad gaudia æterna contendunt. 63. Int. ſ. pariendi. Aug. parturitio triſtitiæ partus gaudio comparatur. 64. Aug. tunc maius gaudium eſſe conſueuit, quando non puella, ſed puer naſcitur. p. Chry. non dixit puer, ſed homo, occultè ſuam reſurrectionem inſinuans. 66. Int. adaptat ſimilitudinem. 67. Aug. non ſumus ſine gaudio triſtes, ſed ſicut dicit Apoſtolus, Spe gaudentes, nam & mulier parturiens cui comparati ſumus, plus gaudet de mox futura prole, quàm triſtis eſt de præſenti dolore. 68. Int. quaſi dicat, poſt triſtitiam, victo impugnatore, remunerabo. q. Alcui. i. adſumam vos ad meipſum; vel iterum videndus apparebo. Aug. totius laboris ſui fructum Eccleſia nunc parturit deſiderando, tunc eſt paritura cernendo. 69. Int. quia gaudium ipſorum Chriſtus eſt, qui iam non moritur. Aug. nec vero finis nobis ſufficit, niſi cuius nullus eſt finis. 70. Int. ſ. æternæ viſionis. Chry. ſ. cùm reſurrexero. 71. Int. id eſt, non petetis, vel interrogabitis, quia tunc erit plena cognitio, & ſufficientia. Aug. verbum Græcum & petere, & interrogare ſignificat. Chry. non rogabitis quicquam, id eſt, non dicetis, oſtende nobis Patrem, & quo vadis? ſcietis enim per Spiritum ſanctum; vel, non rogabitis, id eſt, non indigebitis mediatore ad impetrandum, ſed ſufficiet nomen meum quod inuocantes omnia accipietis. Aug. at poſtquam reſurrexit, interrogatum legimus à diſcipulis, quãdo regnum reſtitueret Iſraël, rogatus eſt etiam à Stephano cùm eſſet in cælo, vt ſpiritum eius ſuſciperet, puto ergo quod hic dicit referendum eſſe ad tempus quando videbimus eum ſicuti eſt, vbi nihil deſiderandũ remanebit, nihil quærendum latebit. r. Glo. q. d. in futuro non rogabitis, ſed modò petite, & dabitur vobis. 72. Int. ſ. quod ſit aliquid nonnihil. Aug. i. aliquid quod non in beatæ vitæ comparatione ſit nihil. s. Aug. non petitur in nomine Saluatoris quidquid petitur contra rationem ſalutis, & qui ſentit de Chriſto, quod non eſt de vnico Dei Filio ſentiendum, non petit in eius nomine, accipit autem qui vt debet petit, quando debet accipere, quædam enim non negantur, ſed vt congruo dentur tempore, differuntur.

Sens. Myst. In Cap. XVI.

64. Int. non feminam, ſed maſculum, quia ad fructum æternæ contemplationis cunctæ actiones referuntur, non ad mollitiem huius ſeculi. Alc. mulier, Eccleſia, propter fœcunditatem bonorum operum, & quia ſpirituales Deo filios generat, hæc dum parit. i. virtutum profectibus inſiſtit, dum tentatur vndique & affligitur, triſtitiam habet: nemo enim carnem ſuam odio habuit, cùm autem peperit. i. deuicto laborum certamine, ad palmam peruenit, non meminit preſſuræ præcedentis propter gaudium perceptæ retributionis, quia natus eſt homo, fidelium. ſ. populus in vitam æternam. 65. Int. i. in vitam æternam. Beda non debet videri nouum ſi natus dicatur, qui ex hac vita migrauerit, vt enim procedens de matris vtero, in hanc lucem ingreditur, ita ſolutus à carnis vinculis, ad lucem æternam ſublimatur, vnde Sanctorum ſolennia, non funebria, ſed natalitia vocantur.

Addit. Auct. In Cap. XVI.

60. *ſcilicet, me patiente, & abſente.* o. *quaſi me victo, & ſublato.* 67. *ſcilicet, de meo diſceſſu.*
69. *Græc.* [illegible]*, tollit. i. tollere poteſt.* 70. *ſcilicet, poſt aduentum Spiritus ſancti, vel in cælo.*
71. *docti, ſcilicet, ſenſum Scripturarum.*

dabit[73] vobis. Vſque modò non petiſtis[74] quicquam[75] in nomine[76] meo. Petite,[77] & accipietis:[t] vt gaudium[u] veſtrum ſit[x] plenum. Hæc in prouerbiis[aa] locutus ſum vobis. Venit hora[z] cùm iam non in prouerbiis loquar vobis, ſed palam[bb] de Patre meo annunciabo[79] vobis. In[cc] illo die in nomine meo[80] petetis, & non dico[81] vobis[y] quia ego rogabo[82] Patrem de vobis. Ipſe enim Pater amat[83] vos, quia vos me amaſtis,[84] & credidiſtis[85]

Sens. Lit. In Cap. XVI.

73. Chryſ. oſtendit nominis virtutem, ſolùm enim nominatus apud Patrem, facit mirabilia, quaſi dicat, non exiſtimetis de reliquo non me futurum vobiſcum, aut vos derelictos, nomen enim meum magnam dabit ſecuritatem. Auguſt. beneficia ſignificantur quæ ad eos qui petunt propriè pertinent: exaudiuntur enim Sancti pro ſeipſis, non autem pro omnibus; non enim dictum eſt dabit, ſed, dabit vobis. 74. Int. conſiſi meæ præſentiæ. 75. Int. quod aliquid ſit comparatione rei permanentis. 76. Int. quod non cognouiſtis ſicut cognoſcendum eſt. Auguſt. vel non petiſtis quidquam, in comparatione enim rei quam petere debuiſtis, pro nihilo habendum eſt quod petiſtis. 77. Int. nunc autem petite, vt gaudium veſtrum ſit plenum, quod eſt in æternis, & verè accipietis. v. Aug. gaudium ſpirituale plenum erit, quando tantum erit, vt ei non ſit aliquid addendum. quidquid petitur ad hoc gaudium conſequendum pertinens, hoc eſt in Chriſti nomine petendum: quidquid autem aliud petitur, nihil petitur. quia in tanta rei comparatione nihil eſt. Auguſt. 1. de Trinit. Hoc eſt plenum gaudium quo amplius non eſt, frui Deo, Trinitate, ad cuius imaginem facti ſumus. x. Glo. quæ huc uſque dixi quaſi in prouerbiis (quæ ſolent homines audire, & non intelligere) dixi, quia animales eſtis, animalis autem, quæ de incorporea & immutabili ſubſtantia dicuntur, habet quaſi prouerbia.

78. Chryſoſt. tempus reſurrectionis dicit. Gloſſ. dato Spiritu, faciam vos ſpirituales, vt certiſſima intelligentia mentis, Deum, etſi non vt in futuro videatis, meque eiuſdem ſubſtantiæ intelligatis. Gregor. 30. moral. cap. 8. venturum tempus dicit quo de Patre palam annunciet, id eſt, per patefactam ſuæ maieſtatis ſpeciem, quomódo gignenti non impar oriatur, & quomodo vtrorumque ſpiritus vtrique coæternus procedit, oſtendat. Auguſtin. dicerem loqui de futuro ſeculo, vbi videbimus facie ad faciem, ſed hunc ſenſum impedit, quod ait, in illo die in nomine meo petetis: quid enim petemus cùm ſatiabitur in bonis deſiderium? petitio enim alicuius eſt indigentiæ, ſignificat ergo ſe diſcipulos de animalibus ſpirituales facturum, animali homini prouerbia ſunt, quæ de incorporea immutabilique ſubſtantia dicuntur, non enim intelligit: at ſpiritualis factus, certiſſima mentis intelligentia capit, Deum non corpus eſſe, ſed ſpiritum. Ita palam de Patre annunciante Filio, vt eiuſdem ſubſtantiæ conſpiciatur, & ipſe qui annunciat, in eius nomine petunt qui petunt, poſſuntque cogitare Dominum in quantum homo eſt, pro nobis interpellare Patrem, in quantum Deus eſt, nos exaudire cum Patre, quod ſignificauit, dicens: Et non dico vobis, quia rogabo Patrem pro vobis. 79. Int. intus in corde, non ante. 80. Gloſſ. Cognoſcetis enim verè & ſcietis, quod ſi vt homo rogo Patrem, vt Deus exaudio cum Patre. Theop. præbet illis fiduciam, quoniam recipient in tentationibus auxilium deſuper.

81. Theop. q. d. adeo vobis Patrem fauere aſſero, quod nec interuentu meo vlterius indigebitis.

82. Int. quia nihil tunc deerit. 83. Int. ideo ita exaltamini. 84. Theop. cùm itaque exciderítis ab amore meo, confeſtim & à Paterno decidetis. Aug. nunquid ideo amat ille quia nos amamus? an potiùs quia ille amat, nos amamus? Diligamus (inquit in epiſtola ſua Euangeliſta) quia ipſe prior dilexit nos. Amat ergo nos Pater, quia nos amamus Filium, cùm à Patre & Filio accepimus, vt & Patrem amemus & Filium, amauit quod fecit, ſed non in nobis faceret quod amaret, niſi antequam id faceret nos amaret. 85. Hil. 6. de Trinit. caret apud Patrem interceſſionis neceſſitate perfecta de Filio fides, quæ, quod à Deo exiuit, credit atque amat, & per ſe ipſam iam & audiri meretur, & amari, natum ex Deo Filium, miſſumque confeſſa.

Addit. Avct. In Cap. XVI.

76. i propter me, ſeu, merita mea, ſeu, inuocatione nominis mei. ſ. nondum eam formam orandi fuerant edocti. t. pro, atque ita fiet vt gaudium. aa. obſcurius. & velut per prouerbia, quæ ſolent eſſe obſcura. 78. pro, inſtat tempus. bb. apertè. cc. poſt aduentum Spiritus ſancti cœperunt Apoſtoli petere in Chriſti nomine. 81. q. d. non eſt opus vt dicam me pro vobis Patrem rogaturum. 84. cumulat Deus amantes donis maioribus.

quia ego à Deo[86] exiui.Exiui[87] à Patre,& veni[88] in mundum , iterum relinquo[89] mundum,
& vado[90] ad Patrem.Dicunt ei diſcipuli eius,Ecce,nūc palam[91] loqueris,& prouerbium
nullum dicis.nunc ſcimus quia ſcis omnia[92], & non opus eſt tibi[93] vt quis te interroget.
In hoc[94] credimus quia à Deo exiſti[95]. Reſpōdit eis Ieſus,Modò creditis[96]?Ecce venit ho[cc]-
ra,&[dd] iam venit[ee],vt diſpergamini vnuſquiſque in propria[98],& me ſolum relinquatis : &[99]
non ſum ſolus , quia Pater[100] mecum eſt.Hæc[ff] locutus ſum vobis ; vt in me[101] pacem[gg] ha-
beatis.In mundo[102] preſſuram habebitis,ſed confidite[103],ego[104] vici[105] mundum.

Sens. Lit. In Cap. XVI.

86. Int.ſcilicet,carne ſumpta nō tamen deſerui. 88. Int.ſcilicet viſibiliter.Hil.6.de Trinit.alterum in diſpenſatione,alterum in natura eſt:exiuit enim a Deo in ſubſtantiam natiuitatis,& in mundum venit ad conſommanda ſalutis noſtræ ſacramenta: ūm autem exire à Deo ſit ex natiuitate ſubſiſtere,quid aliud quàm Deus eſſe poſſet? 89. Aug. Exiit à Patre qui de Patre eſt , in mundum venit , quia mundo ſuum corpus oſtendit; mundum reliquit corporali diſceſſione , perrexit ad Patrem hominis aſcenſione, nec mundum deſeruit præſentiæ gubernatione; ſic enim exiens venit vt non dereſeret Patrem.

90. Gloſſ.Relinquit mundum ab aſpectu amatorum mundi quod viderant auferens; redit ad Patrem amatoribus ſuis,ſe æqualem Patri credendum docens; relinquit mundum corporali præſentia,vadit ad Patrem, humanitatem ad inuiſibilia Paternæ maieſtatis inducēs. 91. Int.palam loqui æſtimant,cùm dictorum eius nequeant comprehendere myſteria.Aug cùm promitteretur hora,in qua ſine prouerbiis locuturus eſſet, hoc dicūt,quia vſqueadeo non intelligunt,vt nec intelligāt ſe non intelligere,quæ Dominus, eis non intelligentibus,ſcit eſſe prouerbia. 92. Chry.hoc dicunt quia ad id quod erat in eorum mente reſpondit; vide autem eorum imperfectionem, qui poſt tot, & tanta demonſtrata dicunt , nunc ſcimus. Glo.confitentur eum ſcire omnia, quaſi Deum,& Dei Filium. 93. Int.ſ.ſcienti quid quæſiturus velit,aliis opus eſt interrogare ; quia aliter neſciunt quid quæſitor ſcire vellet.Aug.videntur dicere debuiſſe,non eſt opus vt quicquam interroges:ſoluitur autem hoc,non enim Chriſto interrogare,aut interrogari opus eſt,ſed aliis;nec enim interrogabat vt diſceret,ſed vt doceret, & qui interrogabant eum, illis id opus erat, vt ſcirent ab eo aliqua,qui nouerat omnia ; ille verò priuſquam interrogaretur, interrogatorum nouerat voluntatem. 94. Int.ſ.quod ſcis omnia. Auguſt. non erat magnum Domino præuidere cogitationes hominum, ſed magnum paruulis erat. Hil. 7. de Trinit. per id credunt à Deo exiſſe, quia ea quæ Dei ſunt,agit. 95. Hilar.7.de Trinit.Filij à Deo,exitio potius quàm partus eſt,eſt enim vnius ex vno,non portio,non defectio,non diminutio,non deriuatio,non protenſio,non paſſio,ſed viuentis naturæ ex viuente natiuitas;Deus ex Deo exiens eſt, & exiſſe ſignificationem habet natiuitatis, non inchoationis . 96. Beda poteſt pronunciari vel inſultando,quaſi tardius ad credendum euigilaſſent,vel affirmando. 97. Glo.venit hora paſſionis,in qua ita perturbemini,vt quod modò creditis,relinquatis. 98. Int.ſ.ob veſtræ infidelitatis torporem.Aug.quando comprehenſus eſt,non ſolùm carne ſua eius carnem, ſed & mente fidem reliquerunt.Chryſ.tantum vobis dominabitur timor,vt nec ſimul poſſitis recedere. 99. Chryſ.quaſi dicat,ſed ex hoc nullum patiar malum. Aug. volebat eos ad hoc extendi & creſcere,vt non ſic Filium à Patre cogitarent exiſſe, vt putarent etiam receſſiſſe. 100. Gloſ. hoc intelligenti eſt verbum,non intelligenti prouerbium. ff. Auguſt. non recentiora paulo antè ab eo dicta debemus accipere,ſed quæcunque illis locutus eſt, ex quo eos cœpit habere diſcipulos , ſiue ex quo poſt cœnam exorſus eſt hunc mirabilem,prolixumque ſermonem. 101. Chryſ.id eſt,vt non abiiciatis me à mente veſtra. gg. Auguſt.hæc pax finem temporis non habebit , ſed omnis piæ noſtræ intentionis actionisque finis ipſa erit. 102. Int.contra preſſuras hortatur.Chry.quaſi dicat,non ſolùm quando comprehendar accident vobis aduerſa,ſed donec eritis in mundo. Greg. 26. mor.cap.11.quaſi dicat, ſit vobis de me internus quod conſolando reficiat, quia erit de mundo externus quod ſæuiendo grauiter premat. 103. Int.id fecerunt dato Spiritu,& vicerunt;non vt prius reliquerunt ſolùm.Auguſt.non vult eos tales eſſe in preſſura,quam poſt eius aſcenſionem erant in mundo habituri , vt relinquant eum; ſed in eo pacem habeant permanentes;dato autem Spiritu,confiderunt, & vicerunt in illo:non enim viciſſet ille mundum,ſi membra eius vinceret mundus. Chryſ. Confidite , id eſt, reſurgite mente,magiſtro enim ſuperante inimicum,non oportet diſcipulos anxiari. 104.Int. Ego caput veſtrum vici,vnde magna ſpes membris. 105. Int.vici in me,& in meis.

Addit. Avct. In Cap. XVI.

94. propter hoc,ſeu hoc argumento,quaſi dicat, vel id ſufficere poteſt ad credendum. 95. i.miſſus es. 96. quaſi dicas, itáne modò creditis? vel quaſi dicat, nunc quidem creditis, at paulo pòſt apparebit quàm ſit iſta fides infirma. d d pro, iam adeſt. e e pro, qua diſpergemini. 98. ſ ſuum quiſque locum propria ſaluti conſulens. 99. pro, ſed.Heb. g g. pro, ſitis animo tranquillo, nec animum deſpondeatis, itaque ſequitur,confidite. 101. & vos per me vincetis.

CAPVT XVII.

HÆc[1] locutus eſt Ieſus:& ſubleuatis oculis in cælum,[2] dixit[a]: Pater, venit ho[3]ra,clarifica[4] Filium tuum[5], vt Filius tuus clarificet[6] te. Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis,[7] vt[b] omne quod dediſti ei,[8] det eis vitam æternam. Hæc eſt[c] autem vita æterna,Vt cognoſcant[d] te

Sens. Lit. In Cap. XVII.

1. IN t. Finito ſermone ad diſcipulos, ad Patrem verba conuertit, & orare cœpit.Chry.poſt admonitionem in orationem conuertitur,docens nos ad Deum confugere.Beda.hęc quæ in cœna locutus eſt ſedendo quidem,vſque ad illud,Surgite,deinde ſtádo vſque ad finem Hymni, cuius hoc eſt initium, Pater,&c. Glo.hæc.ſ.non ſolùm quæ in cœna, ſed etiam quæ ab initio, ſed maximè quæ in cœna, quæ dixit vt in illo pacem haberent, pro qua Chriſtiani ſumus, ſacramentis imbuimur, ſpiritus pignus accepimus,credimus,ſperamus,amamus. 2. Chry.docens nos in orationibus ſurſum aſpicere, non oculis carnis ſolùm,ſed etiam mentis. a. Aug.poterat Dominus orare ſilentio, ſed voluit nos docere.Glo. notam facit orationem, quæ & præſentium, & futurorum eſt ædificatio. 3. Int. quam cōſtitui tecum. Aug.oſtendit omne tempus, & quid quando faceret,vel fieri lineret,ab illo eſſe diſpoſitum,qui tempori ſubditus non eſt. Venit hora,non fato vigente,ſed Deo ordinante, abſit vt ſidera mori cogerent ſiderum conditorem. 4. Hil.3.de Trinit.conſpuendus erat,flagellandus, crucifigendus, ſed clarificat Pater deficiente ſole,tremente terra, proclamante Centurione. Aug. Si paſſione clarificatus dicitur, quanto magis reſurrectione? ait ergo,clarifica,&c.q.d. venit hora ſeminandæ humilitatis,fructum non differas claritatis. 5. Hil.3.de Trin.non ſolùm nomine ſe Filium conteſtatur, ſed & proprietate, dicens, tuum. Multi Dei filij,ſed ipſe proprius & verus;origine,non adoptione;veritate,non nuncupatione; natiuitate,non creatione. 6. Int.id eſt,notum faciat omni carni.Hil.3.de Trin.non eſt infirmus Filius, vicem clarificationis ipſe cùm clarificandus ſit,redditurus; expoſtulatio clarificationis dandæ, viciſſimq́; reddendæ, eandem in vtroque oſtendit diuinitatis virtutem. Auguſt.quomodo Filius Patrem clarificauit? erat in Iudæa tantummodo notus Deus,factum eſt verò per Euangelium Chriſti, vt Pater innoteſceret gentibus,ait ergo,Clarifica,&c. quaſi dicat, reſuſcita me, vt innoteſcas toti orbi per me. 7. Int.q. d. ſicut ei ſecundùm hominem dediſti poteſtatem carnis.i.hominis,ſic etiam dediſti, vt omne quod dediſti ei,det eis vitam æternam.Aug.omnem carnem dixit omnem hominem, à parte totum ſignificans. eſt autem hæc poteſtas Chriſto data, ſecundùm hominem.Hil.9.de Trin.acceptio poteſtatis,ſignificatio eſt natiuitatis, in qua accepit id quod eſt: non eſt infirmitati datio deputanda, manet enim Filius Deus æternæ vitæ dandæ ſumpta poteſtate. Chry. oſtendit non ad ſolos Iudæos, ſed ad totum orbem terrarum prædicationem extendendam.Aug.q.d.ſicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis, ita te glorificet Filius.i.notum te faciat omni carni quam dediſti ei. 8. Int.ſ.Filio. c. Glo.ſi eo modo Patrem clarificat Filius,ſicut dedit ei poteſtatem omnis creaturæ,& ſic dedit,vt omne quod dedit ei,det eis vitam æternam. & hæc eſt vita æterna,vt cognoſcant Patrem:ſic ergo Filius eum clarificat, vt omnibus quos dedit ei,Patrem cognitum faciat. d. Auguſt.ſi cognitio Dei eſt vita æterna,tanto magis in vita æterna,quanto magis in hac cognitione proficimus; erit autem hæc perfecta quando nulla mors erit; ſumma Dei tunc clarificatio quia ſumma gloria:definitur autem gloria frequens, de aliquo fama cum laude. quod ſi homo laudatur cùm famæ creditur, quomodo Deus laudabitur cùm videbitur? Beati qui habitant in domo tua,in ſecula ſeculorum laudabunt te. Aug.1.de Trinit.cap.8. quod Moyſi dictum eſt, Ego ſum qui ſum,hoc contemplabimur cùm viuemus in æternum.Gloſſ.hic ex parte cognoſcimus, in futuro cognoſcemus plenè.

Addit. Avct. In Cap. XVII.

3. id eſt,tempus à te præſcriptum. 4. ſcilicet, per reſurrectionem,aſcenſionem, miſſionem Spiritus ſancti,Euangelij prædicationem. 6. id eſt, clarum faciat nomen tuum in mundo per Euangelium,miracula,&c. quaſi dicat, Filij gloria tua erit. 7. id eſt, in homines omnes. b. pro, ad hoc vt electis det æternam vitam. c. ſ.hic inchoatur per Dei cognitionem.

ſolum

[9] ſolum Deum verum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Ego te [10] clarificaui ſuper ter-[11] ram : [12] opus conſummaui [13] quod dediſti mihi vt faciam : & nunc [14] clarifica me tu Pater apud [15] temetipſum, claritate quam habui [16] prius quam mundus fieret [17] apud te. [18] Manifeſtaui [19] nomen tuum [20] hominibus [21] quos dediſti [22] mihi [23] de mundo : [24] Tui erant, & [25] mihi eos [26] dediſti: & [27] ſermonem [28] tuum ſeruauerunt.

Sens. Lit. In Cap. XVII.

9. Hil.9.de Trin.non excluditur Filius, ſequitur enim, & quem miſiſti, &c. Vnigenito Deo naturæ demutationem naturalis natiuitas non intulit. Aug.6.de Trin.cap.9.& Pater ſolus eſt verus Deus, & Filius, & Spiritus ſanctus, & ſimul ipſa Trinitas, non tres Dij, ſed vnus verus Deus Idem in Ioan. Eſt ſolus verus Deus Pater, & quem miſit Ieſus Chriſtus, intelligitur verò etiam & Spiritus ſanctus; eſt enim Spiritus Patris & Filij, tanquam charitas conſubſtantialis amborum. 10. Aug.ſ. his quos dediſti mihi te cognitum faciens. Clarificatur Deus cùm annunciatus hominibus innoteſcit, & per fidem credentibus prædicatur. Hil.3.de Trin.non pertinet hoc ad diuinitatis profectum, ſed ad honorem qui ex ignorantium cognitione ſuſcipiebatur. 11. Chry.in cælo enim glorificatus fuerat, & ab Angelis adoratus; de ea ergo gloria loquitur, quæ ad culturam hominum pertinet. 12. Aug.at reſtabat adhuc paſſionis experimentum, conſummaſſe ergo ſe dicit, quod ſe conſummaturum certiſſimè nouit. Chryſoſto.cùm id quod maximum eſt, factum eſt. dici poteſt, totum iam factum : radix quidem bonorum ſubmiſſa erat, quam omnino debebat fructus ſequi. 13. Aug.non ait, iuſſiſti, ſed dediſti; vbi commendatur euidens gratia. quid enim habet quod non accepit, etiam in vnigenito humana natura? 14. Int.ſ.vt te clarificem. Aug.ſuprà dixit, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet te, nunc verò ego te clarificaui, clarifica me; ſed ſuprà ordo poſitus eſt, quo futurum erat, hîc autem eſt vſus verbo præteriti temporis de re futura, quaſi dicat, ego te clarificabo, opus conſummãdo, &c nunc clarifica tu me, &c. 15. Int.ſ.ad dexteram tuam collocãdo. 16. Int.ſ.ab initio ſic præordinatum eſt, vt Deus ſic hominem illum exaltaret.

17. Aug.Legendum ſic, quam habui apud te prius quàm mundus eſſet. Petit autem vt quam habuit claritatem in prædeſtinatione, habeat perfectione, & redditione.ſ.in dextera Patris, videbat enim glorificationis prædeſtinatæ tempus aduenisse. 18. Int. non quod iam ſit perfecta manifeſtatio, ſed quod certiſſimè futura. Aug.ſi tantùm hic diſcipulos intelligit, cum quibus cœnauit, nõ pertinet hoc ad illam glorificationem de qua ſuprà, quanta enim gloria eſt tam paucis innoteſcere? ſi autem omnes intelligit homines qui in eum fuerant credituri, hæc eſt glorificatio qua Filius clarificat Patrem, & tale eſt, manifeſtaui nomen tuum, quale ego te clarificaui; vtrobique præterito poſito pro futuro, apparet autem ex ſequentibus intelligendum, non de omnibus crediturus, ſed de his qui iam erant diſcipuli. Chry.oſtendit quale opus conſummauit.ſ.vt Dei nomen manifeſtaret. 19. Int.non quo diceris Deus, quod erat notum Iudæis, ſed quo diceris Pater meus, quòd ſine Filio non noſcitur. Augu.nam quod Deus dicitur nec gentibus incognitum : in hoc quod fecit mundum notus in omnibus Deus, in hoc quod non eum Dijs falſis colendus, notus in Iudæa Deus, in hoc quod Pater Chriſti nunc per Chriſtum manifeſtatus. Chry. ſe Filium Dei Patris manifeſtauerat iam & verbis & rebus. 20. Int.ſ.Apoſtolis. Glo. Diſcipulos intelligit, vnde poſtea: cùm eſſem cum eis, ego ſeruabam eos, &c. De cæteris verò addit, non pro his tantùm rogo, ſed pro eis qui credituri ſunt per verbum eorum. 21. Int.ſcilicet, inſtruendos. 22. Int.ſcilicet, homini. 23. Int.de quo iam non ſunt. Aug.ſed hoc eis regeneratio præſtitit non generatio. 24. Auguſt.an aliquid habuit Pater ſine Filio? habuit quidem aliquando Dei Filius, quod nondum habuit idem ipſe hominis Filius, qui nondum erat homo factus : dicens ergo, tui erant, non ſe ſeparauit, ſed ſolet ei tribuere omne quod poteſt, à quo ipſe eſt qui poteſt. 25. Auguſt.ſcilicet, ſecundùm hominem, dedit & ipſe ſibi eos, Deus homini. 26. Int.ſcilicet, ad docendum. 27. Bed.ſe Patris ſermonem appellat, quem memoriæ commendauerunt, vt nunquam obliuiſcantur. 28. Int.ſcilicet, in fide permanſerunt. Beda. Seruauerunt in eo quod mihi crediderunt.

Addit. Avct. In Cap. XVII.

9. *non excluditur Filius aut Spiritus ſanctus, ſed ſolùm falſi dij.* 11. *ſcilicet, quod mihi in terra perficiendum erat.* 14. *quaſi dicat, fac cognoſcant homines qui ſim ſ. Deus qui ſemper fui.* 19. *ſcilicet, Patris, vel tuam potentiam, bonitatem, &c.* 23. *ſ.ſegregatos.* 24. *ſ creatione & electione.* 26. *id eſt, per me ſaluandos credidiſti.* 27. *id eſt, doctrinam quam tuo nomine illis tradidi.*

Nunc cognouerunt[29] quia omnia quæ dediſti mihi, abs[f] te ſunt:quia[g] verba[30] quæ dediſti[h]
mihi,dedi[31] eis:& ipſi acceperunt[32],& cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderunt[33]
quia tu me miſiſti[34].Ego[35] pro eis rogo[l] , non pro mundo[36] rogo, ſed pro his quos dediſti[37]
mihi:quia tui[38] ſunt,&[39] mea omnia tua ſunt,& tua mea ſunt : & clarificatus[40] ſum in eis[41].
Et[42] iam non[43] ſum in mundo[44]:& hi in mundo ſunt,& ego[45] ad te venio.Pater[46] ſancte,ſer-[47]
ua eos in nomine[m] tuo,quos dediſti mihi[48]:vt ſint vnum[n],ſicut[49] & nos. Cùm[50] eſſem cum
eis[51] , ego[52] ſeruabam[*] eos in

Sens. Lit. In Cap. XVII.

29. Int.i.cognouerunt quia à te ſum , ſimul enim Pater dedit omnia cùm genuit. Beda. Didicerunt nihil eſſe in me extra te,& quod quæcunque doceo tua ſunt.Quidam autem legunt, nunc cognoui, ſed errant:quomodo enim poterat ignorare Filius quæ ſunt Patris? Auguſt.ſimul Pater dedit ei omnia cùm genuit,qui habet omnia. 30. Chry.q.d.didicerunt ex verbis meis. h. Aug.facilè eſt intelligere,ſi ſecundùm quod eſt Filius hominis accepiſſe à Patre credatur:ſi verò ſecundùm quod eſt genitus,nihil ibi temporis cogitandum,quaſi priùs fuerit.& ea non habuerit:quidquid enim Deus Pater Deo Filio dedit, gignendo dedit. 31. Int.ſ.intus. 32. Int.i.intellexerunt , & tenuerunt.Aug.tunc enim verbum accipitur,quando mente percipitur. 33. Int.ſimiliter verè.Aug.hoc crediderunt verè , quod cognouerunt verè,crediderunt autem verè,i.quomodo credendum eſt inconcuſsè,firmè, ſtabiliter, non iam ad propria redituri,adhuc diſcipuli tales non erant,quales eos dicit, verbis præteriti temporis prænuncians, quales futuri eſſent accepto Spiritu ſancto:eſt autem additum, crediderunt, ne illa cognitio putaretur per ſpeciem facta,non per fidem. 34. Int.quod eſt idem quod à te exiui.Aug. 35. Chry.loquitur Patri, dilectionem quam habebat ad diſcipulos oſtendens. l. Gloſſ.prima oratio fuit, Clarifica Filium, &c.iam pro eis rogat vt Pater ſeruet,&c. 36. Int.i.deditis mundo.Aug.id eſt,eis qui viuunt ſecundùm concupiſcentiam mundi. 37. Int.per quod iam nõ ſunt de mundo, pro quo non rogo.Aug.per hoc quod Deus Pater illi dedit,factum eſt vt non pertineant ad mundum , pro quo non rogat.Chry.Frequenter ponit, dediſti mihi,vt diſcant & hoc placere Patri , nec ſe à Chriſto, vt alieno ſeductos , ſed vt proprios ab eo acceptos. 38. Aug.non Pater quos dedit Filio amiſit. 39. Chry hoc addit , ne quis putet nouum eius principatum,& nuper eos accepiſſe à Patre.q.d.quia eos mihi dediſti , non exiſtimet quis alienos à te, nec quia tui ſunt,à me alienos,mea enim tua,& tua mea ſunt. 40. Chry.ex quo patet poteſtatem me habere ſuper eos,glorificant enim me tibi credẽtes & mihi.Aug.dicendo iam eſſe factum,oſtendit iam fuiſſe prædeſtinatum , & certum haberi voluit quod eſſet futurum. 41. Aug.ſ.dum eis innoteſcit , & per eos omnibus credentibus. Chry.etſi non appaream ſecundùm carnem , per hos glorificor , qui pro me moriuntur,ſicut & pro Patre,meque ſicut & ipſum prædicant. 42. Int.quia citò futurum.

43. Int.etſi prius fui.Aug.at erat Chriſtus in mundo:erat quidem , ſed quantocyus abiturus.vnde ſequitur, & ego ad te venio. 44. Int.ſ.corporali præſentia. 45. Int.exponit quomodo dixit , non ſum in mundo,ſciens aliquos inde mouendos. 46. Int.q.d.Pater,iam propè eſt aſcenſio, & ideo commendo tibi corporaliter quos relinquo.Auguſt.ſicut homo rogat Deum pro diſcipulis. 47. Int.ſed non ſine me. 48. Int.homini,vel verbo gignendo Pater omnia dedit. 49. Aug non ait,vt ſimus vnum ipſi & nos,ſicut & nos vnum ſumus : rogabat Chriſtus vt homo, ſed vt Deus vnum erat cum eo quem rogabat;vult autem ſuos eſſe conſpirante voluntate in vnum Spiritum,quodammodo charitatis igne conflatos,vt ſicut Pater & Filius non tantùm æqualitate ſubſtantiæ, ſed etiam voluntate vnum ſunt , ita & hi inter quos & Deum mediator eſt Filius, non tantùm per hoc quod eiuſdem naturæ ſunt , ſed etiam per eandem dilectionis ſocietatem vnum ſint. 50. Int.quaſi dicat, modò ſerua in tuo nomine in quo eos ſeruabam.Chry.rurſus vt homo loquitur. 51. Int.ſcilicet, corporaliter. 52. Int.ego Filius homo.
* Int.ſed non ſine te.

Addit. Avgt. In Cap. XVII.

f. id eſt, à te proficiſcuntur. g. pro,certè. 36. id eſt , mundanis , & reprobis. 39. & pro, quia. 41. ſ.mihi credentibus,& obedientibus. 43. ſum,pro ero.quaſi dicas,breui diſcedam.
45. pro,nam ego. 47. ſ.in bono. m. id eſt, virtute tua & bonitate,vel propter te. n. ſ.inter ſe. 49. ſ.imitando noſtram vnitatem.

nomi

[53] nomine tuo. [54] Quos dediſti mihi, ego cuſtodiui: & nemo ex eis [p] periit, niſi filius per-
[55] ditionis, vt [56] Scriptura [57] impleatur. Nunc autem ad te venio, & [q] hæc loquor [58] in [59] mundo,
[60] vt habeant gaudium [61] meum impletum in ſemetipſis. [62] Ego dedi eis [63] ſermonem tuum,
& mundus eos odio [64] habuit, [65] quia non ſunt de [66] mundo: [67] ſicut & ego non [68] ſum de mun-
[69] do. [70] Non rogo vt [71] tollas eos de mundo, [72] ſed vt ſerues eos à [73] malo. [74] De mundo non [75] ſunt:
[76] ſicut & ego non ſum de mundo. [77] Sanctifica eos in [78] veritate. [79] Sermo tuus

Sen. Lit. In Cap. XVII.

53. Chry.i.per tuum adiutorium, humanè enim loquitur. Aug.ſeruabat diſcipulos in nomine Patris, ſed & Pater in nomine Filij ſeruabat, quos in nomine Filij petentes exaudiebat, nō quidē viciſſim ſeruāt Pater & Filius, ſed ſimul nos cū Spiritu ſancto cuſtodiūt, ſed ita Dominus loquitur perſonas diſtinguens, non naturam ſeparans. Quando abſtulit Filius præſentiam corporalem à diſcipulis, tenuit eum Patre cuſtodiam ſpiritalem. 54. Aug.quando homo Filius accepit cuſtodiendos diſcipulos, non eos cuſtodiæ paternæ abſtulit, & cùm Pater dedit homini Filio, non dedit ſine Deo eodem ipſo Filio.

p. Chry.ſolus tunc ille periit, ſed multi poſtea. 55 Aug.ſ.traditor Chriſti perditioni prædeſtinatus.

56. Int.quæ hoc de illo prophetauit. Aug. qua de illo maximè in Pſalmo centeſimooctauo prophetatur. 57. Int.ſ.peracta obedientia. 58. Int.ſcilicet, electis filiis, per quos prædicatio impleatur.

59. Int.quia adhuc corpore in mundo. Aug.In mundo erat, quia nondum abierat, quodammodo autem iam non erat, vt ſuprà dixit, quia mox erat abiturus. 60. Chry.i.vt non perturbentur vtpote imperfecti. 61. Int.id eſt, à me eis collatum. Auguſt.quod hoc ſit gaudium, ſuprà expreſſit, dicens, vt ſint vnum, ſicut & nos vnum ſumus. hæc eſt pax & beatitudo futuri ſeculi. 62. Int. pro ego autem. Chry. rurſus cauſam aſſignat propter quam diſcipuli digni ſunt, qui diligenter à Patre cuſtodiantur. 63. Int. hoc abiens reliquit eis, & hæc eſt cauſa odij. 64. Int.hoc de ſecuturis paſſionibus dicit. Aug. nondum id experti fuerant, ſed more ſuo verbis præteriti temporis Dominus futura prænunciat. Chry. quaſi diceat, propter te, & propter ſermonē tuum odio habiti ſunt. 66. Int.ſcilicet, me liberante eos. 67. Aug. regeneratione collatum eſt eis, vt de mundo non ſint, nam generatione de mundo erant. 68. Auguſt. ipſe de mundo nunquam fuit, quia etiam ſecundùm formam ſerui de Spiritu ſancto natus eſt, de quo illi renati. 69. Int.q.d.etſi mundus odit, tamen non rogo, &c. 71. Auguſt.quamuis iam non eſſent de mundo, adhuc tamen neceſſarium erat eos eſſe in mundo. Beda. q. d.imminet tempus vt ego tollar de mundo, ideo neceſſe eſt vt illi nunc non tollantur, vt me & te primum annuncient. 72. Int. vbi adhuc neceſſarij ſunt, etſi non ſunt de eo. Aug. 73. Chry.non de periculorum ereptione ait ſolùm, ſed de permanentia in fide. 74. Aug.repetit eandem ſententiam. 75. Chry.ſuprà de natura loquens, dixit: quos dediſti mihi de mundo: hic verò loquitur de actibus malis. q.d. nihil eſt eis commune cū terra, ſed cæleſtium facti ſunt ciues, in quo amorem eis ſuum oſtendit, dum patri eos laudat. 76. Chry. hoc quod dicit ſicut, cùm de Chriſto & Patre ponitur, æqualitatem naturæ oſtendit, cùm autem dicitur de Chriſto & nobis, multa eſt diſtantia. 77. Int.pro ideo ſanctifica. 78. Aug. quæri poteſt quomodo de mundo non erant, ſi ſanctificati in veritate nondum erant, an quia & ſanctificati in eadem proficiunt ſanctitate, adiuuante gratia Dei ſanctificantur autem in veritate hæredes Teſtamenti noui, cuius veritatis vmbræ fuerunt ſanctificationes veteris. & cùm ſanctificantur in veritate, ſanctificātur in Chriſto, qui dixit, Ego ſum Via, Veritas, & Vita. Chry. Sanctificantur in veritate.i.ſancti fiunt per ſancti Spiritus donationem, & recta dogmata: videtur autem & mihi etiam aliud oſtendere, dicens: Sanctifica eos in veritate.i.ſegrega eos ſermoni, & prædicationi. Gloſſ. ſicut ex gratia tua incepta eſt ſanctificatio, per quam iam non ſunt de mundo, eadem gratia fac ſanctiores, vt perſeuerent in veritate. 79. Aug. Græcè λόγος, id eſt, verbum. Sanctificat ergo Pater in veritate, id eſt, verbo ſuo.

Addit. Avct. In Cap. XVII.

53. id eſt, virtute tua, vel, propter te. 55. pro, perditus, ſeu, perditioni obnoxius, vel qui perdendus erat. 56. quaſi dicat, iuxta Scripturam, quam impleri oportet. q. pro, ideo. 61. ſcilicet, quale habeo, vel quod dedi eis. 63. id eſt, docus qua ſuſſeras. 64 ſub. habebitque ſemper.
67. id eſt, de numero ſapientium, qui mundi ſunt. 73. id eſt, peccato, vel diabolo. 77. ſcilicet magis ac magis. 78. non vt qui legalibus ceremonijs conſecrabantur ad ſpiritualia miniſteria.
79. id eſt, doctrina Euangelica.

[80] veritas eſt. [81] Sicut tu me [82] miſiſti in mundum, ita & ego [83] miſi [84] eos in mundum. Et pro [85] eis [86] ego ſanctifico meipſum, [i] vt ſint & ipſi ſanctificati in [87] veritate. [88] Nõ pro eis autem [89] rogo tantùm, [i] ſed & pro eis qui [90] credituri ſunt per verbum eorum in me: [92] vt [93] omnes [94] vnum [95] ſint, ſicut tu Pater in me, [96] & ego [97] in te, vt & ipſi [98] in nobis [99] vnum ſint: [100] vt credat [101] mundus

Sens. Lit. In Cap. XVII.

80. Chry. nullum enim in eo mendacium, nihilque typicum. 81. Chry. pro quo Chriſtus miſſus eſt, pro hoc & ipſi: vnde Paulus, Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, & poſuit in nobis verbum reconciliationis; quod verò dicit ſicut, non ſimiliter & de eo, & de Apoſtolis ponitur, ſed vt erat poſſibile hominibus. 82. Int. in carne non peccati. 83. Int. vnde Apoſtoli dicũtur. Aug. Apoſtoli nomen Græcum eſt, Latinè miſſus. Chry. dixit, miſit more ſuo, quod futurũ erat factum dicens. 84. Int. liberatos à labe peccati. 85. Aug. per hoc quod Chriſtus factus eſt caput Eccleſiæ, illi mẽbra ſunt eius. 86. Aug. i. eos in meipſo ſanctifico. Chry. i. pro eis me offero tibi hoſtiã. ſanctæ enim dicuntur hoſtiæ, & quæcunque Deo dicantur: antiquitus autem ſanctificatio erat in figura, nunc autem in ipſa veritate. i. Aug. ſ. quemadmodum ego. 87. Aug. i. in me, verbum veritas eſt, in quo & ipſe Filius hominis ſanctificatus eſt ab initio, quando verbum caro factum eſt, tunc enim ſanctificauit ſe in ſe, i. hominem ſe in verbo ſe. Chry. Sint ſanctificati in veritate, quia & eos tibi offero; quod dicit, quia ipſe qui offertur, eſt caput eorũ, aut quia & ipſi immolantur, Exhibete (inquit Apoſtolus) membra veſtra hoſtiam viuentem, &c. 88. Aug. Cùm oraſſet pro diſcipulis, adiungit & cæteros, qui in eum fuerant credituri.

89. Int. ſ. vt ſeruentur à malo, & vt ſanctificentur. 90. Int. pro illis quorum iam fides incepta, reſurrectione & aſcenſione confirmabitur. Glo. pro his qui credituri ſunt vſque in finem mundi, vel qui iam credunt, ſed non tam perfectè, vt poſt reſurrectionem credituri ſunt. Aug. omnes ſuos intelligi voluit, non ſolùm qui tunc erant in carne, ſed etiam qui futuri erant. 91. Chry. conſolatur eos, oſtendens alijs ſalutis cauſam futuros. Aug. verbum fidei, quod prædicauerunt in mundo, ſignificatur. dicitur autem eorũm, quia ab ipſis eſt primitus, & præcipuè prædicatum, & Paulus per reuelationem Ieſu Chriſti ipſum eorum verbum accepit, & latro ille in fide ſua eorum verbum habebat: itaq; illa oratione pro omnibus quos redemit, ſiue tunc in carne viuentes, ſiue poſtea futuros, Redemptor noſter orauit. Pro mortuis autem iuſtis dici poteſt orandum non fuiſſe, qui cum magnis ſuis meritis hinc abierant. 93. Int. quod ſuprà de ſolis Apoſtolis, hoc de omnibus ſimul rogat. 94. Int. in fide, in charitate, in pace. Chry. in vnanimitate ſermonem concludit, ibi finiens vnde incepit, cœpit enim, dicens: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. 95. Chry. non ſignificatur æqualitas, ſed quãtum hominibus poſſibile eſt, veluti cùm dicitur: Eſtote miſericordes, ſicut Pater, &c. Hil. 8. de Trin. Volunt hæretici hinc in Patre & Filio vnitatem voluntatis, & dilectionis, & non naturæ aſtruere. ſed nõ poſſunt ſua impietate dictorum intelligentiam deſtruere: ſi enim regenerati in vnius vitæ & æternitatis natura ſunt, ceſſat in his ſolus vnitatis aſſenſus, qui vnum ſunt in eiuſdem regeneratione naturæ, ſoli autem Patri & Filio ex natura proprium eſt, vt vnum ſint, quia Deus ex Deo vnigenitus, non poteſt niſi in originis ſuæ eſſe natura.

96. Aug. ita eſt Pater in Filio, vt vnũ ſint, quia vnius ſubſtantiæ ſunt: nos verò eſſe quidem poſſumus in eis vnum, vnum tamen cum eis eſſe non poſſumus, quia non vnius ſubſtantiæ nos & ipſi ſumus. Sũt illi vnum in natura ſua, nos vnum in noſtra; ſunt ipſi in nobis vt Deus in templo; nos in illis, vt creatura in Creatore. 97. Int. ſ. rogo. 98. Aug. hoc additum eſt, vt quod vnum efficimur fideliſſima charitate, gratiæ Dei tribuatur, non nobis. Aug. 4. de Trinit. Diſſociati ab inuicem per diuerſas voluptates & cupiditates, mundantur per mediatorem, vt ſint in illo vnum. 99. Int. vnitas Sanctorum hic vel in futuro non eſt cauſa fidei, ſed merces. 100. Int. ita ſint vnum, vt credat, &c. 101. Aug. nunquid tũc crediturus eſt mundus, quando in Patre & Filio omnes vnum erimus? nõnne iſta eſt pax illa perpetua, ſi, dei merces? ſed & in vita hac non vt credamus, ſed quia credimus, vnum ſumus. quid eſt ergo vt omnes vnum ſint, & mundus credat? ipſi quippe omnes mundus eſt credens; dixit enim ſe rogare etiam pro his qui credituri ſunt, &c. Intelligendum ergo eſt, non in eo cauſam poſitam, vt credat mundus quia ipſi vnum ſunt, ſed rogaſſe vt vnum ſint; itémque vt mundus credat. Hil. 8. de Trin. Per id mundus crediturus eſt Filium à Patre miſſum, quod omnes credituri vnum in Patre & Filio erunt. Chry. quod credentes fiant vnum, valde ædificat ad fidem; vt contra ſcandalizat ab inuicem diuidi, vnde in hoc cognoſcent quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem, &c. ſi enim altercantur, non dicentur pacifici magiſtri diſcipuli, atque adeo non eius qui à Deo miſſus ſit.

Addit. Avct. In Cap. XVII.

83. i. ad prædicandum mittam. 86. pro ſanctificabo. ſ. paulò pòſt. i. offeram in hoſtiam ſanctam & ſanctificatam. 98. i. per nos, ſeu gratiam noſtram, vel per vnionem vobiſcum. 101. i. reliqui homines.

quia tu me miſiſti. [102] Et ego claritatem [103] quam tu dediſti mihi [104], dedi eis [105], vt ſint vnum [106], ſicut [107] & nos vnum ſumus. Ego in eis [108], & tu in me [109], vt ſint conſummati [110] in vnum : & cognoſcat [111] mundus [112] quia [113] tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. Pater [114], quos dediſti [115] mihi, volo [116], vt vbi ſum [117] ego, & illi ſint mecum [118] : vt [119] videant [120] claritatem meam quam dediſti [121] mihi, quia dilexiſti [122] me ante conſtitutionem mundi. Pater [123] iuſte, mundus [124] te [125] non

Sens. Lit. In Cap. XVII.

102. Int. quaſi dicat, pro eis vt homo rogo, & vt Deus facio quod rogo. Aug. 103. Int. ſcilicet, immortalitatis. Auguſtin. quam natura humana in illo fuerat acceptura: vtitur autem præterito tempore propter immutabilitatem prædeſtinationis. Chryſoſtom. claritatem dicit gloriam per ſigna & dogmata, & vt vnanimes ſint, vnde ſubdit: vt vnum ſint in nobis, &c. hæc enim gloria, vt ſint vnum, etiam ſignis maior eſt. 104. Auguſtin. etiam Filius ipſe ſibi dedit, ſed cùm tacet in opere Patris operationem ſuam, humilitatem commendat, cùm verò in opere ſuo tacet operationem Patris, paritatem commendat. 105. Int. id eſt, dabo tecum ego Deus. 106. Int. ſcilicet, in charitate.

109. Auguſtin. non hoc ita dictum eſt, tanquam Pater non in nobis, aut nos in Patre non ſimus, ſed per hoc Mediatorem inter Deum & hominem ſe breuiter intimauit. 110. Int. ſuprà tantùm vt ſint vnum, hic conſummati, ibi credat, hic cognoſcat. Auguſtin. oſtendit eò perduci reconciliationem quæ fit per Mediatorem, vt perfecta beatitudine perfruamur. 111. Auguſtin. quamdiu credimus quod non videmus, nondum ſumus conſummati, ſicut erimus cùm videbimus, talis eſt ergo hoc loco, quo de conſummatione loquitur, intelligenda cognitio, qualis erit per ſpeciem, non qualis eſt nunc per fidem. 112. Auguſtin. ipſi credentes ſunt mundus, non permanens inimicus, ſed ex inimico amicus effectus, vnde ſequitur: Et dilexiſti eos, &c. 113. Auguſtin. in Filio nos Pater diligit, quia in eo nos elegit, nec ideo pares ſumus vnigenito, nec enim ſemper, ſicut, æqualitatem ſignificat, hoc verò loco perinde dictum eſt, quaſi dicat, Dilexiſti eos, quoniam & me dilexiſti. Gloſſ. ſic ſuprà dictum eſt, Sicut me miſiſti, miſi eos, id eſt, quia me miſiſti, miſi illos. 114. Chryſoſtom. Loquitur de coronis eis repoſitis. 115. Aug. Ipſi ſunt quos à Patre accepit, quos & ipſe de mundo elegit; dixit enim ſuprà datam ſibi poteſtatem omnis carnis, &c. id eſt, omnis hominis, vt liberaret, & damnaret quos vellet. Gloſſ. Dediſti, id eſt, traxiſti ad me. 116. Int. quaſi dicat, quia dilexiſti eos in me, recipe eos mecum. Auguſtin. non poterat non fieri, quod omnipotenti Patri ſe velle dicit omnipotens Filius, cuius eſt cum Patre eadem voluntas. 117. Int. conſummandos in tantam ſpem erigit, qua maior non ſit. Auguſtin. Ibi ſe dicit, vbi mox futurus erat, ſcilicet, in cœlo, vbi ſerui formam ad dexteram Patris collocauit. Si autem velimus intelligere ſecundùm formam Dei, quod dictum eſt, non eſt opus inquirere vbi Filius ſit, nemo enim inueniet vbi non ſit. Gloſſ. Vbi ſum, inquit, ſic ſuprà Filius hominis, qui eſt in cœlo, qui eſt, inquit, non erit propter vnitatem perſonæ, in qua & Deus homo eſt, & homo Deus.

118. Auguſtin. eſſe cum illo magnum bonum eſt, nam & miſeri poſſunt eſſe vbi eſt ille, ſed beati ſoli ſunt cum illo, eſt cæcus vbi lux eſt, non tamen cum luce, ſed abſens eſt à præſente, eſt quidem fidelis cum Chriſto per fidem, ſed non per ſpeciem, de qua hic loquebatur, vnde ſubdit: vt videant claritatem meam. 119 ita mecum vt videant, &c. 120. Int. non ait credant, quia hoc eſt merces fidei, non fides. Auguſtin. ¶ Chryſoſtom. occultè inſinuat omnem requiem ibi eſſe Filium Dei videre.

121. Int. poſt crucem mihi homini. vel mihi Deo, cùm me genuiſti tibi æqualem. Auguſtin. tolletur verò impius, ne videat claritatem Domini, illam, ſcilicet, qua Deus eſt. Chryſoſtom. Dedit Pater claritatem quando eum genuit. 122. Interlin. in quo & nos dilexit, & prædeſtinauit tunc, quod in fine mundi faciet Auguſtin. ¶ Beda. Claritatem ergo vocat dilectionem, qua eſt dilectus à Patre ante mundi conſtitutionem. 123. Int. quaſi dicat, Ideo hoc eis volo, quia hi ſoli de mundo cognouerunt te.

124. Int. ſcilicet, iniquus. 125. Int. ſcilicet, iuſtum.

Addit. Auct. In Cap. XVII.

105. ſ. communicando filiationem prout capaces erant) iuxta illud; Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. 110. id eſt, perfecta unitate. 118. pro, opto. Hebr. 117. beatitudinem intelligit. 121. ſ. vt Deo & vt homini.

cognouit,[126] ego[127] autẽ te cognoui: & hi cognouerũt,[128] quia tu me miſiſti.[129] Et notũ[130] feci eis nomen[1] tuum,& notum[131] faciam: vt dilectio,[132] qua dilexiſti me,in[133] ipſis ſit,& ego in[134] ipſis.

SENS. LIT. IN CAP. XVII.

126. Theop q.d. Ego cuperem cunctos homines conſequi bona quæ fidelibus ſum precatus,ſed quia ignorauerunt te,ea non conſequentur. Chry. videtur hoc anxius dicere quod tam bonum & iuſtum cognoſcere noluerunt. Aug cognitionem mundo damnato non dedit, reconciliato dedit, ideo mundus non cognouit quia iuſtus es,hoc meritis eius,vt non cognoſceret, retribuiſti. ideo mundus reconciliatus cognouit quia miſericors es, & vt cognoſceret, non ex merito, ſed ex gratia ſubueniſti. 127. Int. Mediator. 128. Int.ſ.per me. 129. Int.per hoc cognouerũt quia tu me miſiſti, ergo gratia nouerunt. Auguſt. 130. Int.ſ.per fidem. Aug. 131. Int ſ.per ſpeciem. Aug. ¶ Chry. per Spiritum ſanctum eis perfectam cognitionem dando. 132. Aug. ſimilis eſt iſta locutio, Dilectio quàm dilexiſti me, illi Apoſtoli, Bonum certamen certaui, cùm vſitatius diceretur, Bono certamine, ſic vſitatè diceretur, Dilectio qua dilexiſti me, de Græco quidem illa tranſlata eſt, ſed ſunt ſimiles & Latinæ, ſicut dicimus, fidelem ſeruitutem ſeruiuit, ſtrenuam militiam militauit, cùm dici debuiſſe videatur, fideli ſeruitute, ſtrenua militia.

133. Aug. quia membra eius,& in illa diliguntur, cùm ipſe diligitur totus, id eſt, caput,& corpus.

134. Aug. tãquam in templo ſuo in nobis eſt, nos autem in illo ſecundùm quod caput noſtrum eſt. Chry. q.d. ipſis me amantibus, ego manebo in eis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVII.

1. id eſt, potentiam tuam. 131. ſcilicet, amplius miſſo Spiritu ſancto. 133. id eſt, dilectione ea illos proſequaris, qua me diligis.

CAPVT XVIII.

HÆc[1] cùm dixiſſet Ieſus,[2] egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis[3] trans Torrentem Cedron,[4] vbi erat hortus,[5] in quem introiuit ipſe & diſcipuli eius.[6] Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Ieſus

SENS. LIT. IN CAP. XVIII.

1. AVg. Non continuò hoc factum eſt cùm illa finita eſſet oratio, ſed alia quædam ſunt interpoſita, quæ ab iſto prætermiſſa, apud alios Euangeliſtas leguntur. Aug. de con. Euan. Facta eſt contentio inter eos, quis eorum videretur maior, vt eſt apud Lucam, dixitque Petro Dominus, Ecce ſathanas expetiuit, &c. Et ſicut Matthæus & Marcus aiunt: Exierunt in montem Oliueti hymno dicto, Venitque Ieſus, vt ait Mat. in villam Gethſemani, quem locum hic Ioannes commemorat. 3. Chryſ. Flumen pertranſit, & properat ad locum proditori cognitum, auferens his qui inſidiantur laborem, & diſcipulis oſtendens ſe ſponte ad mortem venire. 4. Al. cedrorum, genitiuus Græcus. Auctor. vide additionem. 5. Int. non ſtatim, ſed quibuſdam interpoſitis, quæ alij narrant. Aug non ante ingreſſus eſt quàm illa verba finiret, hoc enim ſignificat. Hæc cùm dixiſſet, &c. 6. vbi ipſe lupus inter oues locum prænotauerat. Aug. ibi lupus ouina pelle contectus, & inter oues alto patrisfamilias conſilio toleratus, didicit vbi ad tempus diſpergeret gregem, inſidiis appetendo paſtorem. Chryſ. hoc additur, ne audiens hortum, eum occultari exiſtimares.

SENS. MYST. IN CAP. XVIII.

2. INt. Tranſiens de Iudæis ad gentes. 3. Int. quia bibit de torrente huius ſeculi. 5. Gloſſ. in horto capitur, vt deleret peccatum commiſſum in horto deliciarum.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVIII.

2. ſ. hymno prius dicto, de quo alij Euangeliſtæ. 4. Græc. τῶν κέδρων. cedrorum, videtur additum τῶν, ab aliquo Hebraicè neſciente, eſt enim vox Hebraica קדרון. ſignificatq́; obſcuritatem, ſeu nigrorem.

conue

[7] conuenerat illuc cum diſcipulis ſuis. Iudas ergo cùm [8] accepiſſet cohortem, & à Pon-
[a] tificibus & [9] Phariſæis miniſtros: venit [10] illuc cum [11] laternis, & [12] facibus, & [13] armis. Ieſus
itaque ſciens omnia quæ ventura erant ſuper eum, [14] proceſſit, & [15] dixit eis, Quem quæ-
ritis? Reſponderunt ei, Ieſum Nazarenum. Dicit eis Ieſus, Ego [16] ſum. Stabat autem &
[17] Iudas, qui tradebat eum, cum ipſis. Vt ergo dixit eis, Ego ſum: abierunt retrorſum, &
[18] ceciderunt in terram. Iterum [19] ergo interrogauit eos, Quem quæritis? Illi autem dixe-
runt, Ieſum Nazarenum. Reſpondit Ieſus, [20] Dixi vobis, quia ego ſum. Si ergo me quæ-
[21] ritis, ſinite hos abire, [22] vt impleretur ſermo quem dixit, Quia quos dediſti mihi, non

SENS. LIT. IN CAP. XVIII.

7. Chry. ſæpe illuc cum diſcipulis conuenerat, de neceſſariis loquens, & quæ non erat fas alios audire: faciebat autem hoc in montibus & hortis, ſegregatum à tumultibus inquirens locum. Theoph. nouerat Iudas Dominum ſolitum in feſtis docere diſcipulos aliquid ſublime, idque in talibus locis: quia ergo erat tunc dies ſolemnis, putauit illic docere quæ ad celebritatem ſpectabant. 8. Aug. ſ. militum à Præſide, id autem factum, vt nemo tenentibus auderet obſiſtere contra legitimam poteſtatem. Chry. milites erant pecuniarum gratia omnia audentes. 9. Int. ſ. Iudæos. 10. Chry. Sæpe enim Chriſtus extra pernoctabat, iuiſſet autem ad domum, ſi putaſſet eum inuenire ibi dormientem. 11. Int. nox erat, ideo cum lucernis & facibus, vt ſi latere vellet, his quæreretur. Gloſſ. nocte tradunt, vt ſine turbis, quæ in die frequentes aderant, inueniretur. Theoph. faces afferunt & laternas, ne Chriſtus latens in tenebris fugeret. Aug. Sempiternus dies ita membris occultabatur humanis, vt cum laternis & facibus quæreretur occidendus à tenebris. 13. Aug. manus tanta fuerat congregata, & ſic armata veniebat, vt vel terreret, vel etiam repugnaret, ſi quiſquam Chriſtum defendere auderet. 14. Chry. ſæpe miſerant comprehendere, ſed non valuerant, nunc ſe ſpontè dedit. 15. Int. non ignorans quod vellent, ſed vt ſcirent eum eſſe quem quærebant. 16. Int. non abſcondit ſe, ſed oſtendit. Chry. in medio eorum exiſtens, excæcauit eorum oculos, alioqui vel Iudas potuiſſet agnoſcere, ſaltem ex voce; oſtendit ergo Dominus ſe non ſolùm comprehendi, ſed nec videri potuiſſe niſi vellet. 17. Int. quaſi neſcius facti eorum, vel potius vt ſigno oſculi eum traderet. Gloſſ. de oſculo hic tacetur, quod alij Euangeliſtæ hic dicunt. 18. Aug. vbi nunc militum cohors, vbi terror, & munimen armorum? vna vox turbam, odiis ferocem, armis terribilem, ſine telo vllo percuſſit, repulit, ſtrauit. Deus enim latebat in carne: quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? 19. Int. vt benè eum cognoſcant, ne errent in captione. Chry. manifeſtè oſtendit eis omnia quæ ſufficiebant, eos reuocare, ſed cùm permanerent in malitia, tradidit ſe eorum manibus.

20. Auguſt. audierant primò, ſed non comprehenderant, noluit enim hoc qui potuit quidquid voluit, ſed ſi nunquam ab eis ſe permitteret apprehendi, non faceret propter quod venerat, tenere volentibus, & non valentibus oſtendit poteſtatem ſuam; nunc verò ſe teneri permittit, vt faciat de neſcientibus voluntatem ſuam. 21. Chry. vſque ad vltimam horam dilectionem ad ſuos demonſtrat. Auguſt. inimicis iubet, & hoc faciunt quod iubet, ſinunt. ſ. abire quos non vult perire. 22. Chryſ. hoc ſubditur ne putetur fuiſſe eorum propoſiti, ſed virtutis eius qui comprehenſus fuerat.

SENS. MYST. IN CAP. XVIII.

12. Int. ipſi accenderunt ſibi lumen pœnale. 18. Aug. & nunc per Euangelium dicit Chriſtus, Ego ſum, & à Iudæis expectatur Antichriſtus, vt retrò redeant, & in terram cadant, deſerentes enim cæleſtia, terrena deſiderant. Greg ſuper Ezech. hom. 9 Electi in faciem, reprobi retrorſum cadunt, non enim vident vbi cadunt. ſ. cadunt in inuiſibilibus, quidque eos ſequetur modò videre non poſſunt: electi autem in viſibilibus ſe ſponte deiiciunt, vt in inuiſibilibus erigantur.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVIII.

8. ſ. Romanorum militum, nempe mille milites. a *i. Principibus ſacerdotum.* 21. *Imperatiuè dictum, & factum.* 22. *ſub. hoc dixit, vel factum eſt.*

perdidi

perdidi ex eis quenquam.[24] Simon ergo Petrus habens gladium,[25] eduxit eum:[26] & percuſſit [b] Pontificis ſeruum, & abſcidit [27] auriculam eius [c] dexteram. Erat autem nomen ſeruo Malchus.[28] Dixit ergo Ieſus Petro.[29] Mitte gladium tuum in vaginam.[30] Calicem quem dedit mihi Pater,[31] non [d] vis vt bibam illum? Cohors autem, & tribunus,[e] & miniſtri Iudæorum comprehenderunt Ieſum,[32] & ligauerunt eum,[33] & adduxerunt eum ad Annam [f] primùm,[34] erat enim ſocer Caiphæ,[35] qui erat pontifex

Sens. Lit. In Cap. XVIII.

23. Chry perditionem æternam dixerat, Euangeliſta verò etiam de præſenti morte accepit. Augu. nunquid non erant poſtea morituri? Cur ergo ſi tunc morerentur, perderet eos? niſi quia nondū in eum ſic credebant, quomodo credunt quicunque non pereunt. 24. Int. ardentior cæteris diſcipulis. Chryſ. confidens in prædicta voce Domini, & in iis quæ iam facta fuerant. 25. Int. i. cultellū. Chry. quomodo iuſſus non habere peram, nec veſtimenta duo, gladium habet? mihi videtur hunc formidans præparaſſe dudum. Theoph. ad vſum agni illo antea indigens ferebat etiam poſt cœnam. 26. Chry. quomodo iuſſus non alapam dare, homicida fit? non ſe vleiſcebatur, ſed magiſtrum. Denique nondū perfecti erāt, poſtea verò Petrus verberatus, humiliter fert. 27. Chry. ad caput impetum fecerat. 28. Aug. Solus hic Euangeliſta nomen ſerui expreſſit, ſicut Lucas ſolus quòd Dominus eius auriculam tetigerit, & ſanauerit eum. Chry. fecit Dominus miraculum, erudiens nos, malefacientibus bene facere, & ſuam etiam virtutem demonſtrans. Poſuit autem Euangeliſta ſerui nomen, vt legentibus liceret quærere ſi verè factum ſit. Dicit verò ſeruum ſummi Pontificis, quia magnum eſt curaſſe eum, qui paulo pòſt alapam daturus erat. 29. Aug. factum Petri Dominus improbat, & vlterius progredi prohibet: commonendus fuit ille ad patientiam, & hoc ad intelligentiam conſcribendum Gloſſ. quaſi dicat, quieſcat vindicta.

30. Int. ſcilicet, paſſionis. Chry. oſtendit non illorum virtutis eſſe quæ fiebant, ſed ſuæ conceſſionis, ſéque non Deo contrarium, ſed obedientem vſque ad mortem. Theoph. Paſſionem dicit calicem, oſtendens quàm ſibi grata ſit & acceptabilis pro hominum ſalute. 31. Int. vt Apoſtolus ait, Pro nobis omnibus tradidit eum. Aug. eſt autem auctor calicis etiam ipſe qui bibit, vnde idem Apoſtolus: Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſeipſum pro nobis. d. Int. q. d. cur reſiſtis? 32. Aug. non ſic acceſſerunt, vt in Pſalmo dicitur, Accedite ad eum & illuminamini: ſi ſic accederent, non cum manibus occidendum, ſed corde recipiendum comprehenderent. Comprehenderunt & ab eo longiùs receſſerunt. Gloſſ. Mos erat Iudæis, quem morte dignum iudicarent, vinctum Præſidi tradere. 33. Aug. à quo potiùs ſolui velle debuerunt, & erant fortè in eis, qui poſtea liberati ab eo, dixerunt: Dirupiſti vincula mea. 34. Int. cauſa cur ad eum. 35. Aug. intelligendum eſt hoc Caypham fieri voluiſſe. Beda. voluit Cayphas minoris criminis reus haberi, dum à conſimili Pontifice damnaretur; vel fortè ſic eius domus ſita erat, vt eam præterire non poſſent, vel diuinitus factum eſt, vt qui erant affines ſanguine, ſociarentur in ſcelere.

Sens. Myst. In Cap. XVIII.

28. Aug. Malchus interpretatur regnaturus: auris ergo pro Domino amputata, & à Domino ſanata, ſignificat auditum amputata vetuſtate renouatum, quod cui præſtitum fuerit, dubium non eſt regnaturum cum Chriſto, ſeruus inuentus eſt, quod ad illam pertinet vetuſtatem quæ in ſeruitutem generat, ſed cùm acceſſit ſanitas, figurata eſt & libertas. Theoph. abſciſſio auris dextræ ſerui Principis ſacerdotum, ſignum ſurditatis, quæ præcipuè in Sacerdotum Principibus inoleuerat, reſtitutio verò ſignificat vltimam reparationem intellectus in Iſraëlitis, veniente Helia. 29. Gloſſ. Conuerte verbum prædicationis ad gentes, vbi, ſecundùm Paulum, oſtium apertum, & ingens inueniatur, vel poſtquam plenitudo ſubintrauerit. Petro dicit, id eſt, prædicatoribus, Mitte verbum prædicationis ad Iſraël.

Addit. Auct. In Cap. XVIII.

23. etiam de ſalute corporis intelligitur. 26. ſ. non expectato Chriſti reſponſo, ad illud: Domine ſi percutimus in gladio? b. Summi ſacerdotis. c. & id & Malchi nomen ad hiſtoriæ certitudinem pertinet, quanquam etiam ad myſterium ſignificandum. e. Græc. χιλίαρχος, Præfectus mille. f. qui eum ſtatim miſit ad Caypham, in cuius domo facta quæ ſequuntur.

[36] anni illius.[37] Erat autem Caiphas, qui conſilium dederat Iudæis, Quia [38] expedit vnum
hominẽ mori pro populo.[39] Sequebatur autẽ Ieſum Simon Petrus, & [40] alius diſcipulus.
Diſcipulus autem ille erat [41] notus Pontifici,& introiuit cum Ieſu in atrium Pontificis.
Petrus autẽ ſtabat ad oſtium [42] foris. Exiuit ergo diſcipulus alius qui erat notus [43] ponti-
fici,& [g] dixit oſtiariæ:& [44] introduxit Petrum.[h] Dixit ergo Petro ancilla oſtiaria, Nũquid
[45] & tu ex diſcipulis es hominis illius?Dicit ille,[46] Non ſum.Stabant autẽ ſerui & miniſtri
ad prunas,quia [47] frigus erat, & calefaciebant ſe.Erat autem cum eis & Petrus ſtans, &
calefaciens ſe.Pontifex ergo interrogauit Ieſum de [48] diſcipulis ſuis, & de [49] doctrina

Sens. Lit. In Cap. XVIII.

36. Beda. Erat quidem præceptũ in lege vt vnus eſſet ſummus Pontifex, cui mortuo ſuccederet filius, ſed iam Põtificatus erat ambitione infectus. Glo. Erant eo tempore duo ſacerdotum Principes, vt Lucas ait, Annas & Cayphas, qui viciſſim annos ſuos agebant, erat verò tunc annus Cayphę. Alcui. Refert Ioſephus iſtum Caypham, vnius anni ſacerdotium emiſſe. non ergo mirum iniquũ pontificem iniquè iudicaſſe. Sæpè qui per auaritiam ad ſacerdotium accedit, per iniuſtitiam in eo verſatur. 37. Chry. recolit prophetiam, quod eius mors ſalus ſit orbis, ne audiens vincula, turbetur auditor. 38. Chry. tãta eſt veritatis excellentia, vt eam etiã inimici perſonent. 39. Int. ex deuotione. Alc. à longè tamen propter timorẽ. 40. Aug. quis ille ſit, non temerè affirmandum, ſolet quidem Iohannes ſe ita ſignificare, & addere, quem diligebat Ieſus; fortaſſe ergo & hic ipſe eſt. Chry. ſe occultat Iohannes humilitatis gratia, vt qui narret ſe omnibus fugiẽtibus ſecutum; præponit autẽ ſibi Petrum; coactus eſt autem ſui meminiſſe, vt ſcias eum certò narrare quæ facta ſunt in atrio, quaſi intus exiſtentem. 41. Chry. hoc addit, ne magnum quiddam videatur quod ſecutus eſt, quaſi fuerit excelſæ mẽtis factum. 42. Chry. quod illuc venit, amoris fuit, quod non intrauit, timoris. 43. Int. ſ. Annæ. 44. Chry. indicat intraturũ fuiſſe Petrũ, ſi ei fuiſſet conceſſum. Dixit verò oſtiariæ, & non ipſe introduxit, quia Chriſto adhærebat, & eũ ſequebatur. 45. Chry. hoc dicit, quia Ioannes intus erat. 46. Chry. quid dicis ô Petre? nonne prius dixiſti, Si oportuerit, pro te animam meã ponam? oſtiariæ interrogationem non fers? non miles interrogat, ſed oſtiaria vilis; nec dicit ſeductoris diſcipulum, ſed hominis illius, quod miſerentis erat. Aug. mirũ non eſt ſi Deus vera prædixit, homo autẽ falſa præſumpſit. Aduertendum autẽ hic nõ ſolùm ab eo negari Chriſtum, qui dicit eũ nõ eſſe Chriſtum, ſed etiam qui ſe negat Chriſtianum; negauit Chriſtum Petrus, cùm ſe Chriſti negauit diſcipulũ. Dixerat autem Dominus, me negabis. negauit Petrus ſe Chriſtianum, cùm multi poſtea pueri & puellæ mortẽ pro Chriſti cõfeſſione cõtempſerint, regnumq́ue cælorum fortiter introierint, quod tunc iſte non potuit, qui eius claues accepit; ecce vnde dictum eſt, Sinite hos abire, &c. quia quos dediſti mihi non perdidi ex eis quenquam, vtique ſi Petrus, negato Chriſto, hinc iret, periret. Chry. Ser. de Petro & Helia. Ideo permiſit Deus vt laberetur Petrus, quo erga peccãtes duriorẽ ſententiam proprij caſus intuitu temperaret; peccauit orbis terrarum magiſter, & veniã impetrauit, vt hæc Indulgentiæ norma iudicantibus præberetur. Ideo non commiſſa eſt Angelis ſacerdotij poteſtas, ne cùm ipſi non peccent, ſine miſericordia in peccatoribus vindicarent, ordinatur paſſibilis homo ſupra homines, vt dum in alijs ſuas recolit paſſiones, mitem ſe præbeat & benignum. 47. Aug. Frigus erat, quale ſolet æquinoctio verno accidere. 48. Chry. quia Chriſto nullum crimen inferre poterãt. De diſcipulis interrogant, fortè vbi eſſent, vel cuius gratia eos collegiſſet, volebãt enim quaſi ſeditioſum, & nouatum rerum factorem arguere. 49. Theoph. ſ. cuiuſmodi foret vtrum à lege diſcrepans, &c. Alc. non cognoſcendæ veritatis amore interrogat, ſed vt cauſam inueniat accuſandi, & Romano Præſidi tradendi, ſed Dominus ita temperauit reſponſum, vt nec veritatem taceret, nec ſe defendere videretur.

Sens. Myst. In Cap. XVIII.

42. Int. fõris ſtabat qui negaturus erat. Alcui. nec erat in Chriſto, qui Chriſtum confiteri non eſt auſus. 47. Int. ſ. infidelitatis. Greg. 2. mor. cap. 2. iam intus à charitatis calore pectus torpuerat, & ad amorem præſentis vitæ, quaſi ad perſecutorum prunas, infirmitate æſtuante recalebat.

Addit. Auct. In Cap. XVIII.

40. quidam putant fuiſſe aliquem ciuem Hieroſolymitanum, non Iohannem, nec enim probabile piſcatorem familiarem fuiſſe pontifici. g. pro, iuſſit, vel rogauit. h. ſ. cùm eum videret in atrio ſe calefacientem. 48. ſcilicet, qui eſſent, & in quem vſum aſſumpti. 49. ſcilicet, qualis eſſet.

eius.Reſpondit ei Ieſus, Ego [50] palam locutus ſum mundo. Ego [l] ſemper docui in ſyna-
goga,& in tēplo,quo omnes Iudæi cōueniunt: [m] & in occulto locutus ſum nihil.Quid
[51] me interrogas? [52] Interroga eos qui audierūt quid locutus ſim ipſis:ecce, hi ſciant quæ
dixerim ego.Hæc autē cùm dixiſſet, vnus aſſiſtens miniſtrorū dedit alapam [53] Ieſu,di-
cens:Sic reſpōdes pōtifici? [54] Reſpōdit ei Ieſus, [55] [56] Si malè locutus ſum,teſtimoniū [n] perhibe
de malo:ſi autē bene,quid me cædis: Et miſit [57] eū Annas ligatū [o] ad Caypham [58] pontifi-
cem.Erat autē Simon Petrus [59] ſtans,& calefaciens ſe.Dixerunt [p] ergo ei,Nunquid & tu
ex diſcipulis eius es? Negauit [60] ille,& dixit:Non ſum.Dicit [61] ei vnus ex ſeruis pontificis,

Sens. Lit. In Cap. XVIII.

50. Aug.at nec diſcipulis loquebatur palam, ſed id ſe poſtea facturum promittebat. adde quod ſolis diſcipulis remotus à turbis,parabolas aperiebat.Ait ergo,palam locutus ſum, quaſi dicat, multi me audierunt,quod turbis palam non erat,quia non intelligebant:quod verò ſeorſum diſcipulis loquebatur, non in occulto loquebatur:quis enim in occulto loquitur corā tot hominibus? præſertim ſi per eos velit, quod loquitur,multis innoteſcere? Chry Locutus eſt quidem in occulto,ſed non,vt illi putabant, trepidans,& ſeditionem faciens,ſed vbi altiora quædā,& ſuprà multitudinis captum loquebatur. 51. Glo.ſ. à quo veritatē audire non deſideras? interroga magis eos,de quorū dictis non habes inuidiā. 52. Chry. q.d.interroga inimicos meos qui inſidiantur mihi;verba ſunt confidentis in dictorū veritate; hæc enim eſt veritatis maxima demonſtratio,cùm inimicos quis inuocat teſtes.Augu.ipſa quæ audierant, & non intellexerant,talia erant,vt non poſſent iuſtè & veraciter criminari,& quoties interrogandō tentarunt, vt inuenirent vnde accuſarent,ſic eis reſpōdit,vt omnes eorum retunderentur doli,& calumniæ fruſtrarentur. 53. Alc.hic impletur illa prophetia, Dedi maxillam meam percutientibus. 54. Aug.de con. Euang.hic oſtenditur quod Annas pontifex erat. 55. Iut.vt manſuetus & patiens, qui iuſſu quamlibet percutienti irrogare pœnam poterat. 56. Theoph.q.d.ſi quid habes ex his, quæ dixi, reprehendere, oſtende,vel ſi quicquam perperam docui in ſynagogis, certifica Principem ſacerdotum.Augu quid iſta reſponſione verius,manſuetius,iuſtius,quid nō potuiſſet per potentiā iubere,per quem factus eſt mundus,niſi nos docere maluiſſet patientiam qua vincitur mūdus? quod ſi quis quærat,cur non,ſicut docuit, maxillam alteram præbuit,dicendum non ſolùm maxillam alteram iterum percuſſuro, ſed totum corpus figendum præparaſſe in ligno:demonſtrauit autem hic ſua illa præcepta patientiæ, non oſtentatione corporis,ſed cordis præparatione facienda, poteſt quis alteram maxillam viſibiliter præbere iratus, quanto ergo melius,& reſpondeat vera placatus,& ad perferenda grauiora trāquillo animo ſit paratus?

57. Chry.conſequens erat redarguere,aut acceptare quod dictum eſt, ſed fiebant res hic nō iudicio, ſed ſeditione,& tyrannide. o. Beda.ligatus eſt,cùm eſt captus,miſit ergo ligatum;ſicut ſibi fuerat præſentatus:vel fuerat illic ad horam ſolutus, vt diſcuteretur, poſtea verò iterum ligatus. 58. Int. qui erat Princeps ſacerdotum eo anno,& ad eum principio ducebatur.Aug.alternis quippe intelligendi ſunt annis ſoliti agere pontificatum,credendumque voluntate Caiphæ factum,vt primò ad Annam duceretur, vel ſic erant eorum domus poſitæ,vt non deberet Annas à tranſeuntibus præteriri.Theoph.Suſpicabantur Caypham,cùm eſſet aſtutior, excogitare aliquid contra Chriſtum poſſe. 59. Int.ſcilicet, in domo Annæ.Aug.Reuertitur ad locum narrationis,vbi reliquerat Petrum,vt explicet quod in domo Annæ de trina eius negatione contigerat.Chry.multo ſtupore Petrus detinebatur. quanta eſt naturæ imbecillitas cùm Deus hominem reliquerit? 60. Int.ecce ſecundo negat. Aug.de con. Euang.lib.3.cap.6. negauit ſecundò ſtans ad focum,vbi rediſſet poſtquam foras exierat, cùm enim ſurgeret vt exiret, videns eum (vt Mat.ait) altera ancilla,dixit his qui erant ſimul ad ignem intus in atrio, Et hic cum Ieſu Nazareno erāt.ille ergo qui foras exierat, hoc audito, rediens iurauit illis contranitentibus, ſe non nouiſſe hominem,quod enim hic Ioannes ait illos dixiſſe,Nunquid & tu ex diſcipulis eius es? redeunti, & ſtanti dictum intelligimus. 61. Int. vt tertia negatio compleretur. Aug.de con. Euan. Math.& Marc. plurali numero vtuntur, Lucas & Iohannes ſingulari, vel ergo illi pluralem numerum pro ſingulari vſurpant, vel cùm vnus maximè ſe vidiſſe affirmaret,cæteri cum ſecuti,ſimul vrgebant.

Addit. Avct. In Cap. XVIII.

l. id eſt,ferè ſemper,vel aſſiduè. m. id eſt,quod occultari noluerim, aut ab ijs quæ palam docui diuerſum. n. pro,oſtende quid malè dixerim. 57. pro,miſerat autem. p. Lucas vnum dicit fuiſſe, fortè præcipuum inter illos,vel hic plurale pro ſingulari.

cogna

cognatus eius cuius abſcidit Petrus auriculã, Nõne ego te vidi in horto cũ illo? Iterũ ergo [62] negauit Petrus: & ſtatim gallus cãtauit. [63] Adducũt ergo Ieſũ à [q] Caypha in [64] prætoriũ. Erat autẽ [65] mane: & [66] ipſi nõ introierũt in [67] prætoriũ, vt nõ cõtaminarẽtur, ſed [68] vt mãducarẽt [r] Paſcha. [69] Exiuit ergo Pilatus ad [70] eos foras, & dixit: [71] Quã accuſationẽ affertis aduerſus [72] hominẽ hunc? Reſponderũt, & dixerunt ei, [73] Si nõ [74] eſſet hic [75] malefactor, [76] nõ tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis Pilatus, [77] Accipite eum vos, & ſecundùm legem veſtram iudicare eum. Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet [78] interficere quenquam.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVIII.

62. Aug. Ecce cõpleta Medici prædictio, ægroti conuicta præſumptio; non enim factũ quod iſte dixerat, animã meã pro te ponam, ſed quod ille prædixerat, ter me negabis. Chry. Euangeliſtæ concorditer Petri negationem ſcripſerunt, vt nos docerent quantum malum ſit in ſe confidere. 63. Int. ſ. ab Anna. Aug. adducunt ad Caypham ab Anna collega, & ſocero; ſed quid eſt, ad prætorium? aliqua vrgente cauſa eò Cayphas perrexerat de domo Annæ, quod ad audiendum ambo conuenerant, & ſocero Ieſum reliquerat audiendum; aut in domo Cayphæ prætorium Pilatus acceperat. Auctor. hinc apparet Auguſtinum legiſſe ad Caypham, & non à Caypha, vt tamen legendũ eſt. 64. Int. in illam partem domus quam Pilatus tenebat. Beda. Prætorium dicitur ſedes prætoris, qui & præfectus dicitur. Aug. de cõ. Euan. lib. 3. c. 7. quia iam vt conuictum reum adducebant, viſumque antea Cayphæ vt moreretur, nulla eſt interpoſita mora, quin Pilato occidendus traderetur. 65. Chry. antequam gallus cantaret ad Caipham ducitur, à quo per totum noctis intermedium interrogatus, in nullo redarguitur; idcirco manè ad Pilatũ mittitur. 66. Int. ſcilicet, Iudæi, qui adducebant Ieſum. 67. Auguſt. id eſt, in eam partem domus, quam Pilatus tenebat, ſi ipſa erat domus Cayphæ. 68. Chry. Faciebant tunc Iudæi Paſcha, Chriſtus verò ante vnam diem fecit, reſeruans ſuam occaſionem ſextæ feriæ, quando vetus paſcha fiebat; vel paſcha dicit totum feſtum. Auguſt. dies agere cœperant azymorum, quibus contaminatio illis erat in alienigenæ habitaculum intrare; ſed ô impia cæcitas, alienigenæ iudicis prætorio contaminari timebant, & fratris innocentis ſanguinem fundere non timebant. Alcuin. Paſcha propriè dies qua agnus ad veſperam decima quarta luna occidebatur, ſeptem autem dies ſequentes azymorum dicebantur, inter quos inuenitur dies paſchalis. dicitur enim apud Matt. Prima die azymorum acceſſerunt, &c. Vocantur & dies azymorum paſcha, vt hoc loco, vt manducarent paſcha: nec enim ſignificatur immolatio agni, quæ fiebat decimaquarta luna, qua Dominus, ſicut & alij Iudæi, Paſcha celebrauit, ſed decimaquinta qua magna ſolennitas celebrabatur. 69. Beda. Conſuetudo erat Iudæorum, quem mortis reum iudicaſſent, vinctum præſidi tradere, vt is vinctum cernens, intelligeret morti addictum. 70. Int. ad eos qui quærebant falſum teſtimonium aduerſus Ieſum. 72. Int. ſ. quem iudicatis reum mortis. 73. Aug. interrogentur ab immundis ſpiritibus liberati, cæci videntes, mortui reſurgentes, & quod omnia ſuperat, ſtulti ſapientes. vtrum ſit malefactor Ieſus, ſed iſta dicebant illi, de quibus Propheta, Retribuebant mihi mala pro bonis. 75. Int. quod probatur falſum in tot beneficiis, quæ fecerat, pro quibus reddebant mala. 76. Aug. de con. Euang. lib. 3. cap. 8. ait Lucas iſtos accuſaſſe de certis criminibus; intelligẽdum ergo eſt, vtrumq; dictum eſſe & quod Iohannes, & quod Lucas commemorauit: multa enim dicta, & multa reſponſa ſunt, commemorauit verò quiſque Euãgeliſta quod ſatis eſſe iudicauit. 77. Theoph. q. d. quia ad votum iudicium poſcitis, accipite, & damnate; ego talis iudex non efficiar. Alc. q. d. vos, qui legem habetis, ſecundùm quod iuſtũ eſſe ſcitis, ita facite. 78. Int. ſ. in feſtiuis diebus, quia in alio tempore licebat ſecundùm legem. Aug. ita ne verò omnẽ ſenſum nimia malitia perdidiſtis, vt ideo vos à ſanguine innocentis impollutos credatis, quia fundendum alteri traditis? Chry. Multum erat eis de poteſtate ablatum à Romanis; vel ſignificant peccatum Chriſti non contra legem, ſed contra rempublicam eſſe, quia ſe Regem dixiſſet; vel hoc dicunt, quia eis crucifigere non licebat, quod optabant, vt eo mortis modo diffamarent. nam quod aliter interficerent, oſtendit Stephanus lapidatus.

SENS. MYST. IN CAP. XVIII.

62. Bed. Per primam Petri negationem ſignificantur qui ante Chriſti paſſionem negarunt eum eſſe Deum, per ſecundam verò, qui poſt reſurrectionem in diuinitate & humanitate offenderunt. Primus galli cantus, reſurrectio capitis; ſecundus, totius corporis in fine celebranda: prima ancilla negare cogẽs, cupiditas; ſecunda, carnalis delectatio; ſerui, dæmones, qui ſuadent Chriſtum negare.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XVIII.

q. pro, à domo Cayphæ. 64. i. domum prætoris. r. i. agnum paſchalem. 78. ſcilicet, cruce, quod optabant. Romani enim prohibuerant.

Vt [79] ſermo [s] Ieſu implereretur quem [t] dixit,ſignificans qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterum in Prætorium Pilatus,& [80] vocauit Ieſum, & dixit ei:Tu es rex Iudæo- [81] rum?Reſpondit Ieſus,[82] A temetipſo hoc dicis , an alij dixerunt tibi de me ? Reſpondit Pilatus , Nunquid [83] ego [u] Iudæus ſum? Gens tua,& pontifices tradiderunt te mihi:quid [84] feciſti? Reſpondit Ieſus,[85] Regnum meum non eſt de hoc [86] mundo; ſi ex hoc mundo eſſet regnum meum,[87] miniſtri mei vtique [88] decertarent vt non traderer Iudæis. nunc autē regnū meū non eſt [89] hinc.Dixit itaq; ei Pilatus,Ergo Rex es tu? Reſpōdit Ieſus,[90] Tu dicis,[x] quia [91] Rex sū ego.[92] Ego in hoc natus ſum,& ad hoc veni in mundū,vt teſtimoniū

Sens. Lit. In Cap. XVIII.

79. Int.ſ.tradent cum gentibus ad crucifigendum,& illudendum.Aug Pilatus Romanus erat,eumq; in Iudæam Romani præſidem miſerant;vt ergo iſte Ieſu ſermo impleretur.i. vt enim ſibi traditum,gentes interficerent,noluerunt eum accipere,dicentes:Nobis non licet,&c. 80. Theoph. ſ.ſeorſum , quia enim magna de eo habebatur opinio,volebat omnia exquiſitè timari,amoto ſtrepitu Iudæorum.

81. Int.hoc enim objiciebant Iudæi,quod ſe dicebat Regem.Alc.¶ Chry.audierat Pilatus hoc à nonnullis,itaque quod communiter dicebatur in medium adduxit. 82. Theoph.innuit Pilatum indiſcretè iudicare.q.d.Si ex te loqueris,pande ſigna meæ rebellionis ; ſi ab aliis percepiſti , inquiſitionem fac ordinariam.Aug.Sciebat Dominus & quod ipſe interrogabat,& quod ille reſponſurus erat:ſed dici voluit,non vt ipſe ſciret,ſed vt conſcriberetur, quod voluit vt ſciremus. Chry.non interrogauit ignorans, ſed volens ab ipſo Iudæos accuſari. 83. Int.q.d.à me hoc non dixi,ſed à Iudæis accepi,qui ideo te tradiderunt mihi.Aug.abſtulit à ſe ſuſpicionem qua poſſet putari à ſe dixiſſe , à Iudæis ſe audiſſe demonſtrans. 84. Aug.oſtendit illud pro crimine obiectum,q.d.Si te Regem negas, quid feciſti vt traderetis mihi? 85. Int.i.credentes in me. 86. Chry.Vult oſtendere ſe non hominem nudum,ſed Deum,& Dei Filium,quodq; Pilatus formidauerat tyrannidis ſuſpicionē amouere.Aug.hoc eſt quod bonus magiſter ſcire nos voluit,ſed prius nobis demonſtrāda fuerat vana hominū de regno eius opinio, ſiue Gentiū, ſiue Iudæorū,à quibus hoc Pilatus audierat;quaſi ideo eſſet morte plectendus , quòd illicitum affectaſſet regnū,vel quia ſolēt regnaturis inuidere regnātes,& cauendū erat ne Chriſti regnum Romanis,aut Iudæis eſſet aduerſum. Poſt reſponſionē ergo Pilati,Chriſtus Iudæis & Gētibus apertè reſpōdit,Regnum meū,&c.q.d.audite Iudæi & Gētes,non impedio dominationē veſtrā in hoc mundo,regnū meum non eſt de hoc mundo,quid vultis amplius?venite credendo ad regnū,quod non eſt de hoc mundo.Quid.n. eſt regnum eius,niſi credentes in eū,quibus dicit, De hoc mūdo non eſtis. non ait autē,non eſt in hoc mūdo,ſed,nō eſt de hoc mūdo.De mūdo.n.eſt,quicquid ex Adā vitiata ſtirpe generatū.factū eſt autem non iam de mundo quicquid inde in Chriſto eſt regeneratū. Eruit,inquit,nos Deus de poteſtate tenebrarū,& tranſtulit in regnū Filij charitatis ſuæ.Chry.Dicit ſe non tenere regnum,vt tenent reges terreni,habet enim deſuper principatū. 87. Int.q.d.apparet,quia nullus defendit. 88. Chry.oſtendit regni quod eſt apud nos imbecillitatem:habet.n.à miniſtris fortitudinē,ſuperius verò regnū ſibi ſufficiēs eſt, nullo indigens;volens itaq; captus eſt Chriſtus,ſeipſum tradens. 89. Int. etſi adhuc inter malos. Aug. non dicit,non eſt hic;hic enim regnū eius vſq; ad finē ſeculi , habens commiſtā zizaniam vſq; ad meſſem.ſed non eſt hinc,quia peregrinatur in mundo.Theop.Regnat quidē in mundo, & iuxta votū cūcta diſponit,ſed non eſt à terrenis conſtitutum regnum eius , ſed cælitus , & ante ſecula. Chryſ. non priuat mundum à ſua prouidentia,& prælatione,vt volunt hæretici,ſed oſtendit regnum ſuum non eſſe humanum & corruptibile. 90. Aug.non quia regem ſe timuit confiteri, ſed ita hoc dictū eſt, vt nec Regem ſe neget,nec talem fateatur,cuius regnum putetur eſſe de hoc mundo.q.d.tu carnalis carnaliter dicis. 91. Int.ideo non nego me Regem,quia in hoc natus ſum,vt oſtendam quod ſum. 92. Auguſt. Commemorat temporalem ſuam natiuitatem,non illam ſine initio qua Deus erat.Theoph.Natus ſum ad hoc vt Rex ſim,hoc enim ipſum quod à Rege productus ſum,me quoque teſtatur Regem.

Addit. Avct. In Cap. XVIII.

79. ſub.dictum à Iudæis. s. pro,dixerat cùm ſignificaret. t. ſ.crucis. v. adeoq; rerum Iudaicarum peritus,vt ſciam quæ de Meſſia expectato ſcripta ſunt,aut vt veſtra curem. 81. q d. ſum quidem Rex, ſed regnum meum,&c. 86. i.mundanum,& terrenum. 90. q d.tu dicis id quod res eſt ,ſeu in tua interrogatione habes reſponſum ſi affirmatiuè efferas. x. pro,certè.Hebr. 92. id addit,ne ſuperba videretur reſponſio,vel reſpondet ad illud, Quid feciſti?

perhibeam

[91] perhibeam veritati. [94] Omnis qui [95] eſt ex veritate, [aa] audit [96] vocem meam. Dicit ei Pilatus,
Quid eſt Veritas? [97] Et cùm hoc dixiſſet, iterum [98] exiuit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nul-
[99] lam inuenio in eo [bb] cauſam. Eſt autem [100] conſuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in
paſcha: vultis [101] ergo dimittam vobis Regem [102] Iudæorum? Clamauerunt rurſum omnes,
dicentes: Non [103] hunc, ſed Barrabam. Erat autem [104] Barrabas [105] latro.

Sens. Lit. In Cap. XVIII.

93. Chry. vt hoc ipſum ſuadeã omnibus. Notanda verò Chriſti humilitas, qui cùm appellatur malefactor, ſilens fert, interrogatus verò de regno, Pilatũ erudit, reducens ad altiora. 94. Aug. Cùm veritati teſtimoniũ perhibet, ſibi perhibet, eſt enim ipſe Veritas. 95. Aug. hoc adiungit, quia non omnium eſt fides. 96. Aug. ſ. interioribus auribus. i. credit mihi, dicens verò, omnis qui eſt ex veritate, gratiã commendauit qua ſecundùm propoſitum vocat, ſi enim naturã cogitemus in qua creati ſumus, cùm omnes Veritas creauerit, quis non eſt ex veritate? ideo audit aliquis quia ex veritate eſt. i. quia hoc illi donũ ex veritate collatum eſt. ſ. donante Chriſto, credit in Chriſtum. 97. Chry. attrahebat Chriſtus auditores, itaque Pilatum verbis ſuis allexit vt quæreret. 98. Aug. Credo ei veniſſe in mentem conſuetudinẽ Iudæorũ, qua ſolebat vnus dimitti in paſcha, itaque non expectauit reſponſum, ne mora fieret. Chryſ. Sciebat tempore indigere interrogationem, oportebat autem eum eripere ab impetu Iudæorum. Alcui. non expectauit reſponſum, quia fortè indignus fuit audire. 99. Chry. Primùm eum excuſat, tunc rogat ex abundanti, vt ſi nollent vt innocentem dimittere, ſaltem vt obnoxium donarent tempori. 100. Beda. non erat legis præceptum, ſed antiqua patrum traditio ob recordationem liberationis ex Ægypto.

101. Int. q. d. quem meliùs? Aug. auelli ex Pilati corde non potuit, Ieſum eſſe Regem Iudæorum, tanquam hoc ibi, ſicut in titulo ipſa veritas fixerit, de qua quid eſſet, interrogauit. 102. Theop. innoxium Ieſum prodit, illuditque Iudæos. q. d. quem vos criminamini, vt regem ſe putantem, hunc abſolui iubeo, quaſi talem non exiſtentem: eum enim qui ſe Regem aſſereret, æmulumque Romanæ poteſtatis, Romanorum vicarius nunquam abſoluiſſet. 103. Aug. non reprehendimus, ô Iudæi, quod per paſcha liberaſtis nocentem, ſed quod occidiſtis innocentem, quod tamen niſi fieret, verum Paſcha non fieret, vt enim verum Paſcha fieret, Chriſtus vt ouis immolatus. 105. Bed. quia relique runt Saluatorem, & petierunt latronem, vſque hodie diabolus ſua latrocinia exercet in ipſos.

Addit. Avct. In Cap. XVIII.

aa. id eſt, ex parte veritatis, ſcilicet, veritatis amator, & ſectator. 98. *ſcilicet, adducto ſecum Ieſu.*
bb. Græc. αἰτίαν, culpam, ſeu crimen.

CAPVT XIX.

TVNC ergo apprehendit Pilatus Ieſum, & [1] flagellauit. Et milites [1] plectentes
coronã de ſpinis, [2] impoſuerunt capiti eius: & [3] veſte [4] purpurea circundederũt

Sens. Lit. In Cap. XIX.

1. AVg. Fecit hoc Pilatus, vt eius iniuriis Iudæi ſatiati, vſque ad eius mortem ſæuire deſiſterent.
2. Aug. permiſit hoc Pilatus facere, aut fortaſsè etiam iuſſit. Chryſ. Non erat Pilati iuſſio quod faciebant, ſed Iudæis pecuniarum gratia gratificantes, omnia audebant. 2. Beda. pro diademate.
3. Int. deriſoriè, quia ſe Regem dicebat eſſe: purpura enim eſt ſignum Regis. Chry. quia Pilatus dixerat eum Regem Iudæorum. 4. Beda. Non eſt contrarium quod Matthæus dicit, chlamydem coccineãm, ex eadem enim materia fiunt coccus & purpura.

Sens. Myst. In Cap. XIX.

4. BEda. Per ſpineam coronam noſtrorum deſignatur ſuſceptio peccatorum, quæ ſicut ſpinas terra noſtri corporis germinat, per purpuram verò caro paſſionibus ſubiecta, purpura etiam veſtitur cùm de martyrum triumphis gloriatur. Gloſſ. ſpinæ in peccatorum ſignificatione ponuntur, vnde: Terra tua ſpinas & tribulos germinabit. i. conſcientia tua punctiones, & aculeos vitiorum.

Addit. Avct. In Cap. XIX.

1. & more Romano, quo crucifigendi priùs flagellabantur, & volens Iudæos placare, vt vel ſic caſtigatum dimitterent, erat autem flagellum ex funiculis, aut loris.

eum. Et veniebant ad eum, & dicebant: Aue Rex Iudæorum, & dabant ei alapas.[5]
[a] Exiuit ergo iterum Pilatus foras,& dicit eis,Ecce adduco vobis eum[6] foras,vt cognoſ-
catis quia nullam inuenio in eo cauſam.[7] Exiuit[8] ergo Ieſus foras,portãs ſpineam co-
ronam,& purpureum veſtimentum. Et dicit[9] eis,Ecce[10] homo.[11] Cùm ergo vidiſſent eum
pontifices,[b] & miniſtri,clamabant,[12] dicentes: Crucifige,crucifige eum. Dicit eis Pilatus:[13]
Accipite[14] eum vos,& crucifigite,ego enim non inuenio in eo cauſam.[15] Reſponderunt
ei Iudæi,[16] Nos[c] legem habemus: & ſecundùm legem noſtram debet mori,quia Filium[17]
Dei ſe fecit. Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem,magis timuit.[18] Et ingreſſus eſt
prætorium iterum: & dicit[19] ad Ieſum,Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum[20] non dedit
ei. Dicit ergo ei Pilatus,Mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere
te, & poteſtatem habeo dimittere[21] te? Reſpondit[22] Ieſus, Non haberes poteſtatem

SENS. LIT. IN CAP. XIX.

5. Chry.Stabat Dominus ſilens:tu ergo hæc in mente habe continuè, & Angelorum Dominum videns contumeliam patientem, & omnia ferentem, cum ſilentio imitare. Aug. Sic implebantur quæ de ſe Chriſtus dixerat:ſic martyres informabãtur ad omnia perferenda;ſic regnũ quod de hoc mundo non erat,ſuperbum mundũm,non atrocitate pugnandi,ſed patiẽdi humilitate vincebat. 6. Aug. Apparet hic non ignorante Pilato hæc à militibus facta, ſiue iuſſerit ea,ſiue permiſerit, vt Chriſti inimici eius vlterius ſanguinem non ſitirent. 7. Int.ſ.mortis. 8. Int. non clarus imperio,ſed plenus opprobrio. Aug. 9. Int.ſ.Pilatus. 10. Int.q.d.ſi Regi inuidetis,iam parcite,quia deiectum videtis. Auguſt.& cùm ferueat ignominia,frigeſcat inuidia. 11. Int.qui ſe Regem dixit. 12. Aug. Iudæorum inuidia non frigeſcit,inardeſcit,potiùs,& increſcit. 13. Chry.videns omnia inaniter fieri. 14. Chry.indignantis eſt verbum, potius quàm concedentis, abſoluit enim eum, dicens ſe non inuenire in eo cauſam, nam & priora propter illorum conceſſit inſaniam. 15. Int.ſ.quare mori debeat. 16. Chry.canes impudentes.
17. Aug.ecce altera maior inuidia, parua illa videbatur affectaſſe regnum, & tamen neutrum ſibi Ieſus mendaciter vſurpauit,eſt enim Dei Vnigenitus,& Rex à Deo conſtitutus ſuper montem Sion, & vtrumque demonſtraret nunc,niſi quanto erat potentior,tanto mallet eſſe patientior. Chry. ad inuicem illis diſputantibus,ſilebat Chriſtus,implens illud Propheticum:Non aperuit os ſuum,&c. Aug.de conſ. Euang.lib.3.c.8.Poteſt hoc congruere ei quod Lucas commemorat dixiſſe illos, Inuenimus hunc ſubuertentem gentem noſtram,vt adiungatur,Quia Filium Dei ſe fecit. 18. Chry. ſ. ne fortè verum eſſet quod dicebatur,& videretur iniquè agere. Bed.timuit ne Filium Dei occideret. 19. Chryſ. timore concuſſus,rurſus inquiſitionem facit. 20. Int.vbi non reſpondebat, ſicut ouis ſilebat,vbi reſpondet, ſicut paſtor docet. Aug.¶ Chry.audierat iam,In hoc natus ſum,&c. Et regnũ meũ nõ eſt hinc,ex quo debuerat Iudæis reſiſtere,& eum eripere,quod non fecit,ſed eſt Iudaicum imperiũ ſecutus, nõ ergo ei reſpõdit,quia inaniter interrogabat. Aug.ſiluit Chriſtus apud Principẽ ſacerdotũ,apud Herodẽ,& apud Pilatum,vt non fruſtra prædictũ ſit,Sicut agnus coram tondente ſe ſine voce,ſic non aperuit os ſuũ,quamuis enim quibuſdam interrogationibus ſæpe reſponderit,tamen propter illa in quibus noluit reſpondere data eſt de agno ſimilitudo,ad hoc vt in ſuo ſilentio non reus,ſed innocens haberetur.i. non ſicut malè ſibi conſcius,ſed ſicut manſuetus,qui pro peccatis immolabatur alienis. 21. Chry.vide vt ſe condẽnauit,ſi in te poſitum eſt,quare nullam cauſam inueniens,non abſoluis? 22. Chry.quia ille aduerſus ſeipſum ſententiam protulerat,reſpondit:oſtendens etiam illum reum eſſe criminis.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIX.

10. quaſi dicat, videte miſerum, & commiſeramini. b. id eſt, Summi ſacerdotes.
c. quaſi dicat, Si ſecundùm leges Romanas non inuenis, at ſecundùm noſtras, cauſa maxima eſt blaſphemia. 17. id eſt, Filij Dei dignitatem ſibi arrogauit. 18. ſcilicet, ne fortè verus eſſet Dei Filius,reuſq; ſi condemnaret,magni ſceleris fieret.

aduerſum me [23] vllam, niſi tibi [d] datum [e] eſſet deſuper. Propterea qui me [24] tradidit tibi, [25] maius peccatum habet. [26] Exinde [27] quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes: Si hunc dimittis, non [f] es amicus [28] Cæſaris. omnis enim qui ſe regem [29] facit, [g] contradicit Cæſari. Pilatus autem cùm [30] audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum: & [31] ſedit pro [32] tribunali, in loco qui dicitur [33] Lithoſtrotos, Hebraicè autem [34] Gabatha. Erat autem [35] paraſceue Paſchæ, hora quaſi [36] ſexta. Et [37] dicit Iudæis, [38] Ecce Rex veſter. Illi autem [39] clamabant,

SENS. LIT. IN CAP. XIX.

23. Int. id eſt, quantulamcunque habes, non enim tibi omnino liberum eſt. Auguſt. Fecit enim timore maioris poteſtatis ſub qua erat. d. Chry. id eſt, permiſtum eſſet, ſed non propterea illi extra nequitiam ſunt. e. Glo. id eſt, à Deo. Auguſt. diſcamus quod dixit, quod & per Apoſtolum docuit, Quia non eſt poteſtas niſi à Deo. 24. Int. ſcilicet, Iudaicus populus. Theophyl. Iudas, vel turba.

25. Auguſt. plus peccat qui poteſtati innocentem occidendum liuore tradit, quàm poteſtas eum timore alicuius maioris poteſtatis. occidens. itaque non ait, Qui me tibi tradidit, ipſe peccatum habet, tanquam Pilatus non haberet, ſed maius peccatum habet, vt etiam ſe habere Pilatus intelligeret. 26. Int. i. ideo. Aug. id eſt, ex hac cauſa, ne haberet peccatum occidendo innocentem.

27. Glo. priùs dimittere volebat, modò quærebat. 28. Aug. maiorem ſe timorem Pilato ingerere putauerunt, terrendo de Cæſare, quàm ſuperiùs vbi dixerunt, Secundùm legem debet mori, quia Filium Dei ſe fecit. 29. Chry. vnde hoc demonſtratis? à purpura? à diademate? à curru? à militibus? nonne ſolus ſemper cum duodecim diſcipulis incedebat? vili vtens cibo, veſte, habitatione? 30. Aug. non timuit ſupra eorum legem vt occideret, ſed Dei Filium timuit ne occideret; nunc verò non ſic potuit contemnere Cæſarem, authorem poteſtatis ſuæ, quemadmodum legem gentis alienæ. 31. Chry. tem examinaturus. 32. Iot. ſ. in ſede. 33. Beda. Lithoſtratos dicitur pauimentum, quaſi lapide ſtratum, erat autem locus ſublimis. 34. Int. i. collis, vel ſublimitas. 35. Gloſſ. i. præparatio, præparabant enim ſexta feria ſabbatho neceſſaria. 36. Aug. Marcus dicit tertiam quando eſt crucifixus. ſ. Iudæorum linguis, nã militum manibus ſexta. Sedit quidem Pilatus pro tribunali hora quinta iam tranſacta, cùm ſexta incepiſſet, cùm autem duceretur & crucifigeretur, & iuxta crucem gererentur quæ geſta narrantur, ſexta completa eſt; à qua vſque ad nonam tenebræ factæ, ſecundùm Matth. Marc. & Luc. Marcus quidem tertiam potiùs horam expreſſit, vt non tantùm milites putarentur Chriſtum crucifixiſſe, ſed etiam Iudæi, qui, vt crucifigeretur hora tertia clamauerunt. Eſt & alia ſolutio quæſtionis, vt non accipiatur hora ſexta diei, ſed paraſceuis. i. præparationis: paſchæ enim noſtri, qui ſecundùm Apoſtolum immolatus eſt Chriſtus, ſi præparationem ab hora noctis nona computemus, quando Principes ſacerdotum immolationẽ pronunciarunt, dicentes, reus eſt mortis, vſque ad tertiam diei quam commemorat Marcus, ſex horæ ſunt, tres nocturnæ, & tres diurnæ. Theoph. Quidam dicunt vitio ſcriptoris factum apud Iohannem, vt pro γ, quæ tertiam horam importat, poneretur ϛ, quæ ſextam. 37. Chry. exierat examinaturus, ſed nullam examinationem faciens, tradidit eum. 38. Theoph. quaſi dicat, ecce qualem hominem dicitis imperium inuadere attentaſſe, humilem, ſcilicet, & qui nihil tale poſſit tentare. 39. Chryſ. ſufficerent quidem quæ dicta ſunt eorum iram compeſcere, ſed timebant ne dimiſſus rurſum turbam alliceret. Graue quiddam eſt ambitio, & animam perdere ſufficiens.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIX.

d. id eſt, conceſſum, permiſſum. e. ſcilicet, à Deo. 25. ſcilicet, quàm tu, vel pro maximum, quaſi dicat, quò grauius eſt illorum peccatum, qui me tibi innocentem tradiderunt occidendum.

26. ſcilicet, ex illo tempore, magis quàm antea. f. pro, eris. g. id eſt, contrarius eſt.

33. quaſi lapide ſtratus, ſic ſolent tribunalia. 34. Chald. eſt & ſignificat locum editum.

35. id eſt, præparatio. præparabantur enim pridie ſabbathi, quæ operari non licebat, ad ſabbathum neceſſaria. putant autem quidam Paſcha tunc incidiſſe in diẽ ſabbathi. alij intelligunt præparaſſe ſe Iudæos, vt Paſcha. i. agnum comederent, quem occupati in Chriſti traditione nondum comederant. Fortè ſenſus eſt, fuiſſe paraſceue paſchæ. i. quæ in dies paſcha feſtos incidebat. 36. nondum ſexta, ſed inter tertiam & ſextam; dicebatur autem tertia totum tempus à tertia vſq; ad ſextam, ideo Marcus tertiam appellauit.

38. fortè, per irriſionem.

Tolle,

Tolle,[40] tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus,[41] Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices, Non [42] habemus regem, niſi Cæſarem. Tunc ergo [43] tradidit [44] eis illum vt [45] crucifigeretur. [46] Suſceperunt autē Ieſum, & eduxerunt eum. Et [47] baiulans ſibi crucē exiuit in eum qui dicitur [48] Caluariæ locum: [h] Hebraicè autem [49] Golgotha: vbi crucifixerunt eum, & cum eo [50] alios duos hinc & hinc, medium autem Ieſum. [51] Scripſit autem & [l] titulum Pilatus, & poſuit ſuper [52] crucem. Erat autem [m] ſcriptum, Ieſus Nazarenus Rex

Sens. Lit. In Cap. XIX.

40. Chry. interficere conātur ignominioſiſſima morte, timētes ne aliqua eius poſt ipſum ſeruaretur memoria. 41. Aug. terrorem quem de Cæſare iniecerant, ſuperare conatur, de ignominia eorū volens eos frangere, quos de ignominia Chriſti mitigare non potuit. 42. Chry. videntes ſeipſos ſubmiſerunt ſupplicio: propterea & Deus tradidit eos: regnum enim Chriſti refutantes, Cæſaris regnum implorarūt. 43. Aug. timore vincitur Pilatus, apertiſſimè enim contra Cæſarem venire videretur, ſi regem ſe non habere niſi Cæſarem profitentibus, alium regem vellet ingerere, dimittēdo impunitum, quem propter hos auſus tradiderant occidendum. 44. Int. voluntati eorū. Aug. ideo illis dicit traditū, vt eos crimine implicatos oſtenderet, à quo alieni eſſe conabantur, non enim faceret hoc Pilatus, niſi eos id cupere cerneret. 45. Aug. ſ. iudicio, ac poteſtate præſidis. 46. Int. milites facto, Iudæi voto, qui totum fecerunt, quod fieri extorſerunt. Aug. poteſt hoc referri ad milites apparitores præſidis; dicitur enim pòſt, Milites ergo cùm crucifixiſſent eum, quamuis Euangeliſta ſi totum Iudæis tribuit, meritò facit; ipſi enim fecerunt quicquid vt fieret extorſerunt. 47. Int. ſuo humero, vt eam commēdaret imitaturis. Chry. quia lignum prophanum putabant, & nec tangere ſuſtinebant, crucem Ieſu impoſuerūt, id & in typo factum. Iſaac enim ligna portauit. Theoph. vt illic Iſaac dimiſſus eſt, & mactatus aries, ita hic diuina natura manet impaſſibilis, ſed humanitas, ſecundùm quam aries dicitur, tanquam errantis arietis Adæ filius, mactata eſt. Aug. de con. Euan. lib. 3. vtrunque factum eſt. & quod Iohannes dicit, & quod cæteri tres, angariatum Simonem vt crucem portaret. Aug. in Iohan. Grande ſpectaculum, & ſi ſpectet impietas grande ludibrium, ſi pietas grande myſterium; videt impietas Regem pro virga regni lignum ſui portare ſupplicij; videt pietas Regem baiulantem lignum ad ſeipſum figendum, quod fixurus fuerat etiam in frontibus regum: crucem ſuam humero ferens commendabat, & lucernæ arſuræ, quæ ſub modio ponenda non erat, candelabrum ferebat. Chry. ſicut victores, ita ipſe in humeris portabat victoriæ ſignum. Dicūt verò quidam in loco Caluariæ Adam mortuum, & ſepultum; itaque vbi mors regnauit, Chriſtum trophæum ſtatuiſſe. Hier. in Matth. Mulcet hoc quod de Adam dicitur, autem populi, ſed tamen verum non eſt, Adam enim ſepultus iuxta Hebron, vt dicitur in Ioſue. 48. Int. i. decollatorum. Hier. in Matth. ca. 27. Extra vrbem loca ſunt in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluariæ, quaſi decollatorum ſumpſere nomen. 50. Int. ſ. latrones, vt alij dicunt. Chry. ſ. Impleta prophetia, Et cum iniquis reputatus eſt. Volebat dæmon quod fiebat obumbrare, ſed non valuit, tribus enim in cruce affixis, miracula quæ fiebant, nemo aſcripſit niſi Chriſto; latronem etiam in cruce conuertere, & in Paradiſum inducere, non minus fuit quàm concutere petras. 51. Int. operatur diuina virtus in corde neſcientis. 52. Chryſoſtom. vt in trophæo litteræ ponuntur, victoriam oſtendentes, ita Pilatus inſcripſit titulum, & Chriſtum à latronum communione diſcernens, & Iudæorum malitiam oſtendens, qui in ſuum Regem inſurrexiſſent.

Sen. Myst. In Cap. XIX.

47. Gloſſ. prius Dominus crucem portat, quia prior paſſus eſt, poſtea impoſita Simoni, quia debemus ſequi veſtigia eius. 50. Gloſ. latro qui permanſit in perfidia, ſignificat Iudæos, qui autem conuertitur, gentes. Alc. Crux tribunal fuit, latro qui credidit liberatus, & qui inſultauit, damnatus; ſignificabant quod facturus eſt Iudex de viuis & mortuis, alios poſituros ad dextram, alios ad ſiniſtram.

Addit. Avct. In Cap. XIX.

46. ſcilicet, milites. 47. ſcilicet, vt latro ſolet funem ferre, quo eſt ſuſpendendus. h. id eſt, lingua qua Hebræi vtebantur, ſcilicet, Syriaca, ſeu Chaldæa. 51. vt appareret cauſa condemnationis.
l. Græcè τίτλον, vox Latina. m. ſic ſcriptum, vt apparet in titulo Romæ aſſeruato. Alij Euangeliſtæ ſenſum tantùm retulerunt.

Iudæo

Iudæorum.[53] Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus, vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè.[54] Dicebant ergo Pilato pontifices[55] Iudæorum, Noli ſcribere[56] Rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit,[57] Rex ſum Iudæorum. Reſpondit Pilatus,[58] Quod[59] ſcripſi, ſcripſi. Milites[60] ergo cùm crucifixiſſent eum, acceperunt veſtimenta[61] eius, & fecerunt quatuor partes:[62] vnicuique militi partem, & tunicam.[63] Erat[64] autem tunica inconſutilis, deſuper[65] contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem, Non ſcindamus[66] eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt Scriptura impleretur, dicens:

Sens. Lit. In Cap. XIX.

53. Int. corde, non carne. Beda. monſtrabatur iam Chriſti regnum, non, vt ipſi putabant, deſtructum, ſed potiùs augmentatum. Aug. non eſt Rex Iudæorum tantùm, ſed etiam Gentium: cùm enim dixiſſet, Conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Syon, &c. ſubiecit, Poſtula à me, & dabo tibi gentes, &c. Magnum ergo in hoc titulo intelligimus ſacramentum, quia ſcilicet, oleaſter factus eſt particeps pinguedinis oleę; Rex ergo Iudæorum Chriſtus, ſed Iudæorum circuncisione, nòn carnis, ſed cordis, non littera, ſed ſpiritu. 54. Int. tribus linguis ſcribitur, quaſi tribus teſtibus, quia in ore duorũ, vel trium teſtium ſtat omne verbum. Chry. credibile eſt multos gentiles propter feſtum conueniſſe, vt ergo nullus ignoraret, in tribus linguis ſcripſit. Aug. hæ tres linguæ præ cæteris eminebant. Hebræa propter Iudæos in lege gloriantes, Græca, propter Gentium ſapientes; Latina, propter Romanos, penè omnibus gentibus tunc imperantes. 55. Int. qui dixerant, Non habemus Regem niſi Cæſarem. Chry. qui inuidebant crucifixo. 57. Aug. Quid loquimini inſani pontifices, nunquid propterea non erit verum, quia Ieſus ait, Rex ſum Iudæorum? ſi corrumpi non poteſt quod Pilatus ſcripſit, corrumpi poteſt quod Veritas dixit? ideo enim Pilatus quod ſcripſit, ſcripſit, quia Dominus quod dixit, dixit. 59. Aug. O ineffabilem diuinæ operationis vim, etiam in cordibus ignorantium, velut occulta vox quædam Pilato intus quodam (ſi dici poteſt) clamoſo ſilentio perſonabat, quod tanto ante in Pſalmis prophetatum eſt, ne corrumpas tituli inſcriptionem. Int. q. d. non corrumpo veritatem, etſi vos diligitis falſitatem. 60. Augu. qui Pilato parebant, quanquam ſi voluntates cogitemus, Iudæi magis crucifixerunt. 61. Augu. de partitione & ſorte veſtimentorum, cæteri Euangeliſtæ breuiùs, & clausè, Ioannes apertiſſimè locutus eſt. 62. Int. hinc apparet quatuor milites fuiſſe qui crucifixerunt. Aug. 63. Int. acceperunt ſimiliter, ſed non ſimiliter diuiſerunt. Aug. 64. Int. hæc eſt cauſa quare non diuiſerunt. 65. Chry. in Palæſtina duos pannos connectentes texunt indumenta. Indicat verò Ioannes vilitatem veſtimentorum Ieſu. 66. Aug. apparet in aliis veſtimentis æquales eos habuiſſe partes, vt ſortiri neceſſe non fuerit; hic verò non eos habere potuiſſe ſingulas partes, niſi ſcinderetur, quod ne fieret, ad vnum peruenire ſortione maluerunt.

Sens. Myst. In Cap. XIX.

54. Theoph. ſignificat triplex ſuperſcriptio Dominum Regem Philoſophiæ Practicæ, Phyſicæ, & Theologicæ, Latinis litteris figuratur practica, Romanorum enim imperium potentiſſimum, Græcis Phyſica, Græci enim naturalium ſpeculationi dediti, Hebraicis Theologia, Iudæis enim credita diuinorum cognitio. 65. Aug. quadripartita veſtis Domini, quadripartitã figurauit Eccleſiam, quatuor partibus in orbe diffuſam, & æqualiter, id eſt, concorditer diſtributam, tunica verò, omnium partium vnitatem, quæ charitatis vinculo continetur, meritò autem dicitur contexta deſuper, charitas enim ſupereminentiorem habet viam, & ſupereminet ſcientiæ, & ſuper omnia præcepta eſt. Dicitur verò per totum, quia nemo eius eſt expers, qui ad totum pertinet, à quo Catholica vocatur Eccleſia: inconſutilis autem ne aliquando diſſuatur, & ad vnum peruenit, in vnum enim omnes colligit, in ſorte verò Dei gratia commendata eſt, cùm enim ſors mittitur, non perſonæ meritis, ſed occulto iudicio Dei creditur. Chry. tunica deſuper contexta, ſignificat hominem, qui crucifixus eſt habere deſuper Deitatem. Theop. veſtis inconſutilis, ſignificat Chriſti corpus à ſuperiori parte contextum, ſuperueniente, ſcilicet, Spiritu ſancto. Glo. inconſutilis tunica, ne aliquando diſſoluatur vnitas Eccleſiæ.

Addit. Avct. In Cap. XIX.

59. q. d. quod ſcripſi, nolo mutare. 65. Græ. ἐκ τῶν ἄνωθεν, ex ſuperioribus. ſ. incipiendo, vſque ad infimas partes? ſolent & nunc tales fieri tunicæ, vulgò camiſola, ſine vlla ſutura.

[67] Partiti ſunt [68] veſtimenta mea ſibi:& [69] in veſtem meam miſerunt ſortem.Et milites quidem hæc fecerunt.[70] Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & [71] ſoror matris eius, [72] Maria Cleophæ,& [73] Maria Magdalene.Cùm vidiſſet ergo Ieſus matrem,& diſcipulum aſtantem quem [74] diligebat, dicit [75] matri ſuæ:Mulier,ecce filius tuus.Deinde dicit diſcipulo,[76] Ecce mater tua.Et ex illa hora [77] accepit eam diſcipulus in [78] ſuam.

SENS. LIT. IN CAP. XIX.

67. Int.non ſortiti.Aug.Matth.dicendo,Diuiſerunt veſtimenta eius,ſortem mittentes; ad totam diuiſionem veſtimentorum voluit intelligi & illam tunicam pertinere, de qua ſortem miſerũt. ſic Lucas, Diuidentes veſtimenta eius,miſerunt ſortes,diuidẽtes enim venerunt ad tunicam, de qua facta ſortitio. Dicendo autem ſortes,pluralem numerum pro ſingulari poſuit.Marcus breuitate obſcuritatẽ fecit,Mittentes,inquiens,ſortem ſuper eis,quis quid tolleret,i.quis tunicam tolleret, quæ partibus æqualibus ſuperfuerat. 68. Int.ſ.alia quàm tunicam. 69. Int.ſ.tunicam. 70. Amb.in epiſtolis. hoc ſolus me docuit Ioannes. Alij Euangeliſtæ concuſſum mundum,obductum tenebris cælum, refugiſſe ſolem, receptum latronem in Paradiſum ſcripſerunt.Ioãnes pluris putauit,quod victor ſuppliciorum matri pietatis officia exhibebat,quàm quod regnum cæleſte donabat, teſtatur de cruce Chriſtus, & inter matrem & diſcipulũ diuidit pietatis officia,condit nõ ſolùm publicum, ſed etiam domeſticum teſtamentũ,bonum teſtamentum,non pecuniæ, ſed vitæ æternæ, non atramento ſcriptum, ſed Spiritu Dei viui:ſtat mater Chriſti,fugientibus Apoſtolis,antẽ crucem, & piis ſpectat oculis Filij vulnera, quia expectabat non pignoris mortem,ſed mundi ſalutem.Hanc imitamini matres ſanctę,quæ in vnico Filio dilectiſſimo tantum maternæ virtutis exemplum dedit,nec enim vos dulciores liberos habetis,nec illud Virgo quærebat ſolatium,vt alium poſſet generare Filium. 71. Int.hæc erat mater Iacobi. Hier.cont.Heluid. quæ in Marco & Matthæo Iacobi & Ioſeph mater dicitur, fuit vxor Alphæi, quam Ioannes vocat Mariam Cleophæ,à patre,ſiue à gentilitate familiæ, aut alia cauſa nomen imponens Chry.cõſidera quod imbecillius genus.ſ.mulierum virilius apparet,iuxta crucem ſtando,fugientibus diſcipulis. 72. Int.ſ.filia.

73. Aug.de conſ.Euan lib.3.cap.21.Matt.& Lucas dicunt,Magdalenam cum aliis mulieribus à longè ſtetiſſe.Ioannes autem,fuiſſe iuxta crucem,erant enim in tanto interuallo,vt iuxta dici poſſent, quia in conſpectu eius præſto aderant,& à longè in comparatione turbæ propinquius circunſtantis, vel aderãt ſimul cum matre Domini:poſtquam verò eam diſcipulo commendauit, abire cœperant, vt à denſitate turbæ ſe eruerent.Cæteri ergo Euangeliſtæ qui poſt mortem Domini eas commemorant, longè ſtãtes referunt. 74. Int.ſ.præ cæteris familiarius.Bed.non quod exceptis cæteris ſolus, ſed præ cæteris familiarius propter priuilegiũ caſtitatis à Domino amabatur,virgo enim à Chriſto vocatus,virgo permanſit.Chry.Si vellet Ioãnes gloriari,cauſam adiecisſet propter quam amabatur,magnã enim & mirabilem fuiſſe oportet. 75. Chry.cùm aſtarent aliæ mulieres,ſolius matris meminit, docens nos plus matribus aliquid præbere,vt enim parentes circa ſpiritualia aduerſantes,neque noſſe oportet,ita ſi non impediũt, deferendũ eſt eis,ſuntq; aliis præferendi.Aug.hæc illa hora eſt, de qua Ieſus matri aquam cõuerſurus in vinum,dixit.Nondũ venit hora mea,tunc enim diuina facturus,non diuinitatis,ſed humanitatis matrẽ, velut incognitã repellebat.nũc humana patiens,ex qua factus fuerat homo,affectu cõmendat humano; exẽplo ſuo inſtruens,vt à filiis piis cura parentibus impẽdatur,lignũ illud vbi erant fixa mẽbra morientis,etiã cathedra fuit magiſtri docentis.Chry.Vide vt Crucifixus omnia imperturbatè agit,diſcipulo loquens de matre,latroni bonã ſpem tribuens, &c.cùm antequam crucifigeretur, trepidare videretur.ſ.eſt illic naturæ imbecillitas demõſtrata,hic autẽ virtutis ſuperabundãtia,per quod nos docet,ſi ante aduerſa conturbamur,nõ ideo deſiſtere in agonẽ ingreſſos,ſed omnia ſuſtinere. 76. Chry.nihil aliud Ioãni loquitur,nec dolentẽ conſolatur,non enim tempus erat conſolationis verborũ.Aug.Matri,quam relinquebat, alterũ pro ſe filium quodammodo prouidebat. 78. Int.ſ.Matrem. Aug.Suſcipit eã in ſua, non prædia, quæ nulla propria poſſidebat, ſed officia. quæ propria diſpenſatione exequenda curabat.Beda. alia littera habet in ſuam.ſ.Matrem,vt quidam volunt,ſed congruentius ſubauditur,in ſuam curam.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIX.

70. aliæ longè erant,vt dicunt alij Euangeliſtæ, fortè primò iuxta fuerant, poſtea longè. 72. ſ.vxor, ſecundùm quoſdam qui alium putant fuiſſe ab Alphæo. Alijs verò idem putatur, & hæc Iacobi Minoris mater eſſe,Græcè Cleopha. Dicebatur ergo ſecundùm iſtos etiã Alphæus,eratq; frater Ioſeph,viri Mariæ, ideoq; hæc Maria ſoror dicebatur.nam quod vulgò acceptũ, Annam ex tribus viris tres Marias genuiſſe, falſum eſt,vnica enim ei filia B.Maria. Alij dicunt Cleophæ filiam. n. non dixit Mater,ne eius viſcera commoueret. Item quia negotium agebat Patris cæleſtis. o. q.d.is tibi Filij loco erit,& pro me tui curam geret. 76. id eſt,erit tibi pro matre. 77. in ſua,id eſt,in proprias ædes,vel in ſuum ius,ſeu ad ſe.

Poſtea [79] ſciens Ieſus quia iam [80] omnia conſummata ſunt, vt conſummaretur [81] Scriptura,
dicit, [82] Sitio. Vas ergo erat poſitum acero plenum. [p] Illi verò ſpongiam plenam aceto,
[83] hyſſopo circumponentes, [84] obtulerunt ori eius. Cùm ergo [85] accepiſſet Ieſus acetũ, dixit,
[86] Conſummatum eſt. Et [87] inclinato capite [88] tradidit [89] ſpiritum. [90] Iudæi ergo (quoniam Pa-
[r] [91] raſceue erat) vt non remanerent in cruce corpora ſabbatho (erat enim [92] magnus dies
ille ſabbathi) rogauerunt Pilatum vt [93] frangerentur eorum crura, & [94] tollerentur. Ve-
nerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt
cum eo. Ad Ieſum autem cùm veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non frege-
runt eius crura, ſed [q] vnus militum lancea latus eius [95] aperuit, & continuò

Sens. Lit. In Cap. XIX.

79. Int. quia omnia diſpoſuit, per neſcientes agit. Aug. Patiebatur hæc omnia, qui apparebat homo, & idē diſponebat omnia, qui latebat Deus. 80. Glo. ſ. quæ oportebat fieri antequam acciperet acetum, & traderet ſpiritũ. 81. Aug. i. quod Scriptura prædixerat, Et in ſiti mea potauerunt me aceto. 83. Aug. humilis eſt herba pectus purgans. 84. Int. arundinē, vt alius dicit. Aug. in arundine, vt apud alios Euangeliſtas legitur, talis potus ad crucis ſublimia leuatus eſt. Theoph. Quidã dicunt hyſſopũ vocari arundinem, habet enim frondes arundini ſimiles. Chry. non reddebantur ex his quæ fiebant manſueti Iudæi, ſed magis ſæuiebant. 85. Bed. Non accepit vt biberet, dicit. n. alius Euangeliſta, noluit bibere, ſed vt quod ſcriptum erat impleret. 86. Int. ſ. quod prophetia prædixerat, & quia nihil iam reſtat quod ante mortem fieri oportet, & tradidit ſpiritum, vt qui poteſtatē habebat ponendi animã ſuam, & iterum ſumendi eam. Aug. 87. Chry. non quia expirauit, inclinauit caput, ſed poſt inclinationem expirauit, per quæ indicauit Euangeliſta omnium eſſe dominum. Aug. quis ita dormit quando voluerit, ſicut Chriſtus mortuus eſt, quando voluit? quanta ſperanda vel timenda poteſtas iudicantis, ſi apparuit tanta morientis? 88. Theoph. ſ. Deo & Patri, oſtendens animas ſanctorum deuenire ad manus Patris omniũ, peccatoribus ad inferorum delatis. 89. Gre. it. mot. i. animam. 90. Chry. camelum glutiētes, & culicem excolantes, tãtam enim operati audaciam de die ſunt ſolliciti. 91. Beda. i. præparatio, ſic dicta ſexta feria, quod eo die duplices cibi à Iudæis præpararentur. 92. Beda. ſ. ob ſolēnitatem paſchalem. 93. Int. ſ. vt morerentur. Aug. 94. Int. ſ. mortui de ligno, ne pendentes magnum diem ſui diuturni cruciatus horrore fœdarēt. Aug. ¶ Theop. ſic iubebatur in lege, ne occideret ſol in hominis ſupplicio. 95. Theop. ſ. vt Iudæis complaceret, ſed contumelia in ſignum euaſit, ſanguinem enim ex corpore manare, miraculoſum eſt. Aug. non dixit, percuſſit, aut vulnerauit, ſed aperuit, vt illic quodammodo vitæ oſtiũ panderetur, vnde Sacramenta Eccleſiæ manarunt, ſine quibus ad verã vitam non intratur. Chry quia hinc habēt ortũ ſacra myſteria, cùm acceſſeris ad tremēdũ calicē, ita accedas, vt ab ipſo bibiturus Chriſti latere.

Sens. Myst. In Cap. XIX.

82. Auguſt. q. d. date quod eſtis Iudæi, quippe ipſi erant acetum degenerantes à vino Patriarcharum, & Prophetarum, & tanquam vas plenum habentes. ſ. cor plenum iniquitate, & velut ſpongiam cauernoſis, & tortuoſis latibulis fraudulentum. 83. Aug. Hyſſopus, herba humilis, pectus purgans, Chriſti humilitatem ſignificat: Chriſti enim humilitate mundamur, hanc Iudæi circundederunt, & ſe circumueniſſe putauerunt. 95. Aug. hoc prænunciabat oſtium factum in latere arcæ, vt intrarent animalia diluuio non peritura, quibus præfigurabatur Eccleſia. Et prima mulier de viri dormientis latere, & hîc ſecundus Adam inclinato capite in cruce dormiuit, vt inde formaretur ei coniunx per id quod de latere dormientis effluxit.

Addit. Auct. In Cap. XIX.

80. ſ. quæ ad paſſionem pertinebant. 81. ſ. Pſalmo 68 In ſiti mea potauerunt me aceto. p. pro, vnus ex illis. 83. i. hyſſopi calamo. Quidam putant calamum ita vocatam à Iohanne. vide Theop. 84. dabatur acetum crucifixis, vt citius morerentur. 86. ſcilicet, redemptionis opus, vel quidquid patiendum reſtabat. q vel inſolentia militari, vel vt certior fieret de morte. 96. legiſſe videtur ἤνοιξε, nunc ἔνυξε. pupugit, vulnerauit.

exiuit ſanguis[96] & aqua[97].Et qui vidit[98],teſtimonium pehibuit[r]:& verum[99] eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit quia vera dicit:vt & vos credatis[100]. Facta ſunt enim hæc vt Scriptura impleretur[101], Os non comminuetis ex eo[102]. Et iterum alia Scriptura[103] dicit, Videbunt[104] in quem transfixerunt[105]. Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph[106] ab Arimathia[107](eo quòd eſſet diſcipulus[108] Ieſu , occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Ieſu. Et permiſit[109] Pilatus. Venit ergo[110], & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nicodemus[s], qui venerat ad Ieſum nocte primùm[111], ferens mixturam[112] myrrhæ[u] & aloës , quaſi libras centum. Acceperunt autem corpus Ieſu , & ligauerunt eum[x] linteis[aa] cum aromatibus,ſicut mos[113] eſt Iudæis ſepelire. Erat[114] autem in loco vbi crucifixus eſt , hortus:

Sen. Lit. In Cap. XIX.

96. Aug. Ille ſanguis in remiſſionem fuſus eſt peccatorum,aqua illa ſalutare temperat poculum,hæc & lauacrum præſtat & potum. 97. Theoph.Erubeſcant A.menij,qui vino in ſacris myſteriis non admiſcent aquam,videntur enim non credere aquam de latere fluxiſſe. 98. Chry. q.d.non ab alijs audiuit, ſed præſens vidit. 99. Chry.& meritò ſanè, contumelias enim Chriſti enarrat,non magnum aliquod & admirabile ſignum,vt ſuſpectus ſermo reddi poſſit. 100. Int.non ait ſciatis,ſcit ipſe qui videt, credat ei qui non vidit.Aug. 101. Aug.duo teſtimonia de Scripturis reddit ſingulis rebus , quas factas narrauit. 102. Int.ſagno.Aug.præceptum erat hoc celebrantibus paſcha ouis immolatione,quæ Dominicæ paſſionis vmbram præceſſerat. 103. Int.ad hoc quod dixit,Lancea latus eius apéruit. Aug.
104. Int.quia in carne venturus eſt,in qua eſt crucifixus.Aug. 105. Hier.hoc teſtimonium ſumptum eſt de Zacharia. 106. Beda.cælitus prouiſum eſt,vt eſſet diues , vt ad Præſidem poſſet accedere , & vt eſſet iuſtus,vt corpus Domini accipere mereretur. 107. Beda.ipſa eſt Ramatha ciuitas Helcanæ & Samuelis. 108. Chry.non ex 12.ſed fortè ex 70. 109. Chry.erat valde inſignis,& Pilato notus , vnde & impetrauit. 110. Chry. Sepeliendum non vt condemnatum,ſed vt magnum aliquem & admirabilem. Aug.de con.Euang. In extremo illo officio funeri exhibendo,minus curauit de Iudæis, quamuis ſoleret in Domino audiendo eorum inimicitias deuitare. Beda.ſedata vtcunque eorum ſæuitia:ſic enim aduerſus Chriſtum præualuiſſe gaudebant,corpus Chriſti petiit, quod non videbatur cauſa diſcipulatus , ſed pietatis factum;ſolet enim funeris officium malis etiam impendi. ſ. Aug.de conſ.Euang. lib.3.cap.23. non repugnat Iohannes aliis Euangeliſtis,nec enim illi Nicodemum tacentes, affirmant à ſolo Ioſeph Dominum ſepultum,vt nec vna ſyndone à Ioſeph inuolutum dicentes,intelligi prohibent & alia lintea potuiſſe afferri à Nicodemo,vt verum narret Iohannes,dicens linteis inuolutum , quamuis propter ſudarium capiti adhibitum,& inſtitas lineas,quibus corpus eſt alligatum , etiamſi vna ſyndon fuit , dici poterit ligatus linteis. 111. Aug.Vox primùm cum nocte iungenda , ſignificatur autem, non tunc ſolum veniſſe,ſed tunc primùm,veniſſe verò etiam poſtea,vt fieret audiēdo diſcipulus. 112. Chry. aromata ferunt quæ corpus apta ſunt quamplurimum cōſeruare. Adhuc iſti vt de nudo homine opinabantur,ſed multum amorem demonſtrabant. a a. Beda.hinc Eccleſiæ conſuetudo,corpus Domini non in ſericis,aut auro textis,ſed ſyndone munda conſecrandi. 113. Aug.admonet Euangeliſta in huiuſmodi officiis , quæ mortuis exhibentur,morem cuiuſque gentis ſeruandum ; erat verò Iudæorum conſuetudo corpora variis aromatibus condire , vt diutius ſeruarentur illæſa. 114. Chry.quia breuitate temporis vrgebantur,nona enim hora mortuo Chriſto,illiſque ad Pilatum accedentibus , & corpus deponentibus, veſpera imminebat,ponunt enim in proximum monumentum.

Sens. Myst. In Cap. XIX.

v. Theop.& tu eſto Ioſeph,& tege Chriſti nuditatem, & in tuo corde reconde , & miſce myrrham & aloēm,conſiderando vocem illam:Ite maledicti in ignem æternum,qua nihil amarius puto.

Addit. Avct. In Cap. XIX.

97. ſ.diſtincta à ſanguine.res magni miraculi. r. pro,perhibet. 103. ſ Zach.12 ſecundùm Hebr. Nam 70.aliter vertunt,ſecutus eſt autem Iohannes ſenſum. 107. ſ.oriundus. nam ciuis erat Hieroſolymitanus,dicitur autem 1.Regum 1.Ramathaim Sophim. x. pro,illud Græ.αὐτὸ.

& in horto monumentum nouum, in [115] quo nondum quiſquam poſitus erat. Ibi [116] ergo propter [bb] Paraſceuen Iudæorum, quia [117] iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

SENS. LIT. IN CAP. XIX.

115. Int. Sicut in vtero Mariæ nemo ante eum, nemo poſt eũ, ita in hoc monumento. Aug ¶ Chry. Factum hoc diſpenſatione, ne alterius putaretur reſurrectio facta. ¶ Theop. vide Chriſti paupertatẽ, qui domum in vita non habuit, mortuus, in alieno ſepulchro reconditur, & nudus exiſtens, à Ioſeph operitur. 116. Int. accelerata ſepultura, ne veſperaſceret, quando nihil tale licebat facere. Aug. 117. Chry. propinquum fuit ſepulchrum, ita vt diſcipuli poſſent cum facilitate accedere, & conſiderare quæ fiebant.

SENS. MYST. IN CAP. XIX.

115. Theop. nouum ſepulchrum, per Chriſti enim ſepulturam omnes innouamur, morte & corruptione deſtructa.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XIX.

b b. quod, ſcilicet, ad veſperam vergeret.

CAPVT XX.

VNA [1] autem ſabbathi, Maria [2] Magdalene venit [3] manè, cùm [4] adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum: & vidit lapidem [5] ſublatum à monumento. Cucurrit [6] ergo, & venit ad [a] Simonem Petrum, & ad alium diſcipulum quem [7] diligebat Ieſus, & dicit illis, Tulerunt [8] Dominum de monumento, & neſcimus [b] vbi poſuerunt eum. Exiit

SENS. LIT. IN CAP. XX.

1. INt. quam Matth. primam ſabbathi dicit. Aug. ¶ Chry. tranſierat iam ſabbathum, in quo impediebatur à lege, venit ergo profundo diluculo, conſolationem quandam à loco ſepulturę quærens. Aug. vna ſabbathi eſt, quem nos diem Dominicum, propter Domini reſurrectionem appellamus. Beda. vna ſabbathi. i. prima poſt ſabbathum. Theop. Iudæi hebdomadæ dies ſabbathum nominãt, vnam verò, primam. 2. Aug. de conſ. Euang. lib. 3. c. 24. Cæteris mulieribus, quæ Domino miniſtrauerant, dilectione feruentior, vt non immerito Ioannes eam ſolam commemoraret, tacitis aliis quæ cum illa fuerant, ſicut alij teſtantur. 3. Int. ſ. cùm iam tempus operandi rediſſet. 4. Aug. de conſ. Euan. lib. 3. c. 24. non repugnat quod Marcus ait, orto iam ſole: die quippe ſurgente, aliquæ tenebrarum reliquiæ ſunt: nec Marcus ſignificat ſolem viſum ſuper terram, ſed proximè aduenientem. 5. Int. aliàs reuolutum. Aug. de con. Euang. lib. 3. c. 24. iam factum erat quod ſolus Matth. commemorat de terræmotu & lapide reuoluto, conterritiſque cuſtodibus. Chry. Surrexit quidem Dominus clauſo & ſignato ſepulchro, ſed quia oportebat alios certificari, aperitur monumentum. 6. Int. ſ. ex nimio ardore ¶ cucurrit nunciare diſcipulis, vt aut ſecum quærerent, aut ſecum dolerent. Chryſ. nondum de reſurrectione nouerat aliquid manifeſtum, ſed putabat factam corporis tranſlationẽ. 7. Aug. ſ. præ cęteris, & familiarius. 8. Aug. nonnulli codices Græci habent meũ, quod poteſt videri dictũ propenſiore charitatis, vel famulatus affectu, ſed hoc in pluribus codicibus, quos in prõptu habemus, non inuenimus. Greg. 3. mor. c. 9. Solum Domini corpus quæſitura venerat, & quaſi totum Dominum ſublatum deplorat. Chryſ. non priuauit Euangeliſta mulierem hac laude, nec ſibi dedecori eſſe exiſtimauit, quod ab ea primùm diſcerent.

SENS. MYST. IN CAP. XX.

1. THeoph. Futuri ſeculi exemplar hæc dies, vna enim illic dies nequaquam nocte interpolata Deus ibi Sol qui nunquam occidit. 4. Greg. ho. 22. congruè hoc dicitur, Maria enim Chriſtum mortuum quærebat, cumque minimè inueniſſet, furatum credidit.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XX.

1. id eſt, prima die poſt ſabbathum, ſeu ſabbathi, id eſt, hebdomada. 6. ſcilicet, poſt viſos Angelos, de quibus alij Euangeliſta. a. & alios etiam Apoſtolos, vt dicunt Matthæus & Marcus. b. apparet ſimul adfuiſſe alias mulieres.

ergo Petrus,& ille alius diſcipulus,& vene[9]runt ad monumentum. Curre[10]bant autem
duo ſimul, & ille alius diſcipulus præcurrit citius Petro: & venit primus ad monu-
mentum. Et cùm ſe incl[c]inaſſet, vidit poſita linteamina: non tamen intro[d]iuit. Venit
ergo Simon Petrus ſequens eum, & in[11]troiuit in monumentum, & vidit li[a]nte[13]amina
poſita,& ſud[e]arium quod fuerat ſuper caput eius,non cum linteaminibus poſitū, ſed
ſeparatim inuolutū in vnum loc[13]um. Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus qui vene-
rat primus ad monu[14]mentum:& vidit,& cre[15]didit,non[16]dum enim ſciebāt Scripturam,
quia oportuit eum à mortuis reſurgere. Abie[17]rūt ergo iterum diſcipuli ad ſeme[18]tipſos.
M[19]aria autem ſta[20]bat ad monu[21]mentum foris,plo[22]rans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe,

SENS. LIT. IN CAP. XX.

9. Theoph. quomodo aſtantibus cuſtodibus venerunt? poſt terræmotum receſſerāt cuſtodes, annunciaturi Phariſæis. 10. Greg. præ cæteris cucurrerunt, qui præ cæteris amauerunt. 11. Chryſ. Petrus vt feruidus introit, & vniuerſa diligenter inſpicit. 13. Chry. ſignū hoc reſurrectionis erat: nō enim ſi tranſtuliſſent corpus, nudaſſent, nec ſi eſſent furati, de hoc fuiſſent ſolliciti vt ſudariū inuoluerēt, & ſeorſum ponerent, ideo Ioannes præmiſit ſepultum cum myrrha, quæ conglutinat corpori linteamina, vt ne decipereris à dicentibus furto ſublatū, quis enim fur circa rem ſuperfluam tātum laboraret? 14. Int. i. vacuum ſepulchrum. 15. Int. non quidem reſurrexiſſe, ſed ſublatū eſſe. Aug. Sequitur enim, nondum ſciebat, &c. non ergo credidit reſurrexiſſe, quem neſciebat oportere reſurgere, quando autem ab ipſo Domino audiebant, quamuis apertiſſimè diceretur, conſuetudine tamen ab illo audiendi parabolas, non intelligebant, & aliquid aliud eum ſignificare credebant. 17. Int. cùm crederent ablatum. 18. Int. eò vbi habitabant Aug. 19. Aug. viris recedentibus, infirmiorem ſexum in eodem loco fortior figebat affectus. Greg. hom. 25. Magdalene, quæ fuerat in ciuitate peccatrix, mentem magna vis amoris accendebat, quæ à monumento Domini, etiam diſcipulis recedentibus, non recedebat. 20. Int. ſ. cum aliis duabus. 21. Aug. de conſ. Euang. ante ſaxei ſepulchri locum, ſed tamen intra illud ſpatium, quò iam ingreſſæ fuerant, erat quippe illic hortus. 22. Chry. Petrus nihil tale paſſus eſt, nec mirum, compaſſibile enim eſt muliebre genus, & natura flebile. Aug. oculi qui Dominum quæſierant, & non inuenerant, lachrymis vacabant, ampliùs dolentes quod ablatus de monumento, quàm quod occiſus in ligno, quia tanti Magiſtri cuius vita ſubtracta fuerat, nec memoria remanebat.

SENS. MYST. IN CAP. XX.

10. Int. per decurſum huius mundi, Iudæi per legis litteram, Gentiles per legem naturæ. Greg. ho. 22. per Ioannem iuniorem, ſynagoga, per ſeniorem Petrum, Eccleſia gentium deſignatur, prior quidem illa ad Dei cultum, ſed hæc ad ſeculi vſum prior quàm ſynagoga. Currunt ſimul: ab ortus enim ſui tempore, vſque ad occaſum, pari & communi via, quanquam non ſenſu gentilitas cum ſynagoga decurrit. Venit priùs ſynagoga, mandata enim legis percepit, & prophetias de Chriſto, ſed non intrat, quia credere noluit: Credidit eccleſia Gentium ſecuta poſterior. Sudarium capitis non inuenitur cum linteaminibus: caput enim Chriſti Deus, & diuinitatis Sacramenta incomprehenſibilia, ab infirmitatis noſtræ cognitione diſiuncta ſunt, non ſolùm autem ſeparatim, ſed inuolutum dicitur inueniri, quia nec initium, nec finis diuinitatis aſpicitur, nec eſt, dicitur autem in vno loco, in ſciſſura enim mentium Deus non eſt, poteſt & ſudarij nomine intelligi labor: ſudario enim laborantium ſudor detergi ſolet: ſudariū ergo ſeorſum, quia Chriſti paſſio longè eſt à nobis diſiuncta, ipſe enim ſine culpa paſſus, nos cum culpa toleramus, ipſe ſponte ad mortem venit, nos inuiti, poſt Petrū ingreſſus Ioānes, in fine enim mūdi etiā Iudæi conuertentur. Theoph. Petrus actiuus & promptus, Ioānes contemplatiuus, & rerum diuinarū peritus, præuenit quidem plerunque contemplatiuus notitia, & docilitate, ſed actiuus inſtantia feruoris, & ſedulitate prius inſpicit diuinum myſterium. 12. Int. Sacræ Scripturæ Sacramenta.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XX.

c. ſ. ad oſtium. d. vel timore, vel Petro deferens. e. Græc. σουδάριον, vox Latina. 15. ſ. ſublatum, vt Maria dixerat. 18. i. in domum ſuam. 19. quæ cum alijs mulieribus ad monumentum redierat. 20. cùm aliæ inde abiſſent.

& pro

& [23] proſpexit in monumentũ : & vidit duos Angelos in [24] albis,[25] ſedentes vnũ ad caput,
& vnũ ad pedes,vbi poſitũ erat corpus Ieſu.Dicunt ei illi,[26] Mulier,quid [27] ploras? Dicit
eis,Quia tu:erunt [28] Dominũ meũ:& neſcio vbi [29] poſuerũt eum.Hæc cùm dixiſſet,con-
[30] uerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum [31] ſtantẽ:& non [32] ſciebat quia Ieſus eſt.Dicit ei Ieſus,
[33] Mulier,quid [34] ploras?[35] quẽ quæritis?Illa [36] exiſtimãs quia hortulanus eſſet,dicit ei,[37] Domi-
ne,ſi tu ſuſtuliſti [38] eũ,dicito mihi vbi poſuiſti eũ:& ego eũ [f] tollã.Dicit ei Ieſus, [39] Maria.

Sens. Lit. In Cap. XX.

23. Aug.de conſ. Euang.lib.3. cap.24. Viderat cum aliis mulieribus Angelum ſedeotem ſuper lapidem reuolutum à monumento,ad cuius verba cùm fleret,proſpexit in monumẽtum, nimium dolebat, nec ſuis,nec diſcipulorum oculis facilè putabat credendum ; vel diuino inſtinctu in eius animo factum eſt,vt proſpiceret.Greg.hom.25.Amanti ſemel aſpexiſſe oon ſuffieit,quia vis amoris intentionem multiplicat inquiſitionis:perſeuerauit vt quæreret,& inuenit,dilata deſideria creuerunt, & creſcentia inuenerunt. 24. Chry.quia non erat excelſa mulieris mens,vt ex ſudariis perciperet reſurrectionem,Angelos videt læto habitu,vt & ipſa à dolore mitigetur. 26. Chry.nihil de reſurrectione dicunt, ſed paulatim in eum ſermonem intrant:ne ergo ex viſione turbaretur,compaſſionis voce lachrymas prohibent, futurum quodammodo gaudium nunciantes,ita enim dicunt,quid ploras,quaſi dicant,plorare noli.

27. Aug. putans interrogaſſe neſcientes,prodit cauſam lachrymarum. 28. Aug. Dominum vocat Domini corpus exanime,à toto partem ſignificans:ſic confitemur Ieſum Chriſtum ſepultum, cùm ſola eius caro ſepulta ſit. 29. Int.hæc eſt maior cauſa doloris.Aug.neſciebat enim quò iret ad conſolãdum dolorem.Chry.nondum de reſurrectione aliquid nouerat, ſed adhuc tranſlatum arbitrabatur. 30. Aug. de con.Euang.lib.3.cap.24.hic intelligendi ſunt ſurrexiſſe Angeli,vt etiam ſtantes viderentur, ſicut eos Lucas viſos commemorat.Chry.quare ad Angelos loquens aliò conuertitur? videtur mihi ea loquente Dominum à tergo apparuiſſe,Angelóſque figura,inſpectione,& motu hoc oſtendiſſe,hoc ergo eam fecit retrorſum conuerti.Aug.hora iam venerat qua gaudium ab Angelis quodammodo nunciatũ , fletibus ſuccederet. 31. Chry.Apparuit Angelis vt Dominator;mulieri verò non ita,ne eam ſtupefaceret.

32. Int.redarguens eam. 34. q.d.non lachrymas nudas,ſed fidem exigo. 35. Int.interrogatur cauſa doloris, vt augeatur deſiderium.Greg.hom.25.quatenus nominato eo,quem quærebat,in amorem eius ardentiùs æſtuaret. 36. Int.non penitus falsò,quia in eius mente ſeminabat. Greg. Forſitan nec errando hæc mulier errauit,in eius enim pectore per amoris ſui vim ſemina virtutum virentia plantabat. Chry.Hortulanum exiſtimat,quia in communi figura apparuit. 37. Gloſſ. quem putat hortulanum, dicit Dominum,vt honorificaret hominem à quo rogabat beneficium. 38. Greg.at nondum dixerat quem quæreret,ſed vis amoris hoc agere ſolet in animo,vt quem ſemper cogitat , nullum alium credat ignorare. f. Chry.q.d.ſi propter timorem Iudæorum tuliſti,ego eum accipiam.Theoph.Timebat ne Iudæi in corpus exanime ſæuirent,& ideo volebat aliò transferre. 39. Greg.qui cõmuni vocabulo appellans,ex ſexu agnitus non eſt,vocat ex nomine.q.d.recognoſce eum à quo recognoſceris.

Sen. Myst. In Cap. XX.

25. Aug.qui Græcè Angeli,Latinè nuntij dicuntur:ſignificabatur ergo Euangelium Chriſti à capite vſque ad pedes.i.ab initio vſque ad finẽ nunciandum.Greg.ho.25.ad caput ſedet Angelus,cùm per Apoſtolos prædicatur quod in principio erat Verbum,quaſi ad pedes ſedet,cùm dicitur , Verbũ caro factum eſt,vel duo Angeli,duo Teſtamenta,quę dum pati paſſu incarnatum,mortuũ,& reſurrexiſſe Dominum nunciant,quaſi teſtamentum prius ad caput,& poſterius teſtamentũ ad pedes ſedet. 26. Greg.hom.25. ipſa ſacra eloquia,quæ in nobis lachrymas amoris excitant,eaſdem conſolantur,dum nobis Redẽptoris noſtri ſpeciem repromittunt. 30. Greg.hom.25.quæ adhuc de Domini reſurrectione dubitabat,conuerſa eſt,vt videret,per dubitationem enim quaſi tergum in Domini faciem miſerat,quem reſurrexiſſe non credebat. 31. Greg.quia amabat,& dubitabat,videbat,& non agnoſcebat eum. 33. Int.quæ noo credit,adhuc eſt mulier,adhuc corporei ſexus appellatione ſignatur.

Addit. Avct. In Cap. XX.

30. *vt ſolent qui aliquid ſollicitè quærunt huc illuc ſe vertere.*

Conuer[40]ſa illa dicit ei,Rab[f]boni (quod dicitur,Ma[42]giſter) Dicit ei Ieſus, N[43]oli me tangere,nondum enim a[41]ſcendi ad Patrem meum.V[44]ade autem ad fratres meos,& dic eis, A[h]ſcendo ad Pa[45]trem me[46]um,& Patrem ve[47]ſtrum,D[48]eum meum,& Deum ve[49]ſtrum.Ve[50]nit Maria Magdalene ann[51]uncians diſcipulis,Quia vidi Dominum,& hæc dixit mihi. Cùm ergo [52]ſerò eſſet die illo [l]vna ſabbathorum,& f[53]ores eſſent clauſæ, vbi erant

Sens. Lit. In Cap. XX.

40. Int.prius corpore conuerſa,putauit quod non erat,nunc conuerſa corde,quod erat agnouit.Auguſt.¶ Chry.conuerſa fuerat ad Angelos,vt interrogaret cur eſſent ſtupefacti.Chriſtus ergo eam vocãs conuertit ad ſe,per vocem ſeipſum manifeſtans. 41. Aug.Hortulanum vocauit Dominum,Ieſum verò vocat Magiſtrum:ibi enim honorabat hominem,à quo beneficium poſtulabat,hic recolebat doctorem à quo diſcernere humana & diuina diſcebat. 42. Greg. hom. 25. in his verbis oſtenditur voluiſſe Mariam amplecti veſtigia Chriſti. 43. Aug an ſedens in cælo tangi poterat?certè ſe diſcipulis tangendum obtulit,dicens:Palpate,& videte,&c.quin & feminæ eum antequam ad Patrem aſcenderet,tetigiſſe leguntur,in quibus erat & Magdalena aut ergo hic figuratur Eccleſia de gentibus , quæ in Chriſtum non credidit,niſi cùm aſcendiſſet ad Patrem:aut ſic in ſe credi voluit Ieſus,id eſt,ſic ſe ſpiritualiter tangi,quòd ipſe & Pater vnum ſunt.ei quippe in intimis ſenſibus , quodammodo aſcendit ad Patrem, qui ſic in eo profecit vt Patri agnoſcat æqualem. hæc autem carnaliter adhuc in eum credebat, quem ſicut hominem flebat.Aug.1.de Trinit.cap.9.Tactus tanquam finem facit notionis,nolebat ergo Chriſtus in eo eſſe finem intenti cordis in ſe,vt hoc quod videbatur,tãtummodo putaretur.Chry.volebat hæc mulier adhuc cum Chriſto verſari,vt ante paſſionem : ab hac ergo mente eam abducit, vt cum multa reuerentia ei loquatur:dicens autem,Nondum aſcendi,oſtendit ſe illuc properare , nec debere vltra cum hominibus,vt antea conuerſari.Glo.Noli me tangere.i.ſic credere,nondum aſcendi ad Patrem.i.nõdum credis me Patri æqualem,tunc tanges,cùm non imparem credes.Auctor.vide Additionem. 46. Int. natura.non ait communiter noſtrum,ſed meum & veſtrum, quia differunt.Hil.11.de Trin. Eſt ei Pater vt cæteris,ex ea parte qua homo eſt;& Deus ei,vt cũctis,ex ea natura qua ſeruus eſt;vnde,Vade,inquit, ad fratres meos,vnigenitus enim Deus ſine fratribus eſt. Auguſt.Patrem meũm natura,veſtrum gratia.
47. Int.gratia. 48. Int.quia ego homo.¶ ſub quo & homo ſum.Auguſt. 49. Auguſt.inter quos & ipſum,mediator ſum. 50. Aug.de conſ.Euang.lib.3.cap.24. Egreſſa à monumento, id eſt,ab illo loco vbi erat horti ſpatium antè lapidem effoſſum; & cum illa aliæ quas ſecundùm Marcum inuaſerat tremor,& pauor,& nemini.ſ.aliorum quicquam dicebant : cùm verò cum aliis veniret, tunc ſecundùm Matthæum,occurrit illis Ieſus,dicens,Auete.habuerunt itaque còllocutionem Angelorum, bis ad monumentum venientes;bis etiam Domini,ſemel.ſ.cùm Maria hortulanum pũtauit,& iterum cùm occurrit in via,vt eas repetitione firmaret. 51. Greg. ibi culpa abſcinditur vnde proceſſit;quia mulier in paradiſo viro mortem propinauit,mulier à ſepulchro viris vitam annunciat ; dictaque viuificatoris ſui narrat,quæ mortiferi ſerpẽtis verba narrauerat.Glo.quaſi rebus ipſis Deus dicit,de qua manu illatus eſt potus mortis,de ipſa ſuſcipite potũ vitæ. 52. Int.hoc in ipſo die reſurrectionis. Beda.ideo ſerò apparuit quia conſequẽs erat,maximè eos tunc timidos eſſe.Theop.præſtolabatur Dominus, vt omnes cõuenirent.Chry.nec vnum diẽ dimiſit pertrãſire,ſed videre ſitientibus quod ſciebant iam ſuſcitatũ, & timẽtibus,cùm ſerò factum eſſet,ipſis aſtitit. 53. Int.moli corporis vbi erat diuinitas,oſtia clauſa non abſtiterunt,ſicut & natus fuerat de Virgine.Aug. ¶ Theop.oſtiis clauſis venit,vt oſtendat eodẽ modo reſurrexiſſe clauſo ſepulchro.Aug.Serm.de paſſ. quidam hic diſputant, quomodo per oſtia clauſa corpus intrare potuit?ſi comprehendis modum,non eſt miraculum;vbi deficit ratio,ibi eſt fidei ædificatio.

Sens. Myst. In Cap. XX.

44. Gloſſ. Noli manum maioribus adhibere,ſed vade ad perfectiores,qui facilè reſurrectionem credant, mulieribus enim in Eccleſia docere non permittitur. 51. Beda.Maria,quæ interpretatur domina illuminata,illuminatrix,ſeu ſtella maris,ſignificat Eccleſiam,in eo verò quod Chriſtũ reſurrexiſſe nunciat , monentur omnes quibus eſt commiſſum prædicandi officium , vt ſi quid eis cælitus reuelatum fuerit,ſtudioſè proximis propinent.

Addit. Auct. In Cap. XX.

g. i.Magiſter mi,Syriacum eſt. 42. amplecti illa volebat. 43. pro,aſcendo.q.d.nondum diſcedo,tangere poteris poſtea. h. i.poſt aliquot dies aſcendam. q.d. dic eis vt recordentur quod dixi ante paſſionem me ad Patrem aſcenſurum,&c. l. i.prima die hebdomada.ſ.poſtridie ſabbathi.

diſcipuli

diſcipuli cõgregati propter metum Iudæorum: venit[54] Ieſus, & ſtetit[55] in medio, & dixit eis, Pax[56] vobis. Et cùm hęc dixiſſet, oſtendit eis manus[57] & latus. Gauiſi[58] ſunt ergo diſcipuli viſo Domino. Dixit ergo eis Ieſus iterum[59], Pax vobis. Sicut[60] miſit[61] me Pater, & ego mitto vos. Hæc cùm dixiſſet, inſufflauit[62]: & dicit eis, Accipite Spiritum[63] ſanctum: quorum remiſeritis[64] peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus[65],

Sens. Lit. In Cap. XX.

54. Int. die Dominica eiuſdem reſurrectionis. Glo. quinquies in eo die apparuit. Primò, Magdalenæ. Secundò, eidem cum aliis in via. Tertiò, Petro. Quartò, Cleophæ, cum ſocio. Quintò, diſcipulis ianuis clauſis, prædictis duobus iam reuerſis. 55. Chry. mirum eſt non putaſſe illos phantaſma; ſed præueniẽs mulier multam in eis fidem operata eſt, & ipſe per viſum ſe eis manifeſtum oſtẽdit, & voce eorũ mentem fluctuantem firmauit. 56. Chry. i. ne turbemini, commemorat autem verbum, quod ante crucem dixerat, Pacem meam do vobis, & in me pacem habebitis. 57. Int. vbi ad dubitantium corda ſanãda, vulnerum ſunt ſeruata veſtigia. Greg. & quia ad illud corpus quod videri poterat, fides intuentium dubitabat, oſtendit eis manus & latus. Claui enim manus fixerant, lancea latus aperuerat. Aug. 22. de ciuit. cap. 19. Claritas, qua iuſti fulgebunt ſicut ſol, in Chriſti corpore cùm reſurrexit, abſcondita fuiſſe potiùs, quàm defuiſſe credenda eſt, non enim eam ferret humanus atque infirmus aſpectus, quando à ſuis ita deberet attendi, vt poſſet agnoſci. 58. Chry. impletur illud, iterũ videbo vos, & gaudebit cor veſtrum.

59. Int. iteratio, confirmatio eſt, dat eis pacem ſuper pacem, ſicut promiſit per Prophetam. Beda. Repetit, quia gemina eſt virtus charitatis, vel quia ipſe eſt qui fecit vtraque vnum. Gloſſ. pacẽ offert, qui propter pacẽ venerat; iterat, vt monſtret per ſuum ſanguinẽ pacificata, quæ in cælis, & quæ in terra. Chry. quia prælium implacabile habebant cum Iudæis, rurſus eis pacem annunciat, vt conſoletur, ſimul demonſtrans crucis efficaciam, per quam ſoluit omnia triſtia, & contulit omnia bona, & hæc eſt pax. mulieribus verò ſupra annunciatum gaudium. ſuſceperant enim maledictionem hanc, in dolore paries, & erant in mœrore. 60. Aug. æqualem Patri Filium nouimus, ſed hîc verba mediatoris agnoſcimus, medium quippe ſe oſtendit, dicendo: ille me, & ego vos. 61. Int. i. ad paſſiones, q. d. ea charitate vos mitto ad mala, qua Pater me miſit. Greg. q. d. ea charitate vos diligo, cùm inter ſcandala perſecutorum mitto; qua me charitate Pater diligit, quem venire ad tolerandas paſſiones fecit. 62. Int. inſufflatio ſignificauit, Spiritum ſanctum, non Patris eſſe ſolius Spiritum, ſed & ſuum. Aug. ¶ Chry. nõ Patrem deprecatur, ſed ſua authoritate dat eis virtutem. Greg. hom. 26. prius in terra diſcipulis datur Spiritus ſanctus, poſt modum de cælo mittitur, quia duo ſunt præcepta charitatis; in terra datur vt diligatur proximus, datur de cælo, vt diligatur Deus, vna eſt charitas, & duo præcepta; vnus Spiritus, & duo data. & proximi amore diſcitur, qualiter perueniri debeat ad amorem Dei. 63. Chry. Apparet accepiſſe eos tunc poteſtatem quandam, & ſpiritualem gratiam ad dimittendum peccata, vnde ſequitur, quorum remiſeritis, &c.

64. Int. i. quos dignos remiſſione indicaueritis, duabus ſcilicet clauibus, poteſtatis & diſcretionis. Gre. hom. 26. qui prius Spiritum ſanctum habuerunt, vt innocenter viuerent, & quibuſdam prædicatione prodeſſent, hunc poſt reſurrectionem patenter acceperunt, vt pluribus prodeſſe poſſent, ad quantum verò culmen gloriæ diſcipuli perducti ſunt, qui principatum ſuperni iudicij ſortiuntur, vt vice Dei peccata retineant, & relaxent? horum in Eccleſia locum Epiſcopi tenent, & ſoluendi, vel ligandi authoritatem ſuſcipiunt, qui gradum regiminis ſortiuntur, grandis honor, ſed graue pondus honoris: durum quippe eſt, vt qui neſcit tenere moderamen vitæ ſuæ, iudex fiat alienę. Chry. Sacerdos ſi propriam benè diſpenſet vitam, alienam verò non diligenter curet, in gehennam vadit; nec propterea lædit is, in iis quæ ſunt à Deo commiſſa, Deus enim eſt, qui diſpenſat, ſacerdos linguam ſuam & manum tribuit, non enim iuſtum eſſet, vt propter alterius malitiam circa ſalutis ſymbola læderentur, qui ad fidem veniunt.

Sens. Myst. In Cap. XX.

65. Gloſſ. Didymus, i. geminus, quia dubius. Thomas, i. abyſſus, quia dubitando profundiùs nouit.

Addit. Avct. In Cap. XX.

56. ſalutatio Hebræorum more, qui ita imprecantur omnia proſpera, ſ. à Deo. 61. ſ. in mundum pro ſalute hominum. 64. poteſtas hæc promiſſa, Matth. 18. nunc data, vel illic de foro exteriori ſermo eſt, hic de interiori etiam. 65. id eſt, geminus, id quod ſignificat Hebraicè Thomas, ſeu Thoma תאם.

[66] non erat cum eis quando venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis, [67] Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam [68] digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et poſt dies octo, iterum erant diſcipuli eius intus, & Thomas cum eis. [69] Venit Ieſus ianuis [70] clauſis; & ſtetit in medio eorum, & dixit eis, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ, [71] Infer digitum tuum huc, & vide [72] manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas & dixit ei, Dominus meus, & [73] Deus meus. Dicit ei Ieſus, [74] Quia vidiſti

Sens. Lit. In Cap. XX.

66. Chry. deficiebat ex diſperſione, quæ iam facta erat. Greg. hom. 26. non caſu factum eſt, vt deeſſet, ſed Dei clementia, vt diſcipulus dubitans, dum vulnera in magiſtro palpat carnis, in nobis vulnera ſanaret infidelitatis; plus nobis Thomæ infidelitas ad fidem, quàm credentium diſcipulorum fides profuit; dum enim ille ad fidem palpando reducitur, mens noſtra in fide ſolidatur. Beda. ait Lucas duos illos diſcipulos ex Emaus reuerſos, inueniſſe vndecim congregatos, ſed datur intelligi, quoddam fuiſſe interuallum, quòd ad horam Thomas egreſſus ſit, & Ieſus veniens in medio ſtetit. 67. Chry. ſicut qualitercunque credere facilitatis eſt, ita præter modum inueſtigare craſſiſſimæ eſt mentis, ideoque accuſatur Thomas, qui dicentibus Apoſtolis, vidiſſe ſe Dominũ, non credidit, quin etiã rem putauit impoſſibilem. 68. Chry. aliis craſſior exiſtens, per ſenſum craſſiſſimum, ſcilicet tactum, quærebat fidem, non cõtentus videre. 69. Chry. Vide Domini clementiam, etiam pro vna anima ſe oſtendit, & accedit vt ſaluet vnum; non apparuit autem ei ſtatim, ſed poſt dies octo, vt accenderetur deſiderio, & fidelior fieret in futurum. 70. Aug. Serm. de Paſſ. Dicis, ſi per oſtia clauſa intrauit, vbi corporis modus? Reſpõdeo; ſi ſuper mare ambulauit, vbi eſt corporis pondus? Fecit illud Dominus tanquam Dominus, nunquid quia reſurrexit deſtitit eſſe Dominus? 71. Chry. oſtendit ſe adfuiſſe cùm hæc Thomas loqueretur ad condiſcipulos. 72. Chry. quomodo corpus incorruptibile typos habebat clauorum? erat id condeſcenſionis, vt diſcerent ipſum eſſe, qui fuerat crucifixus. Aug. lib. de Symbolo. Poſſet de corpore clarificato omnẽ maculam cicatricis abſtergere, ſed ſciebat cur reſeruaret; ſicut enim demonſtrauit Thomæ nõ credenti niſi tangeret & videret; ita inimicis ſuis vulnera demonſtraturus eſt, vt conuincat, dicens: Ecce hominem quem crucifixiſtis: videtis vulnera quæ infixiſtis, agnoſcitis latus quod pupugiſtis, per vos enim, & propter vos apertum eſt, nec tamen intrare voluiſtis. Aug. 22. de Ciuit. Neſcio quomodo ſic afficimur amore martyrum, vt velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, quę pro Chriſti nomine pertulerunt; & fortè videbimus; nõ enim deformitas in eis, ſed dignitas erit, & quædam in corpore virtutis pulchritudo fulgebit, ſi qua verò martyribus amputata, aut ablata ſunt, reſtituentur. dictum enim eis, Capillus capitis veſtri non peribit. quod ſi decebit vt indicia vulnerum ibi cernãtur, vbi membra percuſſa, vel ſecta ſunt, ibi cicatrices, ſed tamen eiſdem membris redditis, non perditis apparebunt, eruntque non vitia, ſed virtutum indicia. Greg. homil. 26. Duo mira Dominus, & iuxta humanam rationem valde contraria oſtendit, dum corpus & incorruptibile, & tamen palpabile demõſtrauit: corrumpi enim neceſſe eſt quod palpatur, & palpari non poteſt quod nõ corrumpitur: palpabilem ergo ſe demonſtrauit, & incorruptibilem, vt oſtenderetur corpus eiuſdem naturæ, & alterius gloriæ. Greg 14. mor. cap. 31. Corpus noſtrum in reſurrectionis gloria ſubtile erit per effectũ ſpiritualis potentiæ, & palpabile per veritatem naturæ. 73. Aug. Tangebat hominem, & Deum confitebatur. Theoph. Qui priùs fuerat infidelis, poſt lateris tactum optimum ſe Theologum oſtendit, duplicem naturam, & vnam hypoſtaſim Chriſti diſſerens. dicens enim Dominum, naturam humanã, dicens Deum, diuinã confeſſus eſt in vno & eodem. 74. Aug. Non ait, tetigiſti, generalis eſt quodammodo ſenſus viſus, & per alios ſenſus ſolet nominari, dicimus enim vide quàm bene ſonet, oleat, ſapiat, caleat. Et Dominus, Infer, inquit, digitum tuum, & vide, quaſi dicat, tange, & vide nec tamen ille oculos habebat in digito. Poteſt etiam dici, non auſum Thomam tangere, cùm ſe Chriſtus tangendũ offerret. Greg. quomodo dicitur, vidiſti, ſi fides eſt argumentum non apparentium? aliud vidit, aliud credidit; hominem vidit, Deum confeſſus eſt.

Addit. Avct. In Cap. XX.

71. quod te facere velle dixiſti. 74. ſcilicet, tactu ad quem etiam ſuprà inuitans dixerat, Vide manus meas, &c. vel fortè contentus vidiſſe, & audiſſe, tangere noluit.

[75] me [76] Thoma, [76] credidiſti: [77] beati qui [m] non viderunt & [78] crediderunt. [79] Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu diſcipulorum ſuorum, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc. Hæc autem ſcripta ſunt, vt [80] credatis quia Ieſus eſt Chriſtus Filius Dei viui, & vt credentes, [81] vitam habeatis in [82] nomine eius.

Sens. Lit. In Cap. XX.

75. Int.hominem. 76. Int.me eſſe Deum. 77. Greg. In hac ſententia nos ſpecialiter ſignificati ſumus, qui eum, quem carne non vidimus, mente retinemus, ſi tamen fidem noſtram operibus ſequimur: ille enim verè credit, qui exercet operando, quod credit. 78. Aug. Præteriti temporis verbis vtitur, vt qui nouit quod erat futurum, in ſua prædeſtinatione iam factum. Chry. Cùm aliquis dixerit, vtinam illis temporibus fuiſſem, & vidiſſem Chriſti miracula, cogitet, Beati qui non viderunt, & crediderunt. Theoph. ſignificat hic etiam diſcipulos, qui nec plagas clauorum, nec latus palpantes, crediderunt. 79. Chry. quia Iohannes pauciora aliis Euangeliſtis dixerat, hoc ſubiungit: Sed nec alij omnia dixerunt, ſed quæ erant ſufficientia adducere ad fidem; videtur autem mihi loqui de ſignis factis poſt reſurrectionem, vnde dicit in conſpectu diſcipulorum, cum quibus ſolis poſt reſurrectionē conuerſatus eſt. Gloſſ. quaſi in fine libri concludit, deinde tamen narrat geſta ad mare Tiberiadis, & capturam piſcium. 80. Chry. nec enim ſolùm diſcipulorum gratia ſigna fiebant. 81. Chry. non enim illi cui creditur, ſed nobis vtile eſt credere. 82. Chry. id eſt, per Ieſum, ipſe autem eſt vita.

Addit. Avct. In Cap. XX.

m. pro, cùm non viderint, credent. 79. hic videtur voluiſſe finem facere ſcribendi, ſed poſtea indicauit etiam reliqua addenda. 82. i. per ipſum, ſeu propter ipſum.

CAPVT XXI.

POstea [1] manifeſtauit [2] ſe iterum Ieſus diſcipulis ſuis ad [3] mare Tiberiadis. Manifeſtauit autem ſic. Erant ſimul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanaël, qui erant à Chana Galilææ, & [4] filij Zebedæi, & [5] alij ex diſcipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus, Vado [6] piſcari. Dicunt ei, [7] Venimus & nos tecum. Et exierunt, & aſcenderunt in nauim: & illa

Sens. Lit. In Cap. XXI.

1. CHRY. Poſtea dicit, quia non ſemper cùm eis erat, vt antea. 2. Chry. non enim videretur niſi condeſcenderet. 3. Int. idem eſt quod mare Galilææ, & ſtagnum Genezareth. Chry. abierant in Galilæam, periculum Iudæorum declinantes. 4. Int. Iohannes, & Iacobus Maior. 5. Int. quorū nomina tacentur. 6. Chry. quia Dominus non continuè cum eis erat, neque eis aliquid erat commiſſum, artem piſcatoriam tractabant. Greg. hom. 24 Negotium quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, poſt conuerſionem repetere culpa non fuit. Itaque Petrus ad piſcationē redijt, Matthæus ad telonium non redijt: ſunt enim pleraque quæ ſine peccato exhiberi, aut vix, aut nullatenus poſſunt, ad quæ poſt conuerſionem non eſt redeundum. Aug. Non fuerant prohibiti Apoſtoli ex arte ſua licita victum neceſſarium quærere, ſi quando vnde viuerent aliud non haberent. Sic Paulus ne gentes offenderet, ſi poteſtate quam cum cæteris prædicatoribus habebat, vteretur artem quam non nouerat, didicit, vt dum ſuis manibus tranſigitur doctor, nullus grauaretur auditor. quanto ergo magis B. Petrus, qui piſcator fuerat, quod nouerat, fecit, ſi aliud vnde viueret non inuenit? quod ſi quis dicat, cur non Dominus quod eis promiſit ſ. apponenda his omnia ſi quærerent regnum Dei, impleuit? Reſpondendum impleſſe. quis enim alius piſces, qui caperentur, appoſuit, qui non ob aliud credendus eſt eis iniecisse penuriam, qua cogerentur ire piſcatum, niſi depoſitum volens exhibere miraculum. Chry. ſequebantur alij diſcipuli Petrum, erant enim ſibi inuicem colligati.

Addit. Avct. In Cap. XXI.

3. id eſt, lacum.

[8] nocte [9] nihil prendiderunt. Manè autem iam facto ſtetit Ieſus in littore: non tamen cognouerunt diſcipuli quia Ieſus eſt. Dicit ergo eis Ieſus, [10] Pueri, numquid [a] pulmentarium habetis? Reſponderunt ei, [11] Non. Dicit eis, Mittite in dexteram [b] nauigij rete, & inuenietis. Miſerunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piſcium. Dicit ergo diſcipulus ille quem diligebat Ieſus, Petro, [12] Dominus eſt. Simon [13] Petrus cùm audiſſet quia Dominus eſt: [14] tunica

SENS. LIT. IN CAP. XXI.

8. Chry. Nocte piſcabantur, quia adhuc formidoloſi erant. 9. Greg. hom. 24. Facta eſt diſcipulis magna difficultas, vt veniente Magiſtro, fieret admirationis magna ſublimitas. 10. Chry. Init cum eis ſermonem, velut ab eis emere volens. 12. Chry. Iohannes perſpicacior erat, & ideo primò cognouit Chriſtum. Beda. Cognouit Iohannes primùm Dominum, ſiue miraculo piſcationis, ſiue ſono præcognitæ vocis. 13. Chry. Petrus feruentior erat, ideo promptiùs venit ad Chriſtum.

SENS. MYST. IN CAP. XXI.

8. GLo. nox ante aduentũ Chriſti, in qua nullus ad perfectionem per legem venit; manè, aduentus Chriſti. Aug. in captura piſcium commendatur Eccleſię Sacramentum, qualis futura eſt in vltima reſurrectione, ad quod commendandum valet, quod tanquam finis eſt interpoſitus libri, quod eſſet ſecuturæ narrationis quaſi proœmium, & ſeptem diſcipuli ſuo numero finem ſignificant temporis: vniuerſum enim tempus ſeptem diebus voluitur, & littus finem ſeculi ſignificat, eſt enim finis maris: & ſicut hic ſignificata eſt Eccleſia, qualis in fine ſeculi futura ſit; ita alia piſcatione ſignificata eſt, qualiter nunc ſit: itaque ibi non ſtabat Ieſus in littore, ſed aſcendit in nauim; illic non mittuntur retia in dexteram, ne ſoli ſignificentur boni, nec in ſiniſtram, ne ſoli mali, ſed indifferenter, vt ſignificentur permixti boni & mali; hic verò mittitur in dexteram rete, vt ſoli boni ſignificentur, qui pertinent ad reſurrectionem vitæ, & in littore, i. in fine ſeculi, cùm reſurrexerint, apparebunt; habet iſtos Eccleſia poſt finem vitæ huius in ſomno pacis, velut in profundo latentes, donec ad littus rete perueniat; & quod in prima piſcatione duabus nauiculis, hoc iſto loco ducentum & centum cubitis eſt figuratum. ſ. vtriuſque generis electi, circuncisionis & præputij; illic numerus piſcium non exprimitur, tanquam illud fiat per Prophetam prædictum, Annunciaui, & locutus ſum, multiplicati ſunt ſuper numerum; hic certus eſt numerus, vbi decem decalogum ſignificat; cùm autem ad legem accedit gratia. i. ad litteram Spiritus, quodammodo denario additur ſeptenarius, quo numero ſignificatur Spiritus ſanctus, ad quem ſanctificatio pertinet, quæ tribuitur diei ſeptimo in lege: & Eſaias Spiritum ſanctum munere ſeptenario commendat: numerus verò decimus ſeptimus ab vno vſque ad ſeipſum omnibus computatis creſcens, ad centum quinquaginta tria peruenit: non ergo tantùm centum quinquaginta tres ad vitam æternam reſurrecturi ſignificantur, ſed omnes ad gratiam Spiritus pertinentes, hoc numero figurantur, qui etiam ter habet quinquaginta, & inſuper tria propter myſterium Trinitatis; quinquagenarius autem completur multiplicatis ſeptem per ſeptem, additoq; vno, vt eos ſignificet eſſe vnum: dicitur verò quod erant magni piſces, qui enim fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cælorum. Illic rete propter ſignificanda ſchiſmata rumpebatur, hic non rumpitur: in illa enim ſumma pace ſanctorũ nulla erunt ſchiſmata. Theoph. Cùm nox erat ante Solis Chriſti præſentiam, Prophetæ nihil ceperunt, quia etſi vnam nationem Iſraël corrigere conarentur, illa tamen frequenter in idololatriam labebatur. Greg. hom. 24. mare præſens ſeculum ſignificat, quod ſe cauſarum tumultibus, & vndis vitæ corruptibilibus illidit; ſoliditas autem littoris perpetuitas eſt quietis æternæ: diſcipuli ergo adhuc fluctibus mortalis vitæ inerant, Dominus autem iam in littore ſtabat: ad quod Petrus, cui ſpecialiter Eccleſia commiſſa eſt, piſces pertrahit, ſtabilitatem æternæ pacis fidelibus oſtendens, quod egit verbis, & epiſtolis, agitq; quotidie miraculorum ſignis. Beda per ducentos cubitos gemina charitatis virtus exprimitur; per dilectionem enim Dei & proximi Chriſto appropinquamus. Piſcis aſſus eſt, Chriſtus paſſus, ipſe latere dignatus eſt in aquis generis humani, capi voluit laqueo noſtræ mortis, & qui nobis factus eſt piſcis humanitate, extitit panis reficiens diuinitate. b. Int. i. prædicationem ad colligendos ſolos dexteros. 14. Int. ſ. fide Eccleſiæ.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXI.

3. i. lacum. 10. ſic operarij ſoliti vocari apud Iudæos. a. i. obſonium προσφάγιον, q. d. pani additum. 14. ſ. qua ſolet ſuperindui, nempe pallium piſcatorum tunica eſt quadam.

ſuccin[illegible] (erat enim [15] nudus) & miſit ſe in [16] mare. Alij autẽ diſcipuli [17] nauigio venerunt (non enim longè erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis) trahentes rete piſcium. Vt ergo deſcenderunt in terram, [18] viderunt [19] prunas poſitas, & [20] piſcem [21] ſuperpoſitum, & [22] panem. Dicit eis Ieſus, [23] Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc. Aſcẽdit Simõ Petrus, & [24] traxit rete in [25] terram, plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. Et cùm [26] tanti eſſent, non [27] eſt ſciſſum rete. Dicit eis Ieſus, Venite, & prandete. Et [28] nemo audebat diſcum[e]bentium interrogare eum, Tu quis es? ſcientes quia Dominus eſt. Et venit Ieſus, & accepit [29] panem, & [30] dabat eis, & [31] piſcem ſimiliter. Hoc iam [32] tertiò manifeſtatus eſt

SENS. LIT. IN CAP. XXI.

c. Theop. quod ſe præcinxit, pudoris eſt ſignũ: præcinxit verò ſe lineo amictu, quẽ Phœnices, & Tyrij piſcatores ſibi circumuoluunt, cùm nudi ſunt. 15. Beda. nudus dicitur ad comparationẽ cæterorum veſtimentorum quibus vti ſolebat, ſic ſolemus ſimplici veſtimẽto induto dicere, Cur nudus incedis? poteſt etiam intelligi more piſcatorum ſtudio piſcandi nudus inceſſiſſe. 16. Beda. eodem ardore, quo & multa alia fecerat, venit ad Ieſum, non eſt autem intelligendum ſuper fluctus veniſſe, ſed aut natando, aut pedibus proprijs: erant enim propè terram. 18. Chry. aliud ſignum ſubditur. 21. Int. ſ. prunis. Aug.

22. Int. ſ. viderunt, non ſuper prunas. Aug. 23. Chry. Iubet afferri ex piſcibus, vt oſtendat non eſſe phantaſma quod factum eſt. 26. Int. Numero, quantitate. Aug. i. tam magni. 27. Chry. aliud hoc fuit ſignum. 28. Int. tanta erat euidentia veritatis, quod Ieſus erat, vt nullus eorum auderet non ſolùm negare, ſed nec dubitare, & ideo non interrogare. Aug. Si enim quiſquam dubitaret, vtique interrogaret. Chry. non ſimiliter confidebant ei loqui vt prius, ſed cum ſilentio & reuerentia multa ſedebant attendentes in eum, formam quidem mutatam videntes, & multa admiratione plenam, ſtupefacti volebant interrogare, ſed formido, cùm ſcirent Dominum eſſe, cohibebat interrogationem. 29. Chry. hic non reſpicit in cælum, nec humana illa facit, quæ condeſcenſionis gratia ſolebat. 30. Chry. hic non dicitur comediſſe cum eis, ſed Lucas hoc dicit, quod non fiebat quaſi cibis indigeret, ſed condeſcenſione, ad demonſtrandam reſurrectionem. Aug. 13. de ciuit. Corpora iuſtorum in reſurrectione nullis indigebũt nutrimentis, inuiolabili enim munere immortalitatis inducitur, vt non niſi velint poſſibilitate, non neceſſitate veſcantur, non enim eis poteſtas edendi & bibẽdi, ſed egeſtas auferetur, ſicut Chriſtus poſt reſurrectionem cibum & potum cum diſcipulis ſumpſit, non indigentia, ſed poteſtate. 32. Int. quantum ad dies, non ad apparitionum numerũ. Aug. manifeſtauit enim ſe primo die cùm reſurrexiſſet, & poſt dies octo, præſente Thoma, & hoc die, & deinde quoties voluit, vſque dum aſcenderet in cælũ. Aug. de con. Euan. l. 3. c. 25. Decies legitur Dominus apud Euãgeliſtas viſus poſt reſurrectionem, ſemel à mulieribus ad monumentum. Secundò, iiſdem in itinere. Tertiò, Petro. Quartò, euntibus in caſtellum. Quintò, pluribus in Hieruſalem, abſente Thoma. Sextò præſente Thoma. Septimò, ad mare Tiberiadis. Octauò, omnibus in monte Galilææ, ſecundùm Matthæum. Nonò, ſecundùm Marcum nouiſſimè recumbentibus, quia iam non erant in terra cum illo conuiuaturi. Decimò, ipſo die Aſcenſionis.

SENS. MYST. IN CAP. XXI.

16. Int. ex dilectione in fluctus ſeculi. 17. Int. i. in Eccleſia fluctus mundi calcantes. 19. Int. quibus ſignificatur calor charitatis. 20. Int. ſ. fidem. 22. Int. ſ. verbũ Dei. 24. Int. dum his qui in ſeculi fluctibus ſunt, ſtabilitatẽ æternitatis oſtendit. 25. Int. i. littus, quod eſt finis mundi. 31. Aug. piſcis aſſus, Chriſtus eſt paſſus, ipſe eſt panis qui de cælo deſcendit, huic incorporatur Eccleſia ad participandũ beatitudinem ſempiternã, propter quod dictũ eſt, Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis, vt omnes qui hanc ſpem gerimus, per illum ſeptenarium numerum diſcipulorum, per quem noſtra vniuerſitas figuratur, tanto Sacramento nos communicare noſſemus, & eidem beatitudini ſociari. Greg. ho. 24. per hoc quod ſeptem diſcipulis vltimũ conuiuiũ celebrat, eos tantùm, qui ſeptiformi gratia Spiritus ſancti pleni ſunt, futuros ſecum in æterna refectione denunciat, quique nunc perfectionis ſtudio terrena tranſcendũt, nam & ſeptenario numero perfectio deſignatur. Gloſſ. Chriſtus piſcis, qui in aquis generis humani latuit, captus laqueo mortis, idem fauus, in quo mel in cera. i. diuinitas in humanitate.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXI.

c. i. circumuoluit, ſeu circumcinxit, διεζώσατο. 15. ſ. ex parte more piſcatorum. d. adeoq; paſſibus ſexaginta, cubitus enim ſeſquipes, paſſus autem pedes quinque. e. legendum diſcentium. i. diſcipulorum nam Græc. μαθητῶν. 32. ſcilicet, multis ſimul, vel pro tertia die, prima enim, cùm reſurrexit, ſecunda, poſt octo dies.

Ieſus diſcipulis ſuis,cùm ſurrexiſſet à mortuis. Cùm ergo prandiſſent, dixit Simoni
Petro[33] Ieſus,Simon[34] Iohannis,diligis me plus his? Dicit ei,Etiam Domine[f]:tu ſcis[35] quia
amo[36] te.Dicit ei,Paſce[37] agnos meos.Dicit ei iterum,Simon Iohannis,diligis me?Ait il-
li,Etiam Domine,tu ſcis quia[38] amo te.Dicit ei iterū,Paſce agnos meos.Dicit ei tertiò,[39]
Simon Iohannis,amas me?[40]Cōtriſtatus eſt Petrus,quia dixit ei tertiò,Amas me?& di-
xit ei, Domine, tu omnia noſti : tu ſcis quia[41] amo te.Dicit ei Ieſus ,[42] Paſce[43] oues[44] meas.
Amen[45],amen dico tibi, cùm eſſes iunior[46] cingebas te, & ambulabas vbi volebas, cùm
autem[47] ſenueris,extendes[48] manus tuas,& alius te cinget,[49] & ducet quo tu

Sen. Lit. In Cap. XXI.

33. Aug.interrogat,ſciens quod ſe plus omnibus diligeret Petrus. 34. Alcui.ſ.Filius. 35. Int.oſtēdit Dominū ſcientē interrogaſſe.Glo.Sciebat Ieſus an plus diligeret.Petrus,quod de ſe nouerat,dicit.ſ.quod amat,verū verò plus diligat,tacet,quantum enim alij diligant,neſcit.ſ.priori periculo negationis doctus, cautiùs reſpondet. 36. Aug.Serm.de Paſſione. Cùm moreretur Dominus,timuit, & negauit, reſurgens Dominus,amorem inſeruit,timorem fugauit,negauit,mori timens,reſurgēte Domino,quid timeret in quo mortē mortuā repentet? 37. Aug.ſerm.de Paſſione,tanquā non eſſet vbi oſtenderet Petrus amorem in Chriſtū,niſi eſſet paſtor fidelis Chry.quod nobis maximè tribuit diuinā beneuolentiā,eſt proximorum curatio,prætericns autē Dominus alios,Petro de talibus loquitur.Erat enim Apoſtolorum eximius,& os diſcipulorū,& vertex collegij,vnde & ei fratrū prælationem cōmittit.q.d.animam quam dixiſti te poſiturum pro me,hanc da pro ouibus meis. 38. Aug.Demonſtratur vnū & idem eſſe amorem & dilectionē,dixerat enim Dominus,Diligis me?vnde & nouiſſimè Dominus ait,Amas me? 39. Aug. negationi trinæ trina confeſſio redditur,ne minùs amori lingua ſeruiat, quàm timori, & plus vocis elicuiſſe videatur mors imminens,quàm vita præſens.Chry.Tertiò interrogat,& eadē iniungit,oſtendens quanti faciat curam propriarum ouium,& quia hoc eſt maximum eius amoris ſignum. Theop.ex tunc inoleuit conſuetudo vt ter confiteātur qui veniunt ad baptiſmum. 40. Chry.Rurſus formidat priora, ne fortè æſtimans ſe diligere,ſi non diligat,corripiatur,ſicut prius correptus eſt,ſe æſtimans fortem,itaque ad ipſum Chriſtum confugit.Aug.de verb.Dom.Cōtriſtatus eſt quod ſæpe interrogatus eſſet ab eo qui ſciebat quod interrogabat,& donauerat quod audiebat. 41. Aug.nō addidit plus his,quia cor aliorum videre non poterat. 42. Aug.q.d.ſit amoris officiū paſcere Dominicū gregē, ſicut fuit timoris indicium negare Paſtorem. 43. Int.pro quibus pones animam,quod eſt dilectionis confirmatio.Theop. Agni ſunt qui introducuntur,oues perfecti.Glo.Paſcere oues,eſt credentes,ne deficiant, confortare,terrena ſubſidia ſi neceſſe eſt ſubditis prouidere,exempla virtutum præbere,aduerſariis obſiſtere,peccantes corrigere. 44. Aug.qui hoc animo paſcūt oues Chriſti,vt ſuas velint eſſe,non Chriſti, ſe cōuincuntur amare,non Chriſtum,vel gloriandi,vel dominandi,vel acquirendi cupiditate,non obediendi,& ſubueniendi,& Deo placendi charitate:non ergo nos,ſed ipſum amemus,& in paſcendis ouibus eius,quę ſunt eius,non noſtra quæramus,qui ſe,non Deum amat,non ſe amat:qui enim non poteſt viuere de ſe,moritur amando ſe,cùm ille diligitur de quo viuitur,non ſe diligendo magis ſe diligit , qui propterea non ſe diligit,vt eum diligat de quo viuit.Gloſ.vt meas,non vt tuas,gloriam meam in eis quære,non tuam, mea lucra,non tua. 45. Chry.prænunciat ei martyriū,docēs quomodo eū amare oporteat. 46. Chry. in ſecularibus iuuenis quidem vtilis,ſenex inutilis eſt,at in diuinis non ita, ſed cùm ſuperuenit ſenectus, tunc virtus clarior,quia verò Petrus ſemper volebat pericula ſubire pro Chriſto , dicit ſe impleturū eius deſiderium,vt quæ iuuenis non eſt paſſus,patiatur ſenex. 47. Chry.per hoc oſtenditur quod non erat iuuenis,nec ſenex,ſed vir perfectus. 48. Aug. hoc eſt,crucifigeris,ad quod vt venias,alius te cinget. Gloſ.Paſſurum prædicit,qui negaturum prædixerat,hoc iam poterat reſurrectione firmatus , quod immaturè pollicebatur infirmùs;iam non metuit huius vitæ interitum , quia reſurgente Domino,vitæ alterius præceſſit exemplum. 49. Int.ſcilicet,vinculis.

Sens. Myst. In Cap. XXI.

33. Alc.Simon,obediens,Iohannes,gratia,nempe ſic vocatur,vtpote obediens gratiæ Dei,quod enim ardentiori charitate eum amplectitur,non meriti humani,ſed diuini eſt muneris.

Addit. Avct. In Cap. XXI.

34. ſ.filius.apparet Bar Iona per contractionem poſitum pro Bar Iohanna,quod idē eſt cum Bar Iohannis. f. i.certè,ſubdiligo. 48. ſ.in cruce. 49. i.ligabit ad ſupplicium ducturus.

non vis

[50] non vis.Hoc autem dixit , ſignificans qua morte clarificaturus [51] eſſet Deum. Et cùm
hoc dixiſſet,dicit ei,[52] Sequere me.Conuerſus Petrus, vidit illũ diſcipulum [53] quẽ dilige-
bat Ieſus,[54] ſequentem,qui & [g] recubuit in cœna ſuper pectus eius,& dicit.Domine,quis
eſt qui tradet te?Hunc ergo cùm vidiſſet Petrus,dicit Ieſu, Domine, hic autem [55] quid?

SENS. LIT. IN CAP. XXI.

50. Int.ſ.ad mortem.Aug.ſi fieri poſſet,præter mortis moleſtiam vitam concupiſcebat æternam ; ad quam moleſtiam nolens venit , & volens eam vicit ; vſque adeo eſt naturalis infirmitatis affectus quo nemo vult mori,vt eum beato Petro nec ſenectus auferre potuerit.Debet mortis moleſtiam vincere vis amoris,quo amatur ille,qui cùm ſit vita noſtra,etiam mortem voluit ferre pro nobis.Si nulla eſſet mortis vel parua moleſtia , non eſſet tam magna martyrij gloria.Chry.Naturalis eſt compaſſio animæ , & inuita ſeparatur à corpore, Deo hoc diſpenſante, ne multi ſibi mortem inferant.Gloſſ.Si paſtor immolatus eſt,vt ouis,qui de ouibus fiunt paſtores,non metuant immolari. 51. Int.quia hac morte oſtendit quantum colendus & amandus ſit Deus. Chry. non dixit moriturus , ſed clarificaturus , pati enim pro Chriſto,gloria eſt & honor.Aug. hunc inuenit exitum ille negator & amator , vt pro eius nomine perfecta dilexione moreretur,eum quo ſe moriturum peruerſa feſtinatione promiſerat;oportebat vt prius Chriſtus pro Petri ſalute,deinde Petrus pro Chriſti prædicatione moreretur. 52. Int.q.d.ne timeas mori pro me,cùm ego prius pro te.Aug.cur dicit Petro,Sequere me,& non cæteris ? nunquid ſolus pro Chriſtiana veritate paſſus eſt Petrus? nonne ibi erat Iacobus,quem Herodes occidit?dixerit aliquis,Petrum non ſolùm mortem,ſed mortem crucis,ſicut Chriſtus,expertum. Theoph.in hoc quod dicit , Sequere me,cunctorum fidelium prælatum inſtituit ; ſimul & ſe vult ſequatur in cunctis verbis & operibus,denique oſtendit affectionem ad ipſum; qui enim nobis aſtrictiores ſunt , hos nos ſequi volumus.

53. Int.commendat priuilegium amoris ſui.Aug.Se ipſum dicit,quem Ieſus præ cæteris,& familiariùs diligebat,ita vt in conuiuio ſupra pectus ſuum diſcumbere faceret ; credo vt Euangelij iſtius quod per eum fuerat prædicaturus,excellentiam altiùs commendaret. Sunt qui dicant Iohannem plus amatum, quia ab ineunte pueritia caſtiſſimus vixerit. Gloſſ. Donauit Chriſtus Iohannem potiore dulcedine ſui amoris,quia virgo electus ab ipſo,virgo permanſit,vnde & matrem ei commendauit.Aug. Cur Iohannem plus dilexit Dominus,cùm Dominum plus dilexerit Petrus? quantũ intelligo melior eſt,qui plus diligit Chriſtum,felicior quem plus diligit Chriſtus : puto ergo duas vitas hic ſignificatas , vnam , quæ in fide eſt per Apoſtolum Petrum propter Apoſtolatus ſui primatum,itaque ei dicitur, ſequere me, per imitationem.ſ.perferendi temporalia mala;alterum verò quæ in ſpe per Iohannem,de quo dicitur,Sic eum volo manere donec veniam.ſ.ſempiterna bona redditurus.q.d. perfecta me ſequatur actio informata meæ paſſionis exemplo, inchoata verò contemplatio maneat.i.expectet perficienda cùm venero. In actiua vita quanto magis Chriſtum diligimus,tanto faciliùs liberamur à malo;at ipſe nos minus diligit quales ſumus,& ideo liberat,ne ſemper tales ſimus;illic nos amplius diligit, vbi quod ei diſpliceat, & quod à nobis auferat, non habebimus ; amet eum Petrus vt ab iſta mortalitate liberemur ; ametur Iohannes,vt in illa immortalitate ſeruemur. Minus Iohannes diligit , quia manet. i. expectat,nec dum habens illum amorem,qui tunc multo amplior erit,hoc ergo ſignificatum eſt per Petrum plus amãtem ſed minus amatum.Minus enim nos amat Chriſtus miſeros,quàm beatos,minus verò veritatis cõtemplationem,qualis tunc futura eſt,amamus,quia nondum nouimus,nec habemus.Glo.quod magis diligat Ioannem,cùm Petrus magis diligat,eſt manifeſta miſericordia,ſed occulta iuſtitia,commendantur hic duæ Eccleſiæ vitæ,ad procelloſæ gubernaculum dantur claues ad liganda,& ſoluenda peccata,propter illam quietam requiem ſuper pectus Ieſu diſcũbitur,vnde veritas bibitur.Et quod virgo eſt Iohannes,conuenit futuræ vitæ,vbi nec nubent,nec nubentur. 54. Gloſ.Cœperat Ieſus abire,Petruſque nondum intellecto,quod audiuit,Sequere me,cœpit ſequi pedum inceſſu, ſecutus eſt & Iohannes. g. Int. commendat veritatem Euangelij. Chryſ. Recolit illam accubationem, vt oſtendat Petri fiduciam poſt negationem,qui enim in cœna non audebat interrogare,pro aliis nunc Magiſtrum interrogat.

55. Theop.i.nunquid morietur & ipſe?Gloſ.Audierat ſe crucifigendum, voluit etiam fratris cognoſcere exitum.Chryſ.quia magna ei prædixerat Dominus,& orbem terrarum commiſerat, & martyrium prænunciauerat,& amorem teſtatus eſt ampliorem,volens & Ioannem communicatorem accipere,dixit, Hic autem quid? q.d. nonne eadem nobiſcum veniet via ? valde enim Iohannem amabat Petrus, eumque putans velle interrogare de ſe ipſo,nec audere,pro eo ſuſcepit interrogationem.

ADDIT. AVCT. IN CAP. XXI.

50. ſ.naturali voluntate. 51. i glorificaturus. 52. apparet Chriſtum ſurrexiſſe, & cœpiſſe ambulare, aut ſe ad diſceſſum compoſuiſſe. 55 ſacturus,aut paſſurus?

Dicit ei Ieſus, [56]Sic eum volo manere donec veniam ; quid ad te? [57]tu me ſequere. Exiit ergo ſermo iſte inter fratres, quia diſcipulus [58]ille non moritur. Et non dicit ei Ieſus, Non moritur. Sed, ſic eum volo manere donec [59]veniam, quid ad te? [60]Hic [61]eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his, & [62]ſcripſit hæc : & [63]ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. [64]Sunt autem & alia multa quæ fecit Ieſus: quæ ſi ſcribantur per ſingula, nec ipſum arbitror mundum [65]capere poſſe eos, qui ſcribendi [h]ſunt libros.

Sens. Lit. In Cap. XXI.

56. Int. Specialiter enim Domino eum viſitante, placitam accepit carnis abſolutionem. 57. Int. ſ. crucis paſſione. 58. Int. ex prædictis hoc intellexerunt, & quod non eſſet ita intelligendum, ipſe Ioannes admonet. Aug. cui placet, adhuc reſiſtat, & dicat verum quidem eſſe, non dixiſſe Dominum diſcipulum illum non moriturum, ſed hoc tamen ſignificaſſe. Fortè aliquis in illo ſepulchro apud Epheſum, dormire eum potiùs, quàm mortuum iacere contendet, quod illic terra quaſi ebullire perhibetur, quaſi eius hoc anhelitu fiat, ſed cur diſcipulo, quem præ cæteris diligebat, pro magno munere longum donauerit ſomnum? 59. Theoph. quidam ita intellexerunt, quouſque veniam contra Iudæos illos percuſſurus baculo Romanorum. aiunt enim Iohannem vſque ad Veſpaſiani tempus in illis locis conuerſatum. vel, donec veniam, id eſt, dum hunc volens dirigam ad prædicandum, te namque nunc dirigo ad orbis Pontificatum. 60. Chryſ. quaſi dicat, opus tibi commiſſum attende, & perfice; hunc ſi voluero manere hîc, quid ad te? 61. Chry. conſuetudo eſt cùm valde vera dicimus, noſtrum teſtimonium non negare, multo magis ergo ille qui Spiritu ſancto ſcribebat, vnde & Apoſtoli alij dicebant, nos ſumus teſtes horum. Glo. Apertè ſuam deſignat perſonam ex officio, quod noluit deſignare ex vocabulo.

62. Chry. hoc dicit quia poſterior ad ſcribendum venit, Chriſto monente. vnde & frequenter oſtendit Chriſti ad ſe amorem, occultè inſinuans cauſam, ex qua ad ſcribendum proceſſit, & fide dignum faciens ſermonem à ſua dignitate. 63. Chry. omnibus enim interfuit. 64. Chry. ſi aliqui non credunt, vel ex hoc inducantur ad credendum. apparet enim hinc non ſcripſiſſe ad gratiam, qui plura reliquerit, contumelias, & conuitia in medium proponens, cùm oporteat eum, qui ad gratiam ſcribit, opprobria tacere, & clara proponere. 65. Int. quantum ad intelligentiam. Aug. non ſpatio locorum, ſed capacitate legentium, credendum eſt, comprehendi non poſſe. Quamuis ſalua rerum fide plerunque verba excedere videntur fidem, nec tamen à tramite veritatis errauit: ſic enim verba rem excedunt, vt voluntas loquentis, nec fallentis appareat: quem loquendi modum hyperbolem Græci vocant, & ſicut hic, ita in aliis diuinis litteris inuenitur.

Addit. Avct. In Cap. XXI.

56. ſi eum habent Græca & Latina correcta, quanquam idem eſt ſenſus. ſ. quid ſi ſic eum volo manere, ſ. vt non moriatur, vel non morte violenta? 63. ſ. ego, & multi mecum. 65. hyperbolè. h. pro, ferent.

FINIS.

APPROBATIO.

Scholia hæc in Quatuor Euangelia, ſunt approbata Romæ à Magiſtro ſacri Palatij, & à R. P. Generali, poſteaquam ea per aliquot Societatis noſtræ Theologos recognoſcenda curaſſet, eaque vt ederentur mandauit.

Ioannes Paulus Oliua Prou[lis] Mediolanenſis Societatis IESV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMAN.